


Agnouere deum proceres, diuinaq; tela
Dardanidæ, pharetramq; fuga ſenſere ſonantem.
Ergo auidum pugnę dictis, ac numine Phœbi
Aſcanium prohibent: ipſi in certamina rurſus
Succedunt, animasq; in aperta pericula mittunt.
It clamor totis per propugnacula muris:
Intendunt acreis arcus, amentaq; torquent.
Sternitur omne ſolum telis: tum ſcuta, cauęq;
Dant ſonitum flictu galeę. pugna aſpera ſurgit.
Quantus ab occaſu veniens pluuialibus hœdis
Verberat imber humum, quam multa grádine nymbi
In vada præcipitant, quum Iupiter horridus auſtris
Torquet aquoſam hyemē, & cœlo caua nubila rūpit.
Pandarus, & Bitias Idæo Alcanore creti,
Quos Iouis, eduxit loco ſylueſtris Hiera,
Abietibus iuuenes patrijs, & montibus ęquos:
Portam, quæ ducis imperio commiſſa, recludunt
Freti armis, vltroq; inuitant mœnibus hoſtem:
Ipſi intus: dextra, ac læua pro turribus aſtant
Armati ferro, & criſtis capita alta coruſci.

SERVIVS.

¶ Fuga.) Abſceſſu. ¶ Pharetramq; ſonantem.) Quia dixit ſuprà, Et ſæua ſonoribus arma. ¶ Dictis.) Propter auditam orationem. ¶ Numine.) Propter agnitum deum. ¶ Intendunt acreis arcus.) Pro ipſi acres. Vt enim & in primo diximus, arcum vnuſquiſq; habet pro viribus ſuis. ¶ Amētaq; torquent.) Pro tela amētis torquent. nam amentum: eſt lorum quo media haſta religatur & iacitur. ¶ Flictu.) Pro afflictu, ideſt ictu, nam detraxit more ſuo prępoſitionem. ¶ Pluuialibus hœdis.) Super Tauri cornua ē ſignū, cui Auriga nomen eſt: hunc cū Tauro vna clara ſtella coniungit. Retinet aūt Auriga ſtellas duas in manu, quæ Hœdi vocanť: quorū & ortus & occaſus tēpeſtates grauiſſimas facit. Oriunť autē cū Scorpio mense Octobri. ¶ Iupiter.) Aer. vt Horatius, Manet ſub Ioue frigido venator. ¶ Mōtibus ęquos.) Iō, vel eius arboribus exęquādos. ¶ Ducis imperio cōmiſſa.) Aut quę ei cōmiſſa fuerat īperio abeuntis Aeneæ: aut, qđ eſt melius, q̄ īperio Aeneæ fuerat cōmiſſa Pandaro & Bithię, ne contrarium ſit quod dixit, Rectores iuuenū, & rerū dedit eſſe magiſtros. Ducis imperio cōmiſſa. Scimus quod Mneſtheo & alijs ducib⁹ imperauerat Aeneas ad petenda proficiſcens auxilia, ne portas aperirent. vt, Caſtra modo, & tutos ſeruarent aggere muros. Item legimus Mneſthea & Sereſtum ductores fuiſſe, & rerū magiſtros, non Pandarum & Bithiam. Vnde apparet, quia hunc locum male intellexit Donatus dicens, Cōmiſſam portam, id eſt creditam Pan-

Quales aerię Liquetia flumina circum,
Siue Padi ripis, atheſin ſeu propter amœnum,
Conſurgunt geminæ quercus intonſaq; cœlo
Attollunt capita, & ſublimi vertice nutant.

daro & Bitiæ, qui duces non erāt. Cornutus vero & meli⁹ ſenſit dicens, Portā quę ducis imperio cōmiſſa fuerat, hoc eſt clauſa, eam aperuerūt. Cōmiſſura enim dicit̄ tabularū cōiunctio: ſicut Cicero in Fundaniana meminit. Ergo melius eſt vt cōmiſſam dicamus clauſam, q̄; creditam Pandaro & Bithiæ. Γ Pro turribus.) Aut vice turrium, aut pro defenſione. Γ Armati ferro.) Aut bene inſtructi armis: aut, vt Aſper dicit, ferrea corda habentes, id eſt dura & cruenta comitantes: vt Ennium ſit ſequutus qui ait, Succincti corda macheris. Γ Liquetia flumina.) Iuxta Padum & Atheſim Venetiæ flumina. Eſt etiam fluuius Liquetius, quem nunc cōmemorat. Ergo liquetia, ꝓprium eſt nomen, non epitheton, ne incipiamus à generalitate ad ſpeciem reuerti, quod vitioſum eſt. vt ſi dicas, circa flumina naſcuntur arbores: & ſic inferas, circa Tyberim vel amnem. Sufficit enim dixiſſe circa flumina generaliter. Vnde apparet quia Liquetia legendum eſt, & non liquentia. Γ Intonſaq; cœlo.) Hoc ad ſupradictas criſtas refertur. Γ Geminę quercus.) Non quia tantum duæ naſcuntur, ſed ad iſtorum ſimilitudinem reſpe xit, id eſt quando ſimiles eleuantur quercus.

DONATVS.

¶ Agnouere deum proceres.) Dardanidæ, inquit, proceres prudentes & ſobrij agnouerunt deum locutum eſſe, non hominē, & inde magis ꝙ arma diuina ſenſiſſent. Γ Ergo auidum pugnæ dictis.) Ergo auidum pugnæ aſcanium, & ſua, & (quod potiſſimū omnibus fuit) autoritate phœbi prohibebant, necui ſe certamini cōmitteret. Γ Ipſi in cer. rur. Suc.) Vtpote quos aperta exempla certos ſecurosq; præſtiterant.) Vt clamor totis.) Emittebat̄ audax clamor per omnia murorū propugnacula. Γ Intendūt acres arcus.) Tanta tela mittebant̄, vt omnem obtegerent terrā. Γ Tū ſcuta cauæque Dant ſo. fli. ga.) Quod terra ducitur telis obiecta, quod dicta galea & ſcuta percuſſa crebros ſonitus dabant, & bellantium animi, & miſſilium multitudo, & copioſa ſubſtantia ſignificatur. inducitur comparatio, vt oſtendatur, quanta vis teloꝝ fuiſſet, & quēadmodū reſonabant, quę percutiebant̄ telis. Γ Quātus ab occaſu veniens.) Tam crebra, inquit, fuerāt, quæ mittebāt certantes, atq; ita percuſſa reſonabant, q̄; denſę ſunt pluuiæ, quū hædorum ſidus exiſtit, & quēadmodū crepitat grando, quū denſis e nubibus funditur. Γ Pandarus & bitias idęo.) Quia iſtos dixit in luco editos, in lucoq; nutritos. Longi, inquit, fuerūt, vt arbores, & duri vt montes. Γ Portam quę ducis imperio cō. recl.) Cōmiſſam ſibi iuſſu ducis portam, inquit, vt perpetuo clauſa teneretur. patefecerant ipſi arbitrio ſuo freti armis, hoc eſt fiduciā gerentes in armis plurimum poſſent. Γ Vltroq; inuitant mœnibo.) Vt hoſtis occaſione irrumpendi decipi poſſet, & auderet intrare. Γ Ipſi intus dextra, ac læua.) Stabāt iſti pro turribus: aſtāt hoc eſt non ante turres, aut pro ipſatū defenſione tantūmodo, ſed ad vicem turriū, quoniā ij excelſi fuerunt & fortes. vt iā non homines dextra ac læua, ſed turris aſtare videretur. Inducit̄ cōparatio ſtātiū, & ꝓceritas mōſtrat̄. Γ Quales aerię.) Sic illi ſtabāt reſeratā portā obſeruātes, tantūq; fuerūt ꝓlixi in altitudinē imēſam, vt viderent̄ arbores, q̄ creſcēdo relinquūt flumina, & in altū geminę producunt̄, atq; intonſis capitibus agitantur.

ASCENSIVS.

¶ Agnouere deū proceres, &c.) Poſtquā Troiani Apollinē abeūtem certis indicijs agnouerant, acrius bellū inſtaurant. duoq; Pādarus & Bitias, viribus freti ſuis, portā vnā aperuerūt: & hoſtē, vt igrederet̄ prouocauerūt: q̄ res, illis iſauſtū peperit exitū: multiſque Troianis exitio fuit, vt ſequētia docebunt. Vn̄ id ſolū eſt Donati. Γ Pro turribus.) Ideſt vice turriū. ¶ Ordo igit̄ eſt. Proceres, ideſt primores, & principes Dardanidæ, ideſt Troiani, agnouere deum. ſ. Apollinem: & ſenſere pharetrā. ſ. Apollinis ſonantem fuga. i. inter fugiendum, aut quū fugeret. Ergo q̄a deū agnouerant, ipſi prohibent. ſ. a pugna: dictis. i. monitis, ac numine, ideſt authoritate Phœbi. (Dixerat eni cætera, parce puer) Aſcanium auidum pugnæ, & ipſi ſuccedunt rurſus in certamina & mittunt animas in pericula aperta. Clamor it, ideſt diffundit̄ per propugnacula totis muris, ideſt quæ erant in totis muris: & ipſi intendunt arcus acreis, ideſt robuſtos, aut ipſi acres intendūt arcus: & torquent amenta, ideſt tela amentis, hoc eſt loris, q̄bus mediæ allegantur & iaciuntur haſtę leues ſeu iacula. Omne ſolū ſternitur, ideſt cooperitur telis: tum. i. ſimul, ſcuta, & galeæ cauę, quibus. ſ. repulſa erāt tela, nam aliter nō ſparſa eſſent per terras, ſed infixa corporibus: flictu, ideſt afflictu: & pugna aſpera ſurgit, ideſt inſtauratur, ſed tanta quantus imber veniens ab occaſu: hœdis pluuialibus. i. Orientibus hœdis ſigno pluuiali, quod in Octobri oritur: verberat. ſ. impetu aquarum: humū. i. terrā: & quā multa. i. quū quātū multa grandine nymbi. i. nubes grandinoſę: pręcipitant, ſup. ſe aut pręcipites cadunt in vada. ſcilicet aquarū. tunc, ſupple quum, ideſt quando: Iupiter, ideſt aer horridus: Auſtris. i. ſtatu Auſtrorum: torquet, ideſt deorſum impellit: hyemem ideſt tempeſtatē aquoſam: & rumpit, ſcilicet tonitru: caua nubila cœlo, ideſt per cœlum: Pandarus, & Bytias, maximi illi Troiani: creti, ideſt procreati: Alcanore Idęo. i. Troiano: quos Hiera ſylueſtris, ideſt in ſyluis verſari ſolita: eduxit, ideſt extulit: luco Iouis, ideſt Ioui ſacro: exiſtentes iuuenes ęquos, ideſt ęquales abietibus: patrijs, ideſt in patria illorum naſcentibus: & montibus, ſupple patrijs: recludunt, ideſt aperiunt portam: quæ erat cōmiſſa, ideſt coniuncta, & obſtruſa: imperio ducis, ſcilicet Ænęę abeuntis: aperiunt (dicit) freti, ideſt adiuti armis: aut freti, ideſt confiſi armis, quibus hoſtem propellere ſperabant: & inuitāt mœnibus ideſt in mœnia: hoſtem vltro, ideſt ſine inſtantia eius. Ipſi aſtant intus dextra, ac læua, ideſt vtrinque: pro turribus, ideſt vice turrium: armati ferro, & coruſci: alta capita, ideſt habentes capita alta coruſca: criſtis, ſcilicet galearum: tales, ſupple quales: geminę, ideſt duæ, & pares: quercus conſurgunt aerię, ideſt valde altę: circum flumina Liquetia, ideſt ſic dicta in regione Veneta: aut, ſupple in ripis Padi: aut propter, ideſt iuxta Atheſim fluuium illum Venetiæ: amœnum, ideſt placidum aſpectu: & ipſe quercus attollunt, ideſt erigunt: capita intōſa, ideſt ramoſa: & frondoſa: cœlo, ideſt ad cœlum vſq;: & erit hiperbole: aut cœlū verſus: & nutāt, ideſt tremere, & caſum minari videntur, vertice ſublimi, ideſt alto & ſuper limum longe extenſo.

PIERIVS.

¶ Dāt ſonitum flictu galeę.) In Romano codice, & aliquot alijs adflictu, legitur, ex paraphraſi ſumptum. Nam Seruius agnoſcit, flictu. In aliquot codicibus antiquis mutato numero legit̄, Dant ſonitum galeæ flictu. Γ Idęo Alcanore Creti.) Veteres aliquot codices, nati, hn̄t: ex paraphraſi lectione inculcata contextui. Γ Pro turribus aſtant.) In veteribus nōnullis: inſtāt, legitur: ſed, adſtāt, melius. Γ Liquentia flumina circum.) In Oblongo quidē codice, Liquetia, legitur. Vnde quidam arbitrati ſunt de fluuio nobili, in foro Iulij, dictum. Romanus tamen codex cum pleriſq; alijs, liquentia, legunt. Sæpe enim fit, vt poſito genere ſpecies ſubiungatur. Hinc addit, Siue Padi ripis, Atheſim, ſeu propter amœnū.

Irrumpunt, aditus Rutuli vt videre patentes,
Continuo Quercens, & pulcher Equicolus armis,
Et præceps animi Tmarus, & Mauortius Hæmon
Agminibus totis aut verſi terga dedere,
Aut ipſo portæ poſuere in limine vitam.
Tum magis increſcunt animis diſcordibus iræ,
Et iam collecti Troes glomerantur eodem,
Et conferre manum, & procurrere longius audent,
Ductori Turno diuerſa in parte furenti,
Turbantiq; viros, perfertur nuncius, hoſtem
Feruere cæde noua, & portas præbere patentes

SERVIVS.

¶ Pulcher eqcolus armis.) Vt pulcher veſtib⁹. ſic pulcher armis: hoc eſt per arma. Et qd̄ erat armoꝝ, retulit ad perſonā. Γ Præceps animi.) Figurate genitiuo iunxit. nam dicimus præceps furore. Γ Agminibus totis.) Deeſt ab: & ſignificat eos primò fugatos eſſe, mox occiſos. Aut certe aliquos fugatos, aliquos interēptos. Γ Animis diſcordibus irę.) Hoſtilibus, ſcilicet Troianoꝝ, q a Rutulis diſcordabāt. Γ Fratresq;.) Γ Fratresq;. Quos ſupra dixit portam tenere. Γ Seſe primus agebat.) Hoc eſt icedebat. Vt, Seſe Palinurus agebat. Tract⁹ autem ſermo eſt à rōne phyſica. Nam agitur corpus animi iudicio. Vnde Terētius, Quò te agis? Γ Sarpedonis alti.) Id eſt nobilis. Γ Itala cornus.) Telū de Itala cornu factum. Γ Stomacho.) Gręcus ſermo eſt. Γ Specus vulneris.) Poetica exaggeratio. Γ Erymantha manu.) Id eſt gladio cominus ferit. Nam illi, de quibus

Deſerit incœptum,atq; immani concitus ira
Dardaniam ruit ad portam,fratresq; ſuperbos,
Et primum Antiphaten(is enim ſe primus agebat)
Thebana de matre nothum Sarpedonis alti,
Conjecto ſternit iaculo.volat Itala cornus
Aera per tenerum,ſtomachoq; infixa ſub altum
Pectus abit:reddit ſpecus atri vulneris vndam
Spumantem,& fixo ferrum in pulmone tepeſcit.
Tũ Meropẽ atq; Erymãtha manu,tũ ſternit Aphidnũ,
Tum Bitian ardentem oculis,animisq; frementem
Non iaculo(neq; enim iaculo vitam ille dediſſet)
Sed magnum ſtridens contorta phalarica venit
Fulminis acta modo quam nec duo taurea terga,
Nec duplici ſquamma lorica fidelis & auro
Suſtinuit:collapſa ruunt immania membra:
Dat tellus gemitum,& clypeum ſuperintonat ingens,
Qualis in Euboico Baiarum littore quondam
Saxea pila cadit:magnis quam molibus ante
Conſtructam iaciunt ponto.ſic illa ruinam
Prona trahit,penitusq; vadis illiſa recumbit,
Miſcent ſe maria,& nigræ attolluntur harenæ,
Tum ſonitu Prochyta alta tremit,durumq; cubile
Inarime Iouis imperijs impoſta Typhœo.

quibus ſuperius dixit,non manu occiſi ſunt,ſed miſſo iaculo.Ergo ad differentiam teli iacti,accipe manu,ideſt gladio.¶Ardentem oculis,animisq; frementem.) Et geſtu corporis,& mente commotum.¶Vitam dediſſet.) Pro reddidiſſet.¶Phalarica venit.) De hoc telo legitur,quia eſt ingens Turno factum,habens ferrum cubitale & rotunditatem de plumbo in modũ ſpheræ.In ipſa ſummitate dicitur etiam ignem habere affixum. Hoc autem telo pugnatur de turribus,quas phalas dici manifeſtum eſt.Iuuenalis,Conſulit añ phalas,delphinorũq; columnas,ergo à phalis dicta eſt phalarica:ſicut à muro muralis.Sane phalaricam Lucanus dixit,neruis mitti tortilibus & quadam machina:vt, Hunc aut tortilibus vibrata phalarica neruis Obruat.Virgilius vero ait,Turnum manu iaculari potuiſſe.Vñ apparet aut à Lucano ad auxeſim illi⁹ qui occidendus fuerat,eſſe dictum:aut à Virgilio ad laudem Turni,qui talem haſtam manu iaculatus eſt.¶Fulminis acta modo.)Amat tela cum impetu veniẽtia fulminibus comparare.¶Taurea terga.)Vſurpauit pro taurina.Alibi taurinis follibus.Vnde ſicut & Plinius dicit,deriuationes,firmas non habent regulas,ſed exeunt prout authoribus placet.Bene autem per tranſitum eius arma deſcripſit.¶Duplici ſquãma & auro.)Ideſt duplicibus ſquãmis aureis.Squammæ autem ſunt loricarum cathenæ in modum ſquammæ compoſitæ. Sane ſquãma & ſplendorem ſignificat,ſi à piſcibus veniat:& ſordes,ſi à ſqualore.Sed in Virg.ſplendorem vbiq; ſignificat.¶Et clypeum ſuperintonat ingens.)Aut ipſe ingẽs ſuper clypeũ intonat:aut ingens clypeũ ſuper ipſum tonat.Nam lectum eſt etiam hoc clypeũ vt probat Caper:quod magis debemus accipere.Nam Homerũ imitatus eſt q ita ait,ἀράβησεδὲ τεύχε ἐπ᾽ αὐτῷ.¶Euboico Baiarum littore.)Bene Baiarum addidit,ne Euboicam inſulam intelligeremus,Vnde Chalcidenſes venerunt qui condiderunt Cumas,quæ ſunt Bais vicinæ.¶Prona trahit.)Ita enim ædificatur. ¶Prochyta alta tremit.)Atqui hæc inſula plana eſt:ſed epitheton de præterito traxit.Nam,vt dicit Plinius in naturali hiſtoria,Inarimes mons fuit,qui terrę motu diffuſus,alteram inſulam fecit,quæ Prochyta ab effuſione dicta eſt.fundere enim eſt ἐκχύειν. Prochyta ergo alta,quondam ſcilicet.¶Durumq; cubile.)Mortiferum,ad pœnam ſtatutum.

DONATVS.

¶Irrumpunt aditus rutuli,vt videre patentes.)Non aditus irrumpunt,qui iam patebant:ſed irruunt rutuli,vt viderunt aditus porta patefacta.¶Continuo quercens,&c.)Hoc eſt temerarius. ¶Et mauortius hæmon Agminibus.)Hi primo venerant,vt reſeratam portam violenter intrarent:ſed aut auerſi ſunt trudentum agminibus,aut limine in ipſo mactati nõ omnes intelligẽdi ſunt fuſi aut verſi,ſed aliqui ex his occiſi,aliqui in fugam verſi:quia fieri non potuit,vt ijdem dicantur occubuiſſe,ijdem abſcedẽdi quęſiuiſſe ſuffugium.¶Tum magis in.a.)Rutulorũ ſcilicet.¶Et iam collecti troes glomerantur eodem.Et conferre.m.&.pr.l.a.)Tanti facti exemplo animati Troiani denſabantur ad portam,remotaq; trepidatione omni,& egredi longius audebant & alios cominus prouocare.¶Ductori Turno.)Turnus,quum eſſet in longinqua parte,& turbaret viros vnus plures & magnos:nunciatur repente nouum aliquid extitiſſe,Troianos cędibus feruere & tanta duci animorum fiducia,vt portas aperirent.Ecce mortalitas nunciorum,qui aduerſis falſo addunt plurima,plurimaq; confingunt.vna enim patebat porta:ille ait,portas prębere patentes,non multi adhuc venerant rutuli,nec plurimi occiſi,ille ait feruere cæde noua,fit hoc hominum more,& veris malis multa deteriora commiſcent,quod nunciant grauius fictione falſorum. ¶Deſerit incœptum.)Hoc comperto deſeruit,quod agebat,& dimiſit incœptum.Incœpta ſępe diximus diſpoſitiones ſignificare,& inuentiones fixarum ſententiarum.¶Atque immani concitus ira.) Ira ſcilicet,quam maiore quàm fuerat aſſertione,nuncius excitauerat. ¶Dardaniam ruit ad portã.) Non quæ propria eſſet Troianorum,ſed qua defendebantur incluſi.ruit,inquit,non venit,vt oſtenderet eius feruorem,qui ſuorum necem veniebat vlturus,& qui nolebat patentis portæ occaſionem perdere,ne iterum clauderetur. ¶Fratresq; ſupbos.)Hic mora faciẽda eſt.Poſtea enim deſcribit,quid cum ipſis geſtum ſit,interuenerunt quippe alij,qui Turnum ab ijſdem fratribus auocarent.¶Et primum Antiphaten.) Primum igitur Antiphatẽ,qui ante fratres ſeſe obtulerat,coniecto iaculo ſtrauit.Superflue genus hoc deſcribit,licet nobilem ſignificare voluerit.¶Volat Itala cornus Aera per te.)Duo fuerunt,quæ velocitatem dabant telo,quod iecerat Turnus:vnum quod fuit cornus leuis & apta miſſibilibus:alterum ꝙ aeris tenuitas non impediebat volantis exceſſum.¶Stomachoq; infixa.)Specus dixit ſuſpenſuram pectoris in modum ſpeluncæ naturali ratione compoſiti,non vndam veram ſed in modum vndæ copiam ſanguinis fundebat ex vulnere.¶Et fixo ferrum.)Nõ potuit dici ferueſcit:quia calor corporis cũ ſanguine diſcedebat,quo calefieri amplius non potuit.¶Tũ Meropem atq;.e.m.)Et iſti de illis fuerant,qui primi furenti occurrerant Turno,magna diſtributionis varietas alios enim iaculo ſtrauit,alios manu,ſcilicet non iaculo,vt alios,ſed gladio.¶Tũ bitian ardentem oculis,animisq; frementẽ.)Iſte & oculis monſtrabat ferociam mentis,& quid intus gereret aſperitate animi teſtabatur.¶Non iaculo,&c.) Aduerſus nouam hominis formam nouam inuenerat Turnus ſpeciem,quam gentem corpore mollem valet euincere.non enim ille iaculo ſuperari poterat,miſit igitur phalaricam genus teli,quod omnia ſuperabat:quæ cum bitiæ corpus letali vulnere penetraſſet,putabatur fulmen de cœlo tranſmiſſum.Deſcribitur iam quantæ ſit virtutis phalarica perforauit duobus Tauri corijs procurata munimenta,& loricam duplici ſquamma conſertam.In primo libro dixit,Taurino quantum poſſet circundare tergo,hic,ſplendidius locutus eſt:duo taurea terga,non dixit taurina.¶Collapſa ruunt im.me.) Prænunciauit deſcriptionis aliquam partem.¶Dat tellus ge.)Illo,inquit,cadente cum tanti corporis põdere gemuit terra.Et clypeum ſuper intonat ingẽs.Magna clypei ſpecies magnum fecerat ſonitum,in tantum vt cœlum putaretur intonuiſſe.¶Qualis in Euboico.)Talem dat ſonitum pila,quamdiu conſtructã iaciũt ponto baiani littoris homines.¶Sic illa ruinã.p.t.)Dixit duas cauſas,quibus violentior voluebatur,& cum ingenti ruina peruenit.Vna eſt,quia ſaxis & impenſarũ admixtione congeritur,altera,quia vrgetur in pręceps,penitusq; vadis illiſa recumbit.Neceſſe enim eſt,vna petere,quæ magnis ponderibus cadunt,& tanto depreſſius,quanto fuerint grauiora.Ecce factũ ex facto.¶Miſcent ſe maria.)Pilę,inquit,caſu multa alia contremuerunt.

ASCENSIVS.

¶Irrumpunt aditus Rutuli,&c.)Docet(vt dixi)quomodo Rutuli prouocati irruperunt:vñ magna ſtrages vtrinq; ſequuta eſt: non ſine magno eorum,qui portas temere aperuerũt malo:nam ambo ſucceſſu temporis interempti ſunt,cum alijs quampluri mis:vt ex ordine patebit.Quæ quia nihil habemus Donati.¶Ordo talis eſt.Rutuli.i.populi ipſius Turni:irrũpunt.i.irruptionem faciunt:vt.ſ.primum:aut vt.i.poſtq̃:videre aditus.ſ.portarum: patentes.i.apertos:continuo.i.ilico:Quercens,& Equicolus,pulcher armis.i.habens pulchra arma:aut potius pulcher in armis.i. quum eſſet armatus:& Tmarus præceps animi.i.pręcipitans animum ſuũ.i.inſtabilis animi:& Hæmon Mauortius.i.bellicoſus Ordo.

& Marti

& Marti ſimilis (abſumitur, s, cum vocali, ſicut, m, abſumi ſolet: quum dicitur, Tmarus, & Mauortius Hęmon. aut igitur omittenda eſt coniunctio, &: aut Martius, non Mauortius, legendum eſt. Sed quia alibi eandem videtur feciſſe abſumptionem, vt inter ſe coiiſſe viros, & decernere ferro, ideo hic quoq; eam eſſe cenſeã.) omnes autem dicti, aut verſi, ſup. ab agminibus totis: dedere terga. ſ. fugæ: aut poſuere vitam: in ipſo limine. i. introitu portæ iræ. Increſcunt, ideſt intus creſcunt, & augmentantur: tum, ideſt tunc magis animis diſcordibus. i. differẽtibus: quia alij expugnare, alij propugnare prętendebant: & Troes collecti iam glomerãtur eodem. i. ad eundem locum, quo hoſtes: & audent iam conferre manum, & procurrere longius. ſ. extra portas. Nũcius perſertur Turno ductori ſuranti in diuerſa parte. ſ. ab hac, vbi porta erat aperta: & turbanti viros. i. ad Turnum ductorem, &c. hoſtem feruere noua. i. magna, & inaudita cæde, & præbere portas patentes: & ita ipſe deſerit incœptum: atq; concitus. i. concitatus: immani. i. ſæuiſſima ira: ruit. i. præcipitanter currit: ad portam Dardaniam. i. quã Dardanidæ aperuerant: aut ad portam Troianam: & ad fratres ſuperbos. ſ. Pandarum: & Bitian: & ſternit primum Antiphaten, nothum. i. filium naturalem: & illegitimum: vulgo, baſtardum, vocant: Sarpedonis, illius viri Troiani: de matre Thebana. ſ. ex Thebis Thracię, ſternit (dicit) iaculo coniecto: & ſternit primum enĩ: pro quia: is primus agebat ſe ſubaudi obuiã: cornus Itala. i. Italica: à Turno emiſſa: hoc eſt, telum ex cornu factum: volat per aera tenuem: & infixa ſtomacho abit ſub pectus altum. i. profundum, aut eleuatum: ſpecus. i. foramen factum, reddit vndam atri vulneris ſpumantem: & ferrum fixum in pulmone, tepeſcit. ſ. ibidẽ. Tum. i. deinde: poſtq; ſtrauerat Antiphatem ipſe ſternit manu ſua Meropem, atq; Erymantha: & ſternit tum ſup. ſternit Bytian ardentem oculis, & frementem animis, nõ dicit ſternit iaculo: neq; enim. i. nam non. Nam ille non dediſſet vitam iaculo. i. non potuiſſet letaliter vulnerari iaculo, ſed phalarica i. telum illud: contorta. ſ. brachijs Turni: venit ſtridens magnum. i. magnopere: acta modo. i. per modum fulminis: quam. ſ. phalaricam, nec duo terga: taurea. i. taurina, ſup. ſuſtinuerunt: nec lorica fidelis ſquamma: & auro. i. ſquamma aurea duplici. i. habens duplicem ſquammarum, aurearum ordinem: ſuſtinuit. i. ſurſum tenuit: ita vt non penetraret, quia penetrauit omnia: & ideo immania membra collapſa. i. ſimul labentia: ruunt. i. corruũt. Tellus dat gemitum, & ipſe ingens. i. valde magnus, tonat ſuper clypeum, ſuper quem. ſ. cecidit: aut ſi auerſus cecidit: & etiã hoc clypeum dicitur. ¶ Ordo eſt. Et ingens clypeum tonat ſuper. ſ. ipſum corpus proſtratũ. Qualis i. qualiter, pila. i. colũna ſaxea. i. lapidea: cadit quondã. i. aliquando (nam cecidit tẽpore Poetę, vnde & Hora. in arte, Debemur morti nos noſtraq;: ſiue recæptus terra Neptunus claſſes Aqlonibus arcet regis opus, ſterilisq; diu palus, aptaq; remis Vicinas vrbeis alit, &c. Excluſit autem illinc partem maris Iulius: ſed præualuit mare, etiam Auguſti tempore.) in littore Baiarum Euboico. i. ab Euboicis Chalcidenſibus in Italia, iuxta Baias habitato: quam. ſ. pilam cõſtructam: ante. i. prius magnis molibus, ſup. fluctus: aut procellæ iaciunt. i. deijciunt: ponto. i. per pontum: illa. ſ. ſaxea pila: prona. i. inclinata ad terram: trahit ruinam ſic. ſ. vt Bytias cecidit: & illiſa penitus. i. pene intus, ſeu intrinſecus: vadis. i. per vada, aut ad vada recumbit. i. proſternitur, & harenæ nigræ: aut qa ꝓfundę, aut quia paludoſæ attolluntur. i. eriguntur: tum. i. deinde Prochyta. i. inſula illa, ante Miſenum promontoriũ auulſa, olim ab Inarime inſula alta. ſ. olim, antequã per effuſionem planificata eſſet: tremit, ſup. cum ſonitu: aut tremit alta. i. altum: diffuſo. ſ. ſonitu ab alto: & Inarime altera iſula vicina, abs qua Prochyta (vt dixi) vi aquarum abſciſſa eſt: impoſta. i. impoſita, & pro pœnitentia (vt dicunt) aſſignata Typhœo. ſ. giganti, contra deos pugnare auſo: impoſta (inquit) imperijs. i. per imperia Iouis, appoſitone, durum cubile: aut impoſita, vt ſit illi, durum cubile. Quia phalarica, argutius à Landino deſcribitur. adde & eius verba quæ ſunt: Phalarica (ait Amianus) appellata eſt, à Phalari tyrãno: vel quod phalas. i. turres, ictu diruat: eſt autem haſtile miſſile: & teres præterq; ad extremum, vbi prominet ferrum tripedale, ſtupa circundatum: & pice, & ſulphure, circumlitũ addito aliquando bitumine & oleo non emittitur, niſi cõcępta flamma: vt quum per aerẽ defertur, fulmen videatur, lędit ictu & igni.

PIERIVS.

¶ Continuo Quercens.) In antiquis aliquot codic. Querquens, habetur. ☞ Et pulcher Equicolus.) In anti. partim, Equiculus, partim Aquiculus, legitur. ☞ Et præceps animi Tinarus.) In antiquis aliquot Tmaros. ☞ Aut verſi terga dedere.) In codici. nonnullis, auerſi terga dederunt: Sed enim, aut, neceſſarium videtur, vt ſententia & ordo conſtent. ☞ Aut ipſo portæ.) Neque id placet, quod ipſi, in nonnullis veteribus habetur exemplaribus. ☞ Troes glomerantur eodẽ.) In Romano codice legere eſt, in vnum: ſed melius, eodem, hoc eſt ad eandem portam, quam Pãdarus & Bytias recluſerant. Fuit vero in vnum, paraphraſis. ☞ Aera per tenuem.) In pleriſq; cod. tenerum. Sed &, tenuẽ: &, aeri: &, auræ: ſæpe additum inuenias. ☞ Reddit ſpecus atri vulneris vndam.) Quanuis pleriſq; codi. vulneris, legatur. & Seruius, Specus vulneris agnoſcat, exaggeratione Poetica. Sunt tamen alij codi. antiqui in quibus, ſanguinis vndam, legas. ☞ Tum ſternit, Aphidnum.) In cod. Ro. Achidnum. In Oblongo, afidnum, per f Latinum, in alijs, Afidum. in alijs, aphidnum. deniq; tot varietates, quot pene codices. ☞ Et clypeum ſuperintonat ingens.) Dubitare videtur Ser. an clypeum ingens, dicendum ſit genere neutro: vt cum Homerica ſententia cõgruat, ἀράβησε δὲ τεύχε᾽ ἐπ᾽ αὐτῷ: quod alibi Virg. expreſſit, Sonitũ ſuper arma dedere. Sed. n. Liui. li. iiij. de bello Macedonico, Clypea argentea decẽ, ait, quod tñ imaginibus intelligi, eo loco nõnulli volunt, aſſerit ad hæc Nonius Marcellus, clypeũ vtroq; gñe pro ſcuto, Virg. poſuiſſe, vt eo loco, ardẽtes clypeos. & hic, clypeum ſuperintonat ingens. Clypeum. n. ingens indubitato, legit Nonius: quo genere & Licinius vſus eſt. Diximus vero clariſſimos olim viros, tam in genere, q̃; in ſcriptione differentiã poſuiſſe: aliterq; clypeũ: aliter, clipeũ: aliter, clupeũ, ſignificare: cuius rei cura ſit penes eos. qui nunc ẽt & hoc & huiuſmodi alia diligentiſſime perquiſiuere, quorum doctiſſimos libros ſpero breui in lucem prodituros. ☞ Qualis in Euboico.) In Roman. talis, ſed id ex paraphraſi. ☞ Conſtructam iaciunt ponto.) Antiqui omnes cod. hoc numero legunt, Conſtructam ponto iaciunt, ſed magis placet interiectus dactylus. ☞ Penitusq; vadis illiſa recũbit.) In anti. aliquot cod. legitur, vndis inliſa. Sed, vadis magis placet. Adludit autem Poeta ad portus Lucrini reparationem ab Auguſto factam, quum ædificatus à Iulio Cæſare corruiſſet.

Hic Mars armipotens animum, vireſq; Latinis
Addidit, & ſtimulos acreis ſub pectore vertit,
Immiſitq; fugam Teucris, atrumq; timorem,
Vndiq; conueniunt, quoniam data copia pugnæ
Bellatorq; animo deus incidit,
Pandarus, vt fuſo germanum corpore cernit,
Et quo ſit fortuna loco, qui caſus agat res,
Portam vi multa conuerſo cardine torquet
Obnixus latis humeris, multoſq; ſuorum
Mœnibus excluſos duro in certamine linquit.
Aſt alios ſecum includit, recipitq; ruentes
Demens, qui Rutulum in medio non agmine regem
Viderit irrumpentem, vltroq; incluſerit vrbi:
Immanem veluti pecora inter inertia tigrim.
Continuo noua lux oculis effulſit & arma
Horrendum ſonuere, tremunt in vertice criſtæ:

SERVIVS.

¶ Stimulos acreis.) Sæuiendi ſcilicet, nam ſunt & timoris & libidinis ſtimuli. Notanda quoque prooeconomia quę id agit vt veriſimile ſit Turnum victorẽ euaſiſſe è caſtris. ☞ Vndiq; cohueniunt.) Illi ſine dubio quibus Mars iniecit audaciam, inuenta opportunitate irruperũt caſtra Troiana. ☞ Duro in certamine linquit.) Sine ſpe euadendi. ☞ Aſt alios ſecum includit.) Statius, Par operi iactura lucro, nanq; hoſte, recępto Excluſere ſuos. ☞ Vltro.) Inſuper. ☞ Demẽs.) Hoc ex affectione ſua poſuit poeta. Alibi, Sed tum forte caua dũ perſonat æquora concha Demens, & cantu vocat in certamina diuos. ☞ Dotalis regia Amatæ.) Tibi data per dotem. Et bene Amatæ, quæ illum ſola generum eſſe cupiebat. Sane notandum quia id agit vt oſtẽdat ſe non per imprudentiam Turnum incluſiſſe, ſed illum per temeritatẽ ſibi minime ꝓfutura caſtra penetraſſe. ☞ Olli ſubridens.) Magnam confidẽtiam virtutis oſtendit. ☞ Priamo narrabis Achillẽ.) propter illud Sibyllæ. Alius Latio iam partus Achilles. Et dictum eſt vt illud, Degenereq; Neoptolemum narrare memẽto. ☞ Rudem nodis.) Non leuẽ, nec pulchram, ſed fortem. ☞ Cortice crudo.) Viridi. Nam haſtæ torrẽtur. ☞ Vulnus Saturnia Iuno detorſit veniens.) Pleriq; ſed non

non idonei cõmentatores, dicũt eſſe hoc loco occiſum Turnum: ſed cauſa œconomia gloriam à poeta Æneæ eſſe ſeruatam: quod falſum eſt. Nam ſi veritaté hiſtoriæ requiras, primo prælio interemptus eſt Latinus. Inde vbi Turnus Æneã ſuperiorem vidit, Mezẽtij implorauit auxilium. Secundo prælio Turnus occiſus eſt: & nihilominus Æneas poſtea nõ comparuit. Tertio prælio Mezentium occidit Aſcanius, hoc Liuius dicit & Cato in Originibus. ¶Telum.) Hoc loco telum, gladium dixit à longitudine. Vnde & muſtela dicitur, quaſi mus longus. ¶Telũ autem pro gladio poſuiſſe illud ſignificat, quod infert paulopoſt, Conſurgit in enſem. ¶Is.) Talis, par, ſimilis. ¶Alte conſurgit in enſem.) Genus feriendi Gallicanum. Salluſtius, Regreſſi ad faciliores ictus loco cedebant.

Sanguineæ, clypeoq; micantia fulgura mittit.
Agnoſcunt faciem inuiſam, atq; immania membra,
Turbati ſubito Æneadæ: tum Pandarus ingens
Emicat, & mortis fraternę feruidus ira
Effatur. ¶Non hæc dotalis regia Amatæ, PANDA.
Nec muris cohibet patrijs media Ardea Turnum,
Caſtra inimica vides, nulla hinc exire poteſtas.
¶Olli ſubridens ſedato pectore Turnus. POETA
¶Incipe, ſiqua animo virtus, & conſere dextram TVR.
Hic etiam inuentum Priamo narrabis Achillem.
¶Dixerat: ille rudem nodis: & cortice crudo POETA
Intorquet ſummis adnixus viribus haſtam.
Excæpere auræ: vulnus Saturnia Iuno
Detorſit veniens: portæq; infigitur haſta.
¶At non hoc telum, mea quod vi dextera verſat TVR.
Effugies: neq; enim is teli: nec vulneris author.
¶Sic ait: & ſublatum alte conſurgit in enſem, POETA
Et mediam ferro gemina inter tempora frontem
Diuidit, impubesq; immani vulnere malas.
Fit ſonus: ingenti concuſſa eſt pondere tellus.
Collapſos artus, atq; arma cruenta cerebro
Sternit humi morientes: atq; illi in partibus æquis
Huc caput, atq; illuc humero ex vtroq; pependit.

DONATVS.

¶Hic Mars oipotẽs.) Turni factum cæteris audendi fiduciam dedit. ¶Et ſtimulos acri ſub pectore vertit.) Et quaſi quibuſdam ſtimulis rurſum imbelli certamen accendit. ¶Immiſitq; fugam teucris.) Contra Troianis iniecit metũ, & ex eo fugam: non enim fugit, niſi qui ſtare formidat, & diffidet præſentibus. ¶Vndiq; conueniunt.) Cauſa conueniendi dicitur, quoniam data copia pugnæ, quę antea non fuit. ¶Bellatorq;. a. d. i.) Totum in vnũ conuenerant troianorum timor, & fuga, & Turni ex proſpera dimicatione ſucceſſus: Data quoq; regnandi copia, & belli gerendi ardor, quem armipotens deus vniuerſis ingeſſerat. ¶Pandarus, vt fuſo.) Pandarus quum cõſiderando cognoſceret, in fratris interitu partem ſe auxilij perdidiſſe, & virum interiſſe, qué putabat inuictum, caſibus quoq; multis ſubiacere, quę homines agũt, & ſuam mutatam eſſe fortunam. ¶Portam vi multa.) Hoc fecit, vt emendaret factum ſuum, quod aduerſa corruperant. ¶Multosq; ſuorum.) Portam claudere q̃; congeſti hoſtes oppleuerant, quantæ fuit virtutis? fecit tamen quod exigebat neceſſitas, excluſis aliquot ſuis & ad perniciẽ traditis, recęptis vero nonnullis hoſtiũ: quot & commodum eſſet, cõtrarium poſuit, quia aut occidi illic potuerunt, aut præualere. ¶Demens, qui rutulum.) Niſi illũ multa aduerſa turbaſſent, plenam potuiſſet procurare victoriam: ſi irrumpentem Turnum cum cæteris recępiſſet, eum. ſ. qui vltro venerat vt periret. ¶Immanem veluti.) Ecce vitium eius, qui non vidit Turnum plurimum inter cæteros eminentem, quod ſi feciſſet, eſſet tale, quale ſi clauſiſſet cum paruis pecoribus Tygrim. ¶Continuo noua lux oculis.) Tanta fuit inter cæteros diſſimilitudo Turni, vt illum forma corporis & armorum qualitate quiuis poſſet agnoſcere. Deniq; agnouerunt Æneadæ facile, qualem nunq̃; viderant: & licet turbati, quis eſſet, intellexerunt. ¶Turbati ſubito Æneadæ.) Reſipiens Pandarus vidit, quem ante nequiuerat noſcere: & in ira perditi fratris poſitus gratulatus hoſtem ablatum ad pœnam, ſic inſtituit loqui. ¶Non hæc dotalis re. a.) Sic, inquit, fretus audacia conſiſtis, ac ſi te amatæ regia habeat? iocularιter hoc dixit, quoniam amata illum vehementiſſime diligebat, aut quaſi, inquit, teneat ciuitas patris, in qua otioſus eſſe conſueſti: noli me res vlterius. ¶Caſtra inimica vides.) Tenent te obſeſſum caſtra, quæ inimicus intraſti, nec aliquem tibi exitum tribuunt. ¶Olli ſurridens.) Diuerſos animorum motus ſingulis dedit. Pandarum dixit ſublato animo, quòd Turnum teneret in ſepto caſtrorum, & quòd eſſet fratris amiſſione confectus, dedit ei ſuperbum quoq; ſermonem, Turno patientiam tribuit, deniq; ſine tumore mentis reſponſum dedit, huiuſmodi ſermone. ¶Incipe ſiqua. a. v.) De fiducia fortitudinis vrbanum potiusq̃; contumelioſum reddidit in reſpondendo ſermonem. Iocatus etiam ipſe de nominibus, vt Pandarus fecit, ſi, inquit, aliquatenus tua virtute confidis, inijcere, ego te ad Priamum mittam, vt in Italia alterum Achillem nuncies inueniſſe. ¶Dixerat.) Hoc de Turno ſit

no ſit dictum. ¶Ille.) Hoc eſt pandarus. ¶Rudem nodis.) Incompoſitam, ſcilicet & impolitam, quam ſola fortitudo maxima potuiſſet emittere. ¶Excepere auræ.) Haſta ipſa auras potius, q̃; hominem verberauit. ¶Vulnus Saturnia Iuno Detorſit.) Quippe auxilio Iunonis detortum eſt vulnus à Turni corpore: portæq; magis infixa: ictus quàm validus fuit, vt exceptum auris portæ figeretur. ¶At nõ hoc telum.) Verba ſunt Turni loquẽtis ante ictum, hoc inquit telum, tu non effugies, quod magna vi verſat dextera mea: neq; eius ictum poteris euitare. non enĩ hoc tu mittis, vt inefficaciter currat. tale enĩ veniet q̃lis ego ſum, cuius manu portatur, & regitur. ¶Sic ait, & ſublatũ.) Ecce qua ratiõe ait, effugi ictũ tuum, declinare tu nõ poteris meum. quando enim telum miſſile eſt, poteſt declinari vigilantibus oculis, & corporis mobilitate, quum vero ventũ fuerit ad manum, atq; enſe pugnatur, ictus nulla põt ratione fruſtrari, & tunc vera virtus oſtenditur, timẽtis eſt certare haſtis, & telum longius mittere, Turnus igitur, vt ſe oſtenderet virtute potioré, gladio magis vſus eſt, nec timuit tantum hoſti propior fieri, vt cõſurgere in enſem poſſet, & ferire, quod non facit, niſi q proprię virtuti confidit. Itaq; vt manum, inquit, erexit. ¶Mediam ferro gemina.) Totũ hoc quod factum deſcripſit, licet exponi non debeat, quia planum eſt: tamen melius apparebit, quũ fuerint inſpecta ſequentia. ¶Fit ſonus.) Sonus, quem ipſe ictus fecerat & ruina proſtrati. Pondus autem ſenſit terra, quę ſuſtinebat occiſum. ¶Collapſos artus.) Impleuit terram funere proprio, & diſſoluto cerebro ac ſanguine ſuo arma quoq; perfudit. ¶Atq; illi partibus ęquis.) Hęc eſt oĩs deſcriptio mortis pandari: medio, inq̃t, capite ictum teli veniẽtis excępit, & per fronté ac faciẽ plaga deſcẽdẽs ſingulas partes ſingulis humeris dedit, ecce propter quam cauſam ſupra poſuit. ſic ait, & ſublatum alte conſurgit in enſem. hominis. n. longi, & eius, cuius forma arboribus luci comparata eſt, caput & faciẽ vno ictu in duas partes ſeparare non poſſet, niſi in enſem conſurgens altior eſſet effectus, vt deſcendens plaga facilius compleret hominis necẽ. Tanta autem facti celeritas fuit, vt aduerſus conſiſtentes pandarus venientem mortem vitare nequiuerit.

ASCENSIVS.

¶Hic animum Mars armipotẽs, &c.) Proſequitur reliquam pugnæ narrationem: docetq; Turno vireis arte infuſas: imitatus in hoc Homerum, qui deos, bello Troiano ſe immiſcuiſſe frequenter atteſtatur. Faciensq; veroſimile, Turnum tantam vim belli ſuſtinuiſſe: quocirca etiam Teucris animos ablatos dicit, vt non ſua ignauia, ſed deorum violẽtia in fugam Verſi cenſeantur: ſic enim abunde purgantur. Nam (vt in. ij. dictũ eſt) nihil inuitis fas quenquam fidere diuis. Docet præterea portam à Pandaro, qui eam temerarie patefecit: inconſulte clauſam, excluſis videlicet cõſocijs, & incluſo Turno. De quibus omnibus nihil decerptum eſt ex Donato. ¶Ordo igitur eſt. Mars armipotens, ideſt armorũ, & bellorum deus: addidit hic, ideſt hoc loco & tempore: Latinis, ſcilicet Turni populis: vires, ſcilicet animorum, & corporum: quia geminat victoria vireis: & vertit, ideſt vertendo pungit (tractum à virga quæ dum vertitur, boues ſtimulantur) ſub pectore. i. præcordijs: ſtimulos acreis, ideſt vehementis furoris, & iræ: & immiſit Teucris fugam. i. animum fugiendi: q;, pro, ideſt timorem atrũ. i. pernicioſum, & deteſtabilem, atq; ignominioſum: quia ſicut rem laudabilem, claram & illuſtrem dicimus, ita vituperabilem, atrã, & obſcuram. Latini, ſup. conueniunt vndiq;, ideſt ex omni parte: quoniam copia. i. copioſa facultas: pugnæ, ideſt pugnandi: data, ſupple eſt, ideſt facta & conceſſa: & deus bellator. ſ. Mars: incidit animo. i. in animum eorum: hoc eſt omnem accæperũt animum, ſeu cupiditatem bellãdi. Pandarus vt, ideſt poſtquam: cernit ger- Ordo.

manum

manum.ſ.Bytiam:corpore fuſo.i.cuius corpus erat fuſum,aut habentem corpus fuſum.& vt cernit.i.conſyderat & videt : quo loco.i.in quo ſtatu,& qua cōditione ſit fortuna : quia videt eam ad Latinos,relictis Teucris defeciſſe:& qui.i.qualis caſus:agat res.ſ. bellicas:torquet.i.applicat,& claudit,torquendo multa vi:portā conuerſam.i.quam cōuertebat ad poſteis ſuos vt claudatur:torquet inquam obnixus.i.obnitēs humeris latis:& linquit multos ſuorum.i.ex ſuis cōmilitonibus,excluſos mœnibus.ſ.nouæ Troię:aut caſtrorum Troianorū,ſub certamine duro:qa inuito Marte,qui quos Latinis addidit,Teucris abſtulerat animos. Aſt.i.ſed includit alios ſecum:& recipit ruētes.i.præcipitanter accurrētes, vt recipiantur,exiſtēs demens:qui.i.vtpote,qui non viderit regē Rutulum.i.Rutulorum;aut qui & ipſe Rutulus erat,hoc eſt Turnum,in medio agmine.ſ.Troianorum:ruentium,ſcilicet ad portas:& ita irrumpentem.i.vi intrantē.& qui incluſerit vrbi.i.in vrbē:vltro.i.vltra id quod deberet facere:quia quam debebat ſumma vi propulſare,ignarus recæpit,atq; incluſit:veluti,ſup.includeret Tygrim immanē.i.ferociſſimam:inter pecora inertia.i.arte repugnandi,aut ſe defendendi carentia:vt ſunt oues,& capræ: quas,vt decorum ſtyli ſeruet,periphraſticos tantum, & non expreſſe ponit,ne in re tam ſublimi,humillima nominet,ſicut alibi pro ciconia,dixit,Candida venit auis,&c.Continuo.i.ſtatim, vt recæptus,atq; incluſus eſt:lux.i.fulgor,noua.i.inſolitus & vehemens:effulſit.i.emicuit:oculis.ſ.Turni:& arma,ſupp.eius:ſonuerunt horrendum.i.horrende, aut horribiliter:criſtæ.ſ.ipſius galeæ,de qua dictum eſt:q̃; magis illa tremens, tanto magis effera flammis:ſanguineæ.i.ſanguinei,quia ignei coloris : & mittit clypeum.i.in clypeū:fulmina micātia.i.radios in morem fulminis reſplendentes:Æneadę.i.Æneę ſubditi.ſ.Troiani turbati : ſubito i.ex re ſubita,aut de repente : agnoſcunt & faciē inuiſam.i.quam odio habebant,aut talem cui inuideri poſſet:quaſi inuiſibilem,ſi in ea ſignificatione diceretur:atq; membra immania,ideſt valde magna & terribilia,quæ res in gloria cedet Æneæ,qui talem vincere poterit: tum,ideſt tunc:Pandarus ingens, ideſt valde magnus,& ſine exemplo:emicat,ideſt eminet,& extra alios tollitur & feruidus,ideſt feruens,& incenſus:ira mortis fraternæ.i.concępta:propter necem fratris eius.ſ.Bytiæ:effatur,ideſt palam,& clara voce loquitur.Hæc non eſt regia dotalis Amatę,ideſt quam Amata Latini coniux in dotem tibi cum filia ſpopondit. nec Ardea.ſ.ciuitas patria:Turni media.i.medio ſui:cohibet,ideſt continet:Turnum.ſ.mediū in ea:vt ſit media,pro medium:muris patrijs.i.intra quos natus eſt.tu ò Turne,vides caſtra inimica nulla poteſtas exire.i.exeundi hinc:eſt,ſup.tibi.Turnus ſubridens olli, ideſt tunc illi:pectore ſedato,ideſt tranquillo,inquit,ſupple incipe.i.ini mecum certamen,aut duellum : ſiqua.i.aliqua virtus eſt animo:& conſere dextram,ſcilicet mecum,tractū à luctatoribus: tu narrabis Priamo.ſ.apud inferos,quo te mittam:ſicut Pyrrhus in ſecundo.Referens ergo hæc:& nuncius ibis Pelidę genitori illi mea triſtia facta,Degeneremq; Neoptolemū, narrare memēto, narrabis ergo Priamo,Achilli ſimilem:inuētum,etiàm hic,ideſt in hac noua Troia:dixerat,ſcilicet Turnus,ille.ſ.Pandarus : annixus.i.annitens,ſummis viribus:intorquet.ſ.in Turnum,licet non peruenit in eum vſq;:haſtam rudem nodis:& crudo.i.impolito cortice.Auræ.i.aer,& ventus,accępere.ſ.haſtam. Iuno Saturnia detorſit.ſ.de Turno:vulnus.i.haſtam,veniens.ſ.in Turnum, niſi Iuno depuliſſet.Aut ſic,Auræ accæpere vulnus.i.læſæ & vulneratæ ſunt,hoc eſt transfixæ:& non Turnus:qa,ſupp. Turnus ait, tu non effugies hoc telum.ſ.quo cōminus concertatur enſem,videlicet:quod.ſ.telum.i.quem enſem:mea dextera verſat.i.vibrat & tractat:enim.i.nam,author teli,nec vulneris eſt is.i.talis.ſ.q̃lis tu es.Ait in quam Turnus ſic:& cōſurgit.i.erigit ſe:in enſem ſublatum.i.ſurſum erectum,& diuidit ferro.i.enſe ferreo:frontē.ſ.Pandari:mediam inter gemina.i.ambo tempora.i.extremitates concauas capitis:& diuidit malas.i.maxillas : impubes.i.imberbes: vulnere immani.i.ſæuiſſimo:ſonus fit.ſ.ex ictu:& tellus concuſſa eſt ingēti pondere.ſ.corporis cadētis.Ipſe enim Pādarus moriēs: ſternit humi.i.ſuper humum,artus.ſ.ſuos collapſos : atque arma cruenta.i.fœdata:cerebro.ſ.effuſo:atq; caput pependit illi in partibus æquis.i.æqualibus : ex vtroq; humero : huc atq; illuc.i.in vtranq; partem,tam dexteram,q̃; ſiniſtram.

PIERIVS.

¶Qui caſus agat res.) In Roma.& in Med.qs:vt Grammaticorum præcæptionibus fieret ſatis. Nam,quis, cum s,dici volunt grammatici,authore Soſipatro,quum in quærendo,vt, Quis te nate dea. In inferendo autem,qui,ſine,s:vt, Ille vides pura iuuenis qui nititur haſta.Eſt enim præpoſitiuum,quis:ſubiunctiuum, qui. Quod tamen authores non obſeruarunt:vt Attius,qui nam Tantalidarum internitioni modus ſit.& Virg.Qui caſus agat res. Hæc Cariſius.⸿Lux oculis effulſit.) In Ro.cod.offulſit:vt ſuperius.⸿Clypeoq; micantia fulgura mittit.) In Ro.Mediceo,& in Porcio,fulmina:& verbū,mittit,numero variat. ⸿Siqua animo virtus.) In Romano animi,Sed magis placet,aio.⸿At nō hoc telum.) Miratur Seruius,telum,pro gladio poſitum.Sed enim & apud oratores inuenitur.In rhetori.ad Heren.lib.j.Aiax in ſylua poſtquam reſciuit quæ feciſſet per inſaniam,gladio incubuit,Vlyſſes interuenit,occiſum conſpicatur,corpore telum cruentum educit.⸿Verſat.)Eſt in Mediceo,librat,pro verſat,ſcriptum.⸿Neque enim is teli,nec vulneris author.) In Romano codice in Porcio, & aliquot alijs ſcriptum,neq; enim es,vt ſit ideo nō effugies:qa tu non es author teli,neq; volueris.Tua enī euitari poſſunt,mea autem minime.⸿Gemina inter tempora.)Codices nōnulli veteres legunt,media inter tempora,figurata eloquutione. Mediam frontem inter media tempora.⸿Atq; illi in partibus æquis.) Antiqui codices omnes quotquot vidi,legunt abſq;,in,atq; illi partibus æquis.

Diffugiunt,verſi trepida formidine Troes.
Et ſi continuo victorem ea cura ſubiſſet:
Rumpere clauſtra manu,ſocioſq; immittere portis,
Vltimus ille dies bello,gentiq; fuiſſet.
Sed furor ardentem,cædiſq; inſana cupido
Egit in aduerſos.
Principio Phalarin.& ſucciſo poplite Gygen
Excipit:hinc raptas,fugientibus ingerit haſtas:
In tergum(Iuno vires,animumq; miniſtrat.)
Addit Halyn comitem,& confixum Phegea parma:
Ignaros deinde in muris,Martemq; cientes,
Alcandrumq;,Haliumq;,Nemonaq;,Prytanimq;,
Lyncea tendentem contra,ſocioſq; vocantem
Vibranti gladio connixus ab aggere dexter
Occupat,huic vno deiectum comminus ictu
Cum galea longe iacuit caput,inde ferarum
Vaſtatorem Amycum,quo non felicior alter
Vngere tela manu:ferrumq; armare veneno:
Et Clytium Æoliden,& amicum Cretea Muſis,
Cretea Muſarum comitem,cui carmina ſemper
Et citharæ cordi,numeroſq; intendere neruis:

SERVIVS.

¶Bello gentiq; fuiſſet.)Duo dicit, Et bellum finiri potuit omnibus interēmptis,& gens penitus fuiſſet extincta occiſo Aſcanio : à quo Romani ducunt originem. Ideo Bello, gentiq; dixit,quia bellum plerunq; finitur gente ſuperſtite, vt in bello Troiano contigit. ⸿Cædiſq; inſana Cupido.) Excuſat Turnum cur non à porta fugatis Troianis penitus deleta ſint caſtra.⸿Principio.) Intra caſtra,poſt Troianorum fugam. ⸿Succiſo poplite Gygē excipit.)Ordo eſt, Excipit & ſuccidit poplitem, nam ante fuit vt eum circunueniret inſidijs. Poples autē, po correpta eſt, ſicut in Sereno legitur;ſed producitur poſitione. ⸿Hinc.) Nec loci eſt, nec temporis;ſed ordinis, ideſt deinde. Raptas autem, de hoſtilibus cadaueribus. Nam quod dicit Donatus,ab armigero:non procedit, nec enim ectum lectum eſt. ⸿Iuno vires animūq; miniſtrat.) Ne ſit incongruum vnum tot occidiſſe,dat Iuuonis auxilium. Horatius in arte poetica,Nec deus interſit, niſi dignus vindice nodus Inciderit. ⸿Alcandrumq;,Haliūq;,Nemonaq;,Prytanūq;.) Homeri verſus, tantum coniunctione mutata. ἄλκανδρον θ᾽ ἁλιόντε νόμονάτε πρύτανίντε. Vnde apparet non ad hiſtoriam,ſed ad ornatum poematis hæc nomina pertinere. ⸿Tendentem contra.) In ſe facientem impetum. ⸿Cum galea longe iacuit caput.) Ad exprimendam celeritatem præterito vſus eſt tempore. Potuiſſe autem caput cum galea longe iaci,præmiſſa loci altitudo ſignificat. Ergo eum cominus percuſſum intelligamus, ſed tantā vim ictus fuiſſe vt longe caput excuteret. ⸿Felicior.) Peritior, Nā in vngendis telis nō eſt felicitas,ſed pitia. Sane nec vngo,nec vngentum v recipit,

Semper equos,atq; arma virum,pugnaſq; canebat.
Tandem ductores,audita cæde ſuorum,
Conueniunt Teucri,Mneſtheus,acerq; Sereſtus,
Palanteſq; vident ſocios:hoſtemq; recæptum,
Et Mneſthe⁹. ┌Quo deide fugā?quo tēditis,iqt, MNE.
Quos alios muros?quę iam vltra mœnia habetis?
Vnus homo,& veſtris ò ciues vndiq; ſeptus
Aggeribus,tantas ſtrageis impune per vrbem
Ediderit?iuuenum primos tot miſerit Orco?
Non infelicis patriæ,veterumq; deorum,
Et magni Æneæ ſegnes miſeretq; pudetq;?

dpit,excepto vno noie vt vnguen.Vn̄ eſt,Et pingues vnguine ceras.┌Ferrūq; armare veneno.)ſpecioſe dictū armabat ferrū,quo nos armare cōſueuimus.┌Amicum Cretea muſis.)Poetā lyricum,& tale eſt ſchema per repetitionē,vt ſequitur,Pulcherrim⁹ Aſtur,Aſtur equo fidēs.┌Numeroſq; intēdere neruis.)Rhythmos facere intētione neruorū.Nā nunc ſunt Rhythmi,vt,Numeros memini,ſi verba tenerē.Ergo hoc dicit,Secundū cordas verba cōponebat.┌Audita cæde ſuoꝝ.)Seruat τὸ πρέπον.i.decorū: ne præſentibus ducibus Turnus tot ſtrages feciſſe videaṫ.┌Quo deinde fugā?)Aut vacat Deinde,vt tandē,gentium locorum.Aut intelligimus mente eū tractaſſe,ꝙ de campis milites ſolēt ad caſtra confugere:& ſic dixiſſe,Quo deinde?ſcil cet de caſtris:quo fugitis vlterius?& hoc eſt melius.Vnde & ſequitur,Quos alios muros?& ſic eſt dictū poſt cogitationē,Quo deinde?ſicut Terentius dixit,Quid igitur faciam?┌Vnus homo.)Ac ſi diceret mortalis. Et bona attenuatio eſt,cum ſupra dixerit,Rutulum in medio nō agmine regem.┌Infelicis patriæ.)Troiæ,in qua nunc ſunt.┌Veterumq; deorum.)Penates ſignificat,quos ſemper coluere Troiani.)Miſeretq;,pudetq;.)Sic Pallas,Nunc prece,nunc dictis virtutem accendit amaris.

DONATVS.

❡Diffugiunt verſi.)Troiani oēs tali exēplo perterriti fugiunt. ┌Et ſi continuo.)Occiſis illis,qui valebant obſiſtere,ſi victorem Turnum cōgrua cura tetigiſſet:vel maxime,quia fugerāt cæteri, vt perruptis clauſtris portaq; patefacta ſuos admiſiſſet:eodē die omnis Troianorū gēs fuiſſet abſumpta,& plenus belli terminus prouēniſſet,Cur hoc non ſit factū,ſubnectitur.┌Sed furor ardentem.)Impedijt hoc cōſiliū furor,qui humanas mētes à tractantibus cōmodis proturbare cōſueuit.raptus eſt.n.vt inſequeretur fugientes,& nō vidit,quod prodeſſe plus poſſet.┌Principio phalarum.)Locus iſte intellectus duplicē rationē pōt admittere.Aut enim haſtas ſublatas hoſtibus ingerebat,aut alijs raptas in eos iaciebat,qui fugerant,excipiebant aūt iactus oēs in terga,quę dederant hoſti.┌Iuno vires animumq;.m.)Vbi erexit laudibus Turnum,ibi eū plena vituperatione deiecit.Nihil enim propria virtute faciebat,ſed Iunonis iuuabaṫ auxilio.┌Addit halyn comitē.) Deinde addit comitem Halyn & hegeum,qui neſcij,quid eſſet cū alijs geſtum,pugnā in muris nouare nitebantur.┌Alcandrumq;, haliumq;,&c.)Poſt multos quos ꝓſtratis comites dedit,lynceū aggreſſus eſt,qui ſocios vocauit ad bellum,ſed quum iſtum animantē cæteros & hortantem obuium habuiſſent,occiſione aggeris ſublimior factus caput eius è ſummo percuſſit,& vno ictu abſciſum longius facit iacere cum galea,quod dixit,cum galea longe iacuit caput,virtutem ferientis oſtendit,nā non longe cum galeæ pondere iacuiſſet,niſi magna fortitudine virium fuiſſet excuſſum.┌Inde ferarum Vaſt.)Iſte venator fuit,qui vt facilius feras occideret,ferrum armabat venenans vnguentis.┌Et clitium Æolidem.)Hoc eſt Æoli filium.┌Et amicū cretea mu.)Amicitia muſarum qualis vixit,ex ſequentibus docet.┌Cretea mu.co.)Non tantum amicus muſarū fuerat,verum etiam comes.┌Cui carmina ſe.Et ci.c.)Non vnam tantūmodo muſicæ artē nouerat,ſciebat cōponere carmina,nouerat citharæ ſtudium & loqui per neruos.Ea quippe moderationę tendebat,vt humanā vocē ſonis & numeris teſtarentur.┌Semper equos.)Hoc laudis augmentū eſt, vt ſcientiā muſicam nō ad turpes cantus,ſed ad virorū fortia facta conuerteret.Denique ait,equos,aut arma canebat,aut bella. ┌Tandē ductores.)Nō ſoli ſed inter cęteros ipſi pręcipui.┌Palanteſq; vidēt.)Cōtrariū neſcio qd,vt clauſo hoſtio cū inſiſtere debuiſſent,atq; hūc necare,fugere potius,q̄; cū hoc certare maluiſſent.┌Et Mneſtheus.)Mneſtheus ſuos obiurgans,deinde,ait,hoc eſt,vt vidit fugiētes,cōfeſtim loquutus eſt iſta.ſic,inquit,fugitis quaſi vos exitio fuga poſſit eripere,vellē tn̄ noſſe,quo ſn̄ia veſtra cōtendit.Ille,ait,pręſens periculū fugit,q receptaculi pōt habere ſubſidiū.Vos quo tēditis?quę vobis præter iſtius loci munimēta ſunt?qui occurrerēt fugientibus muri?quæ talia Turris Palantes excipiet?hoc eſt,quod ait.┌Quos alios muros?)Incipit iam factum ipſoꝝ excutere,& dum cōſiliū incōmodū reprehēdit,quod inconſulte timerēt,viam,quā ſequi debeant,ſubtiliter monſtrat.

┌Vnus

┌Vnus homo.)Vnus,inqt,homo multos hoies captiuos liberos non vna cæde,ſed pluri ma & nulla vltiōe repetita iuuenes electos & nobiles ac tāti muneris ſtrauerit?& hoc fecerit ꝑ vrbē?in q̄ facilius adunata multoꝝ manu potuit ſterni?ſolus valuit plures occidere?┌Nō infelicis pa.)Nō,inqt vobis venit in mētē infelix patria?quā reparare debemus?nō dij Troię cōſideranṫ,quos vultis addicere?nō Æneæ cōpilatio abſentis,q nobis ſpem ſuam filiumue cōmiſit?Segnes vos eſſe nō miſeret aut pudet?miſeret,pertinet ad deos & patriam pudet,ad Æneā,patiemini vnū ſocij,feretiſue inclusum poſt tot virorū taliū cędem vnum ex his locis potes ſemittere,qui ſubueniat inopi,quis iuuabit incluſum? Expergimini aliquando ſententia viros,vt quos irrūpendo hoſtis contempſit veſtram noſcat virtutem.

ASCENSIVS.

❡Diffugiunt verſi,&c.)Docet exemplis,quę ſit alea belli,quum etiam vnum hoſtem intra mœnia ſua clauſum,fugerint Troes:& Turnus immemor ſalutis & victorię,non meminerit portas aperire,atq; ſocios recipere:quos ſi recępiſſet,gentē Troianam delere potuiſſet.Deſcribit præterea,primorum bellatorum reſiſtentiam & Cretei vt varietate opus placeat,etiam in muſica peritiā & Mneſthei acrem increpationem.De quibus omnibus hoc tantum recæptū eſt Donati.┌Semper æquos.)Laus hominis,quod tantum muſicam,nō ad turpeis actus,ſed ad res egregias adhiberet.┌Miſeret.)Pertinet ad deos.┌Pudet.)Pertinet ad Æneā Hęc ille.❡Ordo eſt.Teucri verſi.ſ.in fugam:formidine trepida.i.res Ordo.
in quibus eſt,vt mentes Teucrorum præ anxietate trepidas faciēte:diffugiunt.i.in diuerſa fugiunt:& ſi ea.i.talis cura.i.ſollicitudo aut prouidentia:ſubiſſet.i.ſubiuiſſet,continuo.ſ.vt diffugerunt: victorē.i.mentē,victoris.ſ.Turni:rūpere clauſtra.i.clauſuras portarū,manu.ſ.ſua:& immittere portis.i.in portas,vt ſit datiui caſus:aut,per portas,vt ſit ablatiuus,per locum ſignificās:ſocios.i. commilitones:ille dies fuiſſet vltimus:bello.ſ.cum Troianis gerendo:& genti.ſ.Troianę,quam morte Aſcanij deleuiſſet:ſed furor.ſ.Martius,& inſana cupido:cædis,ideſt occidendi:egit.i.im/ Poples.
pulit eum,in aduerſos.i.obſtantes ſiqui erant.Ipſe igitur,excipit, ideſt medio mortaliū tollit,principio Phalarim,& Gygē,poplite ſucciſo.i.cui poples prius ab eo ſucciſus erat.Eſt autem poples po Poplex.
plitis,non poplex poplicis,poſterior pars cruris,ſupra ſuras ex aduerſo genuum,vbi eſt neruorū eminentia,& ipſe ingerit hinc.i. deinde,aut ex hac nece:fugientibus.ſ.Troianis:haſtas raptas.i.q̄s rapuit de terra elapſas fugientibus:ingerit inquam in tergū,quia terga dedere.Iuno miniſtrat vires & animum(vt veriſimile ſit, vnum tot potuiſſe Iunonis atteſtatur auxilium Turno præſens fuiſſe)addit igitur,proſtratis:Halyn comitem,ideſt ſocium mortis:& Phegea confixum,parma.i.ſimul cum parma:deinde,ſupple addit:aut occupat(vt ſequitur)in muris.i.intra muros ignaros.i.ignorantes,quod ipſe Turnus intra mœnia eſſet:& cientes, ideſt aduocantes:ſocios.ſ.excluſos.Addit inquam Alcandrum,& Halium,& Nemona,& Prytanim(alij tamen,Prytanium,legūt: legendo autem vt Ser.Prytanim,erit ſpōdeus in quinto)& ipſe dexter.i.expeditus bellator,potius q̄; à dextera veniens,connixus ab aggere,occupat gladio vibranti:i.euaginato & micanti:nā dum gladius molli bractea quatitur,vibrare dicitur.Lyncea.i.virum illum(à nominatiuo Lynceus.)tendentem contra.i.facientem impetum:& vocantē ſocios,caput iacuit hinc deiectum cum galea:longe.ſ.à trunco,vno ictu:cōminus.ſ.facto,hoc eſt quaſi coniuncta manu.Inde,ſup.occupat:Amycum,virum illum(media breui,& proprium.)vaſtationem ferarum,ideſt interfectorem faciendo ſyluas,abactis,aut ſublatis feris vaſtas:quo,ſcilicet Amyco:alter non erat felicior.i.magis idoneus,aut cum maiore felicitate & dexteritate ſolitus,vngere manu.ſ.tua tela:& armare veneno ferrū,quo.ſ.nos armamur:&,ſup.occupat Clycium Æo/ Lyrica
liden.i.Æoli filium:& Cretea,amicum Muſis.i.Philomuſum,& materia
poetam lyricum(habet autem mediam longam,quia adiectiuū hic,eſt amicum.)Cretea(inquit)comitem Muſarum,cui carmina,& cithara erāt,ſup.ſemper:cordi.i.voluptati,& ad cor:& intēdere numeros neruis.i.neruos numeris,vt ſit hypallage:aut intendere numeros.i.facere rhithmos:neruis.i.ad crepitum neruorum.

rum. Qui, ſupple canebat ſemper equos: atq; arma virum.i.virorum: & pugnas.i.lyricus erat: vnde Horatius in arte, Muſa dedit fidibus diuos pueroſq; deorum. Et pugilem victorem, & equum in certamine primum. Ductores Teucri.ſ.Mneſtheus, & Sereſtus acer.i.ſtrenuus: conueniunt tandem cæde ſuorum audita: & vident ſocios pallantes.i.temere oberrantes: & hoſtem.ſ.Turnum: receptũ.ſ.in mœnia. Et Mneſtheus inquit deinde, aut quo deinde i.deinceps & poſthac: quo (inquit) tẽditis.i.dirigitis: fugam.i.vos fugientes: quos muros alios, & quæ mœnia vltra.ſ.iſta habetis? q.d.nullos, & nulla. O ciues, vnus homo: &, ſup.is ſeptus.i.circunuallatus vndiq; veſtris aggeribus: ediderit.i.permittatur ne edere: impune.i.paſſim: & ſine vindicta: per vrbem.ſ.veſtram: tantas ſtrageis: & miſerit.i.permittetur: mittere Orco.i.ad Orcum.i.inferum: tot primos iuuenum.i.principes iuuentutis? q.d.indignum eſſe. Vnde addit: Non.i.nonne: ò ſegnes.i.ignaui, & inertes: miſeret, ſup.vos infelicis.patrię, quæ penitus exterminatur, & deorũ veterum.i.quos antiqua religione coluiſtis: non.i.nonne: pudet, ſup.vos: magni Æneæ.i.tantum dedecus facere Æneæ tanto viro? aut non.i.nunquid pudet, ſupp.vos, magni Æneæ.i.nunquid ideo non reſiſtitis, quia Æneas vobis pudori & dedecori eſt? q.d. id non decere, ſed prior conſtructio placet.

PIERIVS.

¶Cædiſq; inſana cupido.) In veteribus aliquot exemplaribus infandua. Γ In tergum.) Ro.codex, tergus, habet. Quam lectionẽ hoc citato verſu Flauius Soſipater agnoſcit aduerſus eos qui pro dorſo, tergũ tergi facere Tergus vero tergoris ꝓ pelle contendebant. Nam & terga boum dictum à Virgilio reperit, quũ tergum tantum hominis eſſe contenderent. Exẽplis vero Virgilianis impunitas etiam illis datur, qui putant tergum hominis, tergus vero pecoris nominari. Nam & tergora diripiunt coſtis. Et alibi venit in tergum aduerſi Sulmonis, legitur. Γ Et confixum Phegea parma.) Veteres omnes codices, confixa, legunt parma. Sed, confixum, figuratius eſt.

SERVIVS.

¶Ceu ſæuum turba leonẽ.) Senſus hic eſt, Haud aliter Turnus retrocedẽs petebat fluuiũ ac ſolet leo preſſus multitudine: nec terga præbere, propter iram vel pudorem: nec poſſe, licet cupiat in venantes impetum facere. Γ Nec contra vires audet Saturnia Iuno.) Atqui fauente numine debuit etiam contra multitudinẽ poſſe: ſed h̄ Iupiter vetuit. Γ Haud mollia iuſſa ferentem.) Melius q̃ Homerus, hunc locũ exequutus eſt. Saluo.n.ſenſu vitauit & fabuloſa & vilia. Nã ille ipſas minas exeq̃tur. Γ Ergo.) Quia numinis eſt deſertus auxilio. Γ Telis obruit.) Lucanus eundem ſenſum per declamationẽ dicit, Telorũ nymbo peritura & pondere ferri. Γ Vmbo.) Scutum. Nã à ꝑte totũ ſignificat. Γ Et piceum (nec reſpirare ꝑtãs) flumẽ agit.) Ordo eſt, Sudor Piceum flumen agit: hoc eſt ſordidum, quia ſine reſpiratione pugnabat. Γ Tũ demũ.) Poſtq̃ aliter ſe euadere poſſe non vidit. Γ Omnibus armis.) Cum minus eſt. Γ Illè ſuo cũ gurgite flauo.) Hyſterologia eſt, cum ille eũ excæpit. Nõ.n. procedit cum ſuo gurgite, q̃ſi poſſet fieri vt eum ſine ſuis fluentis exciperet. Sane quærũt multi quũ Tyberis Æneæ faueat, cur liberauit Turnum. Sed ſoluitur iſta ratione. Nam ob hoc Turnum dicit eſſe liberatum, vt maior Æneæ gloria ſeruaretur.

POETA

ΓTalibus accenſi firmantur, & agmine denſo
Conſiſtunt: Turnus paulatim excedere pugna,
Et fluuium petere, ac partem, quæ cingitur amni.
Acrius hoc Teucri clamore incumbere magno,
Et glomerare manum, ceu ſæuum turba leonem
Quum telis premit infenſis: at territus ille,
Aſper, acerba tuens retro redit: & neq; terga
Ira dare, aut virtus patitur, nec tendere contra,
Ille quidem hoc cupiens, potis eſt per tela, viroſq;.
Haud aliter retro dubius, veſtigia Turnus
Improperata refert, & mens exæſtuat ira.
Quin etiam bis tum medios inuaſerat hoſteis,
Bis conuerſa fuga per muros agmina vertit:
Sed manus è caſtris properè coit omnis in vnum,
Nec contra vireis audet Saturnia Iuno
Sufficere: aeriam cœlo nam Iupiter Irin
Demiſit: germanæ haud mollia iuſſa ferentem.
Ni Turnus cedat, Teucrorum mœnibus altis.
Ergo nec clypeo iuuenis ſubſiſtere tantum,
Nec dextra valet, iniectis ſic vndiq; telis
Obruitur, ſtrepit aſſiduo caua tempora circum
Tinnitu galea, & ſaxis ſolida æra fatiſcunt,
Diſcuſſæq; iubæ capiti, nec ſufficit vmbo,
Ictibus, ingeminant haſtis. & Troes, & ipſe
Fulmineus Mneſtheus. tum toto corpore ſudor
Liquitur, & piceum (nec reſpirare poteſtas)
Flumen agit, feſſos quatit æger anhelitus artus.
Tum demum præceps ſaltu ſeſe omnibus armis
In fluuium dedit, ille ſuo cum gurgite flauo
Accæpit venientem, ac mollibus extulit vndis.
Et lætum ad ſocios abluta cæde remiſit.

DONATVS.

¶Talibus accenſi fir.) Ecce quantum cõmoda hortamẽta valuerunt: metuẽtes dudum in plenã conſtantiam repẽte mutati ſunt, & agmine dẽſo cõſiſtũt. Cõgregatiq; vnanimes, q ſibi fugã cõſuluerãt, recuperata mẽtis fiducia cõſtiterũt. Γ Turnus pau.e.p.) Vbi aduertit Turnus fugiẽtiũ mutata eſſe cõſilia, & eos plena fiduciæ obſtinatiõe cõſtitiſſe, ipſe quoq; fugiẽdi tractatũ cõſulto ſuſcipiẽs tendebat ad eã ꝑtẽ, q̃ vndis circũfluẽtibus cingebatur. Ac ne hoc ipſum Troiani, vt ꝑiret in gurgite merſus, aut occũberet ferro, Parabola ſuccedit, vt oſtẽdat q̃lis tũc fuerit Turnus, q̃les vero Troiani. Γ Ceu ſęuũ.t.l.) Exquiſitum parabolę genus & ſpẽs, ſed loco perſoniſq; cõueniẽs. Quũ.n. Turnus viſo euidẽti periculo cedendo vellet excedere, terga dare nõ audebat, ne opportunũ ſe præberet ad cædẽ, inſiſtere nõ poterat pugnæ, ne in ea plurimis ſuperatus occũberet. Inuenit poeta tale aĩalis genus, quod virtute ac feritate p̃ſtãs talẽ naturę habet morẽ, vt cũ in multoꝝ inſidias venerit, cedẽdo ſe potius tueatur, q̃ terga vertendo. Et quod intelli

gat,

gat, ſe in aduerſum niti, ſi in cõfertos impetum faciat, & in tãta fiducia agat, vt melius pateat per tela & per hoſtes exire, q̃ videri ceſſiſſe. Γ Haud aliter retro.) Sic, inq̃t, fecit igiť Turnus: ſic ira non vacuus retrorſum veſtigia referebat. Γ Quin ẽt bis.t.m.) Et tñ, inquit, quũ ſenſim cederet, bis ẽt tum hoſtes Troianos inuaſit: tantiq; ſolius ĩpetus potuit, vt ſimul oẽs bis in muros aufugiſſent. Γ Sed manus è caſtris.) In vnũ oĩs multitudo cõuenit, vt vix reſiſti potuiſſet, quãtũ dat Turno vt Troiani pro defenſione tñ ſimul vndiq; congregarentur vniuerſi. Γ Nec contra vires.) Tãta aduerſus Turnũ illa vis potuit, vt Iunonis quoq; ꝓ Turno auxilia defeciſſent. Ecce hic poſt maximã laudem deprimit Turnus. vult.n. non Turni fuiſſe, quod potuit, ſed eius, quæ fauebat Turno, denique vbi deficit Iuno, ibi deficit & Turnus. Γ Aeream cœlo nã Iupiter.) Miſit, inquit, Iupiter ad Iunonẽ ſororẽ ſuam ſub terrificatiõe duriſſima. Atque vt hæc proferri ocyus, & facilius poſſent, irim deſtinauit inſtructam mandatis haud mollibus grauiter ſe cõmoueri poſſe ante denũcians, ſi Turnus ſe nõ abſtinuiſſet è caſtris Troianorum. Γ Ergo nec clypeo iuuenis.) Inſiſtẽtibus teucris & Iunone ceſſante, nec clypeo tantis telis valebat occurrere, nec dextra pugnare. Γ Iniectis ſic vndiq;.t.) Tanta vis telorum iaciebatur in Turnũ, vt illũ obruerent potius, q̃ ferirent. Γ Strepit aſſiduo.) Circum caua tempora non hominis ſed galeę, quæ Turni tẽpora cõtegebat, ſtrepebat igitur, & tinnitum dabat percuſſa ictibus crebris. Γ Et ſaxis ſolida æra fatiſcunt.) Æs quamuis ſolidum quo formata fuerit galea, durior ictibus, multo amplius ſaxis euictum in rimas plures vi maiore verſum eſt. Γ Diſcuſſæq; iube ca.) Criſtarum quoq; omnis ornatus & iuba capiti eius excuſſa ſunt. Γ Nec ſufficit.v.Icti.) Quomodo enim vnũſquiſque tum tot millibus telorum omni ex parte veniẽtiũ valebat occurrere? aut tantũ ponderis ſuſtinere? Γ Ingeminãt.h.&.t.&.i.) Neceſſe.n.fuerat, vt cũ oĩbus faceret, quod hortatu ſuo videbat vniuerſos efficere, ipſe q̃ppe alios ſegnes & debiles reddit, q quod iuſſerit cõicare non curat, & laborãtibus cunctis ſolus ceſſat otioſus, inſiſtebat igitur ẽt ipſa, vt Turnus aut truderet mœnibus, aut armatus ire cogeretur in gurgitẽ: aut iaculis peremptus occũberet. Γ Tum toto corpore.ſ.) Ibat ſudor ex Turni corpore piceum flumen oſtẽdẽs: nec fuit ſp̃ũm reſumẽdi aliq̃d ſpatiũ. Γ Feſſos.q.ę.)

Fatigat

Fatigata hoīs mēbra anhelitus debilior reddebat,ægrū anhelitū
dixit,quia ægros facit & debiles.¶ Tum demū præ.)Hoc eſt aut
oium virtute,aut cum armis oibus,qm̄ armatum eſſe cōſtabat.
¶ In fluuium dedit.)Nō timuit ſe prçcipitē dare,qui ſciebat ſe in
vndas eſſe venturum.Melius quippe certū periculum fuit ei ſubi
re,q̄ quod eſſe potuiſſet incertū.¶ Ille ſuo cum gurgite.)Contra
ſpem oium & ſuā,Turnus exceptus eſt:& qa altitudine gurgitis
vel maxime armatus premi potuerat,virtute magis vndæ colle/
ctę ſuſpenſus eſt.¶ Et lętū ſo.)Atq; ita factum eſt,vt fluuius eum
placide accępiſſet,atq; ablutū remiſiſſet ad ſocios,non q̄ fluuius
hoiem exceperit aut remiſerit.Sed ipſe Turnus elatus ac ē fluuio
facile egreſſus ad ſocios ſe retulit.

ASCENSIVS.

¶ Talibus accēſi fir.&c.)Docet quōtandē Turnus ſe in Tyberim
prçcipitē dedit,ſaluusq; ſocijs redditus poſtq̄ variā ediderat ſtra
gem.Vn̄ hoc ſolū habemus ex Donato.¶ Talibus accenſi.)Oſtēdit
quantū cōmoda hortamenta valent.Hęc ille.¶ Ordo eſt.Troes,
ſup.accēſi:talibus.ſ.verbis Mneſthei:firmantur.i.firmi,& cōſtan/
tes efficiuntur:& cōſiſtunt.i.ſimul ſtant,aut circunſtant Turnum
agmine dēſo:Turnus,ſup.cœpit excedere:aut excedere.i.excede/
bat paulatim pugna.i.ē cōflictu:& petere.ſ.cœpit,aut petebat:flu
uium.ſ.Tyberim,ac partē.ſ.vrbis,quæ cingitur amni , hoc eſt de/
xteram Teucri incūbere.i.incumbebant : aut cœperunt incūbere:
hoc.i.tanto acrius,ſup.cū magno clamore:& glomerare.i.circun
ducere manum:ceu.i.quēadmodum:quum.i.qn̄:turba.i.multitu
do populi:præmit telis infenſis.i.inferentibus vim:leonē ſçuū.i.
ferocē:ac ille.ſ.Leo territus:tuens.i.inſpiciens:acerba.i.acerbe re/
dit:retro.i.retrorſum:& neq; ira , aut virtus patitur dare terga.i.
verti in fugam:nec patitur tēdere cōtra i.impetum facere in tan/
tam multitudinē:nec,ſup.ille cupiens quidē.i.licet cupiat , hoc.ſ.
tendere cōtra:eſt potis.i.pōt per tela,& per viros.i.propter tela,
& viros,quibus impeditur:aut nō eſt potis tēdere cōtra per tela,
& per viros:cupiēs quidē hoc.i.licet hoc cupiat:haud.i.nō aliter:
Turnus dubius.ſ.quid faceret : refert retro.i.retrorſum : veſtigia
improperata.i.non properata,ſed maturata:nā quū interdū inſili
ret,nō aufugit properāter:& mens , ſup.eius exęſtuat.i.efferuet,
& excādeſcit ira.Quinetiā.i.inſuper:ipſe inuaſerat tum.i.tunc,bis
hoſteis medios:& conuertit bis agmina.ſ.Troianorū:cōuerſa fu/
ga.i.per fugam:per muros.i.per lōgitudinē murorum : ſed oīs.i.
tota manus.i.armatorum multitudo:coit.i.cōgreditur , ꝓpere.i.
feſtinanter:in vnum.ſ.globum.Nec Iuno Saturnia,audet ſuffice/
re.i.ſubminiſtrare vireis:contra.i.in contrariū,cōtra Troianoꝝ.ſ.
impetum.Nā Iupiter demiſit cœlo Irim aeream.i.in aere verſari
ſolitā ad arcum pluuialē:ferentē.i.afferentē:aut deferētē,germa
næ.ſ.Iouis,hoc eſt Iunoni,quę de ſe in.j.dixit,Aſt ego quæ diuū
incedo regina,Iouisq; Et ſoror & cōiux,&c.iuſſa.i.mādata:haud
mollia.i.non læuia,ſed aſpera:& magni momenti.ſ.interitū Tur/
ni:ni.i.niſi:Turnus cedat.i.excedat:mœnibus Teucrorum altis.i.
aut ſublimibus:aut nobilibus:& dijs ſuperis charis,quia fataliter
conſtructis.Ergo quia.ſ.Iuno retraxit manū,& ita auxilio deorū
deſtitutus erat,iuuenis.ſ.Turnus : nec valet ſubſiſtere.i.ſuſtinere:
tantū.i.tantā vim,clypeo nec dextra,ſic.i.vſq; adeo,aut in tantū
obruitur ipſe telis iniectis vndiq;:galea.ſ.Turni ſtrepit circū tem/
pora caua.tinnitu.i.crepitu , qualem æs reddere ſolet : aſſiduo.i.
ſine intermiſſione durante : & æra.i.arma ærea ſolida.i.firma &
fortia:fatiſcunt.i.affatim hiſcunt:& aperiuntur ſaxis.ſ.iniectis in
ea:& iubę.i.galeæ criſtę aut ornatus in morē iubæ dependentes,
diſcuſſæ ſunt capiti.i.à capite,nec vmbo.i.curuatura clypei ſuffi/
cit ictibus,& Troes.ſ.gregarij:& ipſe Mneſtheus.ſ.ductor,& egre
gius vir fulmineus.i.in morē fulminis impetū faciēs : ingeminat
ſ.ictus:haſtis.ſ.iniectis:tum.i.deinde:ſudor liquitur.i.defluit:toto
corpore.ſ.Turni:& agit.i.impellit:flumen piceum.i.craſſum , &
ſubnigrū,q̄lis eſt ſudor inter arma:nec poteſtas.i.facultas eſt reſpi
rare,pro eo quod eſt reſpirandi anhelitus:æger.i.ſaucius & defa/
tigatus:quatit.i.cōcutit,& trahit:artus feſſos.i.fatigata membra.
Tum demum.i.& tunc deniq; ipſe,prçceps dedit ſe ſaltu.i.ſalien/
do,ſup.cum omnibus armis:in fluuiū.ſ.Tyberim.Ille.ſ.fluuius,
accæpit cum gurgite ſuo flauo.i.ſimul , dum à gurgite ſuſcipere/
tur:vt & deus,& fluuius eū ſuſcępiſſe intelligatur,nam vitioſum
ſit,ſi cū inſtrumento prçponatur:accæpit ergo eum venientē:ac
extulit eum vndis mollibus.i.molliter & lente defluētibus:& mi
ſit lætum ad ſocios,cæde.i.ſanguine ex cæde ſuperfuſo : abluta.ſ.
aquis Tyberinis:Bene diſſoluit Seruius quæſtionē de fauore Ty/
beris.Sed dicere poſſemus Tyberim vtriſq; fauere poſſe:quanuis
ipſi inter ſe capitales fuerint hoſtes.

PIERIVS.

¶ Turnus paulatim excedere pugna.) In Romano codice Pu/
gnæ,legitur.Sed,pugna,melius iudicant eruditi viri.¶ Et partem
quæ cingitur amni.) In Romano codi.& aliquot alijs,vnda,pro
amni,habetur.¶ Demiſit,germanæ haud mollia iuſſa ferentem.)
In codicibus aliquot antiquis , legere eſt , Miſit germanæ haud,
abſq; vlla Synalæpha,quod nequaquam placet.¶ Accæpit veniē
tem.) In antiquis pleriſq; codicibus,fugientē,repoſitum ab ijs,
qui fugæ dedecus noluerint Turno illatum.Sed enim fuga,& fu
gere,non ſemper in opprobriū:ſed pro celeri curſu ſæpiſſime po/
nitur.Sumpta vero Hæc figura nimirū ex hiſtoria Coclitis , Quī
reſciſſo à tergo Pōte Sublicio cum armis ſe in fluuium dedit,in/
columisq; ad ſuos enatauit.

NONI LIBRI FINIS.

IN.X.ÆNEIDOS LIBRVM
MONOSTICHON.

Occidit Æneæ decimo Mezentius ira.

IN EVNDEM MODESTINI IV
RISCONS.ARGVMENTVM.

Concilium diuis hominum de rebus habetur.
Interea rutuli portis circùm omnibus inſtant.
Aduenit Æneas multis cum millibus heros.
Mars vocat,& totis in pugnam viribus itur.
Interimit Pallanta potens in prælia Turnus.
Cæduntur q; duces,cadit & ſine nomine vulgus.
Subtrahitur pugnæ Iunonis numine Turnus:
Æneas perſtat Mezenti cæde piata:
Et Lauſum inuicta perimit per vulnera dextra.
Mox vltor nati Mezentius occidit ipſe.

ALIVD IN EVNDEM.

Placat & vxoris dictis,& iurgia natæ
Iupiter.auxilijs inſtructus Troius heros
Aduenit,occurrunt Rutuli,atq; in littore pugnant.
Occidit à Turno Pallas,victorq; ſuperbus
Æneæ eripitur;Mezentius interit acer.

ASCENSIVS.

Occidit Æneæ, &c.) Hoc monoſtichō ſeorſum à ſequenti argu/
mēto legēdū eſt:eius aūt ē Or
do Mezētius occidit.i.cadit in
mortē:decio.ſ.Æneidos libro
ira.i.ꝑpter irā,& furorē:qa.ſ.
Pallas,Euādri filius,interem/
ptus erat.Hæc aūt ꝑticula , ira
latā cōplectit̃ libri decimi ma
teriā,nā longa eſt indagatio,q̄
fuerint illius cā irę.¶ Conciliū
diuis hoium,&c.) In decimo
libro,acre,& totis viribus ge/
ritur bellū:iam.ſ.rebus oibus
diſpoſitis:& p̄miſſo deoꝝ cōci
lio,quod arduitatē indicat fu/
turi negocij:ſed ne lōgior ſim.
¶ Ordo eſt.Cōciliū.i.cōgrega
tio,& cōuētio:aut cōſilium.i.
conſultatio : habetur diuis.i.à
dijs,aut īter deos,de rebus ho
minū.i.humanis:Rutuli circū
ſtant interea.ſ.dū dij cōſultāt:
& Æneas aduētat oibus por/
tis.i.ad omneis portas.Æneas
heros i.vir heroica virtute , &
ꝑbitate ꝑditus:aduenit cum
multis millibus.ſ.Etruſcorū.
Mars vocat.ſ.i certamē & itur
ſ.vtrinq;:ī pugnā totis virib⁹.
Turn⁹ potēs in ꝑlia.i.robuſtus
ꝑliator:īterimit.i.occidit : Pal
lāta.ſ.filiū Euādri:& duces.ſ.di
uerſi:vtriuſq; ꝑtis cęduntur.i.
occidūt:& vulgus ſine noie.i.
nobilitate & fama.i. ignobile
cadit.Turnus ſubtrahit̃.i. clan
culū ꝑ ſubtilitatē & calliditatē
pugna.i.ab ipſa pugna:numīe
i.diuina ꝑtāte.& nutu.i.volūta
te Iunonis.Æneas ꝑſtat.i.ꝑſe/
uerat ī pugna,aut ſupſtat cęde
i.nece:Mezēti,ꝑ Mezētij:pia
ta.i.purgata:& ꝑimit ꝑ vulne/
ra.i.letaliter vulnerat : dextra
inuicta.i.q̄ nunq̄ victa fuerat:
Lauſum.ſ.filiū Mezētij,quem
ꝑus laudauit,forte in cōmēda
tionē auunculi ipſius Romuli
Nā(vt dixit Ouidius) Iliacum
Lauſo de Numitore ſati.adlu
dit.n.ad noīa futura , vt eorū
antiquitatē probet Mezētius:
ipſe vltor.i.vindex : nati.i.filij
ſui Lauſi:occidit.i.oppetit , &
in necem cadit : mox.i.paulo/
poſt:& ita docet̃ anceps,& for
midoloſa belli alea.




SERVIVS.

P Anditur iterea domus omnipotentis Olym/pi.) Secundum poeti/cum morem hoc dicit, factus eſt dies: quia dicunt poetę ma/tutino tempore aperiri cœlū, noctu vero claudi. Vnde eſt il/lud, Ante diem clauſo compo/net veſper Olympo. Nam & paulo poſt deſcripturus eſt no/ctem. vt, Iamq; dies cœlo cō/ceſſerat: vt intelligamus aliū diem eſſe conſumptū: & nunc eum more ſolito noctis præ/termiſiſſe deſcriptionē. Quā/quam panditur cœlum, etiam ſimpliciter poſſumus accipe/re quouis tempore, ſcilicet ad numina cōuocanda: quod & melius eſt, qa ait interea, ideſt dum hæc geruntur. nā interea particula pterita negocia con/iungit futuris. ⸢Sydereā in ſe/dem.) In aſtriferum circulū. non enim omnes circuli aſtri/feri ſunt, ſed ſolus ſupior. ⸢Vn̄ arduus omneis.) Vt, Et iam fi/nis

## P. VIRGILII MARONIS AENEIDOS LIBER DECIMVS.

P Anditur interea domus oĩ/potẽtis Olympi, POE.
Conciliūq; vocat diuū pa/ter, atq; hominum rex
Sydeream in ſedem, terras vnde arduus omneis,
Caſtraq; Dardanidū aſpe/ctat, populoſq; Latinos.
Conſidunt tectis bipatẽti/bus, incipit ipſe.
⸢Cœlicolę magni, quia nam ſententia vobis IVPI.
Verſa retro? tantumq; animis certatis iniquis?
Abnueram bello Italiam concurrere Teucris.
Quæ contra vetitum diſcordia? quis metus, aut hos,
Aut hos arma ſequi, ferrumq; laceſſere ſuaſit?
Adueniet iuſtum pugnæ (ne acceſſite) tempus,
Cum fera Carthago romanis arcibus olim

nis erat cum Iupiter æthere ſummo Deſpiciens mare veli/uolū. ⸢Caſtraq; Dardanidum aſpectat, populoſq; Latinos.) Poſt generalitatem intulit ſpe/ciem, conſequens enim eſt vt omneis terras videns, cernat etiam caſtra Troiana. ⸢Bipa/tentibus.) Phyſice dixit, nam cœlum patet ab ortu & occa/ſu. Eſt autem ſermo Ennianus tractus ab hoſtijs, q̄ ab vtraq; parte aperiuntur. Vnde & mo/do bipatentibus, apertis intel/ligimus. ⸢Cœlicolæ magni.) Orationis iſtius intentio hoc agit vt ab odijs Troianorum Iuno reuocetur. ⸢Quianā.) Cur Ennianus ſermo eſt. ⸢Ver/ſa retro?) Mutata. vt, Quæ te genitor ſententia vertit? ⸢Cer/tatis.) Aut contra vos, aut con/tra ſententiam meā. ⸢Abnue/ram bello Italiam concurrere Teucris.) Prohibueram Italiā contra Troianos bella ſuſcipe/re. Atqui dixit in primo, Bel/lum ingens geret Italia, quod ita

Exitium magnum, atq; Alpeis immittet apertas,
Tum certare odijs, tum res rapuiſſe licebit:
Nunc ſinite, & placidum læti componite fœdus.

ita ſoluitur: aut quia cum vno deo aut dea aliter loquitur. Vñ eſt in pmo, Hic tibi fabor eni, quando hęc te cura remordet. Aliter vero cũ omnibus dijs, vtilitatis cauſa propter remouendam contentionẽ eorum & diſſenſionem. Aut certe quia ait in primo, Ternaq́; tranſierint Rutulis hyberna ſubactis. Illic enim dixit Æneã in Italia cõtra Rutulos tantum eſſe pugnaturum. Nũc autem omnis eſt Italia in bella commota Iunonis inſtinctu, quod & Alecto promiſit, vt, Finitimas in bella feram rumoribus vrbes. Et Iuno pollicita eſt ſe magis eſſe facturam: vt, Ego ſiqua ſuper fortuna laborũ eſt, Ipſa regam. ¶ Abnueram.) Prohibueram, vt contra, annuit, permittit & conſentit ſignificat. ¶ Quæ contra vetitum diſcordia.) Prohibitionẽ meam. Et ſic dixit vetitum vt æquum, vnde eſt, Et ſeruantiſſimus æqui. Sane ſub commotione omnium deorum maxime ſolam tangit Iunonem, cuius odia inſequebantur, hoc etiam bello Troiano, quod etiam ſequentes Iouis allocutiões manifeſtius indicant. ¶ Ferrumq́; laceſſere,) Pro ferro ſe laceſſere. ¶ Ne arceſſite tempus.) Nolite bellorum tempora præoccupare. Et bene ſatiſfacit vxori cum prohibitione. Significat autem bellum Punicũ ſecundum, quo Annibal ingreſſus Italiam apud Cannas, vicum Apuliæ, oẽm populi Romani deleuit exercitum. ¶ Olim.) Quandoq;. ¶ Alpeis immittet apertas.) Emphaſis eſt. nõ enim dixit per Alpes immittet exercitum: ſed ipſas Alpes: quas patefecit, nõ ſibi tantum, ſed omnibus gentibus, quæ ſecundum Catonem & Liuium muri vice tuebantur Italiam: quas Annibal poſt bella Italiæ Hiſpaniæ, quæ quatuordecim annis confecit, aceto rupit. Iuuenalis, Et montem rupit aceto. Deniq; loca ipſa quæ rupit, Apenninæ Alpes vocantur. ¶ Res rapuiſſe licebit.) Clarigationem exercere, hoc eſt per feciales bellum indicere. Nam Ancus Martius cũ videret populum Romanum ardentem amore bellorum, & plerunq; inferre bella gentibus, nulla iuſta extantę ratione, & exinde pericula creari, miſit ad gentem Equiculanam, & accæpit iura fœcialia, per quę bellum indicebatur hoc modo, ſicut etiam de Albanis retulit Liuius. Nam ſiquando homines aut animalia ab aliqua gente rapta eſſent populo Romano cum fœcialibus, ideſt ſacerdotibus qui faciendis præſunt fœderibus, proficiſcebatur ét pater patratus, & ante fines ſtans clara voce dicebat belli cauſam: & nolentibus res raptas reſtituere, vel authores iniuriæ tradere, iaciebat haſtam, quæ res erat pugnę principium, & ſic licebat more bellico res rapere. Clarigatio autẽ dicta eſt aut à clara voce qua vtebatur pater patratus: aut ἀπὸ τῆς κλήρου, hoc eſt ſorte, nam per bellicam ſortem inuadebant agros hoſtium. Vnde & κληρονόμοι dicuntur Græce qui iure ſortiuntur bona defuncti. ¶ Placitum.) Mihi ſcilicet.

## DONATVS.

PAnditur interea domus omnipotentis Olympi.) Lucẽ authores nonnulli dixerunt, tũc pandi, quum exoritur dies: tunc claudi, quũ finito die tp̃s noctis accedit, & ne longius illius aſſertionis documenta requirantur, ipſius Maronis conſentientis in hæc dicta repetamus. Hic.n. ait panditur, vt oſtenderet diem veniſſe: alio aũt loco dixit. Ante diem clauſo componet veſper Olympo. Hoc ipſum firmatur ex eo, quod cœlo etiã portas, aſſignant. quod.n. habet portas, apitur, & clauditur: nec aliud officium põt eſſe portarũ, niſi vt clauſę ingreſſum denegent: aut quũ patent, veniẽtes admittant. Vnam referunt portam, qua ſol exoritur, alteram: quę illũ excipit occidentem. Quũ igitur dies exactis noctis tẽporibus aduenisſet, & cœlũ eſſet patefactũ, conciliũ deorum fieri Iupiter iuſſit, & in vnũ cõgregari vniuerſos. Illic enim deos ſedere conuenerat, vbi tenebantur & ſydera, nec illud vacat, quod dixit, diuum pater atq; hominum rex, quoniã id dicere fuerat neceſſariũ. Qui enim deos atq; homines vna poteſtate retinebat, debuit omnes ęquo moderationis arbitrio gubernare, & illic habere concilium, vbi dij præſentes eſſent: & vnde oẽ humanũ genus videri potuiſſet: non tamen exæquauit homines & deos, nam diuũ dixit patrẽ, hominum aũt regem: quæ officia æquitate & moderatione conſiſtunt. Cauſa aũt contrahendi cõcilij fuit, vt obiurgatione conuenienti omnes deos, & Iunonẽ ipſam oblique Troianorũ æmulatione compeſceret, quam per iram ſupra ſecreto commouerat, vt Troianorũ hoſtem fouere deſineret. ¶ Conſeduntq; bip.) Bipatentibus dixit propter duas portas, quarũ ſupra ſecundũ poetam ipſum reddidimus rationẽ. ¶ Incipit ipſe.) Ipſe ſ. diuum pater, & hoĩum rex. ¶ Cœlicolæ ma.) Omniũ fecit cauſa, quia in fauorẽ Iunonis oẽs erant Troianis infeſti: & in conſeſſu publico ſororem ſuam eandemq́; coniugem ſpẽm exprobationis batiõis volebat exponi. ¶ Quęnam ſententia vo.) Qui cœlum, inquit, incolunt, & inde magni ſunt, & qui omniũ populorum retinent principatũ, iuſti eſſe debent, & in vna manere ſententia: non moueri & non vti perfidia. At vos contra mobiles reſcindẽtes, ea, quæ ſemel ad placitum dicta ſunt, irreligioſi in regem, & iniqui in homines, quale ſtudium veſtrum eſt, quod neq; ego probo, & mortalibus diſplicet: addit etiam, tantumq́; animis certatis iniquis? Ecce vt iniquitatis ipſius exprimeret vim, ait. Vt ſi faciendum aliqd quãuis contra fas fuiſſet, modus tamen imprudentiæ aliquãdo deberet imponi. Summa ergo obiurgationis ipſius hoc modo colligitur. Facitis quod deorum perſonæ non congruat, non ſtatis in vna ſententia, non regitis homines æquo iudicio: ſed innocentibus iſtis infeſti: coeundi vobis licentiam vendicatis facientes contra ſententiam meam. Et quod eſt inter omnia notabilius, longis temporibus in errato perſiſtitis. ¶ Abnueram bello Italiã.) Hunc locum, qui exponunt, volunt ipſum Iouem reprehendentẽ alios eſſe mentitum, aſſerunt enim aliud ſecreto in primo libro filiæ eſſe confeſſum: aliud vero in præſenti concilio ſimulare, quod abſit à poeta noſtro, vt talem inducat, quem in deorum & in hominis habere poteſtatem multis locis aſſeruit. Et vera ille dicebat: nec ab illis diſſimilia, quæ prædixerat filiæ. Sed ſi primo libro propoſita congrue intelligerentur, ad errorem præſentis loci legentium non veniret intentio. Quid enim in primo libro futurum prædixerat, bellum ingens geret Italia? & hic dixit, Abnueram bello Italiam concurrere Teucris, huic primum error exoritur, quod ſeparant bellum ingens geret Italia. Cæterum ſi contextam Iouis rationem aduerterent, nunquam fallerentur. Illic enim & perſonam inuenirent geſturam bellum, & contra quod ideſt, futurum manifeſtius præuiderent. Nos tamen ab illis omiſſa repetamus vt intellectus deducatur in lucem. Parce, inqt, metu citherea, manent immota tuorum Fata tibi condes vrbem, & pmiſſa lauini Mœnia, ſublimẽq́; feres ad ſydera cœli Magnanimum Æneam. neque me ſententia vertit. Hic tibi (fabor enim) quando hæc te cura remordet longius euoluens fatorum arcana mouebo. Hæc ad ea pertinent, quibus venus poſſet mature ſecurior reddi: in quo ipſe Æneæ nomen non omiſſit, huic nomini vbi iungendum eſt bellum ingens geret Italia, ſubtractis his verſibus, qui narrationem continuam diuiſerunt, hoc eſt, neque me ſententia vertit, hic tibi (fabor enim) quando hæc te cura remordet, Longius euoluens fatorum arcana mouebo. Hoc ergo ſubtrahendum eſt, de hinc iungenda ſunt cætera, & vt integretur narratio futurorum: vt ſic ſublimem feras ad ſydera cœli magnanimum Æneam: & ſequatur, bellum ingens geret Italia, ideſt non Italia geret ingens bellum, ſed ipſe Æneas bellum ingens geret Italia. Deducta hic in præpoſitione, fecit ex poetica licentia, ſed vbi addẽda eſt, vt ſit, bellum ingens geret in Italia, populoſq́; feroces contundet, ipſe ſcilicet Æneas, moreſq́; viris, & mœnia ponet ipſe Æneas. Ecce dicit & quanto tempore regnaturus. Tertia dum latio regnantem viderit æſtas, Ternaq́; tranſierint rutulis hiberna ſubactis. Hæc proculdubio ad Æneæ non ad prouinciæ perſonam pertinent. ſi enim Italia fuerat bellum geſtura, quem intelligimus percepta victoria potuiſſe regnare, non eſt igitur diuerſum, nec fefellit Iupiter quẽquam, dicendo, abnueram bello Italiam concurrere Teucris. Prædixerat enim in primo libro futurum bellum in Italia, atq; hoc bellũ Æneam feris & indomitis adhuc gentibus illaturum. Hic dicit, hanc fuiſſe diſpoſitionem, ne Itali belli vim Troianis inferrent, quod reuera nõ fieret, ſi Iunonis tergiuerſatio quieuiſſet: quã Iupiter oblique pulſat, & quaſi neſcius authorẽ facti perquirit. Deniq; ſic poſuit. ¶ Quæ cõtra vetitum di.) Non, vt dictũ eſt, quæſiuit vt neſcius, quo authore iſta viderentur admiſſa: ſed reprehendit: & quum omnes deos obiurgat, ipſam Iunonem inſolentiæ crimine aſpergit & notat. ¶ Adueniet iuſtum pugnę.) Veniet, inquit, iuſtum tempus: quo in hoſtes populi Romani odia exercere debeatis: tunc.ſ. quum fera Carthago cum Gallis vrbis arcibus cœperit imminere: tunc vobis licebit facere, quæ volueritis, & aliena diripere. ¶ Nunc finite.) Nunc, inquit, horum diſſenſione poſita amate concordiam. Iccirco poſuit, veniet iuſtum pugnæ tempus, vt ex hoc oſtẽderet, quod contra Troianos gerebatur iniuſtum fuiſſe.

## ASCENSIVS.

PAnditur interea, &c.) Quẽadmodũ pmiſimus in hoc.x.li. ſicut cõſummatiſſimus eſt numerorũ denarius, ita ad conſummationẽ perducentur bellorũ prǽludia, ſummis.n.vi-

ribus vtrinq; cõcurretur, pręſentibus videlicet ducibus. Cæterũ,
quia vbi tantũ eſt rerũ, vitæq; periculum, non ſine cõſilio inchoã
dum eſt, quia (vt dicit Sallu.) Priusq; incipias cõſulto, & vbi con
ſulueris mature facto, opus eſt: ideo ex more Homerico, in dijs
agit rerum humanarũ officia: docetq; Ioué conſilium concitaſſe
deorũ, illicq; inter Venerem & Iunoné, ſummũ fuiſſe certamen:
cuius quum Iupiter modum non inueniret, pollicetur ſe equum
vtriſq; fore: nec alterum plusq; alterũ adiuturum, vt. ſ. cognoſca/
mus quanto pręſentior ſit Turno Æneas, qué ſine numinis ſuf/
fragio facile vicerit. Tota ergo fictio Poetæ, in Æneę gloriam ten
dit: vtq; ex paradoxo Stoicorũ, doceat deis ipſis res humanas cu
ræ eſſe. Habemus ergo poſt deorum conſiliũ Iouis, contentioné
ſane argutam. Meminerimus aũt ab Egnatio legi, Omniparentis
Olympi: non omnipotentis, idq; ſequemur. Donati verba ſunt.
Cœlicolæ.) Omniũ facit cauſam, quoniam fauore Iunonis, oẽs
contra Troianos erant: nominatim autem, vxoré ſuã carpere no
luit. Sententia ver.) Oſtendit non decere deos mutari, aut iniu/
ſtos eſſe. Abnuerã bello Italiã c.) Nõ eſt cõtra id quod dixit in. j.
Bellum ingens geret Italia: nã Æneam dixit geſturum bellum in
Italia: non, Italiam geſturam. Quum aũt omnes deos obiurgat,
Iunonem inſolentiæ reprehendit, Venus aũt nacta eſt tẽpus con/
gruum querelis: quia vidit Iouem fauentem Troianis. Hæc ille.
Ordo eſt. Domus Olympi omnipatentis. i. cœlum: panditur. i.
aperitur: interea. ſ. orto ſole: & pater diuũ. i. deorum, & rex homi/
num. ſ. Iupiter: vocat concilium. ſ. deorum. i. deos ipſos concitat,
& conuocat: in ſedem æthereã. i. ſuper æthera: vnde. i. de qua ſe/
de: ipſe arduus aſpectat omneis terras, & caſtra Dardanidum, pro
Dardanidarum. i. Troianorum, à Dardano Iouis filio ortorum,
& populos Latinos. i. Italicos, Turno fauentes, ſup. dij: cõſidũt. i.
ſimul ſedem capiunt: tectis bipatẽtibus. i. vtrinq; patẽtibus, & ſu/
perne, & inferne: aut ab ortu, & occaſu. Ipſe incipit. ſ. concionem.
O cœlicolæ. i. dij ſuperi: cœlum colentes magni. i. maximi numi/
nis, ſummæq; poteſtatis: quianam. i. quãobrem: ſententia. i. decre
tum: & ſtatutum fatale, quod ſemel ſenſiſtis: eſt vobis verſa retro
i. retrorſum, hoc eſt reuocatum eſt: & non procedit, nec ſortitur
effectum: & quianam. i. cur: certatis tantum. i. intantum: animis
iniquis. ſ. cõtra placitum & decretum molientibus. Abnueram. i.
nolueram: & contra nutum. i. voluntatem meam, erat Italiã con
currere bello: Teucris. i. cũ Troianis: voluit tñ Teucros bellũ gere
re in Italia. Nã in. j. dixit, Bellũ ingẽs geret Italia. ſic aũt Dona. ſol
uit difficultaté. Sed malim dicere Ioué in. j. dixiſſe Veneri, non qđ
approbaret, ſed quod futurum ſciret: ſicut, ſi licet ꝓphana ſacris
aſtruere. Chriſtus Petro dixit, Ter me negabis. aut de Iuda, Vnus
veſtrũ me traditurus eſt. nõ indicans quod voluit, ſed quod futu/
rũ nouit. Quę. i. qualis, eſt, ſup. iſthæc diſcordia: cõtra vetitũ. i. ꝓhi
bitioné meã qs metus. i. quę religio ſuaſit: aut hos. i. Teucros: aut
hos. i. Rutulos, ſequi arma: & laceſſere ferrum. i. laceſſere ſe ferro:
aut ferrum lacerum efficere nimia pugna. Tp̃s iuſtũ. i. debitum &
legitimum pugnę: adueniet. ſ. olim, ſpõte ſua: ne accerſite. i. nolite
prouocare: olim. ſ. cũ fera, Carthago imitteret arcibus Romanis. i.
in arceis Romanas: magnũ exitium. i. excidiũ, & cladem multorũ
ciuium, atq; immittet Alpeis apertos. i. Alpinos populos, aut eos
quos per Alpeis traduxit Annibal, mõtem qui fregit Aceto: vt di
cit Iuue. Licebit. i. licitum erit: tum. i. tunc: certare odijs: & licebit
tum. i. tunc: rapuiſſe res. i. rapinas facere: finite. i. definite nunc: &
vos læti. i. cõcordes, & fauẽtes: componite fœdus placitum. ſ. mi
hi, qui nolo Italiam concurrere Teucris.

PIERIVS.

Panditur interea domus omnipotentis Olympi.) Quia ſunt,
qui parum probant epitheton omnipotentis Olympo applica
tum, quod Iouis eſt peculiare. hi, omnipatentis, quod omnibus,
vel ab omni parte pateat, legendum exiſtimarunt. Neque deſunt,
qui, omniparentis olympi, legendum autument, eamq; lectio/
nem etiam Iouianus Pontanus, vir literatiſſimus videtur appro/
uiſſe. Alij non olympi, ſed olympia, quippe domus in antiquis
exemplaribus contendunt inueniri. Nos tam noua, q̃ vetera illa
Vaticanæ bibliothecæ exemplaria perſcrutati, atque alia, atq; alia
vndecunq; nacti ſcriptum paſſim animaduertimus, omnipoten/
tis. Similiter in. xij. Rex Omnipotentis olympi. Nam olympum
Cleantes Deorum omnium maximum indicauit. Ita, olympi,
non, olympia, paſſim ſcriptum eſt. pręterea Quintilianus verſum
hunc quinq; continuis conſtare dactylis ait, dubio procul ſex di
cturus, ſi, olympia, reperiſſet, neque idem taciturus Priſcianus,
quum in duodecim carminibus verſum hunc quinque dactylos
habere dixit. Conciliũq; vocat diuom pater.) Sunt codices anti
qui, vbi, conſilium, ſcriptum inueniatur. Malunt tamen gramma
tici pro congregatione cõcionis aut ſenatus, concilium, per, c, ſcri
bi. Quianam ſententia vobis verſa retro.) Superius in eo verſu,
Heu quianam tãti cinxerunt æthera nymbi, Pontanum diximus
in libro de poeticis numeris, Heu quinam, cõtendiſſe legendum,
in vetuſtiſſimo tamen Vaticanæ bibliothecæ codice, & in ple
riſq; alijs, quianam, legiſſe me profeſſus ſum, veluti etiam hoc
loco habetur, quem ſermonem Ennianum eſſe aſſerit Seruius. Et
Valerius Probus: quianam, aduerbium conſtare ait tribracho.
Eoq; aduerbio vſum Virgilium adiungit, heu quianam tanti cin/
xerunt. ſed enim ne illa Pontanum in omni doctrinarum genere
ea ætate facile principem ſomniaſſe putem. Vetuſti neq; quidem
pauci numero, Mediceus, Porcius, Vitalianus, & plerįq; alij co
dices faciunt, in quibus, quænam ſententia, legitur: atque ita faci/
le etiam, quinam nymbi, reperiri credam. ſed enim hoc aliorum
ſit iudicium. Illud tamen ego diſſimulare non poſſum, quod ſu
per hoc loco Pomp. Feſtus ex Verrij Flacci dictatis exſcripſiſſe ſe
ꝓfeſſus eſt quianam, pro quare, & cur, poſitũ & apud antiquos,
vt Neuius in carmine Punici belli, Summe deorum regnator qui
nam genus iſti, & in Satyra, quianam Saturnium populum pepu
liſti. Ennius libro. vij. quianam dictis noſtris ſententia flexa eſt,
atque hic Ennianus ſermo, quem citat Seruius. Adueniet iuſti
pugnæ, ne accerſite tempus.) Impreſſi quidem omnes codices
cum aliquot ex antiquis legunt, accerſite, ſed enim Romanus &
hic & alibi, verbum hoc in hanc ſententiam, arceſſite, ſcribit. & ita
in Mediceo, & in Porcio, & aliquot alijs antiquis exempl. nota/
tum obſeruaui. neque id in codicibus tantum Virgilianis, verum
etiam apud Teren. eodem modo legi in antiquiſſ. co. manu ſcri
ptis, vbi in Andria vulgata habent exemp. vbi voles accerſe. Vete
ra quæ diximus legunt, arceſſe. ita in Adelphis, pro, vt vxorem
accerſas, abi: in his, arceſſas, habetur: ſane, accerſo, & arceſſo. Te
ren. Scau. vnum idemq; verbum putat, quod d, quam ipſe libera
ter in, c, mutat, eadem litera ſubſequẽte, in hmõi compoſitionib.
nonnũq; etiam in, r, tranſire ſoleat. Nõnulli differentiam eſſe vo
luerũt, vt arceſſo, ab eo verbo ſit, quod eſt arceo. Accerſo vero, ab
eo quod eſt cio: vtcunq; vero ſcribatur ad eandẽ pertinere ſigni
ficationé. Cariſius vero, eos errare ſcribit, qui accerſo, ex eo quod
eſt arceo ductum putant, ſicut arceſſo, intereſſe enim ait, quod
arceſſere eſt accuſare. Accerſere autem vocare. Et placidum laeti
compo. fœdus.) Non eo inficias, placidum, per d, in veteribus ali
quot cod. reperiri, prout in impreſſis, vulgatisq; omnib. habetur.
Roma. tamen codex, atq; Mediceus, placitum, per t, legit: quam
lectionem agnoſcere videtur Ser. quum exponit, mihi ſcilicet.

Iupiter hæc paucis: at non Venus aurea cõtrà — POE.
Pauca refert.
O pater, ò hominũ diuumq; æterna poteſtas, — VE.
(Nãq; aliud quid ſit, quod iam implorare queamus?)
Cernis vt inſultent Rutuli, Turnusq; feratur
Per medios inſignis equis, tumidusq; ſecundo
Marte ruat: non clauſa tegunt iam mœnia Teucros.
Quin intra portas, atq; ipſis prælia miſcent
Aggeribus murorum, & inundant ſanguine foſſæ.
Æneas ignarus abeſt: nunquamne leuari
Obſidione ſines? muris iterum imminet hoſtis
Naſcentis Troiæ, necnon exercitus alter:

SERVIVS.

Iupiter hęc paucis.) Habet
perſonarum cõſiderationem:
vt ſuperioribus perſonis det
breuiloquium: econtra infe/
riori poteſtati prolixam ora/
tioné. Vnde ait de Venere. At
non Venus aurea contra Pau/
ca refert.) Itẽ Dido quaſi regi/
na paucis locuta eſt. vt, Tum
breuiter Dido. O pater, ò ho
minum.) Et Titianus & Cal/
uus, q themata omnia de Vir/
gilio elicuerunt & deformaue
runt ad dicendi vſum, in exẽ/
plo controuerſiarũ has duas
poſuerunt allocutiones, dicen
tes Venerem agere ſtatu abſo/
lutiuo cum dicit Iunoni, Tu
cauſa fuiſti periculorũ his qui
bus Italiam fata conceſſerint:
Iunonem vero niti ſtatu rela/
tiuo, per quem oſtendit Tro/
ianos non ſua cauſa laborare,
ſed Veneris. O pater.) Gene/
raliter pater accipe, non tantũ
Veneris. nam ſupra ait, Diuum
pater, atq; hominũ rex. Et be/
ne in principijs fauoré ſibi a/
te conciliat. Hominũ, diuũq;
æterna poteſtas.) Hũc locum
Probus quęrit: ſed dicit vana
tem

Atq; iterum in Teucros Ætolis, ſurgit ab Arpis
Tytides: equidem credo mea vulnera reſtant,
Et tua progenies mortalia demoror arma.
Si ſine pace tua, atq; inuito numine Troes
Italiam petiere, luant peccata neq; illos
Iuueris auxilio: ſin tot reſponſa ſequuti,
Quę ſuperi, maneſq; dabant: cur nunc tua quiſquam
Vertere iuſſa poteſt? aut cur noua condere fata?
Quid repetam exuſtas Erycino in littore claſſeis?
Quid tempeſtatum regem, ventoſq; furenteis
Æolia excitos, aut actam nubibus irim?
Nunc etiam maneis (hęc intentata manebat
Sors rerum) mouet, & ſuperis immiſſa repente
Alecto, medias Italum bacchata per vrbeis.
Nil ſuper imperio moueor: ſperauimus iſta,
Dum fortuna fuit, vincant, quos vincere mauis.

rem ſm Phyſicos, alteram ſm Mathematicos, nam diuũ poteſtas eſt, quia ipſe eſt æther q elementorum poſſidet principatum: hominum vero, quia bona Iouis irradiatio honores hominibus tribuit. Æternam autem poteſtatem adiecit propter aliorum numinũ diſcretioné. Nam legimus & Apollinem depoſuiſſe diuiná poteſtatem, & Herculem vel Liberum patrem non ſemper deos fuiſſe. ¶ Nāq; aliud quid fit.) Ac ſi diceret, cũ pene omnes dij in fauoré Iunonis conſenſerint. Nanq; enim coniunctio oſtendit eam hanc habuiſſe cogitationé. ¶ Implorare.) Implorare eſt auxilium cum miſeratione depoſcere: qua ratione bene dicimus, Imploro te vt miſero feras auxilium cõtra. Imploro te ad diem feſtum: non procedit. ¶ Cernis.) Ad augendam inuidiam ait cernis, ac ſi diceret, non eſt opus narratione, cũ Troianorum miſerias ipſe conſpicias. ¶ Inſultét Rutuli.) Propter illud, Interea Rutuli portis circum omnibus inſtant. Inſultare autem, eſt inimicis irridere per cauillationé. Exultare vero, gloriari & lætum eſſe. ¶ Per medios.) Suos. ſ. ¶ Inſignis equis.) Propter illud, Viginti lectis equitum comitatus. nam caſtra non eques irrupérat. ¶ Secundo Marte.) Ad illud reſpicit. Hic Mars omnipotens animum vireſq; Latinis Addidit. ¶ Ruat.) Irruat. ¶ Clauſa Mœnia.) Magna inuidia. Scimus enim vltimum eſſe præſidium in caſtra confugere, & hoſtilem impetum plerunq; differre: ſicut factum eſt in bello Troiano. Modo ergo dicit ademptam eſſe etiá hanc aram miſericordiæ, ſiquidem intra muros hoſtis inſultat. ¶ Quin.) Quinetiam. ¶ Ipſis.) In ipſis. ¶ Aggeribus.) autem munitiõibus, ſed abuſiue. Et in muris ideo, quia ſupra dixit, Ignaros deinde in muris, Marteḿq; cientes. ¶ Aggeribus.) Agger proprie dicitur terra illa quæ vallo facto propius ponitur: ſed abuſiue & muros & muniméta omnia aggerem dicimus, ſicut modo. ¶ Aggeribus mœrorum.) pro munimentis. Mœrorum pro murorum antique. Nam veteres pleraq; eorum quę nos per v dicimus, per œ diphthongum pronunciabant, hinc eſt mœrorum, pro murorum. Et ecõtra punio pro pœnio, quod verbũ à pœna venit, hinc eſt, Et Punica regna vides: cum Pœnas vbiq; legerimus, hoc auté facit orthographia Græca, nam quá nos v habemus, illi diphthõgon habent o v: & ideo putauerunt poſſe pro hac litera, licet non eadem, diphthongum poni. ¶ Inundát.) Implent, & inundare faciunt. ¶ Leuari obſidione fines?) liberari & oblique per Iouem inuidiam commouet Iunoni. ¶ Ætolis ſurgit ab arpis.) Atqui nũ eſt venturus. Vnde accipiamus Venerem non quaſi deam loqui, ſed quaſi vnam de Troianis, vt in primo, Vnius ob iram Prodimur. Item, Cœli quibus annuis arcem. ne futura ignorare videatur. Ætolis autem Arpis ſic dixit, vt Cumas Euboicas, nam de Ætolia Diomedes venit qui Arpos in Apulia collocauit. ¶ Mea vulnera reſtant.) Vt poſſim iterum vulnerari. ¶ Demoror.) Expecto ſuſtineo. ¶ Si ſine pace tua.) Si ſine tua beneuolentia: vt, Orantes pacem, veniaḿq; precátes. Item, Exorat pacem diuum, ergo pace, beneuolentia, ſuffragio. Dicendo autem, Si ad Italiam ſine deorum voluntate venerunt, dent pœnas: oſtendit ſtatim eé abſolutá. ¶ Inuito numine Troes.) Syllepſis per genus eſt. ¶ Luant peccata.) Luant, ideſt abſoluant. Dicimus autem & luo pœnam, melius & luo peccatum, nam peccatum ſoluitur pœna. Qui enim crimine tenetur obnoxius, pœna eum liberat à pſtina obligatione. Contra, luo pœnam ſi dixeris: non procedit quare pœna ſoluatur, tamen authoritas iſta licenter confundit more quo ſolet poni, vel à ſequenti quod pręcedit, vel à præcedenti quod ſequitur. ¶ Neq; illos iuueris auxilio.) Conceſſiuus eſt iſte modus ſecundũ Probum, nanq; in artibus non inuenitur. Fit, autem quoties tædio contentionis quaſi videmur concedere, quod tamé nolumus fieri, nam id agit hoc loco Venus, vt Iupiter magis præſtet auxilium. ¶ Reſponſa ſecuti.) Hoc eſt, Si non ſolum prohibiti nõ ſunt, ſed eis etiam conceſſum eſt. ¶ Superi.) Vt Apollo. ¶ Manes.) Vt Creuſa & Anchiſes. ¶ Quiſquàm.) Verecũde: quia apud maritum contra vxorem agit. ¶ Exuſtas Erycino in littore claſſes.) Argumentum eſt vtrum habeat voluntatem nocendi quæ nocuit. Erycino



autem in littore ſecũdum opinionem ſuam dixit. Nam alij apud Caietam dicunt exuſta nauigia: vnde & Caieta dicta eſt. ¶ Actam nubibus Irim.) Impulſam, ſcilicet vt perſuaderet matribus nauium incendium. Aut ſecundum arté Rhetoricam, rem vnam in duas diuiſit, nam per Irim naues exuſtę ſunt. Sed melius eſt (vt ſit iteratio) ad Turnum miſſam intelligere, nec nos moueat ordo cõuerſus. Solent enim grauiora in principijs & in fine ſecundum arté Rhetoricá poni. ¶ Nubibus.) Per nubes. ¶ Sors rerum.) Ideſt regnum, ná per ſortem inter ſe fratres mundi regna diuiſerunt: quæ Iuno pręter inferos in Troianorum pernicié mouerat. ¶ Superis immiſſa.) Ac ſi diceret, non iam Troianis, ſed dijs. Reſpexit auté ad illud, Et cœli conuexa per auras. ¶ Bacchata per vrbes perfurit.) Et bene bacchata per vrbes, q̃a per ſimulationé ſacrorum Liberi patris, matres egerat in furoré. ¶ Super imperio.) De imperio. vt, Multa ſuper Priamo rogitans. Eſt aũt verecunda petitio & obliqua, per quam magna Ioui inuidia cõmouetur. ¶ Superauimus iſta.) Abſolute dixit.

DONATVS.

¶ Iupiter hæc paucis.) Ideo pauca viſa ſunt, quia inducturus eſt Venerem non paucis elocuturam, deniq; ait. ¶ At non Venus.) Inuenit enim opportunum tépus, quo Iupiter agebat iam Troianorum partes, qui cauſam querelarum fuerat auditurus. Inuenit, inquit, locum. vt quicquid doloris olim conditum retinebat, effunderet. Auream Venerem magis animo, quàm corpore debemus accipere, quum triſtis eſſet, & refertur ad dolores eius quæ in conuentum deorum proceſſura fuerat. Nec illo tempore de excolenda pulchritudine poterat cogitare. Ordinatur ſenſus ſic, at Venus aurea non pauca contra refert. Aurea igitur hoc eſt animo bona, & innoxia intelligenda eſt: nec pauca ideo, quia in conuentu tanto omnia ſimul, vt fecit, debuit effundere, quæ prodeſſent filio, & Troianis opportune potuiſſent, ex occaſione libertatis, cuius forſitan non habuiſſet copiam poſteritas. ¶ O pater, ò homi. diuumq;.) Officijs præeuntibus inuidioſæ cõuentionis patrem dixit, aut ſuum, vtpote filia, aut deorum omnium vt dea. addidit hominum & diuum æterna poteſtas, vt oſtenderet, nec hominum quenquam nec deorum debere niti aduerſus ea, quæ vellet ille, qui haberet æternam poteſtatem. Et æternitatem poteſtatis neceſſariæ adiecit. Poſſunt enim contemni, quibus aliquando ſua poteſtas tollitur. ¶ Nanq; aliud quid ſit.) Magnum doloris commouit effectum, quando ad id memorat fortunam Troianorum eſſe perductá, vt eius malis nullo iam poſſit remedio ſubueniri. Deniq; ſub tali inuidia ſubnexuit, Cernis vt inſultét rutuli, Turnuſq; feratur per medios inſignis equis tumiduſq; ſecundo Marte ruat? Quid, inquit, vel quale beneficium pro perditis petam facere. ſi aliquid ſpei ſupereſſet? Iam perfecta victoria triumphant rutuli: & quod eſt omni calamitate deterius, victis inſultant, Turnuſq; ipſe inter medios vehitur tutus. Quod ait, quòd Turnus feratur per medios inſignis equis, & portatur intelligi poteſt, quoniam equorum facta cõmemoratio eſt, & ſuperbia feratur, quoniam de victoria loquebatur: quem ſecundæ res erectum ſublimemq; perfecerát: deniq; ſequitur. Tumiduſq; ſecundo Marte ruat? Ecce, vnde ferebatur: quoniam fauore Martis vtiliter commodeq; pugnauerat. Compleuit partes Turni, & eius proſperitatem proſecuta eſt, incipit contra enumerare ſuorum aduerſa. ¶ Non clauſa tegunt.) Quam ſpem habere poſſunt, qui munimenta perdiderũt, defenſionemq; caſtrorum? ¶ Quum intra portas.) Augmentum malorũ eſt, quod muris perditis conſtabat exortum: vt intra muros, murorumq; aggerem hoſtis impune certaret, & vinceret: in tantum vt cæſorũ ſanguis foſſas impleſſet. Nec me quiſquam fingere aliquid putet. Malorum meorum teſtes ſunt oculi tui: & tuis conſpectibus infortunia miſerorum cuncta monſtrantur? geritur adhuc quod infelix gemo, & inſultat qui inſontibus intulit bellum, quod dicit clauſos fuiſſe, & victa per vim quæ illos defendebant, oſtendit incitatos eos fuiſſe, & ab aliquibus fuiſſe prouocatos: mõſtrabat Venus vniuerſa,

non quia illi ſubiecta non videret:ſed vt illis cōſideratis tandem miſeratio naſceretur. Hāc partē aſtruebat poeta quum diceret, terra vnde arduus omnis. Caſtraq́ꝫ Dardanidū aſpectat, populosq́ꝫ latinos: vt facilis eſſet probatio Veneri eorum.ſ.quæ inter ſuos ac rutulos gerebantur. Cernis ad omnia pertinet, quę Venus cōquerens enumerabat: vt ſit cernis vt inſultēt rutuli, cernis vt Turnus feratur per medios inſignis equis? cernis vt tumidus ſecūdo Marte ruat? & ſic cætera, quibus poteſt aptari quod ſemel dictum eſt, cernis. Quod ait per medios inſignis eqs feratur. Inde erat mentis acerbitatis morſus, vt in medio Troianorū poſitus ſalutis periculum non timeret: quin potius gloriaretur, & inſignis incederet. ¶ Æneas ignarus.a.) Hæc, inquit, omnia Ænea geruntur abſente: vt oſtenderet etiam ipſum ab his actibus alienum. ¶ Nunq́ꝫ ne le.) Nō dabitur malis Troianorum finis, nec releuatio aliqua? neq́ꝫ aliquando erunt ab obſidiones liberi? obſidionis Troianę facit cōmemorationem præſentis, deniq́ꝫ ſequitur. ¶ Muris iterum imminet.h.) Periit, inquit, antiqua Troia, nec alteram renaſci admittitur. Receſſit græcorum exercitus. Qui tandem perdidit patriam alter imminet, ne recidiua conſurgat. ¶ Atq́ꝫ iterum in Teucros.) Non ipſe ſed ad ipſius ſimilitudinem alius. ¶ Equidem credo.) A Diomede enim dicitur vulnerata: ac per hoc ſi ſperabatur alius emerſurus in Diomedis vicem, quid ſupererat, niſi vt humanis manibus Venus iterum læderetur? Quod dixit mea vulnera ipſa expoſuit, quid in ꝓnomine debeat intelligi, addēdo. ¶ Et tua progenies.) Pronominis vim alterius pronominis ſubſtātia patefecit. Nam quod dixit, mea vulnera hoc, expoſuit dicendo, & tua progenies. Si, inquit, contemptum fuit in me meritum meū in primo vulnere: vel nunc nihil tale debet exoriri, quia filia tua ſum? ¶ Si ſine pace tua.) Secura hæc dicebat, nihil enim factū eſt, niſi ex eius voluntate. certe, inquit, ſi contra ſententiam tuā Troiani fecerunt in eo, quia venerunt ad Italiam, nec intercedo nec rogo, noli iuuare improbos, ſed contumaces extingue, cur illi nō mereantur interitum, ſi te inuito aliquid auſi deteguntur. ¶ Sint tot reſponſa ſecuti.) Pro peccato habent, quia per dicta toties & tot deorum reſponſa ſectati ſunt, & monita ex infernis partibus data. ¶ Cur nunc tua quiſquam.) Quis, ait, iſte potior te eſt, cui licet tuam abolere ſententiam, aut noua fata conſcribere? Duo illicita poſuit. vertere enim non debuit, quod oportuit eſſe perpetuum, & nihil ſtatui nouum contra inſtituti veteris formam. Vertere nullam ſpem reparandæ rei ſignificat, quo verbo vero vſa eſt in primo libro dicens. Quæ te genitor ſententia vertit? Quod enim habet aliquid, & vertitur totum perdit, & nullæ in eo reliquiæ manent. ¶ Quid repetam exuſtas.) Per omiſſionem enumerat, quicquid Troianis inflictum eſt. In hoc autem & locum commemorauit & factum. ¶ Quid tempeſtatum regem.) Naufragiū tangit, quod deſcriptum eſt in primo libro. ¶ Aut actam nubibus irim?) Quę ad exurendas naues matres Troianas accendit. ¶ Nūc etiam manes.) Nunc hoc eſt recenti tempore commouit manes. id enim ei remanſerat ſolum, quod nondum in Troianorum excierat necem. huius partis grauiter exaggerat factum. Commouit, inquit, cœlum, maris fluctus & ventos miſerandis immiſit, poſtremo quod tertiæ fontis intentatum remāſerat, inferos quoque cum iſta luce commiſcuit. ¶ Et ſuperis immiſſa.) Viderunt ſuperi, quod videri non licuit, Alecto furiam ipſis quoque inuiſam per medias vrbes Italas atque in luce impune bacchantem. ¶ Nil ſuper imperio moueor.) Nec arbitreris me verbis præſentibus imperium quærere. Cur enim de imperii poſſeſſione contendam? cui non finitur viuere, potuerunt ſperari, quum poſſent. Vincant non qui vincendi habent iuſtiſſimas cauſas, ſed quibus iniquitas fauet. Vincant, quibus victoriam cedere voluiſti, illorum tibi pars præponenda viſa eſt. Sint ſuperiores non merito ſuo ſed arbitrio tuo.

ASCENSIVS.

¶ Iupiter, &c.) Subinfert orationē Veneris, Iunonem acerrime incuſantis, quod in Æneā, Æneæq́ꝫ ſocios, grauius iraſcatur. Vñ dicit Donatus ſic. ¶ Alecto.) Cōmouerat ſuperos, vētos, fluctus, terras, homines: reſtabāt aūt inferi: ſed & hos, nuper mouit. Quia nihil extat Donati. ¶ Ordo eſt. Iupiter hæc.ſ.eloquutus eſt, paucis, ſup. verbis: at.i.ſed: Venus aurea.i.formoſiſſima: refert contra

Ordo. i.econtrario, hoc eſt reſpondet non pauca.i.multa. O pater.ſ.omnium: nam iuuans pater, interpretatur Iupiter: & quia deum & deorum, hominumq́ꝫ regem adloquitur, generaliter accipiendū, recte cenſet Seruius, ò æterna poteſtas hominum: & diuū.i.diuorum.i.qui ęternum habes imperium in homines, & deos omneis (facit autem parentheſim, quaſi Iupiter dicat, quid me compellas gnata: ad hoc enim reſpondet: in eo ſolo eſſe ſpem ſalutis, dicens. Nanq́ꝫ.i.ideo te adloquor: nam quod aliud.ſ.numen, aut auxilium ſit vſquā.ſ.alibi q́ꝫ in te: quod queamus implorare.i.plorantu efflagitare: aut depoſcere? q.d.nullum.) Tu cernis, vt.i.quemadmodum: Rutuli inſultent.i.ob victoriam partam inſolentiores effecti: & vt.i.qualiter, Turnus feratur per medios.ſ.Rutulos existens inſignis equis: & vt ipſe tumidus.i.inflatus: Marte ſecundo.i.bello, proſpere peracto, fauore Martis: ruat.i.pręceps vehatur: mœnia clauſa.i.tametſi clauſa: non tegunt.i.protegunt iam Teucros: quin.i.quinetiam, vel inſuper: ipſi.ſ.Rutuli, miſcēt prælia intra portas: & in ipſis aggeribus murorum.i.mœnium, aut murorum: & foſſæ.ſ.ſub aggeribus factæ: inundant ſanguine.ſ. Troiano: Æneas.ſ.princeps eoꝝ, & protector: abeſt ignarus.ſ.tantæ cladis. Sines.i.permittesne, nunq́ꝫ, aut vnquā (Nam duæ negationes ſic ſitæ, non plus interdum faciunt q́ꝫ vna) eos, ſupp. leuari.i.liberari, obſidione.ſ.qua opprimuntur, & aggrauantur: vnde leuari dixit. hoſtis imminet iterū muris Troiæ: naſcentis.i.reædificari cœptæ: necnon.i.& etiam: alter exercitus, ſup. imminet muris: ſicut exercitus Græcorū imminuit muris veteris Troiæ: quam & euertit: atq́ꝫ Tytides.i.Tydei filius Diomedes: ſurgit iterum in Teucros.i.in perniciē Teucrorum: ab Arpis Ætolis.i.ab Ætolo Diomede: in Calabria ędificatis: equidē.i.ego quidē, credo, quod ſup. mea vulnera reſtant.i.quod iterum vulnerabor à Diomede, ſicut ante Troiam ab eo vulnerata ſum: & ego progenies tua.i.à te genita: demoror, ideſt expecto futura arma: mortalia.i.à mortali mihi inferenda. Si troes petierunt Italiam, ſine tua pace.i.beniuolentia, & ſuffragio: aut (reuera) pace, & reconciliatione: quia & Iupiter illis offenſus fuiſſe videtur: ex eo quod dictum eſt in ij. Ferus omnia Iupiter Argos Tranſtulit, atque numine inuito.i. diuina voluntate tua refragante: luant.i.permitto vt luant.i.abluant: & purgent peccata.ſ.ſua per pœnitentiam: aut dent pœnas ꝓ peccatis: neq́ꝫ iuueris.i.ꝑmitto vt non iuues illos auxilio: ſin.i. ſed ſi: ipſi ſequuti tot reſponſa quæ ſuperi: & manes, ideſt inferi dabant: cur quiſq́ꝫ (intelligit de Iunone) poteſt nunc vertere, ideſt inuertere, & in perniciem mutare: tua iuſſa.i.quæ iuſſiſti: hoc eſt, cur cedit Troianis in perniciē, tuis paruiſſe mandatis? aut cur quis pōt cōdere noua facta. Quid.i.ad quid? q.d.fruſtra, quū manifeſtū ſit, repetā claſſeis exuſtas: in littore Erycino.i.iuxta Erycem in Sicilia, vbi Venus tēplum habet, & præcipue colitur. q.d.in conſpectu meo, & in regno meo. Quid, ſup. repetam: regē tempeſtatum.ſ.Æolum: excitū.i.excitatum, & cōmotum ad nocēdū Troianis: & vētos furētes excitos.i.euocatos Æolia.i.ex Æoli regia, aut Irim, actā nubibus, quę.ſ.Turno dedit, obſidendę vrbis noctę conſilium. Ipſa, ſup. Iuno, quam non nominat: quia coniugē ſuis mouet, ēt nūc maneis.i.inferos: vnde ipſa in.vj. Flectere ſi nequeo ſuperos Acheronta mouebo. hęc ſors rerum.ſ.infernalium manebat.ſ.antea: intētata.i.non ſolicitata. Alecto.i.furia illa infernalis. immiſſa ſuperis.i.ad ſuperos, bacchata, ſupp. eſt per medias vrbeis: Italum.i.Italorum. Ego nil.i.nullo modo: moueor.i.ſollicitor: ſuper imperio.i.promiſſione facta de imperio in.j. His ego nec metas rerū nec tēpora pono Imperiū ſine fine dedi. Erat autē in fatis imperium olim per Teucros, in Italia fore: quod & Iuno prius ſibi notū ſignificauit. Nos ſperauimus iſta.ſ.inania pollicita dum fortuna fuit.ſ.talis, vt ſperare poſſimus: vincāt, ſup. illi, quos tu mauis vincere.i.ſint voti compotes: & rerum potiātur, dummodo Troiani non penitus deleantur.

PIERIVS.

¶ O pater, ò hominū, diuūq́ꝫ ęterna poteſtas.) Romanus codex, vna cum Porcio, & aliis quibuſdam legunt, Rerumq́ꝫ æterna poteſtas. Probus grammaticus horum vnum ſm Phyſicos. Alterū ſm mathematicos eſſe dicit. Circa res vero phyſicas verſatur inueſtigatio. ¶ Aggeribus mœrorum.) Præteribo, adgeribus, & aggeribus, vt habetur in exemplaribus antiquis. Illud miſſum non faciam. Multos authoritatem Seruii ſequutos, mœrorum, per œ diphthongum ſcriptitaſſe. Nam omnino eſſe quædam nomina, ait Probus, quæ, u, literam in œ literas conuertant: vtputa mœrorum, mœrorum, & cætera talia. In Romano tamen codice, in Mediceo, in Porcio, & pleriſq́ꝫ aliis manu ſcriptis, murorum, per u, notatum. Plura vero ſuper hoc videris apud Seruiū. ¶ Erinundant ſanguine foſſæ.) Antiq codices pleriq́ꝫ legunt, foſſas, vt Rutuli ſit ſubiectum. Quam lectionē agnoſcere videtur Seruius dum ait, inundant, implent, & inundare faciūt, dicturus nimirum, implentur: ſi foſſę plurali nominatiuo legiſſet. ¶ Cur nūc tua quiſq́ꝫ Vertere iuſſa poteſt.) Ita quidem ſcriptum eſt in antiquo codice Vaticanæ bibliothecę. Sed in Romano, iura: non, iuſſa, legitur. In Oblōgo autem, & aliquot aliis, Flectere iuſſa: quod à pleriſq́ꝫ doctis viris iam recæptum eſt.

Si nulla eſt regio, Teucris quam det tua coniux
Dura: per euerſæ genitor fumantia Troiæ
Excidia obteſtor, liceat dimittere ab armis
Incolumen Aſcanium, liceat ſupereſſe nepotem:
Æneas ſanè ignotis iactetur in vndis,
Et quancunq; viam dederit fortuna, ſequatur.
Hunc tegere, & diræ valeam ſubducere pugnæ.
Eſt Amathus, eſt celſa mihi Paphos, atq; Cythera,
Idaliæq; domus: poſitis inglorius armis
Exigat hic æuum, magna ditione iubeto
Carthago premat Auſoniam: nihil vrbibus inde
Obſtabit Tyrijs: quid peſtem euadere belli
Iuuit? & Argolicos medios fugiſſe per igneis?
Totq; maris, vaſtæq; exhauſta pericula terræ,
Dum Latium Teucri, recidiuaq; pergama quærunt.
Non ſatius cineres patriæ inſediſſe ſupremos,
Atq; ſolum, quo Troia fuit? Xanthum & Simoenta
Redde oro miſeris: iterumq; reuoluere caſus
Da pater Iliacos Teucris. ¶ Tum regia Iuno. POE.

SERVIVS.

❡ Cōiux dura.) Hic diſtinguēdum, ne incipiat eſſe duo epitheta, Dura fumantia excidia, quod cōtra artē fit, nulla interpoſita cōiunctiōe. ¶ Nulla aūt regio.) inuidioſe dixit. vt ſupra, Cūctus ob Italiā terrarū clauditur orbis: cū à ſola arceātur Italia. ¶ Per euerſę genitor fumātia Troiæ.) Cū dicimus, Rogo te ꝑ deos: hoc videmur dicere, Memineris religionis curæ eſſe petitionē meā: ſicut in primo expreſſit, At ſperate deos memores fandi atq; nefandi. Cū aūt dicimus, Rogo te per miſerias meas, videmur dicere, Memineris ab eo te rogari q miſerias pertulit: vt qui rogatur, ad miſericordiā, miſeriarum cōmemoratiōe flectatur: ſicut eſt nūc in Veneris petitione. Nam ideo ſic rogat, vt commemoratiōe infelicitatis Troianæ impetret miſericordiam. Alias ſtultū eſt, cum adiuratur Iupiter per excidia Troianorum. ¶ Incolumē Aſcanium.) Ideo Venus pro Ænea non petit hoc loco, non quia pro eo nō moueatur: ſed aut quia ſcit eum celerius moriturum: aut quia ſoli Aſcanio debetur imperium, vt, Cui regnum Italiæ, Romanaq; tellus Debentur. ¶ Amathus & Paphos.) Cypri inſulæ ciuitates ſunt Veneri conſecratæ. ¶ Cythera.) Inſula Veneri conſecrata. Dicimus autem hæc Cythera, ſicut hæc Solyma, hæc Artaxata. Idalium, ciuitas Cypri. ¶ Inglorius.) Sine triumphis, immemor gloriæ. ¶ Inde.) Ideſt ab Aſcanio Tyrij nihil timebunt: & verum eſt. nam Scipio vaſtaturus eſt Aphricam. ¶ Quid peſtem euadere belli Iuuit?) In fine iam agit miſerabiliter, ſicut egit & in principijs. Nam hoc præcipit ars Rhetorica vt epilogi & principia pari argumentatione tractentur. Peſtem autem, incendium ſignificat: vt, Et toto deſcendit corpore peſtis, cum de nauibus loqueretur incenſis. ¶ Fugiſſe per ignes?) Exprimit quid ſit peſtē belli euadere. ¶ Recidiuaq; pergama.) Renaſcentia. Tractus autem ſermo eſt ab arboribus quæ alijs ſectis repullulant, ergo illud ſolum recidiuum dicimus quod poſtea renaſcitur, vnde modo recidiua dixit, quæ renouantur ab his qui ſunt ſuperſtites Troianis periculis. ¶ Cineres patriæ inſediſſe.) Propter illud, Dulcesq; meorum Relliquias colerem. ¶ Atq; ſolum, quo Troia fuit? Xāthum & Simoenta Redde oro miſeris.) Ambiguum eſt vtrum dicat, redde nobis re vera antiquam Troiam: an redde nobis terras in Italia ad ſimilitudinem Troiæ. Nouimus enim hanc fuiſſe conſuetudinem, vt aduenæ patriæ imaginem ſibi redderent: vt, Effigiem Xanthi, Troiamq; videtis. Bene ergo Venus medio vſa eſt loquendi genere, vt vtrunq; ſignificaret, & antiquæ Troię redditum, & imperium Italiæ, quod Troianis Iupiter ad ſimilitudinem Troię fore promiſerat, & magis hoc eſt, quod latenter deſyderat atq; petit. ¶ Iterumq; reuoluere caſus.) Si ad Troiam vis referre, ſic dic, Nobis redde Troiā per naufragia & pericula, ideſt patiamur denuo quę pertulimus, duntaxat nobis Troia reddatur. Si vero ad Italiā vis referre, ſic intellige, Redde nobis Italiam, & libenter repetimus ea quæ in Troia pertulimus.

DONATVS.

❡ Si nulla eſt regio.) Dum imperſonaliter loqtur, & oblique malorum ipſorum pulſat authorem nimia doloris neceſſitate compulſa eſt, vt ad eius ſpecialē deſignationē deſcēderet, vſa tāta ſubtilitate conſilij, vt ipſum Iouem nonnullus pudor confunderet. non enim dixit Iuno hæc ſoror tua, ſed vxor tua commiſit, vt eēt criminis mulieri cui nefas eſſet contra mariti venire ſententiam, ſi tantum, inquit, dura eſt vxor tua, vt omnes terras deneget Teucris. ¶ Per euerſæ ge.) Vnum ſaltem liceat deſiderare, quod ſit miſeris in tāta calamitate ſolatio, & ſit fas remeare Troianis, eamq; ſuorum patriam, per cuius excidium iuro. Æquius eſt his videre quotidie quam plangant, q̄; perire illic, vbi ſub falſa promiſſione verſantur. ¶ Liceat dimittere ab armis In. aſ.) Plurimum, inquit, arbitrabor me meruiſſe de patre, ſi ſuperſit innocens nepos, ſi ei periculorū arma contingat euadere. ¶ Æneas ſane igno.) De Æneæ partibus taceo, ferat ille fortunam ſuam, iactetur etiam nunc per ignota

ignota pelagi: & qa iniquitas æquitati ſucceſſit, incerta pro certis expreſſit. ¶ Hunc tegere & diræ.) Faciam, inquit, ſine crimine pro filio meo, quod poſſum eumq; ſubtraham à bello. Ecce indicat conſilium ſuum. ¶ Eſt Amathus, &c.) Si vſq; ei commorari nō ſinitur, deget in meo, & materno iure cuiuſquam moleſtia non afficietur habebit remota nemorum abdita & ſyluarum. ¶ Poſitis in. a.) Et quia inuident virtuti eius & gloriæ, erit illic ꝓcul à bello diſcretus, illic omne æuum ſine dimicatiōe conſumet. Et ſi minus accedit ex cauſa virtutis triumphorum, erit tamē in otio ſolatium doloris tanta emulatiōe caruiſſe. ¶ Magna ditiōe iubeto.) Oſtēdere voluit per Æneā premi poſſe Carthaginem, ſi obtineret Italiam; ſine ipſo vero non poſſe, ſi hoc vis, inquit, aut hoc tuis ſenſibus placuit: iam iube, vt Carthago præferatur Italiæ: non obſiſtet vrbibus Tyrijs filius meus, ſi ſemel arma poſuerit. Carthaginis nomen abiecte pronūciandūm pro perſona & affectu loquentis. Italiæ vero cum laudē. alteram enim depreſſit quam indignam iudicauerat regno: alteram extulit, cui perpetuum deberi imperium ipſo Ioue referente didicerat, hinc oſtēdit, quia omnis cauſa odiorum Iunonis ꝓpter ſtatum Carthaginis fuerat ſuſcepta, non propter Troianorū aut ipſius Æneæ aliquam culpam: ſed ne naſceretur ex Troianis, qui fatorum ſuffragio ipſam Carthaginē perderet. ¶ Quid peſtē e. b. iu.) Quid profuit euaſiſſe bellum, quod florē Troianę iuuentutis extinxit? Quid mediū tranſiſſe per flammas? honeſtius dictū eſt, q̄; ſi poneretur per medias flāmas, medium tranſiſſe per flammas, hanc habet proprietatem, quia vallatus incendijs cum difficultate euaſit. Addidit tertium, maris ac terrarum vaſtarum, hoc eſt deſertarum diſcrimina, quę inferiora nō eſſent incendio & bello, horū vis accępta quantitate augmētum parit, quum dicit tot. Leue. n. videretur, non frequenter ſed ſemel eſſet effectum, & oīa iſta perpeſſos aſſeruit, quum quærerent latium, quo ire iubebantur, & pergama reparare. ¶ Non ſatius cineres patriæ.) Nō melius fuiſſet remanſiſſe in cineribus patriæ, & in ſolo genitali reſediſſe, q̄; labores tot & pericula ſine commoditate ſuſcępiſſe? ¶ Xāthum & ſimo.) Neceſſarium poſuit redde, ipſius enim iuſſu fines regionum ſuarum Troiani dimiſerant: ipſe reddere debuit, quod iubendo ſuſtulerat: aut id quod pollicitus fuerat, dare. Magnum, inquit, meis præſtabis beneficium, ſi patriam antiquam illis reddideris, ſed non vere, ſed propter inuidiam dicit. Ideo ſequitur. ¶ Iterum re. c.) Et ſi hoc putatur iuſtum, iterum in labores redeāt & periculis rurſum ſtudio deteriore ſubdantur: vt oſtenderet iniquum eē, negari præſentia iniquiſſimis fatis & ad ea, quæ per tot annorum ſeriem vix euaſerant, reuocari.

ASCENSIVS.

❡ Si nulla eſt.) Proſequitur Venus cœptā orationē, orans vt ſi in Italia Æneas regnare non poſſit, ſaltē non occidatur, ſed incolumis, ad Veneris regna cōmeare permittatur. Dona. ſic. ¶ Tua cō.) Oblique hactenus in eam loquuta eſt nūc doloris neceſſitate compellitur, vt eam nominet. ¶ Ignot. vn.) per ignota maria cōtinuet errores. Hęc ille. ❡ Ordo eſt. Si nulla eſt regio quā coniux tua dura. ſ. Troianis. Iuno det. i. permittat Teucris: aut ſic, ſi nulla regio eſt Teucris, quam tua coniux dura det. aut, quā det tua cōiux, ne videlicet videatur vituperare coniugē, coram coniuge: ego, ò genitor: obteſtor. i. obſecro per dura excidia Troiæ euerſæ: fumantia. ſ. adhuc: & id inuidioſe dictum, quum poſt ſeptenniū non amplius fument, liceat dimittere ab armis Aſcanium incolumē. i. ſanum: & illæſum: & liceat ſupereſſe nepotem. ſ. meum, quia nepos erat Veneris: aut generaliter accipiēdo. i. ꝓnepotē tuum: & iactetur ſane Æneas vndis ignotis. i. per vndas ignotas, ſicut hactenus iactatus eſt: & ſequatur viam quacunq; fortuna dederit: valeam i. permittar valere: tegere. i. protegere, hunc. ſ. Aſcanium: & ſubducere pugnæ diræ: Amathus ciuitas illa Cypri inſulæ; eſt mihi. i. ego habeo eam. Et Paphos, eiuſdē inſulæ: ciuitas celſa. i. ſublimis: Ordo.

eſt mihi.ſ.ſacra:atq; Cythera,ſupp.ſunt mihi:& domus Idaliæ.i. ipſius Idalij,ciuitatis Cypri,ſup.ſunt mihi:iubeto,vt,ſupp.Aſcanius:exigat hic exiſtens inglorius.i.non glorioſus, nec inclytus: ſed ignobilis exigat inquam.i.ad extremum vſq;,agat æuum armis poſitis.i.depoſitis,ſup.in ditione magna.Et iubeto,vt, ſupp. Carthago:præmat.i.opprimat,ditione magna Auſoniam:quod factura eſt,ſi domus Æneæ ab Italia propellitur: vnde in.j.Hoc regnum dea gentibus eſſe Siqua fata ſinant,iam tum tenditq;,ſouetq; Progeniem,ſed enim Troiano à ſanguine duci Audierat tyrias olim quę verteret arces,&c.Nihil obſtabit inde.i.ab his locis mihi ſacris vrbibus Tyrijs,& præcipue Carthagini.q.d.Iunoné, nullam ad domum Æneæ perſequẽdam habere cauſam:niſi quo regnum Italiæ Tyrias auerteret arces:vt in.iiij.huius dictum eſt. Quid iuuit,ideſt profuit:euadere,pro euaſiſſe:peſtem belli,ſcilicet Troiani:& fugiſſe per medios igneis: Argolicos.i.ab Argolicis,Troiæ imiſſos,& quid,ſup.iuuit:tot pericula maris,& vaſtæ terræ:exhauſta,ſupp.eſſe.i.exhauſiſſe, dum Teucri quærunt Latium:& Pergama recidiua.i.iterum caſura,quaſi dicat,nihil.Seruius videtur legere,recidiua.i.renaſcẽtia. Non.i.nonne.q.d.multo ſatius.i.melius,& ſalutarius fuit:inſediſſe.i.inhabitaſſe,aut reſidẽdi cauſa occupaſſe:cineres ſupremos patriæ.ſ.Troiæ,atq; inſediſſe ſolum,vbi Troia fuit:redde,oro, iterum miſeris.ſ.Troianis,Xanthũ,& Simoenta.i.fluẽta illa Troiana:& ò pater,ego oro da miſeris Teucris reuoluere iterũ caſus. Iliacos.i.Troianos:hoc autẽ dicens,amaritudine oppreſſa videtur defeciſſe Venus:vnde ſequitur,Acta furore,&c.

PIERIVS.

Æneas ſane ignotis iactetur in vndis.) Et ſane,& vndis. In pleriſq; omnino codicibus habetur.Sed Romanus codex antiquiſſimus:& qui apud me eſt,Æneas procul ignotis,legunt:atq; etiã pro,vndis oris. In veteribus aliquot exemplaribus inueni: & eſt conceſſio amaritudinis plena. Æneas procul ignotis iactetur in oris, dum tantum liceat mihi Aſcaniũ in vrbibus meis,aut Amathunte,aut Papho,aut Cytheris incolumem ſeruare.Magis tamẽ placet,vndis;vt adludat obiter ad futuram Æneæ mortem,vt in iiij.Cadat ante diem,mediaq; inhumatus harena. Et diræ valeã ſubducere pugnæ.) In antiquiſſimo codice, duræ, Sed in alijs omnibus,diræ. Eſt Amathus,eſt celſa mihi Paphos,atq; Cythera.) In expoſito Palatino codice legere eſt,Amathus eſt celſa Paphos,atq; alta Cythera:cui lectioni ſecretior ille codex, maioribus literis perſcriptus,nõnihil adſtipulatur,quanuis in eo ſint literæ aliquot inuerſæ.Adiuuat etiam id quod inferius Iuno,eadẽ argumenta retorquens, ait,Sunt alta Cythera. Sunt vero codices antiqui,vbi Amathos ſcriptum ſit.Sed enim,ἀμαθοῦσ,Græce dicitur,& eodem modo proferunt Latini:eiuſdem diphthongi,ουσ,ſeruato ſono. Exigat hic æuum.) Antiqua pleraq; exemplaria,Exiget,indicandi qualitate legunt,non in depoſcendi figura.Nam illud,Magna ditione iubeto Carthago præmat Auſoniã ſeparatum eſt membrum per conceſſionem. Et Argolicos medios fugiſſe per igneis.) In Roma.cod.in Mediceo in Porcio,& nonnullis alijs antiquis,medium,legitur:quod multo magis placet. Recidiuaq; Pergama quærunt.) Recidiua quidem in multis habetur exẽplaribus,tam recẽtibus, q̃ vetuſtis:tractum ſermonẽ de arboribus, quæ alijs ſectis repullulant,ait Seruius.Quiquẽ longe eruditius mihi videtur expoſuiſſe alibi, poſt caſum reſtituta,eo verſu, Et recidiua manu poſuiſſem Pergama victis,vt enim à cado,cadiuus:ita,à recido,recidiuus:quod ſi à cędo,ſeco,deduceret,ſecunda ſyllaba produci deberet,his tamen ita diſputatis,& codex Romanus,& alter peruetus qui apud me eſt,rediuiua,legunt.quod non ita proprie dictum nonnulli putant.Sextus tamẽ Pompeius,vbi,rediuiuum,eſſe:ex vetuſto,renouatum,exponit:exẽplũ ex Cicerone citat libro.j.in Verrẽ.Vtrum exiſtimatis minus operis eſſe,vnam columnam efficere ab integro nouã, nullo lapide rediuiuo.Ita enim eſt in antiquo Pompeij codice.

SERVIVS.

Alta ſilentia.) Iuno vbiq; ſilens inducitur. Vnde ei oratio niſi ex nimia neceſſitate nõ datur.hinc eſt,Acta furore graui.Statius,Iunonem tacitam furibunda ſilentia torquẽt. Et notandum quia ſigillatim dicta Veneris hac oratione ſoluũtur. Silẽtia cogis rumpere.) Silentium rumpere,eſt non tacere.Vnde apparet vſurpatiue dictum eſſe,Compoſito rumpit vocem,ideſt loquitur, nã vocem rumpere,ſilere eſt:ſilẽtium rumpere,loqui. Obductum dolorem.) Celatum, & diuturna iam cicatrice coopertum,nam obduci dicũtur vulnera,quæ cicatrice claudũtur. Æneam hominum quiſq̃.) Celat quæ facta ſunt, & quæ non ſunt facta,commemorat. Nam non Æneas ſed Turnus Iunonis inſtinctu bella commouit. Vtitur autem replicatione rerum obiectarum,poſt enim ſeqtur reſolutio. Eſto.) Modo aduerbium concedentis eſt, nam græcum eſt. Illo autem loco verbum eſt, Eſto nunc ſol teſtis. Caſſandrę impulſus furijs.) Bene furijs plurali numero, quod de vaticinantibus non dicitur,vt videãtur merito eſſe decepti q Caſſandræ inſanienti crediderunt quod falſo dicitur à Iunone, ſicut ex verbis probamus Anchiſæ,qui ait,Vt quem tum vates Caſſandra moueret. Vitam committere ventis.) Id eſt incertis & inanibus rebus.

Acta furore graui. Quid me alta ſilentia cogis IVNO
Rumpere,& obductum verbis vulgare dolorem?
Æneã hominum quiſquam,diuumq; ſubegit
Bella ſequi?aut hoſtem regi ſe inferre Latino?
Italiam petijt fatis authoribus eſto,
Caſſandræ impulſus furijs:num linquere caſtra
Hortati ſumus?aut vitam committere ventis?
Num puero ſummam belli,num credere muros?
Tyrrhenam'ue fidem,aut gentes agitare quietas?
Quis deus in fraudem?quæ dura potentia noſtra
Egit?vbi hic Iuno,demiſſa'ue nubibus iris?
Indignum eſt Italos Troiam circundare flammis
Naſcentem,& patria Turnum conſiſtere terra,
Cui Pilumnus auus,cui diua Venilia mater.
Quid face Troianos atra vim ferre Latinis?
Arua aliena iugo premere,atq; auertere prędas?
Quid ſoceros legere?& gremijs abducere pactas?
Pacem orare manu,præfigere puppibus arma,
Tu potes Æneam manibus ſubducere Graium,
Proq; viro nebulam,& ventos obtendere inaneis:
Et potes in totidem claſſem conuertere nymphas.
Nos aliquid Rutulos contra iuuiſſe,nefandum eſt.
Æneas ignarus abeſt,ignarus & abſit.
Eſt Paphos,Idaliumq; tibi,ſunt alta Cythera.
Quid grauidam bellis vrbem,& corda aſpera tentas?
Nos'ne tibi fluxas Phrygiæ res vertere fundo
Conamur?nos,an miſeros qui Troas Achiuis
Obiecit?quę cauſa fuit conſurgere in arma,
Europamq;,Aſiamq;,& fœdera ſoluere furto?
Me duce Dardanius Spartam expugnauit adulter?
Aut ego tela dedi?fouit'ue cupidine bella?
Tunc decuit metuiſſe tuis:nunc ſera querelis
Haud iuſtis aſſurgis,& irrita iurgia iactas.

Num puero ſummam belli.) Exaggeratio eſt ab ætate. Tyrrhenamq; fidem.) Inire ſocietatem cum inimicis gentibus Turno:aut certe diſrumpere fœdera quæ Turnus cum Tyrrhenis inierat. Sciendum ſane Turnum auxiliorum cauſa ad Mezentium confugiſſe. Gentes quietas.) Nam licet vellent in bella prorumpere, tamen erant quietæ, propter illud oraculum,Externos optate duces. Quis deus in fraudem?) Ideſt in periculum.ita enim in iure lectum eſt,Fraudi erit illa res, ideſt periculo. Quæ dura potentia noſtra.) Ad illud reſpicit, Si nulla eſt regio Teucris, quam det tua cõiũx Dura. Nubibus Iris.) Propter illud,Aut actam nubibus Irim. Indignũ eſt Italos Troiam circundare flammis.) Rhetoricum eſt. Nam quoties aliqua non poſſumus ſoluere,paria opponimus:qđ nunc Iuno facit, nam negare non poteſt, nec ſoluere:quia obſidentur Troiani, Vnde dicit,Hoc indignum eſt, Troianos obſideri,aliena eos matrimonia præripere dignum eſt. Sic in Bucolicis,Dic quibus in terris ĩſcripti nomina regum. Pilumnus auus.) Comparat genus Turni cum Ænea, dicens ẽt auum eius eſſe deum. Item ad Veneris obtrectationem dicit. Cui diua Venilia mater.) Nã Venilia Nympha eſt. Pilumnum autem Turni auum ideo dicit, vt à vicino, nobilĩ

nobilis genere eſſe videatur, ſicut eſt Æneas. Nam paulo poſt dicturaeſt ipſa Iuno, Pilumnusq; illi quartus pater. ¶ Atra face.) Sæuo bello: & eſt belli diffinitio. Nõ enim facibus Troiani pugnauerant. ¶ Auertere prædas.) Inuidioſe: cæterum nihil rapuerant. ¶ Legere.) Furari: vnde & ſacrilegi dicuntur qui ſacra legunt, ideſt furantur. Alibi, Vel quæ ſublegi tacitus tibi carmina nuper. ¶ Gremijs abducere pactas?) Ideſt ſponſas. Nam ante vſum tabularũ, matrimonij cautiones ſibi inuicem emittebant, in quibus ſpondebant ſe conſentire in iure matrimonij, & fideiuſſores dabãt. Vnde & admiſſum eſt vt dicamus virum à ſpondendo ſponſum. Cæterum proprie ſponderi, puellæ eſt, ergo ſponſus non quia promittitur, ſed quia ſpondet & ſponſores dat. Sane exaggeratio eſt nimia in eo quod ait, Gremijs abducere: tanquã iam vxores. ¶ Præfigere puppibus arma.) Propter illud, Scuta virũ fluuio pictasq; innare carinas. Scilicet quando ad petenda nauigauit auxilia. ¶ Pacem autem orare.) Propter, Centũ oratores Auguſta ad mœnia regis Ire iubet. ¶ Proq; viro nebulam.) Ad opprobrium pro viro dixit, non pro filio rem inanem oppoſitam, dicit autem quando eum Venus à Diomede liberauit, vel Neptunus ab Achille: qđ Veneri imputatur, quia in eius gratiam factum eſt. ¶ Ventos inanes.) Vacuos: & eſt nebulæ definitio. ¶ Et potes in totidem claſſem conuertere Nymphas.) Licet hoc Mater deum fecerit, tamen hoc Veneri imputatur, quia eius gratia factum eſt: vt in illo loco, Quas tum Philomela dapes, cum Progne fecerit: ſed ꝑpter Philomelam. Aut certe quia Venerem dicunt eſſe matrem deum. ¶ Æneas ignarus abeſt.) Ea quæ ſoluere non poſſumus, irridemus: vt hoc loco, ſic in Bucolicis præmiſit, Diuini opus Alcimedontis, poſtea per irriſionem ait, Et nobis idem Alcimedon duo pocula fecit. ¶ Grauidam bellis vrbem.) Alibi, Populosq; feroces Contundet. Vrbem autem prouinciam dicit, quo modo, Italiam quæro patriam. ¶ Noſne tibi fluxas.) Status relatiuus, per quem oſtendit Venerem magis Troianis fuiſſe cauſam periculorum. ¶ Fluxas.) Molles, quæ poſſent etiam ſine inimicis perire. Res fluxas: fluxam rempublicam. ¶ Fœdera ſoluere furto?) Legitur in hiſtorijs quòd Troiani cum Græcis fœdus habuerunt. Vnde etiam Paris eſt ſuſceptus hoſpitio, & ſic commiſit adulterium. Ergo fœdera ſoluere, eſt furto amicitias adulterio diſſipare, nam furtum eſt adulterium: vnde eſt, Et dulcia furta. Et euerſi Ilij hæc eſt vera cauſa, nam Fœdera quæ inter Græcos & Troianos fuerunt, ita ſoluta ſunt. Hercules cum expugnato Ilio filiam Laomedontis Heſionam Priami ſororem Thelamoni dediſſet profecti ſunt legati cum Priamo, & eam minime repetere potuerunt, illis dicentibus ſe eam habere iure bellorum. Vnde commotus Priamus miſit Paridem cum exercitu vt aliquid tale abduceret: aut vxorem regis aut filiam, qui expugnata Sparta Helenam rapuit. Hinc ergo Virgilius vtrunq; tangit: & iſtam hiſtoriam quam modo diximus, & propter iudicium Paridis, quamuis fabula ſit illa res, & à poetis compoſita. ¶ Qui Troas Achiuis.) Atqui de Venere loquitur: ſed quia dei Arſenotheles ſunt, vt diximus ſupra, ideo ſic dixit, nam in ſubauditione ponuntur ea quæ non poſſumus dicere aperte. ¶ Dardanus.) Non præter iniuriam Æneę hoc poſuit, quia Dardanus dicitur. Nam perite dubium nomen elegit, qui contumeliam cõmunicaret Æneæ. ¶ Spartam expugnauit.) Hoc de hiſtoria eſt, vt diximus. Nam ſollicitata Helena cum Parim ſequi voluiſſet, egreſſus ille ciuitatem obſedit: qua euerſa Helenam rapuit: vnde & recipi meruit à marito. ¶ Tela dedi.) aut amori, aut bello. ¶ Decuit metuiſſe.) Optima eſt elocutio, nam vtrunq; præteriti eſt tẽporis. Si enim dixeris, Decet metuiſſe: incongruum eſt, quia decet pręſentis eſt metuiſſe præteriti. ¶ Sera.) Pro ſero. ¶ Iactas.) Ventilas.

DONATVS.

¶ Tum regia Iuno. A. f. g.) Furorem dicendo, oſtẽdit iniuſte cõmotam atq; excitatã vehemẽter. vbi. n. furor interuenit, verũ animi iudicium ceſſat. Furorẽ igitur Iuno collegit, primũ ex ea cauſa, quod in conuentu deorũ omniũ dolebat ſe eſſe cõfuſam: quod mira arte egerat Venus, vt quum eſſet contra Troianos, omnium deorum in fauorem Iunonis ſtudium ſuſcęptũ, Iunonẽ peteret ſolam, quo cæterorum aſſenſum ſuis partibus quęreret, quod ꝑuenire nõ poſſet, niſi diſſimulatio fuiſſet adiecta. Accuſare autem aut oẽs, aut plures quid prodeſſet? quũ authore deiecto, nihil eẽt ſtudij veteris in cęterorum ſenſibus remanſurum? hinc igitur Iunonis mentem furor inuaſerat: quia ſolam Veneris timebat inuidiam accedentẽ, eo quoq; iri obuiã cœptis ſuis, quę inique ſuſcęperat, conſiderabat ipſum etiã Iouẽ ęquitate victũ pro Troianorum partibus facere, cur non faceret? cui auſus ſuos nõ permittebatur implere cur non faceret, quæ liberius Veneris voce gemebat ſe eſſe contemptã? quid tamen dicat, cõſiderandũ eſt. ipſius. n. reſponſione obiectorũ purgatio erit, & in Veneris & in Troianoꝝ perſonam omne criminationis reuocabitur pondus. Ecce quantũ profuit Veneri non pauca dixiſſe: quia multa paucis dici non poterant. Occaſione quippe arrepta conſilij argumentorum veterũ collecta congeries ſemel deberet effundi, quæ penitus æmulam mitteret in furorem. ¶ Quid me. a. ſi. co. Ru.) Dixit principium ex perſona ſua, quã ſciebat graui inuidia laborare, aſſerens, quã non habuit verecundiam, & grauare ex eo cupiẽs Venerem: quæ ſe dicebat prouocari in colloquium publicũ, & cauſam dicere, quæq; monſtrare ſe cupiebat modeſtam, & perſonã Veneris prouocantis impudentem. Quid, inquit, me prouocas loqui? quid vrges in publicum proferre? quod verecundo ſilentio diutiſſime preſſi: q́ profecto adhuc ſenſibus retinerẽ, niſi eſſet crimen, impudenter obiecta non refutaſſe reſponſo, quod ait me hoc videtur tetigiſſe, verecundam, me iniurias diſſimulantem, me inimicam nulli. Rũpere quoq; non inaniter poſitum eſt, hinc monſtrat velut cõpulſam loqui ſe, & coactam reſpondere. Rumpitur quippe quicquid magnam violentiam ſenſerit, & non emergit ex alto pectoris, niſi quod vi cogentis excluditur. Obductus vero dolor eſt, quem tegit patientia diſſimulantis, commẽdata in principijs perſona ſua, & diuerſæ partis nonnullis calumnijs aſperſa, omiſit narrationẽ, quia hanc ipſam ſcientibus ingerere fuerat vitioſum, & ob ipſas quæſtiones magis fuerat proponendum. In his quippe & purgari ſe poſſe arbitrabatur Iuno, & Troianos ſibi potius non aliquẽ aliquando nocuiſſe poterat demonſtrare. ¶ Ænean hoīum quiſ.) Nititur colorare cauſam malam, Æneas quippe non mouit bellum: ſed exiſtentibus inimicis affuit ſibi, nec latini ſe hoſtẽ profeſſus eſt, ſed his, qui inſtincti ipſius Iunonis primi ſumpſerũt arma. ¶ Italiam petijt. f. au.) Et hic ſubauditur eſto. Et quia hoc negare non potuit, quod verũ eſſe conſtabat: nõ auſa eſt improbare: quin potius conſenſit: & hoc nititur alio genere pręgrauare. ¶ Nũ, inquit, linquere caſtra Hor. ſ.) Ad vtrũq; pertinet. i. caſtra & nauigationem. Ecce argumentum Iunonis contra Veneris inuentum. Veneris enim conſilium fuit, non accuſare plurimos, hæc nititur miſcere ſibi alios, omnesq; connectere, vt vnam omnium faciat cauſam: ne ſola eſſet in obiectorum inuidia. Nunquid nam nos, inq̄t, eum ſumus hortati caſtrorum tuta dimittere, & committere animam ventis, & reuera maximum ſignum temeritatis & reprehẽſione dignum, quod primo loco credidit obijciendum: ſed id retorquendum in eam, quæ hominem quietum in extremam neceſſitatem compulit, vt ſatius eſſet petere incerta propter expeditionem neceſſariam, quam cum ipſa caſtrorum defenſione conſumi. ¶ Num puero ſum. bel.) Et his omnibus aptandum eſt, hortati ſumus, recte poſſet videri: hoc quoque obiectum eſt. Si Æneas reuera ſummam belli aut defenſionem murorum commiſiſſet illi ætati, quæ ne ſibi prouidere conſilio poſſet, nec periculum virtute propellere: ſed hoc Æneas non fecerat. Diſpoſitio enim affuturi talis extitit, qualis in nono libro deſcripta eſt ab ipſo Virgilio inter Æneæ laudes hoc quoque enumerante hoc modo. Nanque ita diſcedens præceperat optimus armis Æneas ſiqua interea fortuna fuiſſet, Neu ſtruere auderent aciem, neu credere campo, ſed tutos ſeruarẽt aggere muros, & alio loco, iſtat Mneſtheus, acerq; Sereſtus, Quos pater Æneas ſiquando aduerſa vocarent Rectores iuueni & rerum dedit eſſe magiſtros. Ecce nihil credidit puero, ſed ipſum magis cum omnibus faciendi conſilijs idoneis & robuſta exercitatione florentibus viris perpenſa prouiſione commiſit. Tyrrhenos vero non exciuit quietos in bellum: ſed iuſta ex cauſa cõmotus eos nauigaturus inuenit, ijſdemq; ſe tum diſiunxit, quos ipſe Turnus ſuſcipiendi bellum fecerat ſuis partibus inimicos, nec bellum geri cum hoſtibus iuſſit: ſed venientibus obiectu aggeris & defenſione turris obſiſti. Obijcit Iuno velut malegeſta Æneæ tacet facti cauſas, quod ipſa conflauerat. ¶ Quis deus in fraudem?) Nunquid nam inquit hæc Iuno fecit, aut iris? & conſtabat hæc Iunonem feciſſe per furiam, & per irim excitaſſe Turnum, quum otioſus patrio ſederet in luco. ¶ Indignum eſt Italos, &c.) Per comparationem nititur leuare partes ſuas, & grauare partem aduerſam. Comparat enim perſonam ſuã & Veneris, Æneæ, & Turni, factum ſuum, & factum Veneris, geſta Æneæ, & geſta Turni. Ait ergo indignum eſſe arbitraris Italos aſſiſtere commodis ſuis, & naſcentem Troiam flammis circundare? Nunquid indignum etiam illud eſt, vt Turnus terras ſibi patrias vindicet originalibus auis regibus maioribus natus, ac diuina matre progenitus? Hoc verum aſſerebat Iuno: ſed tacuit de Æneæ genere, quoniã pilumno Iupiter non fuerat conferendus nec Veneri venilia, ſed obiecit incẽdium Italis paraſſe Troianos.

Sed hoc falſo cōpoſuit. Et arua aliena iugo premere, non fuit vena hoc voluiſſe Troianos probari nō poterat: atq; auertere prædas, quomodo hæc audere potuerant, qui rogantes venerant ad latinum? eligere aūt ſocios aut gremijs pactos adducere, quando Æneas probatur voluiſſe? quū nec petijſſe diceretur, nec vxorem duxiſſe: ſed latini habuiſſe promiſſum, & vltro ablata affinitatis iura, quando aūt poſt acceptam pacē Troianos poterat monſtrare, arma ſponte ſumpſiſſe, quod eſſet prouocatus ad bellū. Poſt hæc, quę falſis conſtruxerat, dicit vera, vt ex his daret omnibus fidē. ☞ Tu potes Æneam.) Tibi vis, inquit, licuiſſe, vt Æneam manibus eriperes hoſtiū, artificioſe poſuit, nam ſi diceret, tibi licuit liberare filium. Recte vbiq; fecerat mater: quod vero de conuerſis in nymphas nauibus obiectandum credidit, nō Venus ſed deum curauerat genitrix. ☞ Nos aliquid contra ru.) Scelus ait putas admiſſum, ꝙ ex aliqua parte adiuuimus rutulos, bene extenuauit, quod ipſa præſtitit, dicendo in inuidia ſumus, quia aliquid ꝓ rutulis fecimus: vt intelligatur ex eo, tu plurima & magna contuliſti: ſed non fuerunt perſonæ conſimiles, nec pares ſubſtantiæ cauſarum, Venus pro filio, pro voluntate fatorum, ſecundum deorū reſponſa, quæ ſuperi & manes addiderant, in cauſa iuſta affuit nō tantū alijs ſed ſibi. Iuno vero pro alieno in cauſa iuſti odij contra fata contra omnia, quæ ſupra dicta ſunt, rutulos fouebat, & Turnum. ☞ Æneas ignarus.a.i.&.a.) Obijcis, inquit, mihi Æneæ peregrinantis abſentiam, & quidem nihil horum ſciat, atq; vtinā ſemper in erroribus degat: nihilq; geſtum factumq; cognoſcat. ☞ Eſt paphos, id.t.) Habes loca voluptuaria, amœna. delicioſa, conuenientia filio tuo, quid quæris tentare, quod prouocatum ferre nō poſſis, adhuc perſeuerat, quaſi Troiani mouerint bellum, grauidā bellis vrbem & corda aſpera tentas? Quid quæris tentare, vbi bella congeſta ſunt? & moueri eos, qui ſunt natura feri: quæ non facile ſedari poſſunt, quum fuerint moti. ☞ Nos ne tibi fluxas .ph.r.) Quæ fortia fuerunt ſeruauit ad finem: & in quibus Venus ipſa potuit ſpecialiter deformari, quereris ait, & Troianorum mala grauiter ingemiſcis, atq; in me aggerēdum exiſtimas, quod tuorum eſt criminum. Ego ne perdidi imperium Troiæ? ego ne illa quæ græcis miſeros Troianos obiecit, quaſi dolens miſeros vocat: quibus atrox fuerat inimica, vt perſonā Veneris grauiſſimo inuidiæ pondere prægrauaret. Troiani, inquit, nō perdidiſſent imperium phrygię ſi luxurioſi non fuiſſent, ſi non te duce alienū matrimonium inuaſiſſent: ſi nō illorū diſſolutis moribus tuis ſceleris iunxiſſes augmentū. ☞ Quæ cauſa fuit.) Deniq; ait, diſcutiamus cauſam tūc belli amoti, tu inuenieris in crimine. tu enim viam & fontem adulterio conficiendo præbuiſti, nam quæ fuit cauſa alia, ex qua ad expugnationem tot vrbium veniretur? tu virorū manus armaſti, quo in facto cupido tuus non amores ſolitos ſed bellorū faces accendit. Cauſam mali aurei & iniuriam Paridis in ſenſibus gerit: & huius cōmemorationem ſuppliciter facit, vt oſtendat excidium Troiæ nullo deo ė diuerſo veniente, ſed ſolo facto Veneris extitiſſe, fœdera ſoluere, eſt furto matrimonij iure honeſtos nexus, & vincula turpi cōuentione diſſoluere. ☞ Tunc decuit metuiſſe tuis.) Præpoſtero, inquit, tempore tuorū te ſollicitudo cōmouit, tunc fieri decuit pro Troianis aliquid, quū illorū durabat integritas, iam ſerū eſt, quod agis, q̄ per te illis inflicta ſunt, emendare cōtendis, quid tibi clamores, aut iurgia, quę fruſtra iactitas, prodeſſe poſſint? vt perdita referas, aut amiſſa recuperes?

ASCENSIVS.

❡ Tum regia Iuno.) Acta furore graui recitat reſponſionem Iunonis ſane artificioſam, vt & Seruius & Dona. edocēt. Donati verba ſunt. ☞ Acta.) Furore, ergo iniuſte commota. Oſtendit Iuno ſe inuitam cogi. Nā nihil rūpitur, niſi magna violentia, Æneam nititur colorare falſa: nam Æneas bellū non mouit, ſed inſtinctu Iunonis Latini. ☞ Num puero?) Hoc quoq; falſum eſt. Nam ſenioribus rem reliquit, & pugnam committere vetuit. ☞ Cui pilumnus a.) Per comparationē Æneæ, & Veneris, & ſui, & Turni, extollit cauſam ſuā: & deprimit aduerſariorum. ☞ Nos aliquid.) Extenuat factum ſuum. Verum Venus affuit cauſæ, cui dij & fata fauebant. ☞ Me duce.) Quę grauiora ſunt argumenta, in fine ſeruat. Hæc ille.

Ordo. ❡ Ordo autem eſt. Tum.i.deinde: poſtq̄ conticuit Venus: Iuno regia.ſ.coniux: acta.i.impulſa, & ſtimulata graui furore: inquit, ſup. quid.i.ad quid: cogis me rumpere.i.interrūpere: alta ſilentia.i.alto, hoc eſt imo pectore recondita: quæ rumpuntur dum loquimur, eſt ergo, quid me cogis proloqui, quæ ſilere malim, q̄ in te quidq̄ dicere & quid cogis me vulgare.i.vulgo manifeſtare: verbis.i.aperto ſermone: dolorē obductum.i.celatum, & abſtruſum? q.d. id non facis cum tuo cōmodo: nam vt te falſo conqueſtā probem dic mihi an quiſq̄ hominū & deum ſubegit.i. compulit Æneā ſequi bella aut inferre ſe hoſtem regi latino? q.d. quia iniuſtum eſt externū velle propellere indigenas: & ita ſi receptus non eſt abijſſe debuit ſine bello, & ne Venus dicat eadem fata quę coegerunt in Italiam venire: cogere & bellum inferre purgat hoc dicens. Eſto, ideſt concedatur, & ita ſit, ꝙ petijt Italiam fatis authoribus, ideſt fatorum authoritate. (Noue autem dicuntur fata authores ſicut ſydera teſtes) impulſus videlicet: furijs, ideſt inſano vaticinio Caſſandræ, ſcilicet filiæ Priami: num, ideſt nunquid: nos ſumus hortati linquere.i.vt linquat caſtra: aut committere.i.vt committat: vitam vētis, ideſt incertis & inanibus rebus: aut ideo ventis: quia niſi vento tyberis: fuiſſet renauigabilis factus, fuiſſet ab hoſtibus deprehenſus. vt.ſ. nūc phyſice dicat quod prius poetice. Nam ſic poſſumus intelligere aquas tyberis effectas nauigabiles non numine tybris dei ſed vi ventorum, ab inferiore contra flantium & impedientiū curſum. Num etiam hortati ſumus ipſum cōmittere puero.ſ. Aſcanio ſummā.i.pręcipuā adminiſtrationem belli? quod etiam non fecerat Æneas ſed oratorie p ſe ſumit Iuno quæ vero ſimilia ſunt. Nam nihil patri illo charius num etiam hortati ſumus: ſed mire Iuno de ſe loquens maſculino vtitur genere, non quia de eo dictum ſit: Nec dextræ erranti deus abſuit, ſed quia dicendo hortati ſignificat ſe multos deorum habere fautores & conſentaneos: num ergo hortati ſumus: credere.i.committere puero muros aut agitare.i.prouocare & laceſſere fidem tyrrhenam.i.ſocietatē & fœdus quā & quod inter ſe habent & gentes quietas.ſ.ante Æneæ aduentum. Quis deus egit.ſ. impulit eum in fraudem.ſ.faciendam Turno: aut quę dura potētia noſtra egit ſupp. eum in fraudem? quaſi dicat, nullus & nulla vbi ſup. fuit hic.i.ad has res faciēdas Iuno Iris demiſſa nubibus? quaſi dicat, nuſq̄ interfuit nec conſuluit & loquitur de ſe tanquam de alia in tertia perſona? q.d. ea quā tantopere accuſas non interfuit his Æneę tui facinoribus turpibus & negligētiæ ignauæ. Indignum eſt.i.res indigne ferēda: Italos circundare Troiā naſcentem flammis & Turnum conſiſtere.i.perſtare: aut conſtituere turnum in terra patria: cui.ſ. Turno pilūnus.ſ.deus: eſt auus & diua venilia.ſ.nympha eſt mater. q.d. qa indignū eſt regem ė ſuo regno deturbarē: dignum & iuſtum eſt alterius regni: inuaſores etiam flammis propellere & iniquas ſedes exurere. Quid ſupp. cenſetis iuſtum ne an iniuſtum: Troianos ferre.i.ꝙ Troiani inferunt Latinis vim.i. Violentiam face atra.i.iniqua & pernicioſa: & premere iugo, ideſt ſeruitute arua aliena atque auertere prædas.i.deprædari agros auertendo pecora & armenta? quid ſup. cenſes legere, ideſt ſuffurari ſoceros: & abducere gremijs.i.ex gremio ſponſi pactas.ſ.ſponſas: & inuidioſe de re vna pluraliter loqtur. Quid ſup. eſt aut cenſes eſſe orare manu.i.indicijs manuum: præferendo.ſ. ramum oliuę: pacē.i.concordiam: & pręfigere puppibus arma.i. bellū minari ac ſtatim inferre? q.d. id merito indignū cenſeaſ, deniq; ſi vis Æneā eripere: ſcis quo pacto id facias: quia tu potes id enim feciſti vt in ſecūdo, Deſcēdo, ac ducēte deo flāmam inter & hoſtes expedior, &c. ſubducere.i.clā abducere Æneā manibus graium.i.grecorū & obtendere.i.contra tendere & pſentare pro viro i.quem virū eſſe iactas, nebulā.i.rem inanē & fœdam: vnde nebulones dicti ſunt: id aūt fecit in congreſſu cū Diomede vbi vulnerata eſt Venus, & pōt obtendere ventos inanes pro viro, nephandi eſt.ſ. ſm iniquū iudicium tuū aut Ironja eſt aut interrogatio: eſt ne nephandū nos cōtra.i.ecōuerſo iuuiſſe aliqd.i.in aliquo rutulos. q.d. minime. Æneas inqs abeſt ignarus abſit ignarus. q.d. quantum poſtea aut q̄ iniuria ſi abeſt à terra aliena. Eſt tibi paphos & idaliū ſunt alta cythera ciuitates & loca cypri molliſſima. q.d. abduc Æneā tuū illuc: nā quid.i.ad qd: tentas.i.laceſſis: vrbē.ſ. laurolauiniū: grauidā bellis.i.q̄ olim multa bella geſſit: & corda.ſ. virorū aſpera.i.acria & ſtrenua dura tibi: & tuis futura. Conamur ne nos vertere.i.euertere fundo.i.funditus: tibi.i.in perniciē tui res phrygiæ. fluxas.i.fragiles. q.d. nō: vnde addit: nos ne, ſupp. id conamur: an, ſupp. is videlicet Paris qui obiecit achiuis.i.græcis, troas miſeros.i.miſeratiōe dignos, aut imbelles quæ cā fuit Europā, ſupp. ꝓpter gręcos: & aſiā propter phryges cōſurgere in arma & ſoluere furto.i.per raptū furtiuum, Helenę: fœdera. q.d. nulla. Expugnauit ne, ſup. adulter Dardanius.i.phrygius.ſ. paris: ſpartam i.ciuitatē ſpartanā amyclas noīe me duce. q.d. non, ſed te: aut dedi ego tela.ſ.amoris aut belli: & foui ne bella cupidine.i.amore aut cupiditate. q.d. nō decuit te metuiſſe tuis.i.pro tuis tum cum hęc faceres: tu aſſurgis.ſ.cōtra nos: ſera.i.nimis tarde q̄relis haud iuſtis.i.iniquis: & iactas iurgia irrita.i.non profutura.

PIERIVS.

❡ Italiam petijt fatis authoribus.) In cod. nōnullis admodū vetuſtis legere eſt. Italiā fatis petijt authoribus. Quod nōnulli putant,

ſarunt,t,literã poſſe reddere ſyllabam cõem,quũ eiuſmodi ſcanſionis ratio cęſurę debeatur, vt apud Oui.vij.metamorphoſeos, diſſimilemq; animũ ſubijt Æeta relictus,quod imperite nõnulli deprauarũt,qui,ſubijt pater æta relictus. Legendũ cenſuere.ignari nomẽ αἰήτης.in eam formam contrahi non poſſe, aliquot & ijs codicibus qui,petijt authoribus habent.petit.vnico,i, ſcribũt. ſed id longiore linea notatũ , vt duorũ vicem ſubeat,vt,inferis. choriambici dimenſione vnico,i,notatum in antiquo lapide legi, gi,quẽ,c,curtius,c,l,antiochus pater,& arcinia naismater Baſſo filio poſuerunt,ita enim eſt.

DEBVIT,HOC, NATVS NOBIS PRÆSTARE DVOBVS VT, CINERES PATRIOS DEDERET INFERIS.

℄ Pacem orare manu præfigere puppibus arma.) In aliquot antiqs codicibus legere eſt,ei pſigere,quod hoc loco videt̃ emphaſin habere. ℾ Fouiq; cupidine bella.) In antiq.fere omnibus foui ve.legitur non inepte.




Talibus orabat Iuno,cunctiq; fremebant POE.
Cœlicolę,aſſenſu vario:ceu flamina prima,
Quum depreſa fremunt ſyluis,& cæca volutant
Murmura,venturos nautis prodentia ventos,
Tum pater omnipotens,rerum cui ſumma poteſtas.
Infit,eo dicente deum domus alta ſileſcit,
Et tremefacta ſolo tellus,ſilet arduus æther,
Tum zephiri poſuere,premit placida ęquora pontus.
[Accipite ergo animis,atq; hæc mea figite dicta, IVP.
Quandoquidem Auſonios cõiungi fœdere Teucris,
Haud licitum eſt,nec veſtra capit diſcordia finem,
Quæ cuiq; eſt fortuna hodie,quam quiſq; ſecat ſpem,
Tros,Rutulus ve fuat,nullo diſcrimine habebo:
Seu fatis Italum caſtra obſidione tenentur,
Siue errore malo Troiæ,monitiſq; ſiniſtris,

SERVIVS.

℄ Orabat.) Loquebat̃ . Vnde & oratores dicimus, nã rogabat ſi dixeris,nõ procedit, qa magis conuitiabat̃. ℾ Aſſenſu vario.) Quia pars Veneri fauebat,pars Iunoni . ℾ Ceu flamina pria,Cũ depreſſa fremũt ſyluis,& cæca volutant Murmura.) Nõ tẽpeſtatis facit cõparationẽ,ſed ſigni tempeſtatis futuræ.Quadam eni arcana ratione fit vt ſit murmur in ſyluis ante ventorũ aduentum.Vnde ait, Cęca murmura:quoꝝ ratio nõ apparet:vt, Cæciq; in nubibus ignes Terrificant aios.Sic in Georgicis, Continuo ventis ſurgentib9, aut freta ponti Incipiunt agitata tumeſcere, & aridus altis Mõtibus audiri fragor. ℾ Tremefacta ſolo tellus.) Loquente Ioue ſtupor elementorum oſtenditur per naturæ mutationem.Nam & quicquid in æterno motu eſt , quieuit: & cõtrà,terra mota,eſt ſemp immobilis. Vnde Horatius, Et bruta tellus. ℾ Accipite ergo animis.) Totus hic locus de primo Lucilij tranſlatus eſt, vbi inducunt̃ dij habere conſiliũ,& agere primo de iteritu Lupi cuiuſdam ducis in republica: poſtea ſentẽtias dicere. Sed hoc qa idignũ erat heroo carmine,mutauit . Et induxit

primo

Nec Rutulos ſoluo, ſua cuiq; exorſa laborem,
Fortunamq; ferent. rex Iupiter omnibus idem.
Fata viam inuenient, ſtygij per flumina fratris,
Per pice torrenteis, atraq; voragine ripas.
Annuit: & totum nutu tremefecit olympum. POE.
Hic finis fandi: ſolio tum Iupiter aureo
Surgit, cœlicolæ medium quem ad limina ducunt.

primo loquentē Iouē ſic interruptis fœderibus, cuius orōnē interrupit Venus. pōſt ſecuta ſunt Iunonis verba, quibus redarguit Venerē. Vñ nūc Iupiter illud quod omiſerat, reddit, dicens, Ergo qm̃ pacē eſſe non finitis, ea quæ dicturus ſum accipite. Quandoq dem.) Bene dicēdæ ſniæ ordinem ſeruat. nam ſicut & in Salluſtio, & in Philippicis legimus, antequam dicatur ſententia, eius præmittitur ratio: quod hodieq; in vſu eſt. Haud licitum eſt.) Et licuit dicimus, & licitum eſt: ſicut & placuit, & placitum eſt. Terentius, Vbi ſunt cognitæ, placitæ ſunt. Quæ cuiq; eſt fortuna hodie.) Specialiter Iupiter pro Troianis agit, ſed hac arte, vt videatur totum pro Iunone loqui: & re vera verba pro Iunone ſunt, ſed altius intuens deprehendit Troianorum fauorem. Nam dicendo nulli fauebo, & in eo ſtatu fore res in quo ſunt hodie, ſignificat ſe fauere Troianis, quorum ducis aduentu ſtatim victoria conſequetur. Et vult nihil valere quæ aut Venus conqueſta fuerat de abſentia Æneæ, aut Iuno de Turni parentibus dixerat, in eius ſcilicet commendationem. Secat.) Sequitur, tenet, habet: vt, Ille viam ſecat ad naues. Vnde & ſectas dicimus, habitus animorum & inſtituta philoſophica circa diſciplinam. Fuat.) Id eſt fuerit: futuri temporis verbum defectiuum. Seu fatis Italum caſtra obſidione tenentur.) Siue malo fato Italorum obſidentur caſtra Troiana, ſiue Troiani malo errore, & ſiniſtris monitis ad Italiam venerunt: neminem abſoluo. Vnde propter Amphibologiam ſic diſtingue, Italum: & infer, Caſtra obſidione tenentur, ſcilicet Troianorum. Ipſi enim obſidentur, non Itali. Soluo.) Abſoluo. nam Aphæreſim protulit. Monitis ſiniſtris.) Propter Caſſandræ, impulſus futijs. Exorſa rerum.) Initia, actus hodiernæ diei. Laborem, fortunamq;.) Periculum, & felicitatem. Fata viam inuenient.) Scit enim hoc eſſe fatale, vt Æneas imperet in Italia. Stygij per flumina fratris.) Hypallage eſt, Per ſtygia fratris flumina. Et bene etiam iureiurando dicta cōfirmat. Totum nutu tremefecit Olympum.) Homeri eſt. μέγα δ᾽ ἐλέλιξεν ὄλυμπον.

DONATVS.

Talibus ora.iu.) Talia iuno fundebat ex ore. Cunctiq; fremebant Cœ.) Hoc citius prouenit in cōuentu multoꝝ, vt alij aliam facinoris ducantur in partē, quod fiebat illo tēpore. Deniq; alij fauebant iunoni, alij veneri. Ceu flamina prima.) Comparationem murmuris fecit, quod inter deos videbatur exortum. nam fuit tale, qđ eſt initium venti, quo in ſyluis fremit futura nautis nuntians augmentū flatuū: quippe pp̄ præſentiam regis verecundiā leui ſtrepitu ſignificabant. quid pro ſua quique parte ſentirēt. Tum pater omnipotens,) Hoc eſt fari incipit. ſtudio partiū ducebantur dij: ſed ille, qui primam conſulendi habuit ptātem, non tacito vt alij murmure, ſed autoritate plena, totius iuſtitiæ ac veritatis aſſertor cœperat loqui. Eo dicente de.do.&c.) Locuturo ioue ſilentium præbuerant oēs dij præſentes, cœlum, terra, mare, ac venti. Accipite ergo animis.&c.) Iupiter quū ſtudia partium plena conſtantia ſedare non poſſet, ſniam pro altera noluit ferre: ſed vtraſq; ſic dimiſit: vt nulla ſuperior abſcederet: ea videlicet cā, vt nec filiam lęderet nec vxorē. Qñ, inquit, veſtra diſcordia nullis concludi terminis pōt: dimitto fatis & troianos & rutulos: dabunt cui voluerint, & quā decreuerint viam. Tunc pbabitur, quis fiducia meliore contendat. erunt apud me oēs æquales. docebit exitus rerū, quis fatoꝝ voluntate, quis audaciæ temeritate nitatur. Rex iupiter omnibus idē. Stygij per flumina fratris.) Hoc ſe ſeruatarū iurauit iupiter per ſtygiam, cuius alio loco poeta cōmemorationē fecit, dicens per cuius iurare timēt, & fallere numen. Hic finis fandi.) Finē verbis īpoſitū ad oīum pſonā pertinere intelligendū eſt. nā nullus dehinc aliqd dixit. Solio tum iupiter aureo Surgit cœlicolæ mediū quē ad limina ducūt.) Et ſolio ſolū ſediſſe monſtrauit. & ſolū ſurrexiſſe ſoluto conſilio, quē mediū oēs dij deduxerunt ad ſedē ſuā, hoc eſt ad eā cœli ptē, in

in quā cōmorari & aſſiduus eſſe conſueuerat. Quod dixit mediū, poſſumus intelligere, vtpote potiorē: aut medium, quia vtriq; parti fuit in iudicando cōmunis.

ASCENSIVS.

Talib⁹ orabat Iuno.) Poſt Veneris orationē & Iunonis rñſum cōcludit Iupiter equū fore vnde dicit Dona. Infit: nam cū ſibi ptās decernēdi ſit aperte loquitur. Accipite: non potuit ſedare partes, ſed ſic dimiſit: vt neutram pręferret ne aut filiam aut vxorem lęderet ſeq; ęquum omnibus pollicitus eſt. Hæc ille. Ordo eſt. Iuno orabat.i. cauſas ſuas defendebat talibus ſcilicet verbis & cuncti cœlicolæ fremebant vario aſſenſu quia alij Veneri alij Iunoni aſſentiebātur: ceu ideſt quemadmodum cum flamina.i. flatus ventorū fremūt prima.i. primū deprenſa.i. percępta ſyluis.ſ. longe ſonantibus & volutant ideſt euoluunt murmura cæca ideſt ignota prodentia ideſt ſignificantia nautis ventos venturos. Pater omnipotens.ſ. Iupiter cui, ſupple eſt ſumma poteſtas: infit.i. loquitur. Alta domus deum.i. deorum hoc eſt cœlū: ſileſcit eo loquente.i. cū ipſe inciperet loqui & Tellus tremefacta, ſupp. eſt ſolo ideſt per terrā: ęther arduus.i. ſublimis ſilet & zephiri poſuere, ſupple ſe.i. ſedati ſunt: tum.i. tunc pontus ideſt deus ponti aut ipſum mare: pmit ideſt cohibet ne aſſurgant æquora placida ideſt aquas maris ęqs & tranquillas. Ergo: quia.ſ. nulla eſt in vobis concordiæ via & tāto odio concertatis. Accipite ſcilicet auribus hoc eſt audite & figite hæc mea dicta animis.ſ. veſtris.i. memores ſitis aut intelligite. Quādoqdē haud.i. non eſt licitū.i. permiſſum eſt pp̄ odia veſtra, Auſonios.i. Italos cōiungi Teucris.i. Troianis fœdere.i. per fœdus: nec.i. quia non: quia veſtra diſcordia nō capit finem: ego nullo habebo diſcrimine.i. differentia quacūq;, ſupp. an fuat.i. ſit ttos.i. Troianus: ve pro vel Italus quæ,i quęcūq; fortuna eſt hodie cuiq;.ſ. pugnatorū ſiue proſpera: ſiue aduerſa.i. cuilibet pmittam ſua fortuna vti: & quā ſpem quiſque ſecat.i. perfectam ſequitur & tenet confiſus viribus & virtuti ſuę.i. permittam & virtute valere. Seu.i. ſiue caſtra.ſ. Troianoꝝ tenent obſidione.ſ. obſident fatis.i. fatali pernicie & malo exitu, Italum.i. Italorum ſiue malo errore Troię.i. Troianoꝝ & ſiniſtris.i. ſiniſtre datis Vt male intellectis monitis.ſ. deorum nec ego ſoluo.i. libero & indēnes facio Rutulos. cuiq;.i. cuilibet rutulo: & phrygi: ſua.i. propria: ſine numinis ſuffragio aut meo impedimento ferent.i. obtinebūt aut ſortientur: laborem & fortunam.i. & laborem & fortunam libere ſortientur. Iupiter rex eſt omnibus idem.i. eiuſdem auxilij. Fata inuenient viam.ſ. perueniendi ad id quod in fatis eſt. Iuro ſupple ita fore. (Nam vt dicamus. annuit per flumina & cætera non tam cohæret) per flumina fratris ſtigij.i. plutonis. aut per flumina ſtygia quę ſunt fratris.ſ. plutonis. Per ſtygiam autem paludē non audent dij peierare: vt in. vj. dictum & iuro ſupple par ripas ſcilicet ſtygij fluminis torrentes.i. abūdantes & feruentes pice & voragine atra.i. nigra aut obſcura quia ſulphurea & fumoſa, Annuit.ſ. Iupiter (inquit poeta).i. nutu ſe aſſentire & approbare qđ dixit ſignificauit & tremefecit totū olympum nutu.i. annuendo. finis fandi ſup. fuit hic.i. per hoc iuramentū Iouis. Iupiter ſurgit. tū.i. deinde: ſolio aureo.i. ſede de auro ſolido facta: quā cœlicolæ ducunt medium.i. exiſtentem in medio qui eſt principūlocus: ad limina.ſ. cœleſtis throni.

Odo

PIERIVS.

Rerum cui ſūma poteſtas.) In Ro. cod. prima ptās. Tum zephyri poſuere.) In anti. aliquot & zephiri. Accipite ergo aīs.) Antiqui aliquot codi. adcipite. ſcribunt incolumi propoſitione. ſed enim antiquiſſimum eſt. accipere. cc. geminato ſcribere. ſiquidem velius lōgus ait Lucilium inſtituiſſe, accipio & accurrere geminato. cc. notare. Quæ cuiq;, eſt fortuna.) Non placet, q̄cuiq;, vt in vetuſtis aliquot codi. habet. Tros Rutulus ve fuat.) In aliquot anti. cod. Rutulus ne legit. Fata viam īuenient.) In Med. cod. inueniant. ſcriptū eſt imperatiue, vt ſit ſententiæ perlatę pronunciatio. non tamen expungendum eſt. inuenient quum id quoque ſuam habeat orationis maieſtatem.

Interea Rutuli portis circum omnibus inſtant
Sternere cęde viros, & mœnia cingere flammis,
At legio Æneadum vallis obſeſſa tenetur,
Nec ſpes vlla fugæ: miſeri ſtant turribus altis

SERVIVS.

Portis circum omnibus inſtant.) Portis omnibus circum, ideſt circum circa fuſi. Nam modo circum, aduerbium loci eſt. Vallis.) Intra vallos, vallos, ideſt fuſtes foſſatum, qui valli vocantur. Nam munitio ipſa, vallū dicit neutraliter: & hoc dicit, Tenebantur Troiani ītra vallos, quos ipſi poſuerāt, ne eorū caſtra facile irrūperent

Nequidquàm:& rara muros cinxere corona,
Iaſius, Imbraſides, Hicetaoniusq; Tymœtes,
Aſſaraciq; duo, & ſenior cum Caſtore Tybris
Prima acies: hos germani Sarpedonis ambo,
Et Clarus & Hemon Lycia comitantur ab alta
Fert ingens toto connixus corpore ſaxum.
Haud partem exiguam montis Lyrneſius Agmon.
Nec Clytio genitore minor, nec fratre Meneſtheo.
Hi iaculis, illi certant defendere ſaxis:
Moliriq; ignem, neruoq; aptare ſagittas.
Ipſe inter medios Veneris iuſtiſſima cura,
Dardanius caput ecce puer detectus honeſtum:
Qualis gēma micat, fuluum quæ diuidit aurum,
Aut collo decus, aut capiti: vel quale per artem
Incluſum buxo, aut oritia terebyntho
Lucet ebur: fuſos ceruix cui lactea crines
Accipit, & molli ſubnectit circulus auro.
Te quoq; magnanime viderunt Iſmare gentes,
Vulnera dirigere, & calamos armare veneno
Mœonia generoſe domo: vbi pinguia culta,
Exercentq; viri: Pactolusq; irrigat auro.
Affuit & Mneſtheus, quem pulſi priſtina Turni
Aggere murorum ſublimem gloria tollit.
Et Capys, hinc nomen Campanę ducitur vrbi.
Illi inter ſeſe duri certamina belli
Contulerant, media Æneas freta nocte ſecabat,
Nanq; vt ab Euandro caſtris ingreſſus Etruſcis
Regem adit, & regi memorat nomenq;, genusq;,
Quid'ue petat, quid'ue ipſe ferat: Mezentius arma
Quæ ſibi conciliet: violentaq; pectora Turni
Edocet: humanis quæ ſit fiducia rebus
Admonet, immiſcetq; preces: haud fit mora Tarchon
Iungit opes, fœdusq; ferit, tum libera fatis
Claſſem conſcendit iuſſis gens Lydia diuum
Externo commiſſa duci, ænea puppis
Prima tenet. roſtro Phrygios ſubuecta leones:
Imminet Ida ſuper profugis gratiſſima Teucris,
Hic magnus ſedet Æneas, ſecumq; volutat
Euentus belli varios, Pallasq; ſiniſtro
Affixus lateri, iam quærit ſydera, opacæ
Noctis iter, iam quæ paſſus, terraq;, mariq;.

irrūperent Rutuli. Vallum.n. nō modo obſidentiū, ſed obſeſſorum debemus accipere. ¶ Nec ſpes vlla fugæ.) Fuga miſerrimū & vltimum præſidium eſt: tñ etiā hoc carebāt. ¶ Imbraſides.) Imbraſi filiꝰ. ¶ Hicetaoniꝰ.) Icetaonis filiꝰ. Ex varietate ſyllabarū quæſiuit ornatum. Nam patronymica aut in des, aut in ius exeunt, quibus & vti poſſumus. Quæ.n. in on terminanť, ad nos tranſire nō pñt. ¶ Senior cum Caſtore Thybris.) Poſſumus & ſolū Thybrim ſenē accipere: poſſumus & Caſtorē, ſi legamus, Et ſenior cum Caſtore. Nam Amphibologia eſt. ¶ Prima acies.) Hoc ē magni viri: & eſt diffinitio eorū qui in prima acie fuerunt. vñ laudis magis eſt qđ dicit, Prima acies. Ordinis enim eē nō pōt, quia res in muro agitur. ¶ Germani Sarpedonis.) Aut inter ſe germani filiȷ̈ Sarpedonis: aut Sarpedonis fratres. ¶ Alta.) Nobili. ¶ Lyrneſius.) Id eſt Phryx. Lyrneſos.n. ciuitas eſt Phrygię, vñ fuit Briſeis. ¶ Meneſtheo.) Non Mneſtheo. Nam Mneſtheo de quo paulo pòſt dicturus eſt, legendū nō eſt, ne verſus non ſtet, ſed Meneſtheo: ita tamen vt meminerimus in vltima ſyllaba eſſe Synæreſim ꝓpter rectam ſcanſionē. ¶ Hi iaculis.) Rutuli ſcilicet. ¶ Illi certant.) Troiani. ¶ Veneris iuſtiſſima cura.) Quia illi debebatur imperium. ¶ Caput detectus.) Sine galea: quaſi non pugnaturus, nā audierat, Cætera parce puer bello. Erat aūt iter duces quaſi dux. ¶ Honeſtum.) Pulchrum. Terentius, Ita me dii bene ament, honeſtus eſt. ¶ Micat.) Scilicet Aſcanius: fulget q̄liter gēma. ¶ Aut collo, aut capiti.) Figurate. nam colli vel capitis erat cōe. ¶ Oricia terebyntho.) Oricos ciuitas eſt Epiri, iuxta quā naſciť terebynthus nigrū lignū hñs, folia ī buxi ſpēm. Retulit aūt cōparationē ad candidū vultū, qui erat crinibus cinctus. ¶ Magnanimæ.) Gētes.ſ. ¶ Iſmare.) Modo nomē eſt ꝓpriū. nam Iſmarius appellatiuū facit à monte Iſmaro Thraciæ. ¶ Vulnera dirigere.) Aut vulnus pro ſagitta poſuit. Vt, Inſequiť infeſto Vulnere Pyrrhus: aut acerrime expreſſit ineuitabiles ſagittas, dicens eum vulnera, nō tela dirigere. ¶ Mœonia.) Lydia, quæ antè Mœonia vocabatur. ¶ Pactoluſq; irrigat auro.) Pactolus & Hermus Lydiæ flumina ſunt, aurū ſicut Tagus trahentia. ¶ Et Capys: hinc nomen Cāpanæ ducitur vrbi.) Iſte quidē dicit à Capy dictam eſſe Cāpaniam. Sed Liuius vult à locis campeſtribus dictā, in quibus ſita eſt. Sed cōſtat eam à Tuſcis conditā viſo falconis augurio, qui Tuſca lingua Capys diciť. Vnde eſt noīata Cāpania. Tuſcos autē oēm pene Italiam ſubiugaſſe manifeſtū eſt. ¶ Contulerant.) Nocte interueniente peregerunt: & eſt explanatio rerum, quas Æneas geſſit poſtquā eſt profectus ab Euandro ad petenda auxilia dum inter ſuos & Turnum bella gerebantur. rem enim antè omiſſam breuiter exeq̄tur. ¶ Quid'ue petat.) Scilicet auxiliū. ¶ Quid'ue ipſe ferat.) Viciſſitudinē auxiliȷ̈. vt ſuprà, Accipe, daq; fidem. ¶ Mezētius arma.) Quę ſibi conciliet. Inȷ̈cit latenter timorem, ne forte poſſit collectis auxiliȷ̈s in regna remeare, à quibus fuerat antè depulſus. ¶ Violentaq; pectora Turni.) Superbia: vt, Quos illi bello profugo: egere ſuperbo. ¶ Humanis quæ ſit fiducia rebus.) Latenter hoc dicit, Nolite putare fixam eſſe & ſtabilē fœlicitatem. magna eſt enim rerū varietas, inuicem accipietis auxilia. ¶ Admonet, immiſcetq; preces.) Partim rogat, partim admonet hoc ſolatiū eſſe vitæ humanæ tutiſſimū, ſi vel mutua dētur auxilia, vť in ꝓſperis poſiti etiā ſubiecta conſyderent: & eſt ſuperioris verſus expreſſio. Nam edocet qd peteret, & quid eū ſolicitabat. Admonet vero vel cauſa Mezentiȷ̈, vel qa inſtabilis eſt & vaga fortuna. ¶ Tarchon.) Hoc nomē vbiq; Gręce pōit excepto vno in loco: vt, Haud ꝓcul hinc Tarcho: & Tyrrheni. qđ metri cā fecit. ¶ Libera fatis.) Exēpta fatali neceſſitate, qua pugnare non poterant ꝑ illud, Externos optate duces. ¶ Prima tenet.) More viri fortȷ̈s in pricipȷ̈s eſt. Alibi, Princeps ante oēs denſum Palinurus agebat Agmen. ¶ Roſtro Phrygios ſubuecta leones.) Vult pro iugo roſtrū nauis fuiſſe. Leōes aūt ſingulos, in ſingulis nauis partibus fuiſſe depictos. Sane notať à Creticis Virgilius hoc loco quemadmodū ſic cito dixit potuiſſe naues Æneę fieri. quod excuſat pictura, quā ſolā mutatā debemus accipere. ¶ Gratiſſima.) Propter illic facta nauigia. ¶ Euentus belli varios.) Licet haberet fortiſſimū militē, cogitabat tñ incerta bellorū. ¶ Noctis iter.) Aut per quę nox decurrit: aut quæ intuentes nautę iter peragunt noctibus. ¶ Iam.) Modo. Vt Iāq; hos curſu, iam præterit illos.

DONATVS.

¶ Interea rutuli.) Reditus eſt iſte narrrtionis: qua poſt finem noni libri, conſiliȷ̈ deſcribendi cauſa dimiſerat. Deniq; ſi hęc ſubtrahanturť, quæ venus iuno, ac iuppiter elocuti ſunt, continuabantur omnia, quę de caſtrorum expugnatione dicebanť. Dixit igitur, quę rutuli molirentur laborantes.ſ. propter inferendum caſtris per flammas excidium, & procurandam hominū necē. quum enim inter deos prædicta gererentur, bellantium ſtudia non quieuerāt: ſed erat acrius ex parte rutulorū quod ȷ̈s fortuna promptior apparebat. Dicit iam quod cōtra in troianorum peſtes periſſe viderentur. At legio ęneadū val. obſeſ. tene.) Quantū valet foſſa, vt interiores muniat, tantū ſi capiantur obſidio, inuenietur eſſe contraria: vt.n. in interiora neminem ſinit, ita occupata armis hoſtilibus quēq̄; exire non patitur. quod dicitur, troianis profuit ad defenſionē. hoc eſt obeſſe cœperat volētibus euadere. ¶ Miſeri ſtant tur. al.) Stabant, inqt, in altis turribus: defendebantur earū altitudine: ſed fruſtra ſtabant.n. vtpote, qui eſſent pauci, & qui aduerſus plurimos vltra aliqd audere non poſſent: Ecce ineuitabilia duo. nec cōſiſti.n. ſine pernicie potuit, iminentibus ex oī ꝑte īmoderatis incēdȷ̈s, & adēpta ſpe fugę: q̄ periclitātibus ſolet eſſe ꝑſidio. quū tenebanť obſeſſi. ꝓinde ſola illis deſperatio reliq̄ fuit. & rara muros cinxere corona. Tm̄ illos diuerſi caſus aſſumpſerant, vt rari viderentur in muris. Ecce exprimit, qd ſit rari. dicēdo.n. ſingulòs, & nomina ſpecialiter enumerando, raritatē ipſam euidenter expreſſit. ¶ Iaſius imbraſides &c.) Qualis. hæc acies fuit, prima in fronte cōſtituta, quā fecerant hoīes quoq;

Hos germani ſar.am.) Comitabatur hos iſti,ſed poſteriores in/
telligendi ſunt:quãti tñ etiam iſti fuerint, videamus. Dubiũ eſt.n.
vtrũ ſeparatim ſine nominibus poſiti videantur germani ſarpe/
dõis,& extra fuerint,clarus et hemon.an ipſi ſint ſaperdonis fra
tres.aut enim quattuor fuerunt,aut duo,aut omnes ſeptem fue/
runt.aut quinq; ſoli,& hi duo in ſecũda. Fert ingens toto con/
nixus cor.) Quã cito dixit,cuius eſſet filius,& frater? Ferebat, in/
quit,totis viribus non iam ſaxum,ſed partem non exiguam mõ
tis,habens originalem virtutis ſubſtantiã,nec patre inferior aut
fratre. Hi iaculis,illi certant defendere ſaxis.) Non euidenter di
xit,qui ſunt hi,qui ſunt illi:ſed ex genere telorum intelligi poſſũt.
Illi enim pugnabant ſaxis; qui fuerunt in edito:illi vero iaculis
qui conſtituti videbantur in plano. Moliriq; ignem,ner.q; ap.
ſag.) Troiani vno telorum genere nitebantur:rutuli vero pluri/
mis.habuerunt quippe ſubſtantiam iaculorum ignis & ſagittaꝝ:
& fuit multitudo,quæ officia diuerſa cõpleret. Ipſe inter me/
dios.) In illa neceſſitate rerum aſcanius quoq; certantibus fuit
admixtus,pueriles annos animi virtute præueniens.nudum ha/
bens caput,hoc eſt ſine galea,vtpote non pugnaturus, quoniam
prohibitus fuit reſponſo,quod dictum eſt.cætera, parce puer bel
lo. Inducitur comparatio vt oſtendatur,quomodo fulgebat idẽ
aſcanius. Qualis gẽma micat.) Queadmodum,inquit,medio
ex auro micat gemma,aut ornatur caput,aut collũ.vel quemad
modũ ebur lucet buſſo,aut terebyntho incluſum.in aſcanij laudẽ
tanguntur etiam illi,quibus fuit admixtus. Aſcanius quippe cõ/
paratur gemmæ & ebori,circunſtãtes autem troiani auro & buſ
ſo & terebyntho.redit ad laudem aſcanij. Fuſos ceruix cui lact.
cri.Acci.) Fuſos habuit in ceruicem crines,circulo tamẽ aureo te
nebantur.molle aurum ad ſpeciem futuram rettulit,non ad ip/
ſam materiam:vt productum magis q̃ ſolidum fuiſſe videatur:
ne oneri magis eſſet puero,q̃ decori. Te quoq; magnanimę vi.
iſma.gen.) Hoc eſt armare veneno,vt duobus caſibus ĩferat mor
tem ferro,quod penetret hominis corpus,& ſi letalem plagam
inferre nequiuerit,vitam percuſſi veneno cõſumat. Laudauit &
regionem,vnde eſſet ortus:vt ad eius laudem etiã originalis ter/
ræ prædicatio conueniret. Affuit & mneſtheus.) Mneſtheũ lau
dauit ex facto virtutis:capym vero a merito ciuitatis. Illi inter
ſeſe duri.) Illis inter ſe certantibus ęneas in otio non fuit.agebat
quippe nauigationem hoc etiam tempore noctis intentus. hunc
locum quum pronuntiamus,ſic debemus diſtinguere,vt æquo/
ra aſſignemus media,nõ noctem.hoc modo media ęneas freta,
& faciamus morã.& ſic dicamus,nocte ſecabat,vt oſtẽdaẽ regis
properantis inſtantia & labor,qui nec noctem metuebat,nec me
dium maris. Nãq;,vt ab euandro.) Longus cõtextus eſt eorũ,
quę æneas cum tarchone dicebatur egiſſe.ſed idem,ſi per partes
exponatur,poterit facilius aduerti. Tria enim dixit, memorat,
edocet,admonet. Interea,quod primo poſuit,vſque ad finẽ per/
tinet.ſed ipſa tria interim conſideremus:memorat nomẽque ge/
nuſque.memorat quid petat,memorat quidue ipſa ferat, edocet
turni violenta pectora.Edocet quę ſibi arma conciliet:admonet,
quæ ſit humanis rebus fiducia,miſcebat & preces. Diximus quæ
ſingulis aptentur:quæ vero ars in petitione ſit ſeruata,videam⁹.
Intimauit regi primo perſonam ſuam.hoc eſt indicauit,qs eſſet,
& quãtus. Oportuit enim tarchonem noſſe,cum quo vel cũ qua/
li iuncturus eſſet amicitiam,indicauit & genus,ne ignobilem pu/
tans ſe ſpernendum,potiusq̃ ſuſpiciendum duceret. In editione
autem generis nõ dubitamus eum aſſeruiſſe,ꝙ ioue auo eſſet &
venere matre progenitus.dehinc ſubiecit,quid peteret, vel quid
ipſe ferret. Facilius enim poſtulata impetrat,qui ſe oſtendit obla
ta viciſſitudine profuturum. Hic intelligẽdũ & petitum a tarcho
ne auxilium & inuicem ab ęnea promiſſum. Petebatur enim tar
chon,vt contra turnum & mezẽtium ſpeciales inimicos ſuos au
xilia pręrogaret.quo in facto cõſiderare debuit,ſibi ſe potius da
turum q̃ alteri:& arripiendum tempus,vt troianis laborãtibus
& defenderent tyrrhenum,& ſecuri in poſterum redderenẽ. Me/
zentius arma,quæ ſibi conciliet. Oſtendebat quantũ ſibi armato
rũ populoꝝ mezentius iungeret:vt hoc facto aduerteret etiam ſe
poſſe opprimi violentia plurimoꝝ,ſic rutulis cõtra troianos ob
tinere cõtingeret.violentaq; pectora turni edocet. Conſideraret
quoque turni perſonã violentã,hoc eſt quæ nihil cogitaret nihil/
que reſpiceret,niſi quod eſſet quietis rebus & placidis inimicum:
quod ipſum apertis firmare rõnibus potuit? nã qui tyrrhenorũ
hoſtem mezentium ſuſceperat fugientem inimicitias etiam ſuã
fuerat ex aperto confeſſus.humanis quæ ſit fiducia rebus admo
net. Poſt terrores iniectos quibus rex non immerito commoue/
ri debuerat,humanas quoq; neceſſitates non ſine ratione pro/
poſuit.

poſuit. ne diceret tarchon,ſufficit mihi ſi mezentius vel turnus
emerſerit,quę ſint ipſa humana,dicendum eſt. Adiuuare laboran
tem ex fortiore ſubſtantia,atque aduerſa alterius & incerta rele/
uare.glorioſum eſt,ſi potior ei manum porrigat quem neceſſitas
premit.hac fiducia homines viuere,vt accidentia mala opibus &
auxilijs ſubleuentur. Immiſcetque preces. Poſt omnem petendi
artem preces quoque ſubnexuit,vt ſupplicatio mereretur, quæ
ſuperiora fortaſſis impetrare nõ poſſent. haud fit mora,tarchon
iungit opes,fœduſq; ferit. Ecce quantum poſuit neceſſaria inter
eos. Mox factum eſt, quod tenebat vtrũq; deſiderium.iunctæ
ſunt opes,firmatum eſt fœdus. Iungere opes,eſt opes opibus ne
ctere:quoniam tarchon & dabat auxilium,& ſumebat. Tum
libera fatis.&c.) Perfecto fœdere libera nexibus reſponſi gens ly
dia claſſem conſcendit externo cõmiſſa duci, per diuina præce/
pta. In octauo libro meminerat ſe poeta dixiſſe. Retinet longæ/
uus aruſpex Fata canens,& plura quæ ſequuntur. Ecce felicitas
æneæ non ſuo duci ſed externo commiſſi ſunt,nec ſua ſed deorũ
voluntate,qui tantum ex peregrinis partibus virum venturum
eſſe prædixerant. Æneia pupis Firma te.) Primo loco, inquit,
nauis mouebatur,in qua ęneas fuit habens in roſtro leones iun/
ctos.quod erat ſignum tutelę matris deuꝫ,ida quoq; in ſuperio
re loco fuit expreſſa,propter originem materiæ,ex qua fuerat fa
cta:& ad troianorum ſolatium,vt patrium montem ſecũ habere
viderentur poſiti in regionib⁹ alienis. Hic magnus ſe. ęn.) Hic,
hoc eſt in naui,quę idam habuit & leones.magnũ hoc loco ęneã
dixit magni cõſilij magnarũq; cogitationũ. Secumq; volutat.)
Ecce dixit cauſam,vt oſtenderet cur dictus ſit æneas magnus.
Primo qa ſedebat eo tẽpore,quo ſecurus de auxilijs eſſe debuit,
& quo omnes homines quieti fuerãt,ipſum quoq; dormire aut
reficiẽdi corporis cauſa pro vigilijs ſcilicet ſuſcęptis debuiſſe,ſed
voluebat ingentes pectore curas. Dixit alteram tractatus partẽ,
ꝙ etiam ſumptis auxilijs bellorum cogitabat incerta.ergo,quod
ait magnus,ad animum eius retulit. Quẽ enim non curis omni/
bus ſoluerent auxiliorum impetrata ſubſidia? & tamen cũ ipſis
ſine cura non fuerat iudicans in euentu magis quã in multitudi/
ne hominum conſtitutam eſſe victoriam:vtpote quę pẽderet ex
caſibus:ſperare debere proſperum,& timere cõtrarium.his quũ
animo iactaretur ęneas. Pallas Siniſtro affixus la.) Quia conue
nientia ſingulis dedit.æneam quippe induxit ſedentem.ac ꝑ hoc
etiã noctis tempore negotioſum,pericula ſua ſecum & futuri tẽ/
poris incerta tractantem.pallantem verborũ gnarum tacito quę
rentem,quæ vacuis omni cura conuenirent.ductum ętatis ratio
ne,& cupiditate noſcendi ſydera,in quas terrarum ducerent par
tes.videbat enim ipſis ducibus ire nauigia,& in ipſis quaſdã vias
& itinera demonſtrari,quærentem quoq; audire,quaſi a vacuo,
quæ in terra,quæ in fluctibus aduerſa pertuliſſet affixus, inquit,
ſiniſtro lateri. Affixum debemus accipere aut ratione amoris,
aut cupiditate inquirendi,atq; noſcendi,ſiniſtri lateris locus ic/
circo poſitus naſcitur,quaſi duo fuerint. Opportunum non fuit
ſedere ad dexteram potioris,ſi illic fuit etiam achates, de tribus
potior iudicari conuenerat,quomodo ſedere debuiſſet. Medius
enim æneas fuerat conſtituendus, vtpote qui eſſet duobus po/
tior,ſecundi meriti dextro lateri apparendus pallas:quoniam fi/
lius regis fuit,& eius tantum beneficium videbatur extitiſſe,ter/
tius ſiniſtro lateri deputandus,qui erat duobus inferior: quęren
tem induxit pallantem ſuperflua, quæ ipſa illo tempore ab ipſa
perſona,ſi maturi hominis affuiſſet intentio,non debuerant q̃ri.
deniq; noluit cõprehendere ænę rñſum,vt oñderet eum magis
neceſſarijs cogitationibus non puerilibus q̃ſitis fuiſſe diſtrictũ.

ASCENSIVS.

Interea Rutuli.) Redit ad hiſtoriã demiſſã ĩ fine noni docetq;
qd Rutuli,poſtridie q̃ Turnus ſic elapſus erat ꝑ flumẽ egerũt.&
qd contra Troiani addens Ænęę aduentũ cũ Etruſcorũ auxilijs.
Occaſionẽ quoq; nactus in grãm Iuliæ domus deſcribit decus
& ornamentũ Iulia pugna vt monitus erat ceſſantis, vnde dicit
Donatus ſic. Interea:redit ad narratiõem quã poſuit in fine noni
libri. Stabant vtpote qui pauci aduerſus plurimos nõ auderent.
Caput detectus:non pugnaturus:qa ꝓhibuerat deus. Mneſtheus
& capis alteꝝ laudat a facto alteꝝ a merito ciuitatis. Nocte ad lau
dẽ Ænęę. Et re.me.tria dixit memorat,edocet,admonet. Memo
rat ergo nomẽ & genus & quid petat:& qd ferat edocet. Turni
violẽta pectora:quę arma cõciliãt. Admonet q̃ ſit humanis reb⁹
fiducia. Nomẽ vt cognoſcat. Genus:ne ab ignobili putet ſe roga/
ri. Hęc ille. Ordo eſt. Rutuli inſtãt ĩterea.ſ.dũ ſic ſuperi cõſultãt
oĩbus portis.circũ.i.circũ circa ſeu ꝑ circuitũ:ſternere.i.vt ſternãt
cęde.i.occiſiõe viros.ſ.Troiãos viriliter reſtãtes & cingere Mœ/
nia.

nia.ſ.nouæ Troię ſeu caſtrorũ:flãmis.i.facibus ardẽtibus.Aſt.i.ſed legio ideſt manus Æneadum tenetur obſeſſa ideſt obſidetur val lis,ſcilicet Rutulorum:nec vlla ſpes fugæ ideſt fugiendi:eſt, ſup/ ple ipſis,ipſi miſeri ſtãt, ſupple in altis turribus nequidquã,ideſt fruſtra,quia congredi non audẽt:& cinxere muros corona ideſt multitudine in coronę formam ſtante:rara ideſt minime denſa, ſcilicet Iaſius Imbraſides ideſt imbraſi filius & Timetes Icetao nius ideſt icetaonis filius:& duo aſſaraci,ſcilicet maior & minor & Tybris ſenior:cum Caſtore:ſtabant,ſupple prima ideſt præci/ pua acies.Ambo germani ideſt fratres Sarpedonis,ideſt illius vi ri Troiani ſcilicet & ideſt ſimul Clarus ſcilicet nomĩe & Hęmon (Corripitur autem clarus in priore quia proprium eſt vt ſit diffe rentia ab appellatiuo:vt Amycus & amicus contra Ruſticus cor ripitur vt ruſticus)comitantur hos.ſ.iam prædictos:ab Lycia.ſ. patria ſua alta ideſt ſublimi. Agmon Lyrneſius ideſt ab Lyrneſo oppido phrygiæ oriundus:connixus, ideſt connitens toto cor/ pore fert ingens ſaxum appoſitorie:haud exiguam ideſt non par uam nec exilem ſed magnam partem montis exiſtẽs,nec minor gẽitore ſuo Clytio ſcilicet nomine nec Mneſtheo fratre.Hi ideſt quidam ex Troianis.certant defendere iaculis ideſt alĳ ſaxis.aut forte hi.ſ.Rutuli certant iaculis:quæ foris immittebant: & illi.ſ. Itali certant defendere ſcilicet ſe ſaxis.& moliri ideſt cum mole & conamine eĳcere ignem ſcilicet e phalaricis:& aptare ſagittas: neruo ideſt arcui neruis obducto.Ecce ipſe puer Dardanius, ſcili/ cet Aſcanius iuſtiſſima cura veneris:quia ſciuit illi regnũ deberi. micat inter medios.ſ.Troianoe detectus caput honeſtũ.i. habens caput honeſtum.i.pulchtũ & præ ſe ferens honeſtatem:detectũ: quia prohibitus erat ab Apolline dicente.Cætera parce puer.mi cat inquã exiſtẽs talis qualis gẽma q̃ diuidit aurũ fuluũ.i.q̃ eſt in medio annuli aurei:aut aliter auro circũdata exiſtens decus.i.or namentũ aut collo.ſ.in monili:aut capiti.i.in corona vel quale.i. qualiter ebur lucet incluſum per artem.i.artificioſe:aut buxo aut Terebyntho arbore.ſ.nigra oricia.i.in orico ciuitate epiri hoc eſt circum eam plurima naſcenti,cui.ſ.Aſcanio.i.ad cuius decorẽ cer uix lactea.i.coloris lactei:accipit crines fuſos,ideſt diffuſos: hoc eſt Cęſariem:& circulus.i.torques ſi ad collum reſpicis aut po/ tius redimiculũ capitis ſubnectat.ſ.capillos o Iſmare gentes ma gnanimę.ſ.inter quas verſabaris(& quia ſimilis ſimili applaudit ipſe quoq; per hoc magnanimus reputatur)viderũt quoq;,ideſt etiã te dirigere vulnera.i.tela quibus directis vulneraſti multos: & armare calamos.i.Arudines hoc eſt ſagittas leues veneno vt.ſ. vel leui ictu interimant.o Imſare inquã.generoſe.i.alti & magni ceneris:domo.i.de domo Mœonia.i.Lydia vbi & viri exercẽt.i. voluũt arua pinguia.i.opima feracia:& pactolus.ſ.fluuius irrigat auro.i.fluctibus auriferis.Mneſtheus.ſ.ductor ille fortis affuit & ideſt etiã cũ alĳs quẽ priſtina.i.pridie illius diei parta gloria.Tur/ ni pulſi.i.de Turno pulſo:aggere murorũ:tollit.i. extollit ſubli/ mẽ.i.e latũ & magnanimũ:& Capys Troianus.ſ.ille aderat. hinc

Capua dicta vñ pro vnde.i.a quo nomẽ vrbis campanæ dicitur.ſ.in Italia capua nomine illi.ſ.Rutuli & Itali contulerant, ideſt commiſcuerãt in ter ſe certamina duri belli:&,ſupp.Æneas ſecabat media nocte, ideſt etiam media nocte:freta,ideſt maria.Nãq;,&c.Redit ad nar rationem de geſtis Æneæ poſtq̃; ab Euandro diſceſſerat quæ prę termiſit in fine octaui.Nãq; pro quia vt,ideſt poſtq̃; ipſe Æneas ingreſſus,ſupple eſt ab Euand.caſtris Etruſcis,ideſt in caſtra Etru ſca aut Etruſcorum ipſe adit regem,ſcilicet Tarcontem & memo rat,ideſt recenſet regi,ſcilicet Tarconti,nomẽ,ſcilicet ſuum ſigni/ ficans ſe nobilem:& genus ſignificans ſe generoſum & externum vt dux merito ſit ipſis Etruſcis quibus vates externum prædica/ bant expetendum.& memorat,ve pro vel,qd petat, ideſt ſimul quid petat:vel quid ferat,ideſt ſimul qd afferat:quia petĳt & at/ tulit auxilium quia vtriq; alteri auxilio eſſe poterat:quum neu/ ter ſine altero ſufficeret,quæ,ideſt qualia arma. Mezentius,ſcili/ cet ſæuiſſimus Ethruſcorum hoſtis & ab eis propter ſæuam Ty/ rannidem expulſus conciliet,ideſt comparet & aſciſcat ſibi,quaſi dicat potentiſſima Latini & Turni regum auxilia:& edocet violẽ ta pectora Turni & admonet quæ fiducia ſit rebus humanis:hoc eſt fragilem eſſe humanam conditionem cum etiam iuſti ab im/ pĳs opprimi ſoleant niſi viriliter reſiſtant immiſcet preces, ideſt ſimul precatur vt in commune,ſcilicet cõſulant.Mora haud, id/ eſt nõ ſit,ideſt nulla ſit mora:&,ſupple aut dum Tarcon,ſcilicet nunc Ethruſcorũ rex,iungit opes, ideſt facultates & copias ſuas & ferit,ideſt percutit fœdus,ideſt pactum ſocietatis & amicitiæ percuſſo fœde porco:tũ:ideſt deinde:gens Lydia,ideſt ex Lydia oriunda libera fatis,ideſt exẽpta fatali neceſſitate conſcendit claſ ſem iuſſis diuum,ideſt vt dĳ iuſſerant:habito,ſcilicet externo du ce vnde addit commiſſa,ſcilicet duci externo,ſcilicet Ænę vnde puppis Æneia,ideſt in qua Æneas vehebatur tenet prĩa,ideſt pri mas partes in nauigando ſubiunctos in roſtro:leones phrygios, ſcilicet qui erant inſignia phrygum & potiſſimum Hectoris.Ida, ſcilicet ſylua gratiſſima teucris profugis, ideſt,cum primum pro fugerent,quia illuc conuenerant:imminet,ideſt ſic depicta eſt vt imminere videantur:ſuper,ideſt deſuper Æneas magnus,ſcilicet præter cæteros ſedet hic.i.in hac puppi & volutat ſecum varios euentus belli:& Pallas,ſcilicet filius Euandri affixus lateri querit iam ſydera.i.nomina & naturam ſyderũ noctis opacę.i.q̃ appare bant in nocte opaca:& q̃rit iam,ideſt aliquando:quę,ſcilicet ma la & aduerſa Æneas,ſcilicet ſit paſſus & terra & mari, quæ inq̃t Donatus q̃õnes minime neceſſariæ erant ſed puero cõueniebãt: cum Æneas maiora ſecum volutaret.

PIERIVS.

¶ Iaſius imbraſides.Romanus codex,aſius legit.Nam, Iaſius, Quadriſſyllabi forma eſt,Vt Iaſion,Vt apđ Ouid. Iaſonia ceres quod imperite quidam legunt,Iaſona flaua ceres.In aliquot ve ro alĳs antiquis omnino codicibus Iaſius legitur. Sane quidem Homerus Aſiũ iter Troianos proceres recẽſet,ſed apud eũ hyr/ taci non imbraſi ille filius appellatur.⸿Et ſenior cum caſtore ty/ bris.)In Roma.cod.thymbris,legitur,quod ne forte ridiculum videatur,ſciendum eſt dictionem, quæ tybris eſt apud Latinos θύμβριν.apud græcos dici vt apud heſichium & ſtephanũ.theo/ critus καλὸν κατὰ θύμβριος ὕδωρ a qua ſyracuſanos fluuium hunc noſtrũ appellaſſe indicat ſeruius in tertio Æneidos,ſed ibi, vt plerũq; alibi corrupt⁹,ſed ne de nomine tantũ proprio. thym brim,dici debere putet.pro Romano fluuio thymbrim, quoque ſcriptũ in antiquiſſimo cod.Virgiliano oſtendit mihi angelus co/ lotius.⸿Et clarus & hemon Lycia comitatur ab alta.)Bona codi cum pars ex ĳs preſertim qui vulgati ſunt,vnum tantum ꝓpriũ nomen ponere videntur vt ſarpedonis fratres innominati ſint, & his comes & hemon accedat,claruſq; ſit epitheton.Romanus vero cod.vna cum veteribus pleriſq; alĳs legunt.& clarus,&,he mon,lycia comitantur ab alta vt nomina hęc fratrum ſarpedo/ nis fuiſſe noris,clarum quippe,hęmonemq;,clarus enim pro no mine proprio ſiue hominis,ſiue inſulæ primã corripit, atq;, &, ſiue ꝙ monoſyllabũ eſt in principio pedis,ſiue ꝙ cęſura tritime/ ris,ſiue quod ſequitur adſpiratio,produci poteſt,In aliquot etiã exemplaribus antiquis legere eſt,ida comitantur ab alta, non ly cia,nẽpe quod epitheton monti.potius q̃; prouinciæ congruat, ſed enim Seruius alta pro nobili poſitũ ait,Plurib⁹ enim de cau ſis Lycia nobilis.⸿Lyrneſius acmon.) Antiqua exemplaria,ac/ mon,per,c,ſcribunt.ſunt vero omnino adeo cognatę literę,c,& g,vt vix pronunciatione diſtingui intelligantur,eſt & illud in q/ buſdam codicibus antiquis,quod ſæpe,c,pro,ſ,ponitur,quia po ſteriora tempora figuram,ſ,literę ſi græce ſcriberent, ad ſimilitu dinem,c,literæ latine delinearunt,Quare non mirum ſi etiã lyr/ necius,pro lyrneſius,ſcriptũ inueniat̃.⸿Nec fratre meneſtheo,) Seruius omnino Dactylum vult in quinta ſede,meneſtheoq;.In teriecta vocali,e,inter,m,&,n,omnino legendum contendit,ne que deſunt vetuſti codices qui eodem ſcribant modo, antiquio/ ra tamen exemplaria verſum ſpondaicum faciunt,dũ,mneſtheo. legunt,vltimę enim duæ ſyllabæ in vnam coeunt, κατὰ συνί/ ρησιν.⸿Aut oricia terebyntho.)Multi Oricia, per,c, ſcribendum curarunt.vulgatiora exemplaria per,θ,orithia, verum oricus p ωμεγα,ciuitas eſt ionio ſinu,& oricæ paludis in epiro,ſua in Eu/ ropa mentionem facit hecatæus, & ab vtroque nomine oricius deducitur,Quę dicta volui,qa ſunt q orithon per,θ.& ita orithia ſcribendum libris iam editis autumant, Sed & Terebinthum per,y,in pene vltima male ſcribunt,que ιωτα eſt apud græcos. In quo omnia corrigenda ſunt exemplaria latina. Pręteriui ve/ ro de induſtria,quod in quibuſdam veteribus codi. coricia legi/ tur,quum oricia in longe pluribus legatur. ⸿Et molli ſubnectit circulus auro.)In cod.nonnullis admodum vetuſtis ſubnectens legitur.⸿Pactoluſq; irrigat auro.)In Roma.codi.non ſine dul/ ci aurium pruritu Pactolos.legitur.In aliquot alĳs, Pactolus & irrigat.Sed pactoluſq; vel pactoloſq; irrigat. plurimum codicũ conſenſu comprobatur. ⸿Aggere murorum.)Mœrorum, hoc loco ſcriptum eſt in Roma.cod. In alĳs murorum.⸿Tum libe ra fatis.)In Roma.cod.& Oblongo fati,ſingulari numero Geni tiuo caſu legitur,quod minime contẽnendum eſt.⸿Roſtro phry gios ſubuecta leones.)In Mediceo,in Porcio, & alĳs pleriſq; cod.antiquioribus ſcriptum obſeruaui. Subiuncta, quod longe venuſtius eſt.Prętereo autem lectionem eam quę ſubiecta legit, quod non ita placet.




Pandite nunc Helicona deę, cantuſq; mouete,
Quæ manus interea Thuſcis comitetur ab oris
Ænean, armetq; rates, pelagoq; vehatur.
Maſſicus ærata princeps ſecat ęquora tigri,
Sub quo mille manus iuuenum, qui mœnia Cluſi,
Quiq; vrbem liquere Coſas, quis tela ſagittæ,
Corytiq; leues humeris, & letifer arcus.
Vnà toruus Abas, huic totum inſignibus armis
Agmen, & aurato fulgebat Apolline puppis.
Sexcentos illi dederat Populonia mater
Expertos belli iuuenes, aſt Ilua trecentos
Inſula, inexhauſtis Chalybum generoſa metallis,
Tertius ille hominum, diuumq; interpres Aſylas,
Cui pecudum fibræ, cœli cui ſydera parent,
Et linguę volucrum, & præſagi fulminis ignes:
Mille rapit denſos acie, atq; horrentibus haſtis.
Hos parere iubent Alpheæ ab origine Piſæ,
Vrbs Hetruſca ſolo, ſequitur pulcherrimus Aſtur,
Aſtur equo fidens, & verſicoloribus armis.
Tercentum adijciunt, mens omnibus vna ſequendi.
Qui cęrete domo, qui ſunt minionis in aruis,
Et Pyrgi veteres intempeſtæq; Grauiſcæ.

SERVIVS.

¶ Pãdite nũc Helicona deę.) Parnaſſus mons eſt Theſſalię iuxta Bœotiam, qui ĩ duo finditur iuga, Citheronem Liberi & Heliconem Apollinis & muſarum. ¶ Maſſicus ærata princeps ſecat æquora tigri.) Licet ſit catalogus, id eſt iſcriptio, in quo enumerant hi q venerũt de Tuſcia, inuenit tamen aliquá varietatem quòd hos cum nauibus veniſſe cõmemorat, cũ in ſeptimo Turni pręſidia per terram veniſſe cõmemorauerit. Sane ſciẽdũ amare Virgilium Italis ducibus dare nomina vel fluuiorum vel montium. Vt ergo ſupra Almonẽ, & Auentinum commemorauit: ſic nunc Maſſicũ dicit. Nam Maſſicus mons ẽ, vnde & vinum Maſſicum dicitur. Plerique tamen nolunt Maſſicum eſſe proprium nomen, ſed appellatiuũ, dicentes Oſinium eſſe Maſſicum regẽ. Nam paulo pòſt dicturus eſt,

Qua

Qua rex Cluſinis aduectus Oſinius oris. & nũc dicit, Qui mœnia Cluſi. Multi aliũ Maſſicum, alium Oſinium eſſe volunt. ¶ Tigri ærata.) Cuius roſtrum erat in ſimilitudinem tigridis. nanque ſolent naues vocabula accipere à pictura tutelarum. hinc eſt, Hũc vehit immanis Triton. Item, Et aurato fulgebat Apolline puppis. Tigri autem ſecundum regulam dixit. nam Græca nomina quæ genitiuum ſingularem in dis mittunt, in eo tantum & in datiuo creſcunt: in accuſatiuo & in ablatiuo paria ſũt nominatiuo, vt Tigris, tigridis, tigridi, tigrim, tigris, tigri. Iſis, iſidis, iſidi, iſim, iſis, iſi. Si aliter inuenerimus, abuſiue dictum eſt. Vt in Lucano, Ocyor & cœli flammis, & tigride fœta. ¶ Mœnia Cluſi.) Pro Cluſij: nam Cluſium dicitur. & eſt dictum per Synæreſim: ſicut Nec cura peculi, pro peculij. Cluſium aũt oppidũ

pidũ

pidum eſt iuxta Maſſicum. ¶ Coſas.) Ciuitas Tuſciæ, quæ in numero dicitur ſingulari ſecũdũ Salluſtium. Vnde apparet eſſe vſurpationem. ¶ Coritiq;.) Coriti proprie ſunt arcuum thecę: dicuntur tamen etiam ſagittarum, quas & pharetras vocamus. ¶ Toruus.) Terribilis. ¶ Fulgebat.) Scilicet puppis aurato Apolline. ¶ Armis.) Exercitu. ¶ Populonia.) Ciuitas Tuſcię. Matrem autẽ eorum qui venerant dixit alibi, Inſignem quem mater Aritia miſit. ¶ Expertos.) Peritos. nam expertes ſunt ignari. ¶ Ilua.) Inſula adiacens Tuſciæ. ¶ In exhauſtis Chalybum generoſa metallis.) Quanto exhauſta fuerit, tanto generoſior. Ergo in exhauſtis, non eſt vna pars orationis. Nanque Plinius ſecũdus dicit cum in alijs regionibus effoſſis metallis terrę ſunt vacuę, apud Iluam hoc eẽ mirum quòd ſublata renaſcũtur, & rurſum de hiſdem locis effodiuntur. Varro & aliud dicit, naſci quidẽ illic ferrũ, ſed in ſtructuram non poſſe cogi niſi tranſuectum in Populoniam Tuſciæ ciuitatem. ¶ Interpres hominum, diuumq;.) Interpres mediũm eſt. nam & deorum interpretator & hominum, quibus diuinas indicat mentes, interpres vocatur. Et notandum quod ait Nigidus Figulus, has artes ita inter ſeſe eſſe coniunctas vt alterum ſine altero eſſe nõ poſſit. Vnde his quos perfectos vult probare Virgilius, omnium diuinandi artium pręſtat ſcientiam, vt hoc loco. Item ſuprà Heleno de quo ait, Troiugena interpres diuum, qui numina Phœbi, Qui tripodas Clarij lauros, qui ſydera ſentis. Nigidius autem ſolus eſt poſt Varronem, licet Varro præcellat in theologia, hic in cõmunibus literis: nam vterque vtrunque ſcripſerunt. ¶ Fibrę.) Iecoris extremitates. ¶ Patent) autem, peritiſſime agnoſcuntur: quod ad omnia referendum eſt ad fibras, ſydera, voces auium, & fulmina. nam ſi videntur, tantum accipias, cuiuis poſſunt videri: nec tamen intelligi. Item voces auium non vidẽtur, ſed agnoſcuntur auditæ. Nec parent, obtemperãt, procedit. nam quomodo ſydera, vel fibræ, vel aues, vel fulgura poſſunt obtẽperare? ¶ Rapit.) Raptim ducit. ¶ Denſos acie.) In acie cõſtrictos & coniunctos. ¶ Alpheæ ab origine Piſæ.) Alpheus fluuius eſt inter Piſas & Elidem ciuitates Arcadiæ, vbi eſt templum Iouis Olympici: ex quibus locis venerunt qui Piſas in Italia condiderunt, dictas à ciuitate priſtina. Vnde addidit. ¶ Vrbs Hetruſca ſolo.) cum præmiſiſſet Alpheæ ab origine Piſæ. ¶ Equo fidens.) Eques optimus. ¶ Verſicoloribus armis.) Depictis, per quod bellicoſus oſtenditur. ¶ Tercentum adijciunt.) Accedunt, & conſentiunt eius voluntati. vnde ait. ¶ Mens omnibus vna ſequendi.) Id eſt coniurati ſunt. ¶ Qui Cærete domo.) Ac ſi diceret, qui ſunt domo Carthagine. Cęre autem vt & ſuprà diximus, etiam Agylina dicitur. Nec videatur contrarium quod ait, Ducit Agylina nequicquam ex vrbe ſecutos: quaſi & Turno & Æneæ præſtet auxilium. nam illi Lauſum fugientem ſecuti ſunt: hi vero cõmuni odio in Mezentium arma commouerunt. ¶ Minionis.) Fluuius eſt Minio. ¶ Et Pyrgi veteres.) Hoc caſtellum nobiliſſimum fuit eo tempore, quo Tuſci piraticam exercuerunt. nam illic metropolis fuit. ¶ Intempeſtæq; Grauiſcæ.) Grauiſcarum oppidum, alij intempeſtum dicunt ventis & tempeſtatibus carens: quod nulla poteſt ratione contingere. ¶ Intempeſtas ergo, grauiſcas accipiamus peſtilentes. & ſecundum Plinium in naturali hiſtoria & Catonem in Originibus, vt in tempeſtas intelligas ſine temperie, id eſt tranquillitate. nam vt ait Cato, ideo Grauiſcę dictæ ſunt, quòd grauem aerem ſuſtinent.

## DONATVS.

¶ Pandite nunc he. deæ.) Inuocatio iſta tenet ſummam rerum, & ſpeciem propoſitionis: nec aliud lector ſperare deberet, q̃; iſti continent verſus. Dicturus eſt enim, quæ manus, hoc eſt qui populi vel quanti cum ęnea ex thuſciæ littoribus nauigauerint. ¶ Maſſicus ærata prin.) Et quo nomine vocaretur dixit, qui ductor fuerat nauis, & eadem quæ diceretur, & qualis eſſet, expreſſit. ¶ Sub quo mille manus iuuenum.) Nõ mille manus, vt fiant quingenti homines, ſed manus hoc eſt multitudo hominum mille. ¶ Qui mœ. Cluſi, Quiq; vr. li. coſas,) Nomina ciuitatum poſuit, & genera armorum. ¶ Vna toruus abas,) Abas nauigabat in alia auratum habens apollinis ſimulacrum. Toruum accipere poſſumus, aut oculis diſtortis, aut contracto vultu. ¶ Sexcentos illi de.) Compẽdioſe locutus eſt. nam omnes dixit expertos belli, hoc eſt qui haberent vſum peritiamq; certandi probatiſſimam, quam aſſidua exercitatione cepiſſent. ¶ In exhauſtis chaly. gene. metal.) Propter vſum armorum habuit occaſionẽ, ꝙ ex eo fuiſſent loco, in quo metalla ferraria exercebantur. ¶ Tertius ille hominũ,) Thuſcũ fuiſſe aruſpicẽ dixit, à quo audierant, externos optate duces. Ecce & hic thuſcũ dicit oĩbus generibus inſtructũ, vt oſtendat in thuſcia hæc genera hoĩum ſupereſſe, cœli cui ſydera

ra

ra parent, & cætera ſupradicta oſtendunt nihil ei fuiſſe occultũ. ¶ Mille rapit denſos acie.) Piſę nomẽ eſt ciuitatis, quæ & ipſa auxilia dederat. ¶ Vrbs ethruſca ſo.) Et ipſa, inqt, ciuitas in ſolo fuit ethruriæ conſtituta. ¶ Sequitur pulcherrimus aſtur,) Verſicolor eſt quæ dum vertitur mutat colorẽ. ¶ Tercentum adijciunt.) Nõdum dixit, qui adijciunt. ¶ Mens oĩbus vna ſe.) Qui ſunt iſti, qui adijciunt, & quibus vna eſt mẽs ſequẽdi? ¶ Qui Cærete domo.) Dixit locorum nomina, in quibus iſti cõmorabantur.

## ASCENSIVS.

¶ Pandite nũc helicona deæ.) Recitat hoc loco quos Æneas ex ethruria ſecũ aduexerat ſocios: quę res qa nimis priſca eſt non ſine numinis peragitur inuocatiõe, dicit aũt Donatus ſic. Pandite, hęc inuocatio tenet ſũmam reꝝ & ſpeciẽ propoſitionis. Toruum aut oculis diſtortis, aut cõtracto vultu. Verſicolor. Qui dũ vertiť mutat colorem. Hęc ille. ¶ Ordo eſt. o deæ. i. o vos muſæ: pandite. i. aperite & reſerate nobis nunc helicona. i. montẽ illum vobis ſacrum: & mouete. i. excitate nobis mouẽdo pręcordia cantus. i. carmina rerũ occultaꝝ. ſ. quę manus comiteť. interea. ſ. dum ſupradicta fierent Ænea ab oris thuſcis. i. ab ethruria: & q̃ manus armet rates, & vehatur pelago. Maſſicus vir ille vnde mons vitifer dictus eſt, & princeps. ſ. ſuoꝝ: ſecat. i. ſulcat: ęquora tygri. i. naui a velocitate ſic dicta ęrata. i. ęre munita ſub quo. ſ. maſſico ſup. erat manus. i. multitudo mille iuuenum: qui liquere. i. liquerunt diſcedentes mœnia cluſi. i. cluſii oppidi iuxta maſſicũ montem campaniæ Italicæ, & q liquere Coſas vrbem ethruriæ, qs. i. quibus tela. i. arma inuaſiua quę longe iactanť ſup. erant ſagittę, aut qbus ſagittæ erant tela, & coriti. i. arcuũ & ſagittaꝝ thecæ leues. i. portabiles erant ſup. humeris. i. ab humeris dependẽtes: & arcus letifer. i. mortem afferre inimicis ſolitos. Abas thuſcus ille, toruus. i. terribilis & torua fronte vna. i. ſimul ſup. incedebat. totum agmen erat ſup. huic. i. hic habebat totũ agmen ſuũ armis inſignibus. i. habens inſignia arma aut inſignitum armis: & puppis fulgebat huic Apolline. i. ſigno Apollinis aurato. i. auro obducto. Populonia, ideſt ciuitas illa thuſcię mater, ideſt patria & alumna dederat illi ſexcentos iuuenes, expertos. i. peritos belli: aſt. i. ſed Ilua, ideſt inſula illa adiacẽs thuſciæ dederat ſup. trecentos, inſula inquit exiſtens generoſa, ideſt nobilitata & clara metallis chalybum. i. duriſſimi ferri quale habent & indurant chalybes inexhauſtis, ideſt nunq̃; exhauſtis e fodinis ſuis, quin ſuperſit ſemper qď exhaurias: Tertius ille, i. clariſſimus interpres hominum & diuũ ideſt diuorum, ſcilicet Aſylas: cui fibræ. i. venæ iecoris pecudũ. i. ouium parent ideſt obedire videntur eo ꝙ quęcunq; dixerit eas pnotare eueniant, hoc eſt qui peritiſſimus eſt haruſpex. cui ſydera cœli parẽt. i. qui peritiſſimus eſt aſtrologus, & cui parent linguæ volucrum. i. qui optimus eſt augur. & cui ſupp. parent ignes fulminis pręſagi. i. ſagacis portendentis futura. i. portentorũ optimus interpres: tertius inquam (nam verbum nondũ poſuit) rapit mille. ſ. iuuenes aut viros denſos acie, ideſt agminatim incedentes, atq; denſos haſtis horrentibus. i. aſperis & horrorem incutientibus: Piſæ. ſ. in Italia hodie quoq; ſic dictæ alpheę: ab origine ideſt q̃ traxerunt originem & denominationem a Piſis iuxra alphæum fluiuũ arcadiæ: appoſitorie vrbs ethruſca ſolo. i. ſitu & loco iubent parẽre, ſcilicet ductori ſuo aſilæ: hos, ſcilicet dictos mille, Aſtur pulcherrimus ſequitur, ideſt quartus eſt in ordine, aſtur inquit fidens equo, & armis verſicoloribus, ideſt varie depictis, tercentũ ſup. viri adijciunt ſe, ſcilicet aſtori: vna, ideſt vniformis volũtas ſequẽdi erat ſupple omnibus: q ſunt domo, ideſt familia aut patria cęrete, ideſt ex cęrete. i. vrbe agilina, & q ſunt in aruis minionis. ſ. illius fluuij & pygri ideſt paruũ oppidum ſeu caſtellũ in thuſcia: veteres, ideſt ab antiquis tempuribus ethruſcorũ piratica nobiles, & grauiſcæ intempeſtę, ideſt peſtilentes ſupp. adijciunt ſe aut quid ſimile.

## PIERIVS.

¶ Quiq; vrbem liquere coſas.) Vſurpationem eſſe dicit Ser. vrbem Coſas, quũ apud Sallu. ſingulari numero dicať. Aruſianus inter elocutionũ exempla hoc obſeruat. Vrbem ſingulari numero, & nomen plurale coniunctũ. ¶ Vna toruus Abas.) In Roma. toruos, & ita pleraq; alia, q̃ cõſulto diſſimulauimus, ne delicatis quorũdã aurib⁹ faſtidio eſſemus, Sexcẽtos illi, adeo varia eſt ſcribendi rõ ſi omnia conſectere, vt nullũ pene verbũ inuenias vno modo ſcriptũ qď alia aut alia, ętas aliter non ſcripſerit Sexcẽtos qdem nemo non per x, notat. Sũt tamen antiq codices, in qbus id nomen per ſ, notatũ inuenias Seſcentos, quũ tamen ætates q̃dam alię, ſ, in, x, mutare gauderẽt. Vt in noĩe. Xecũdus, fieri ſolitũ ſupius ĩdicauimus. ¶ Qui cęrete domo.) Nõ referã loco hoc codicũ varietates quũ oĩno caſta lectio ſit. Cęrete domo, ęa elocutiõe

qua

qua dictum alibi Qui genus vnde domo. Quaqꝫ dixit Horatius, Vnde domo Quis, ita in vltima ſcena pænuli Plautini. Domo Carthaginenſes, ſunt & quod Romæ apud Zampolinos oſtendit mihi Antonius Valla theanen. antiqua inſcriptione notatum. D. peruſia, qd' ſignat. Domo peruſia, Atqꝫ in ijſdē ædibus. Polingenuos

POLINGENVOS DOMO BONDINCOMACVS.

❡Ex quo locus apud Plinium examinādus de oppido Bondinco in padi hoſtio. ❡Intempeſtęqꝫ grauiſcę.) In Ro. codice Gabiſcę legitur. Librariorum imperitia. Grauiſcas enim quod grauem aerem ſuſtineant dictas aiunt.

Non ego te Ligurum ductor, fortiſſime bello
Tranſierim Cycne, & paucis comitate Cupauo,
Cuius olorinæ ſurgunt de vertice pennæ,
Crimen amor veſtrum, formæqꝫ inſigne paternæ,
Nanqꝫ ferunt luctu Cycnum Phaethontis amati,
Populeas inter frondes, vmbramqꝫ ſororum
Dum canit, & mœſtum muſa ſolatur amorem,
Canentem molli pluma duxiſſe ſenectam,
Linquentem terras, & ſydera voce ſequentem.
Filius æquales comitatus claſſe cateruas,
Ingentem remis Centaurum promouet. ille
Inſtat aquæ, ſaxumqꝫ vndis immane minatur
Arduus, & longa ſulcat maria alta carina.
Ille etiam patrijs agmen ciet Ocnus ab oris
Fatidicę Mantus, & Thuſci filius amnis,
Qui muros, matriſqꝫ dedit tibi Mantua nomen,
Mantua diues auis: ſed non genus omnibus vnum,
Gens illi triplex, populi ſub gente quaterni:
Ipſa caput populis, Thuſco de ſanguine vires.
Hinc quoqꝫ quingentos in ſe Mezentius armat.
Quos patre Benaco velatus arundine glauca
Mincius infeſta ducebat in æquora pinu.
It grauis Auleſtes, centenaqꝫ arbore fluctum
Verberat aſſurgens: ſpumant vada marmore verſo.
Hunc vehit immanis Triton, & cœrula concha
Exterrens freta, cui laterum tenus hiſpida nanti
Frons hominum præfert, in Piſtrin deſinit aluus.
Spumea ſemifero ſub pectore murmurat vnda.

SERVIVS.

❡Cupauo.) O Cupauo: & declinatur Cupauo ſicut Cicero, Cato. ❡Nāqꝫ ferunt luctu Cycnum Phaethōtis amati.) Phatheon Clymenes & Solis filius fuit, qui cum doleret obiectū ſibi ab Epapho rege Ægypti quòd eſſet nō de Sole, ſed de adulterio ꝓcreatus: duce matre vēit ad Solem, & popoſcit. vt ſi vere eius eſſet filius, petenda præſtaret. Quod cum Sol iuraſſet ꝑ Stygiam paludem ſe eſſe facturum, petijt ille vt eiꝰ currus agitaret. Sol poſt iuſiurandum negare nō potuit. Acceptis itaqꝫ curribus Phaethon, cum orbitā Solis exceſſiſſet, & cœpiſſet mundus ardere à Ioue fulminatus, in Eridanum cecidit q & Padus dicitur. Huius interitum ſorores flentes Phetuſa & Lampetuſa deorū miſeratione in arbores commutatę ſunt: vt hic dicit, in populos: & in Bucolicis, in alnos. Fuit etiam Ligus, Cycnus noīe, amator Phaethōtis: qui cum eum fleret extinctum, ī auem ſui nominis verſus eſt. Cuius nunc filium Cupauonē dicit habere cycni pennas in galea ad formæ pr̄næ inſigne monſtrandum. ❡Crimen amor veſtrum.) Phaethontem amatum à Cycno aut pie, aut turpiter accipiamus neceſſe eſt. Si turpiter, talis eſt ſenſus, Crimē eſt veſtrū o Cycne & Phaethon, quòd ſic amaſtis: hoc vobis poteſt tantū obijci. Alij veſtrū, pro tuum accipiunt: & ad ſolū Cycnum referunt. vt, Vos o Calliope præcor: Si pie amauit, ſecundū Aſperū Crimen erit cauſa, vt alibi, Et crimine ab vno Diſce omnes, vt ſit ſenſus, ò Phaethontiades ſorores, & ò Cycne cauſa veſtrum, id eſt veſtrę mutationis amor eſt. ❡Vmbramqꝫ ſoroꝝ.) Ambitioſe dictum, pro inter arbores de ſororibus factas. Et eſt vnum de his quę habet Virgilius imutabilia & ſua propria. Tale eſt, Sinu atqꝫ alterna volumina crurū. Item, Cū primū ſulcos æquant ſata. ❡Muſa.) Carmine, cithara, cantilena. ❡Canentem ſenectam.) Qui canentē ſenectam mollibus tranſegit in plumis. ❡Sydera voce ſequentē.) Cum cantu coelum petentem: vel quod eſt, re vera relatus in ſydera, ſicut videmus in ſphęra. ❡Æquales comitatus claſſe cateruas.) Per naues habēs diſtributas æqualiter cateruas. ❡Ocnus.) Is eſt quem in Bucolicis Bianorem dicit. vt, Nāqꝫ ſepulchrum incipit apparere Bianoris. hic Mantuam dicitur condidiſſe, quam à matris nomine appellauit: nam fuit filius Tyberis & Mantus Thyreſię Thebani vatis filiæ, quæ poſt patris interitum ad Italiam venit. Mantus genitiuus Græcus eſt. nam ſi latine declinaueris, Mantonis facit, ſicut in plauto Ionis legimus. ❡Diues auis.) Maioribus prępotens. Sed non genus omnibus vnum.) Quia origo Mantuanorum & à Tuſcis venit, qui in Mantua regnabāt: & à Venetis: quia in Venetia poſita eſt quę & Gallia Ciſalpina dicitur. ❡Gens illi triplex, populi ſub gente quaterni.) Quia Mantua tres habuit tribus, quę in quaternas curias diuidebantur, & ſingulis ſinguli Lucumones imperabant, quos tota in Tuſcia duodecim fuiſſe manifeſtum eſt: ex quibus vnus omnibus præerat. hi autē totius Tuſciæ diuiſas habebant quaſi præfecturas, ſed omnium populorum principatū Mantua poſſidebat. Vnde eſt, Ipſa caput populis. ❡Tuſco de ſanguine vires.) Robur totum à Lucumonibus habuit. ❡In ſe armat.) Odio ſui in

in arma cōpellit. ❡Patre Benaco velatus arundine glauca Mincius, infeſta ducebat in æquora pinu.) Benacus lacus eſt Venetię, de quo fluuius naſcitur Mincius iure ergo dux Venetus fluuiū prouincię ſuæ depinxit in naui, quē Bēaci filium, quia ex ipſo habet originē, dicit. ❡Grauis.) Fortis: vt, Ferit enſe grauem Tymbreus Oſirim. ❡Centenaqꝫ arbore.) Nō ait remis, ſed arboribꝰ ad exprimēdam nauis magnitudinem, quæ plures habuit remorū ordines. Vnde ait Lucanus, Et ſūmis lōge ferit ęquora remis. ❡Marmore.) Mari. ❡Cærula.) Cęrula freta, non cærula concha. Nam verſus non ſtat. ❡Hiſpida.) Horrida, ſetoſa. ❡Frons hominē præfert.) Modo frontem, primā partem hominis ītelligere debemus. nam hoc dicit, A capite vſqꝫ ad ima latera, hominis monſtrabatur effigies.

DONATVS.

❡Non ego te lygurū duct.) Non ego te, inquit, cygne cupauo, qui es lygurum ductor & in bello fortiſſimus prætꝫribo carmine meo. Genus eſt tranſitus ꝑꝑ odioſam noīum cōtinuationē, quæ in cathalogis ſemꝑ eſt: hunc aūt merito ſuo nō eoꝝ, quos ducebat voluit carminibus ſuis cū laude inſerere. Erant enim pauci. hic igitur fortiſſimus fuit omnium lygurum. quod quum dicitur, oſtenduntur etiam illi fortes, qbus prælatus eſſe videbatur. hoc in iſtis laudauit, quod alio loco. Exigui numero, ſed bello viuida virtus. Vēit iam ad ipſius ducis cultum. ❡Cuius olorinæ.) Olorinas pennas dixit fuiſſe in eius galea hoc eſt cygni: more ſuo virgilius vult inducere fabulam cygnei: vt in cathalogo ſeptimi libri de hipolyto fecit. Inter tædia quippe tot nominum, quibus ipſi homines, montes, loca, & flumina ſignificantur, aut fortes, aut cætera. immiſſa narratio legentem ſubleuare debet, & erigere audientem. ❡Crimen amor veſtrū.) Trāſfigurationem factam pro pœna poſuit. pœna autem ſine crimine eſſe non potuit. pater autem ex feruenti amore præcedente factus eſt auis. cuius facti ipſe amor fuit cauſa, & ſic amoris eſt crimen. ꝙ vero ille pennas habuerat ex cycneo hoc ipſius fuerat ornamentum, & ſignum originis ſuæ. ❡Nanqꝫ ferunt luctu.) Fabularum veterum perindeqꝫ incertarū ſe autorem non vult poeta conſtituere. ideo ſic cœpit, vt diceret ferunt: ꝙ ſi falſitas exiſteret, alij potius mendaces habeantur. Amici, inquit, duo fuerunt phaethon & cycnus. ſed qūū phaethon actus eſſet in mortē, dolens cycnus caſum familiaris ſui, dum inter populeas frōdes miſerabile deflet, ſic in auem albam tanquam canentem ſenectam verſus eſt. & relictis terris volatu iuuante contendit ad ſydera. Dum vult pheathōtis & cycni fabulam dicere, etiam ſororū phaethōtis eiuſdem exitum demonſtrauit. qū enim flerent fratrem, in arbores populeas verſæ ſunt. bene aūt poſuit. linquentem terras, quaſi hoc voluntate feciſſe. inuiſas ergo terras reliquit: in quibus amicum vlterius videre non poterat. Voce autem petens ſydera: quaſi inuidiam faciens illis, quibus auctoribus ille perierat. ❡Filius æquales co.) Filius eius, hoc eſt, quem ſupra, cum pēnis cycneis deſcripſit, ducebat cateruas æquales, aut ætate æquales, aut armorum cultu. ❡Ingentem remis Cen. pro.) Nauim, quæ centaurus dicebatur, & ingens fuerat, promouebat. ❡Ille Inſtat

guſ.

aquæ).Hominis deſcribit leuitatem, qui quia pondere & magni tudine ſua nauis tardius agebatur,putabat iraſcendum mari, & vndis ictu ingentis ſaxi minus eſſe tendẽdas. ⁋Ille etiam patrijs ag.)Ocnus,inquit,filius fuit mantus,& thuſci amnis: fatidicam dixit,quæ fata hominum reſponſis aperiret. ⁋Qui muros,ma. dedit tibi [illegible]antua no.)Hic,iquit,& muros dedit mantuæ.& de matris no[illegible]e mantuam nominauit:⁋Mantua diues auis,) Inuenit occa[illegible]onem poeta,qua aliquid diceret de patria ſua: mantua diues auis.hoc e[illegible]erofis & præcipuis maioribus fulcta: ipſis tamen auis no[illegible] genus omnibus fuit,ſed ex diuerſis originibus adunat[illegible]s illi triplex.) Sed tribus gentibus populi quaterni fue[illegible]ſt duodecim.⁋Ipſa caput populis.) Ipſa ciuitas tamen [illegible] fuerat caput. Hinc quoq; dicta eſt mantua,ex eius po[illegible]ingentos in ſe mezen.ar.) In ſe,ad uerſum ſe armat me[illegible]us.Pulchra locutio.Hi enim vt aduerſus mezentium arma[illegible] vaderent,ipſe perfecerat. Plurimum hic ſibi virgilius applicat,ꝙ romano ductori etiam mantuæ auxiliũ prorogauit:⁋Quos patre benaco.) Quos quingentos naui portabat mincius natus ex benaco,habens arundinibus velata tempora,eo more,quo pinguntur flumina:⁋It grauis auletes,) Nõ ipſe auletes grauis:ſed nauis,in qua fuerat ſatis põderoſa.deniq; centum non iam remis ſed arboribus agebatur. Cætera deſcriptionem tenent pelagi,quum verberatum remorum ictibus ſpumat.⁋Hũc vehit immanis triton.) Forma maxima pro magnitudine ipſius nauis formatus.⁋Et cærula con.Ex terrens fre.) Conſtitutus in concha exterrens freta cærula.⁋Cui laterum tenus.) Vſq; ad latera proferebat humani corporis formam, hiſpidã tamen,hoc eſt aſperam.Reliqua pars eius in beſtiam marinam mutabatur.& ſub ſemifero pectore fluctus ſpumare videbant.

ACENSIVS.

⁋Non ego,&c.)Eandem rem proſequit enumerãs videlicet populos & ductores qui cum Ænea in thuſcia venerant:vnde dicit Dona.Ocnus filius fuit Mantus qui muros dedit vrbi & de matris nomine illam vocauit,Armat in ſe:armat quia cauſam præbuit qꝺ illi in ſe armarent.Hęc ille.⁋Ordo eſt.O cycne ductor ligurum.i.populorũ in Italia inferiore ad eam q̃ nunc Longobardia dicitur partem fortiſſime, ideſt qui es fortiſſimus bello.i.in bello:ego non tranſierim.i.nolim tranſiſſe te.ſ.indictum & o Cupauo comitate.i.qui comitatus es paucis ego non tranſierim ẽt te,de cuius vertice ſurgunt pennę olorinę:quia cycnus in holorẽ verſus eſt:crimen veſtrũ.ſ.o Cycne & Phaethon eſt amor.i.quia nimium inter vos amaſtis:& inſigne eſt paternæ formæ ideſt ex forma paterna ſumptum.Aut crimen veſtrũ.ſ.o cycne & cupauo eſt amor,peccauit enim cycnus nimis amando phaethõta, & cupauo ſe paternis plumis ornando ob amorem tamen patris.nanque ferunt,bene ferunt dicit,quia res fabuloſa eſt: cycnum luctu ideſt propter luctum nimium phaethontis amati: dum canit inter frondes populeas.ſ.ad padum naſcentes.vnde ab Ouidio populifer dicitur in eas autem finguntur ſorores phaethontis verſæ:vnde addit appoſitorie:& vmbram ſororum, ideſt arborum in qua ſorores phaethontis transfiguratæ dicunt & dum ſolatur muſa.i.cantu ſuo amorem mœſtum.i.quia cauſa mœſtitiæ erat, ferunt inquam duxiſſe ſenectam canentem.i.albicantem & caneſcentẽ(a caneo non a cano)molli pluma qualem .ſ. holores ſeu cycni habent linquentem terras & ſequẽtẽ voce,ideſt cum cantu ſonoro ſydera,ideſt ſublimen aerem.Filius.ſ.cycni cupauo nomine comitatus cateruas.i.habens in comitatu cateruas æquales claſſe.i.diſtributas per proportionẽ nauium,promouet remis ingentem centaurũ.i.nauem ſic dictam.Ille inſtat.i.inſtanter incũbit aquæ:& ſaxum immane.i.valde magnum minatur vndis.i. in ipſis vndis aut per vndas & ipſe arduus ſulcat altã maria lõga carina.Ille etiam.ſ.nobiliſſimus Ocnus filius mantus.ſ.nymphę fatidicę.i.vaticinantis:& amnis tuſci ſcilicet tyberis: qui o Mantua dedit tibi muros & nomen matris ciet ideſt excitat agmen ab oris patrijs.i.a regionibus patriæ ſuæ.Mantua inquit diues auis ideſt maioribus & edificatoribus aut fundatoribus,Gens ſup.fuit illi triplex.i.tres habuit tribus & populi ſup.fuerunt ſub gẽte quaterni ideſt in ſingulis tribubus quatuor curiæ.Ipſa.ſ.Mãtua ſup. fuit caput populis.ſ.illis ter quaternis.i.omnes illi populi in Mãtua progeniti ſunt:vires ſup.erant de ſanguine thuſco.i.ex eo illi. ij.populi robur & authoritatem traxerũt:quia ex duodecim lucumonib⁹.i.regibus Thuſcię originẽ habuerunt.Mezẽtius.ſ.tyrãnus armat in ſe.i.contra ſe quoq;.i.etiam hinc.i.ex his populis Mantuanis:qngentos.i.quinquies centũ armatos:quos Mincius ideſt fluuius iuxta Mantuam fluens:patre Benaco.i.habens originem ex benaco lacu:velatus arundine glauca.i.glauci coloris ducebat in æquora pinu.i.naui ex pinu facta infeſta.i.vim hoſtibus inferente,hęc & ſcd'm Seruiũ in naui eius erat mincius hoc mõ depictus.Nam vt per Mincium fluuium qui in Padum incidit & ille in mare adrianũ eos nauigaſſe putemus, non eſt veroſimile nec ratio loci patitur.Auleſtes vir ille grauis ideſt fortis & robuſtus it.i.progreditur & aſſurgens.i.deſuper incũbens verberat fluctum centena arbore.i.remis centũ ſimul aquas feriẽtibus & ita vada ſpumant ſcilicet propter celeritatem & ictus repentinos & violentos & hoc marmore,ideſt aqua marina verſo.i.inuerſa palmulis remorũ Immanis triton.i.ſic dicta nauis vehit hunc.ſ.auleſtem & concha cœrula exterrens freta ſup.vehit hunc, Seruius tamen dicit non dicẽdũ eſſe cœrula concha ſed cœrula freta ideſt cœrulei coloris propter verſum dicit:ſed ſi concha intelligat nominatiui caſus & regat a verba vehit:non erit malus verſus ſiue dicet concha cœrula ſiue freta cœrula,cui.ſ.naui aut conchę nanti ideſt dum nat frõs hiſpida.i.piloſa aut horrida & hirſuta tenus laterum ideſt vſq; ad latera præfert hominem ideſt figuram & formam humanam aluus ſpumea.i.ſpumoſa:deſinit in piſtrim.i. mõſtrum illud marinum:& vnda murmurat ſub pectore ſemiſero.i.ſemi indomito:hoc eſt cuius facies præcipue humana erat ſed cætera in piſcem deſinebant.

PIERIVS.

⁋Tranſierim cycne.) Siue cicne,ob cognationem. Sed enim nomen hoc in antiquis exemplaribus aliter ſcriptum inueni. Siquidem in eo codice,quem Pomponij lęti delicias fuiſſe dicunt, & in vetuſtis alijs pleriſq; qui apud me ſunt, atq; etiam in aliquot alijs vaticanæ Bibliothecæ legitur Cinere. In Romano cumare Cycne vero & cygne diuulgatorũ eſt exemplariũ:Non enim hic ligurum ductor cycnus.Sed inſignis cycni geſtamine inducit ob eius cycni memoriam,qui luctu phaethontis canẽtem molli pluma dixiſſe ſenectam fertur.⁋Olorinæ ſurgunt de vertice pẽnæ.) In Romano codice pinnæ.Vt adſolet.In aliquot alijs. Chriſtæ, notatum eſt,ſed Chriſtæ,paraphraſin fuiſſe crediderim.⁋Ille ẽt patrijs agmen ciet ocnus ab oris.) In antiquo ſatis exemplari legere eſt.Quinetiã patrijs,hemiſtichiũ vero reliquũ duabus tranſpoſitis dictionibus,in vno ex antiquioribus,qui ſunt,in vaticana Bibliotheca legitur.patrijs ocnus ciet agmen ab oris,eſt & vbi legatur.ognus,per,g,vti cycnus & cygnus. ⁋Quos patre benaco.) In Romano codice venaco,more ſuo ſcriptũ eſt per,v, digãmon.Quinetiã adamantij martyrij regula eſt,vt in ijs, quę vtrũ per,b,mutam,an per,v,digammon ſcribenda ſint quęrit. Siue, producta fuerit prima ſede collocata. Si quidem maſculini vel neutri generis exiſtant,per,v,ſignari vt venator, velum. Veretrum,τὸ μόριον.venabulum,& ſimilia. Si vero fœminina ſint tantummodo quorum origo a maſculino venire non cernitur per,b,mutam ſcribi debere.Beſica,Belua,beſtia.deſignat tamen quæ duarum fuerint ſyllabarum,ex quibus, beta,τὸ τεῦτλον, poliſyllaba ſequatur.quare qui,venaco,ſcripſere Adamantij ſententiam ſecuti ſunt.Sed enim,quam ponit ille,Beſica nemo nũc per,b,ſcribit,ſi latine,a vento vero eam deduci tradit Caper,& veſica ea de cauſa dicta eſt a nonnullis. Sunt pręterea multa alia,quæ nunc aliter ſcribimus & enunciamus,quam Adamantius præcęperit vernam eſt, per, v, ſcribimus & enunciamus, pro ſeruo dominato,quem ille,vti ſuperius diximus,tum differentiæ cauſa,tum Etymologiæ per,b,ſcribi pręcipit, larua etiã τὸ δάκρυον, per,v,ſcribimus,ille per,b,mauult larba non aliter ac herba,tuba,turba. Similiter nos nęuus,per,v, ille per,b,nebus.vt cibus,rubus contra vero,nunc omnium mos latine ſcribentium eſt,vt labor.Balbuſq; per,b,mutam ſcribantur, ille lauor,vt fauor,& feruor,ſcribit & baluum.vt curuum,ſęuum toruum,per,v,digammon,Sed vtrum nos,an ille melius, incompertum eſt mihi,quum videam nõ ſolum inſcriptiones tam multas a noſtri temporis vſu variare, verum etiam opinatiſſimorum hominum ſententias ſuper hac ſcribendi ratione latas. Sed enim optimum factu iudicauerim ita ſe ad vſum accommodare,ne dum doctiores eſſe volumus,deriſui habeamur.Sequamur vero.M.Tullij. Ciceronis exemplum,qui quum pleraq; aliter q̃; in vſu forent,enuncianda cognoſceret,libentiſſime tamen ceſſit conſuetudini. Neq; vero nos tam multa ex marmoribus.ex nomiſmatis,ex tabulis æneis,ex diuerſorum grammaticorum ſententijs,ex veteribuſq; codi.congeſſimus,vt omnia ea ſuſcipiẽda cenſeremus,ſed,vt quos grammaticorum vulgus nunc errores appellat,non imperitia,ſed temporum vſu eueniſſe commoneremus.⁋Centenaq; arbore fluctum verberat.) In Ro.codi.fluctus,plu.nu.⁋In piſtrim deſinit aluus.) In antigoribus. Piſtrin, de quo dictum.

Tot lecti proceres ter denis nauibus ibant
Subſidio Troiæ:& campos ſalis ære ſecabant:
Iamq; dies cœlo conceſſerat,almaq; curru
Noctiuago Phoebe medium pulſabat olympum.
Æneas(neq; enim membris dat cura quietem)
Ipſe ſedens,clauumq; regit,velisq; miniſtrat,
Atq; illi medio in ſpatio,chorus ecce ſuarum
Occurrit comitum,nymphæ,quas alma Cybelle
Numen habere maris,nymphasq; è nauibus eſſe
Iuſſerat:innabant pariter,fluctusq; ſecabant,
Quot prius æratæ ſteterant ad littora proræ.
Agnoſcunt longe regem,luſtrantq; choreis:
Quarũque fandi doctiſſima Cymodocea,
Pone ſequens,dextra puppim tenet,ipſaq; dorſo
Eminet,ac lęua tacitis ſubremigat vndis,
Tum ſic ignarum alloquitur,vigilas ne deum gens
Ænea? vigila,& velis immitte rudenteis.
Nos ſumus Idææ ſacro de vertice pinus,
Nunc pelagi nymphæ,claſſis tua:perfidus vt nos
Præcipites ferro Rutulus,flammaq; premebat,
Rupimus inuitæ tua vincula,teq; per æquor
Quærimus:hanc genitrix faciem miſerata refecit,
Et dedit eſſe deas,æuumq; agitare ſub vndis,
At puer Aſcanius muro,foſſisq; tenetur
Tela inter media,atq; horrentes Marte Latinos.
Iam loca iuſſa tenet forti permiſtus Hetruſco
Arcas eques,medias illis opponere turmas,
Ne caſtris iungant,certa eſt ſententia Turno.
Surge age,& aurora ſocios veniente vocari
Primus in arma iube,& clypeum cape,quē dedit ipſe
Inuictum ignipotens,atq; oras ambijt auro,
Craſtina lux,mea ſi non irrita dicta putaris,
Ingenteis Rutule ſpectabit cędis aceruos,

SERVIVS.

Terdenis.) Triginta accipiamus naues fuiſſe,non vt quidam volunt ſingulos duces tricenas habuiſſe nõ enumeratorũ militũ nõ conueniret numerus,preſertim cũ ſequatur. Subſidio Troiæ.) Id eſt paruo auxilio. Nã apud maiores bella nõ ambitu,ſed virtute cõſtabant. Phoebe.) Lũa: ſicut Sol Phoebus. Itẽ & Titã Sol,& Titanis Luna. Deſcribit aũt noctẽ mediam.& dicit finitum diem ſcd̃m Romanũ ritum. Nec Lunæ fit ſine cauſa cõmemoratio. Nã aliter videri Nymphę non poterant. Clauũq; regit.) Iam ei & in quinto dedit gubernandi periciam. Medio in ſpatio.) Inter nauigandum. Cybelle alba.) Mater deum dicta Cybele,ἀπὸ τοῦ κυβιςᾶν τὴν κεφαλὴν: quod ſemp Galli p furorem,motu capitis comã rotantes,vlulatu futura prænunciabant. Lucanus,Crineq; rotãtes Sanguinei populis vlularunt triſtitia Galli. Cybelle autem Bacchius eſt.nam Cybele Anapeſtus: Vt,Hic mr̃ cultrix Cybele. Quot prius.) Subtraxit Tot. Doctiſſima Cymodocea.) Poetice: ſicut etiã mutatio ipſa cõfingitur. Nam ſtultiſſimum eſt quod ait quidam,ideò doctiſſima,quia Ilionei nauis fuit. Dorſo eminet.) Peritia natandi oſtenditur. Subremigat. Subnatat. Vigilaſne deum gens.) Verba ſunt ſacrorum.nam virgines veſtæ certa die ibant ad regẽ ſacrorũ,& dicebant,Vigilaſne rex? vigila. Quod Virgilius iure dat Æneæ,quaſi & regi,& quem vbiq; & pontificem & ſacrorum inducit peritum. Deum gẽs.) Propter,Dijs genite,& geniture deos. Pinus) hoc loco,ſecundum quartam declinationem dixit:in Bucolicis iuxta ſecũdam: vt,Menalus argutumq; nemus,pinosq; loquentes Semper habet. Nos ſumus.) Loquitur per diffinitiones. Perfidus.) Qui poſt fœdus bella commouit.hinc Latinus,Ipſi has ſacrilego pendetis ſanguine pœnas. Inuitæ.) Ac ſi diceret,malueramus tibi potius ſeruire.q; in Nympharum numina cõmutari. Teq; per æquor quærimus.) Hæc nobis vagandi eſt cauſa vt te inuenire poſſimus. Refecit.) Aut re vacat:aut quia antè in ipſis forma fuerat nauium. Et dedit eſſe deas.) Græca figura:vt,Donat habere viro. Iam loca iuſſa tenet.) Vt & ſupra diximus,hoc κατὰ τὸ σιωπώμενον accipiendum eſt.nam intelligimus eum equites miſiſſe per terram. Ne caſtris iungant.) Aut ſe ſubaudis:aut iungant pro iungantur. Craſtina lux,mea ſi non irrita dicta putaris,ingenteis Rutule ſpectabit cædis aceruos.) Spectabit,eſt vera lectio:& ordo eſt,Si mea dicta irrita non putaris,craſtina lux ingenteis aceruos cædis videbit.nam male quidam Spectabis legunt,& ad lucem referunt:quod non procedit. nullus enim ſic loquitur,ò Ænea,ſi quæ dico minime credis,ò lux craſtina ingẽteis cædis aceruos videbis.

DONATVS.

Tot lecti proceres.) Omnes,iquit,populorũ enumerationum principes triginta nauibus pergebant:vt troiæ auxilium ferrent,non dixit troianis,ſed troiæ:quoniam hominum conſeruatione patria ipſa videbatur auxiliũ ſumere.quam troiani reparare nitebãtur. Propterea tanti ac tales:per immenſa ſpatia maris ſecabant fluctus primo troię ſcilicet ſubſidio. Ianq; dies cœlo.) Poſt finitum diem,poſt noctis tempus,quod illuſtrabatur radijs,lunaq; tenuerat medium cœlum,ſupradixit.illi inter ſe duri certamina belli Contulerant,media æneas freta nocte ſecabat: hic dicit. Iamq; dies cœlo cõceſſerat.quũ ſemel dictũ ſatis fuiſſet,non hoc idem dixit:ſed ſupra deſcripſit initium noctis,qd̕ agebatur.qd̕ venire non poſſet,niſi diei luce conſũpta. Fuit,inqt,nox.d Lũa tacuit.non dũ quippe emerſerat. ſecũdo loco ait receſſiſſe qdem diem,& iterceptam ipſius lucem venientibus tenebris,q; ſuperueniens illuſtrauerat luna.quę mediũ tenuerat cœlũ. Hæc igitur fuerat cã repetẽdę deſctiptionis.ſ.diei cõſumpti:quoniam aliud dederat prima pars noctis,aliud ſequẽs: poteſt & ſic,nauigabat æneas iam die conſumpto.quũ nox ageretur,& luna mediũ cœlum tenuiſſet,eius tamen viri non quieuerat cura. Sedebat qppe ac vigilabat,& gerebat nauim,& velis neceſſariũ præbebat temperamentũ: vt hoc eſſet,quod in eo poeta laudauit,cõtinuationẽ diei & noctis non fatigaſſe laborantẽ.deniq; ſeqtur: Æneas.) Sed hic mora facienda eſt,& ſic dicendum. Neq; enim mẽ.dat cu.quie. Ipſe ſedẽs.&c.) Virt⁹ vt dictũ eſt æneæ deſcribitur. quũ enĩ eſſet nox,& luna iam mediũ cœlum tenuiſſet,qm̃ in tanta cura ſomnis teneri nõ poterat ſedebat.ecce duplex labor.& nõ dormire illo tpe,& ſedere. accedebat his,q vigilãs & ſedẽs nõ fuit otioſus,alijs duobus muneribus ſeruiens.nam & gubernacula tenebat,& velorum ſinus arte moderabatur. ordinatur ſenſus ſic. Ipſe æneas ſedens clauũq; regit,veliſq; miniſtrat.neq;.n.mẽbris dat cura quietẽ. Ipſa enim fuit cã vigilandi: quoniã nauigationis & futura belli ſollicitudine diſtẽtus dormire non poterat. Atq; illi me.in ſpa.) Medium ſpatium & maris poteſt eſſe,& in terris.quod inter eius nauim & cęteras fuit. Corus ecce ſuarum oc.) Comitis dixit nauis,quæ cũ ipſo ſemp fuerat.(Chorus eſt numerus collectus ex plurimis.dicit iam,quæ eſſent in ipſo choro. Nymphæ quas alma cybelle Nu.ha.) Hoc poeta non pro nouo poſuit.vt quaſi incognitam fabulam inſcijs lectoribus indicaret,ſed cõmemoratis functis officio,replicat geſta. Ipſas,inquit,dico nymphas ad æneam veniſſe:quas mr̃ deũ ex nauibus fecerat:quibuſq; imortalitatem conceſſerat. Innabãt pariter,fluctuſq; ſecabant. Sic ipſę nymphæ natantes veniebant,vt nulla præcederet alias. Quot prius æra.ſte.ad littora pro.) Littora appellauit per partem maris,q̃ abluebat prorã. Agnoſcunt lon.reg,lu.q; cho.) Quũ primum venerunt ad finem prę,quę gratæ fuerant,cognouerunt regem.recte poſuit,cognoſcunt longe regem. Inter lunam.n.& obſcuritatem noctis & pelagi ab alio rex non facile potuit agnoſci.choreis dederunt ſignum matris deum.vt inde iam ſciret ſua eſſe,non maris. Quarum quæ fandi docti.cymo.Po.ſe.) Ecce quanta potentia deũ matris fecit,ex ligneis nymphas & deas ire iuſſit in fluctus.effecit vt loqpoſſent,& eloquentię doctrina pollerent. Cymodocea tamen,quę cæteras anteibat arte loquendi,poſteriorẽ nauis tenuit partẽ. In ħs enĩ gubernacula ęneas retinebat & velorum ſinus certo moderamine temperabat. Tenebat igitur puppim manu dextra: Ipſaq; dorſo Eminet.) quum ex hac cauſa vndis nõ tegeretur,& dorſum eius appareret:) Ac leua tacitis ſub.vn.) Lento motu ſiniſtra manus ac ſine vndarum ſtrepitu ſub remigabat: ſubremigare eſt non plenis conatibus remigare. Tum ſic ign.allo.) Neſciebat enim geſta illic,vbi reliquerat ſuos. Vigilas ne de.gens Ænea?) Mirum orationis principium:recte enim dubitauit,quę loquebatur:quia tempus fuit petendi ſomni,& dormire non debuit

buit:quia gubernandæ nauis gerebat officium.vigilas, inquit,an dormis ænea?qui genus à numinibus ducis.in nomine vna laus eſt,altera in generis ratione.¶Vigila,& velis immitte rudentes.) Perſeuera,inquit,& conſenti flatibus:quia proſperis ſucceſſibus nauigas.& habenas nauigij currentis ne retine:ne felicitatis tuæ ſucceſſus obiecta tarditatis impedias. Hoc eſt vna diſtinctio:eſt altera vt ſic pronuntiemus.Vigilas ne deum gens,vt ſuppreſſo interim nomine diuini ſanguinis diceret ꝓlem:atq; vt melius oſtẽderet,notam loqui perſonam,addidiſſe nomen eius, ænea vigila.Si,inquit,vigilas.perſeuera in eo,& habenas oẽs velis immitte.Exhortatio iſtiuſmodi fuit in duplicationem eiuſdem dicti,vt cętera attentius audiret.Illud vero non erat in totum dubitantis,quod poſt incertam vocem ſubſecutum eſt,ænea vigila.Videtur enim remouiſſe,in quo dubia fuit,dicendo,ęnea vigila:quia gubernans nauim dormire non debuit.ſequitur perſonæ loquẽtis euidens demonſtratio.vt æneas noſſet,quæ omnium nomine loquerentur,in quo ipſa geſta poſſet apertius noſcere.¶Nos, ait,ſu.idæ.ſa.de ver.pi.) Quid apertius iſta narratione?qua dictum eſt,quę eſſent,& vnde?¶Nunc pelagi nym.cla.tua:)Et quę naues tuę fuimus,nymphę maris ſumus effectæ.i perſpicua breuitate totum dictum eſt.ſed quando æneas id crederet , potuiſſe fieri,niſi ſubſecuta cętera ignorantem docuiſſent, tantum numinis valuiſſe potentiam,vt poſſibile fieret,quod humana mẽs nõ auderet admittere?Nos ſumus idææ ſacro de vertice pinus, Nũc pelagi nymphæ claſſis tua.Dum dici cõuenerat.poſuit tertiũ, & quod tertium ſecundũ ordinauit,nam primo arbores fuerãt,naues poſtea:tertio loco nymphæ.ſed in hac ordinatione non errauit poeta.ſplendidius quippe voluit loqui.nec ordinationẽ ipſam loquendo cõfudit.quid enim dixit,arbores fuimus dudum.nũc nymphę ſumus effectæ, quæ fuimus naues tuę. ornatius dictũ eſt,q̃ dicere,& arbores fuimus,de hinc naues , poſtremo nymphæ.duo,quæ æneas nouerat,ſtrictim dixit.ſciebat enim vñ pinea ſumpſiſſet,& qd fabricaſſet ex ipſis.quẽadmodũ vero nympharum in faciem verſæ ſint,neſciebant.Hanc igitur partem latius refert:breuitate quippe inſtitui plene non poterat,qui nouo & incredibili exemplo geſta non nouerat:¶Perfidus vt nos Præcipites.) Quærimus:Inimici nomẽ noluit dicere.ſed pro ipſo cõuitioſa duo poſuit.dixit enim perfidum,dixit rutulũ. præmebat nos,inquit,hoſtis,atq; vtinam alquanti meriti.vrgebat ferro,vrgebat & flãmis.vt naufragium de nobis efficeret:aut abſumptas ignibus in cineres verteret.ſed hęc pręuenimus fugiendo,melius exiſtimantes abrumpere vincula tua,quã ad interitum remanere:te per æquor quęrimus.quã difficile eſt,quærere vnũquẽque per mare,in quo tanta latitudo eſt?nec ſciri qua in parte reperiri valeat?quantus amor oſtenſus eſt tanto labore ſuſcepto?¶Hanc genetrix faciem.) Ad tantam deſperationẽ venimus,vt quod vides,non noſtro ingenio & diuina miſeratione mereremur. Genitrix enim,hoc eſt deum mater,hanc nobis impoſuit formam,ac ex mortalibus ĩmortales effecit:Æuumq; agi.ſub vnd.) A` contrario poſitum.naues enim merguntur , vt pereant: iſtę merſæ ſunt,vt euaderent nymphæ.Aſſignata perſona ſua,& edito caſu, quo nymphę eſſe potuerunt,incipit referre,quid agatur. vt appareat,quare dixit,& velis immitte rudentes.¶At puer aſcanius.) Primam cauſam immiſit aſcanij oſtendens ſpem oſtẽdenſq; metum.ſpem,ne eadem aĩos eius frangeret.metum vt feſtinaret auxilium ferẽs:neq; adhuc incolumis fuerat,vt patereť obſeſſum. ſciat hoc ipſum monſtrans,quomodo ſpes, quomodo eſſet metus.ex parte ſpei ſunt murus & foſſa,quibus muniebať aſcanius, ex parte autem metus puerilis ætas,in qua conſtitutus fuit.¶Tela inter media.) Inter ipſum tamen & mortem nõ plurimum dicebat intereſſe diſcriminis.debuit igitur properare, anteq̃ ad ei⁹ interitum hoſtis auidiſſimus perueniret.¶Iam loca iuſſa tenet.) Directionem iſtorum poeta non deſcripſit.ſed hinc intelligiť facta,hos igitur nuntiat,ea iam loca tenuiſſe.quę in mandatis habuerant.¶Medias illis op.tur.) Vnum proſperum dixit , quia ꝑuenerãt ſui,dixit cõtrarium,quia turni diſpoſitio fuit medios opponere,qui eos caſtris ſuorum non ſinerent iungi. Hoc genere oſtendit oẽs in periculo eſſe,quum alij ſubuenire non poſſent.ꝓpterea celeritatem ſuadebat.vt ante æneas veniret,q̃ turnus cogitata perficeret:potuit quippe æneas adueniens & clauſis & venientibus ſubuenire.¶Surge age.) Hortatur vt ſurgat:ſed ſedentẽ excitat,non dormientem.ſurge age non eſt iubentis,ſed vrgentis ad gloriam.¶Et aurora ſocios veniente vocari.)Et aurora, inqt, veniẽte.hoc eſt ante q̃ plena redeat lux in arma cõuocari ſocios primus præcipe.primum admonet facere,quę res vincendi fiduciam promittebat.¶Et clypeum cape.) Conſternabuntur hoſtes, inquit,ſi te primum viderint incipere aggrediq; certamen , atq; armis diuinis inſtructum.¶Craſtina lux,)Ecce prædicit, & futura.vt vere appareat dea.ſi non ait mea dicta cõtempſeris , & monita mea inania tenueris.Probabis quantas de rutulis ſtrages videbit craſtinus dies.

ASCENSIVS.

❡Tot lecti proceres,&c.)Expoĩt numerum nauium quibus vehebantur Æneas & Etruſci,docetq; Æneã obuias habuiſſe nymphas ex nauibus ſuis factas & ab eis qd faceret admonitum.Vnde dicit Donatus ſic.Iãq; dies:laus Æneæ quod die nocteq; continuata nauigatio illum non defatigaret : ſedebat ergo & vigilabat,& cum plura cogitaret,tamen & temone nauẽ regebat,& velis.¶Agnoſcunt.) Nã propter nocturnas tenebras: alij non facile cognoſcerent.¶Vigilas),recte dubitat,nã tempus ſomnũ curę vigilias ſuadebant.¶Surge,ſedentem excitat non dormientẽ.) Aurora anteq̃ plene veniat lux.¶Spectabis aceruos, pręd ixit futura,vt dea appareret.¶Tollit.a,audierat a nympha etiam.Aduerſa,ergo non lætabatur:ſed quia plura nunciabantur proſpera attollebat animos.Hæc ille.❡Ordo eſt.Tot proceres ideſt primores,& vt dicunt capitanei ( quia proceres ſunt eminentiæ trabiũ pondus ędificij ſuſtinentes)ibant nauibus terdenis ideſt triginta, quæ non ſingulis,ſed omnibus erant ſubſidio ideſt ad ſubſidium ideſt paruum auxilium Troiæ.ſ.nouæ & ſecabant ære.i.nauibus ęratis aut roſtris nauiũ ęre munitis,cãpos ſalis.i.maris hoc eſt aquas marinas,metaphora ab aratione:& dies diſceſſerat:iam coelo.i.ab hemiſpherio noſtro:& phœbe.i.luna alma.i.rerũ altrix q̃ cũ eius incremento creſcunt pulſabat olympum mediũ.i.aſcenderat ad mediũ vſq; coeli:curru noctiuago.i.ꝑ noctẽ vagari ſolito. nam licet luna interdiu quoq; currat:tamen facta eſt vt preeſſet nocti erat.ergo mediũ noctis Æneas(enim pro qa, quia cura nõ dat membris quietẽ.i.quia dormire non poteſt)ſedẽs.ſ.ad gubernaculũ ipſe.i.propria manu & miniſterio : regit.i.dirigit clauum ideſt gubernaculum & miniſtrat velis ſup.ventos aut miniſteriũ exhibet vt ſit abſolute dictum.Atq; ecce chorus.i.multitudo coincedentiũ:ſuarum comitum.i.nympharum ex nauibus quas ab Troia eduxerat factarũ,occurrit illi in medio ſpacio.ſ.curſus ſui: qua tranſire debebat chorus inquit:appoſitorie nymphæ.i. quæ erant nymphę quas alma Cybele.i.mater deum iuſſerat habere numen.i.diuiuã poteſtatẽ maris:& eſſe nymphas ſup.verſas e nauibus.i.quę prius fuerant nauẽs ipſæ igitur occurrentes innabãt pariter:& ſecabãt.ſ.pectore ſuo:pariter ſup.fluctus exiſtẽtes ſup. tot quot puppes ęratæ ſteterant prius ad littora.i.ripas tyberis iuxta troiana caſtra.Ipſe agnoſcunt longe.i.a longe regẽ.ſ.ſuum olim Æneã & luſtrant.i.circũ eunt choreis.ſ.ductis quarum ea q̃ ſup.erat doctiſſima fandi.i.eloquẽtiſſima naturali facũdia(nõ.n didicerat)cymodocea.ſ.noĩe ſequẽs pone.i.de prope ſed a tergo. tenet puppim.ſ.Æneę dextra.ſ.ſua:& ipſa eminet dorſo: ac ſubremigat.i.more remigãtis natat leua.i.ſiniſtra manu . vndis tacitis ideſt nulla vi agitatis & alloquiť tũ.i.deinde poſtq̃ puppim tenebat Æneã ignarũ.ſ.miraculi facti & quod in nymphas mutatę eſſent naues ſuę.O Ænea gens.i.genus & progenies:deũ.i. deorũ vigilas ne?vigila o Ænea & immitte rudentes.i.chordas velis. Nos pinus idæę.i. quæ fuimus quondã pinus idææ de vertice.ſ. idę,ſacro.ſ.matri deum tua claſſis ideſt quę fuimus tua claſſis ſumus nũc nymphæ pelagi vt.i.poſtq̃ rutulus.i.Turnus:perfidus: quia abſentẽ perſequitur ac fœdus violat,pręmebat nos ferro & flamma : nos inuite rupimus pręcipites tua vincula.i. retinacula & quęrimus te ꝑ ęquor genitrix.ſ.deũ cybele: miſerata.ſ. cõditionem noſtrã:aũt miſeras refecit hãc faciẽ.i.figurã ſeu formam noſtrã hoc eſt transformauit nos:aut ſi genitrix deũ natura eſt reuera refecit eas quas prius pinus fecerat:& dedit.i.cõceſſit eẽ deas: & agitare æuũ.i.lõgiſſimum tp̃s aut ęternam vitã:ſub vndis.i.inter vndas verſantes.At.i.ſed puer.i.filius tuus adhuc puer.ſ.aſcanius tenetur.i.protegitur muro & foſſis:ĩter media tela.ſ.hoſtiũ: atq; ĩter latinos horrẽtes marte.i.bello martio.Eques arcas.i.ex arcadia profectus aut euandrius permixtus iam hetruſco.ſ.mil. quos ſimul per terras in auxiliũ miſiſti id.n.κατὰ τὸ σιοπώμενον intelligiť feciſſe.tenet.i.occupat loca iuſſa.i.quę iuſſiſti vt caperenť ab eis ſi forte obſeſſa eſſent caſtra.certa ſñía.i. deliberatio eſt Turno.i.turnus decreuit opponere illis turmas medias ne iũgant ſup.ſe caſtris Age(adhortãdi aduerbiũ ſurge)& iube ꝓmus ſocios vocari in arma aurora ſurgẽte.i. vt primũ aurora ſurget: & cape clypeũ quẽ ipſe ignipotẽs.ſ.vulcanus dedit ĩuictũ.i.inuincibilẽ:atque ambijt oras.i.extremitates auro, Lux craſtina.i.dies craſtinus ſpectabit ingẽtes aceruos.i.ingentẽ ſtragẽ: cædis rutulæ.i.cadauerũ Rutulorũ occiſoꝝ ſpectabit inquit ſi non putaris.i. putaueris

putaueris mea dicta irrita.i.friuola & inania & ꝓ irritis, habẽda, q̃a ſi fidẽ adhibebit inſtruet aciem ſuã & Rutulos inuadet: quos inuaſurus non erit ſi irrita habuerit eius monita.

PIERIVS.

¶Spumas ſalis ęre ſecabant.) In aliquot anti.cod.rueant legitur, verſu aliunde repetito.⸢Iamq; dies cœlo diſceſſerat.) In antiquis exemplaribus,quod valde placet conceſſerat legitur, quã uis.diſceſſerat non improbem.⸢Quot prius gratę ſteterãt ad littora proræ.) verſum hunc ſuperius abundare diximus, neque in veteribus codicibus,niſi adſcriptum inueniri. hic vero congruũ habet locũ. Cæterum in oblongo codice,non proræ,ſed naues ſcriptum eſt. In aliquot alijs,puppes,legiẗ,quod ideo placet, q̃a vti eo loco ſuperiore dicebamus,proræ pelago obuertuntur,ſtãt littore puppes.⸢Tunc ſic ignarũ adloquitur.) In Romano codi. ignauũ,librarij omnino indiligentia ſcriptum eſt.⸢Rũpimus inuitæ tua vincula.) In codi.aliquot antiquis omnino,rũpimus, habetur,ſed in Mediceo,& pleriſq; alijs,rupimus,ꝑterito tempore.⸢Primus in arma.) Sunt codices antiqui.vbi pronus in arma, ſit ſcriptum,ſed,primus caſtior lectio.⸢Quem dedit ipſe inuictũ ignipotens.) In codi.aliquot antiquis legere eſt.quem dedit ingens,ſed,ipſe magis placet,& pondus habet.

⸢Dixerat,& dextra diſcedens impulit altam, POE.
Haud ignara modi,puppim,fugit illa per vndas
Ocyor & iaculo,& ventos ęquante ſagitta.
Inde alię celerant curſus,ſtupet inſcius ipſe
Tros Anchiſiades,animos tamen omine tollit.
Tum breuiter ſupera aſpectans conuexa precatur.
⸢Alma parens Idæa deum,cui Dindyma cordi: ÆNE.
Turrigeræq; vrbes,bijugiq; ad frena leones:
Tu mihi nunc pugnæ princeps,tu rite propinques
Augurium,Phrygibusq; adſis pede diua ſecundo.
[Tantùm effatus,& interea reuoluta ruebat POE.
Matura iam luce dies,noctemq; fugarat.
Principio ſocijs edicit,ſigna ſequantur,
Atq; animos aptent armis,pugnæq; parent ſe,
Iamq; in conſpectu Teucros habet,& ſua caſtra,
Stans celſa in puppi,clypeum tum deinde ſiniſtra
Extulit ardentem.clamorem ad ſydera tollunt
Dardanidæ è muris,ſpes addita ſuſcitat iras.
Tela manu iaciunt,quales ſub nubibus atris
Strymoniæ dant ſigna grues,atq; æthera tranant
Cum ſonitu,fugiuntq; notos clamore ſecundo.
At Rutulo regi,ducibusq; ea mira videri
Auſonijs,donec verſas ad littora puppes
Reſpiciunt,totumq; allabi claſſibus æquor.
Ardet apex capiti,criſtiſq; à vertice flamma
Funditur,& vaſtos vmbo vomit aureus ignes.
Non ſecus ac liquida ſiquando nocte cometæ POE.
Sanguinei lugubre rubent,aut Syrius ardor,
Ille ſitim,morboſq; ferens mortalibus ægris
Naſcitur,& læuo contriſtat lumine cœlum.
Haud tamen audaci Turno fiducia ceſſit
Littora præripere,& venientis pellere terra.
Vltro animos tollit dictis,atq; increpat vltro.
[Quod votis optaſtis,adeſt perfringere dextra, TVR.
In manibus Mars ipſe viri:nunc coniugis eſto
Quiſq; ſuę,tectiſq; memor,nunc magna referto
Facta patrum,laudes vltro occurramus,ad vndã,
Dum trepidi,aggreſſiq; labant veſtigia prima,
Audentes fortuna iuuat.

SERVIVS.

¶Haud ignara modi.) Moderationis,q̃ppe q̃ fuerat nauis.⸢Inde alię celerant curſus.) Inde alię Nymphæ nauiũ curſus celeriores efficiũt,ſicut fecerat Cymodocea.⸢Inſcius.) Rerũ quas audierat.nã credere ex apto non poterat.⸢Omine.) Augurio ꝓmiſſæ victoriæ.⸢Alma parẽs Idęa deũ.) Alma ꝓprie eſt tellus, ab eo qđ nos alat: abuſiue ẽt alijs numinibus hoc epithetõ datur.Terrã autẽ conſtat eſſe matrem deũ. Vnde & ſimulacrũ eius cum claui pingitur. nã terra aperitur verno: hyemali clauditur tẽpore.⸢Dindyma.) Mons Phrygię.⸢Turrigereq; vrbes.) Ciuitates turritæ.Vñ & cum corona turrita Mater pingiẗ deum.⸢Ad frena leones.) Iõ hoc fingiẗ, qđ omnis feritas mr̃æ ſubiacet affectioni, & ſubiugata eſt.⸢Propinques.) Familiare efficias: vt,Et ꝓpius res aſpice nr̃as.⸢Phrygibuſq; adſis.) Ac ſi diceret cultoribus tuis.⸢Tantũ effatus.) Breuiter vt ſupra ait,ꝑꝑ lucem iam maturam,id eſt plenam. nam non crepuſculum,ſed lux matura deſcribiẗ.⸢Reuoluta.) Aperta:ſicut contrà inuolutũ dicimus eſſe qđ clauſum ẽ.⸢Ruebat) aũt,oriebatur: vt, Et ruit Oceano nox:& eſt in ſenſu hyſteron proteron.prius.n. nox fugatur:ſic dies oriẗ.⸢Socijs edicit.) Secundũ edicta Nymphę.⸢Signa ſequanẗ.) Vel teſſeræ,vel turbaꝝ,vel ſigna militaria.⸢Qualis ſub nubibus atris.( Id eſt altis.⸢Strymonię vero grues a fluuio Thraciæ Strymone,iuxta quẽ habitant.Hęc aũt cõparatio nõ ad teloꝝ pertinet iactum, ſed ad Troianorum clamorem.

τρῶες μὲν κλαγγῇ τ᾽ ἐνοπῇ τ᾽ ἴσαν ὄρνιθες ὥς
ἠΰτε περ κλαγγὴ γεράνων πέλει οὐρανόθι πρό,
αἵ τ᾽ ἐπεὶ οὖν χειμῶνα φύγον καὶ ἀθέσφατον ὄμβρον
κλαγγῇ ταί γε πέτονται ἐπ᾽ ὠκεανοῖο ῥοάων.

⸢Fugiuntq; notos.) Aut quoſuis ventos frigidos. nam etiam grauem ſignificant tempeſtatem futuram: vt in Georgicis legimus, Aut illum ſurgentem vallibus imis Aeriæ fugeres grues. Aut re vera notos: horum enim colorem fugiunt, cum reuertuntur in Thraciam.⸢Allabi claſſibus æquor.) Cum claſſibus labi ardet apex capiti.Ex ſequentibus intelligimus Æneæ armorum fieri deſcriptionem.nam dicturus eſt,At non audaci Turno fiducia ceſſit:quãuis talia arma conſpiceret.Si tamen primam reſpicias connexionem, quaſi de Turno videtur dicere: quod non procedit.⸢Apex.) Coni altitudo hoc loco. Eſt autem Homeri & locus & comparatio.

παμφαίνονθ᾽,ὥς τ᾽ ἀστέρ᾽ ἐπεσσύμενον πεδίοιο
ὅς ῥά τ᾽ ὀπώρης εἶσιν. ἀρίζηλοι δέ οἱ αὐγαὶ
φαίνονται. πολλοῖσι μετ᾽ ἀστράσι νυκτὸς ἀμολγῷ,
ὅν τε κύν᾽ ὠρίωνος ἐπίκλησιν καλέουσιν
λαμπρότατος μὲν ὅ γ᾽ ἐστί,
κακὸν δέ τε σῆμα τέτυκται
καί τε φέρει πολλὸν πυρετὸν δειλοῖσι βροτοῖσιν.

Hoc autem iſte violentius poſuit: quòd ille ſtellæ tantum facit comparationem: hic, ẽt ſtellæ peſtiferæ, reſpiciens q̃s clades Rutulis ſit illaturus Æneas.⸢Cometæ ſanguinei lugubre rubent.) Pro lugubriter.Cometę autem Latine crinitæ appellantur.Et Stoici dicunt has ſtellas eſſe vltra triginta duas: quarum nomina & effectus Abienus, qui iam bis ſcripſit Virgilij fabulas, memorat.Plinius etiam ſecũdus dicit.Cometas ſtellas eẽ naturales quæ apparent certis tẽporibus. Item hoc quoque cõmemorat cometas fieri de planetis quinque: vnde interdum bona.interdum peſſima ſignificant.nam ſi de Venere aut Ioue fiant,optimaꝑ nuntiant:ſi de Marte aut Saturno,deteriora.Nam Mercurialis ſemꝑ talis eſt,qualis ille cui cohæret.Vnde & miniſter deoꝝ fingitur:hinc eſt qđ mõ ait,Gometæ ſanguinei lugubre rubẽt,id eſt noxij.⸢Sirius ardor.) Sirius ſtella eſt in ore canis:quę vt in tertio dixim⁹, quãtũ in ipſa eſt, peſtifera eſt: ſed pro qualitate adiacẽtium aut vincitur:aut maiorib⁹ vtitur viribus.hinc eſt q̃ cum certo tempore oriatur, nõ ſemper ẽ noxia.⸢Læuo.) Noxio. Quod autẽ ait.⸢Cõtriſtat lumine cœlum.) cũ de ſtella loqueretur quã armis ſplendentibus comparauit,bene hoc Statius ad ipſa arma tranſtulit dicens,Armaq; in auro Triſtia.⸢Quod votis optaſtis, adeſt.) Magna eſt perſuadentis ars,vt quod cupit fieri,in præiudicium trahat. Sic hoc loco:quia vult Turnus vt optent pugnam eius ſocij.hãc eos dixit ſemper optaſſe.⸢Perfringere dextra.) Fortiter facere.& bene eſt verbo vſus militari.⸢In manibus.) Non iam in votis, ſed in manibus res eſt.⸢Eſto.) Pro ſit:tertia perſona eſt.⸢Referto facta patrum.) Alij hic diſtingunt,vt ſit,Referat modo vnuſquiſq; facta patrum & laudes.Et ſecutus Salluſtium hoc dixit: quia ait Hiſpanorum fuiſſe morem,vt in bella euntibus iuuenibus parentum facta memorarentur à matribus.Alij diſtinguunt nunc magna referto facta,vt duas res dixerit,Nunc vnuſquiſq; & ſuorum factorum meminerit,& laudis parentum.

DONATVS.

¶ Dixerat, & dextra.) Quod nauis fuiſſet aliquando, altam nauim diſcedens impulit dextra ſua, modũ ſeruãs. quo ſciebat tuto concitari nauigia: non enim debuit plus fieri propter periculum, nec minus propter tarditatẽ. accedens igitur ipſius loquentis ad iumentum, quantũ profuerit, ſequentia probant. ait enim Fugit illa per vndas: Quum nauis fluctibus portaretur, non videbatur currere, ſed volare: ¶ Ocyor & iaculo.) Atq; ita volabat, vt velocior eſſet iaculo & ſagitta, quæ ventorum flatibus ſolet æquari: ¶ Inde aliæ celerant curſu.) Quid enim prodeſſet, ſi ſola nauis, in qua æneas fuit, celerius tenderet, cæteris lento actu remanentibus? Ibant ergo omnes celeres omni tarditate ſubmota. ¶ Stupet inſcius ipſe Tr. an.) His auditis & viſis obſtupuit æneas ipſe. ¶ Animos tamen omi.) In ipſo tamen ſtupore conſtitutus, quãquam geſta neſciret, tamen omnia ad omen trahens, animos tollit. conſiderabat quippe diuina omnia fauere partibus ſuis. nõ dixit, lætus effectus eſt, quoniam audierat & aduerſa atq; formidoloſa fuiſſe, tamen melior ſpes ſubleuatis animis erectis fuit. ¶ Tũ breuiter ſupera.) In neceſſitate enim non debuit pluribus loqui. ſupera autem aſpectans precatur: quia non nymphis agendæ ſũt gratiæ: ſed illi, a qua bona illa profecta eſſe videbantur. ¶ Alma parens id. de.) Tria poſuit, quibus fauorem eius in ſuas ꝑtes magis ac magis adduceret. alma idęa parens deum. augmentum deinc laudis adiecit: ¶ Cui dyndima cordis.) Summam dehinc petitionis annectit deꝓcatione ac laude concluſa. ¶ Tu mihi nunc pugnæ princeps.) Quæ, inquit, prima actus meos fouere cœpiſti, tua auguria iſta proſperitate plena confirma & ſecundis acceſſibus meos meorumq; conatus attolle. ¶ Tãtum effatus,) Cum fine verborum eius lux clarior cœperat fieri. ¶ Principio ſocijs edicit.) Edicere, eſt cum autoritate aliquid curandum iubere. Quod igitur multorum præceptorum fuit, ſubacto ſermone collegit: vt ſequerentur ſigna, cõponerent animos, & hos pugnę & ingruenti certamini prępararent. Hoc enim volebat efficere: quod cimodocea docente præceperat: quum diceret, ſurge age & aurora ſocios veniente vocari Primus ad arma iube. & clypeum cape, quem dedit, ipſe inuictum ignipotens, atq; oras ambijt auro. ¶ Iamq; in conſpectu.) In quibus fuerant ſui, & ipſi videri poterant. ¶ Stans celſa in puppi.) Ad altitudinem nauis acceſſit æneæ quoq; ſatis eminens forma. nam, quum conſtaret, multo altior eſt factus ratiõe loci, & corporis proceritate. ¶ Clypeum tũ deſini. Extu. ar.) Ecce multiformi altitudini acceſſit augmentũ. Erexit quippe ſiniſtram manum cum clypeo. ardentem, addidit, vt ex altitudine & clypei ardentis flãma facilius occurreret oculis troianorum properantis aduentus. ¶ Clamorem ad ſyde. tol. Dar.) Erecti ſunt, qui iacebant, & gaudium, quod ex aduentu regis ſui cæperant clamoribus teſtabantur: tantum potuit ſpei melioris hortatus, vt iraſcerentur hoſti, quos metus pauloante deiecerat. ¶ Tela manu iaciũt.) Deniq; & tela audebant iacere. ¶ Quales ſub nubibus atris.) Quemadmodum ſolent graues è medio atrarum nubium libertate ſuam volantes nuntiare lætitiam: ſic troiani gratulantes exclamauerant. ¶ At rutulo regi,) Quia rutuli in plano fuerant, neſciebãt cauſam gaudij troianorum & admodum mirabantur. vnde illis eſſet repentina lætitia. ¶ Donec verſas ad lit. pup.) Dum rutuli cauſas cupiunt noſſe lætitiæ, troianorum repente viderunt per totum æquor naues ad littus accedere. moraliter poſitum eſt, totumq; allabi claſſibus æquor. Turbatis quippe repentino terrore plus apparebat, q̃; teſtabatur fides rerum. cæterum quando fieri potuit, vt per totum æquor nauigia haberentur? ¶ Ardet apex capiti, Ipſe quoq; æneas in ipſa venientum multitudine videbatur. apice capitis ardenti, & coruſcus vmbone: ita vt ex eo non fulgur, ſed flãma videretur exire. ¶ Nõ ſecus ac liquida.) Quia ſcutum & alia, quę ęneas liberalitate vulcani meruerat, in multorum exitium fuerant facta, comparãtur his ſydera, cometes & ſyrius: quæ quando oriuntur, morbos ferunt hominibus & interitum plurimorum: Hęc dicuntur & imperij commoditatem portendere. quod ait lęuo lumine, tale eſt quale illud, quod ait. Nam lux inimica propinquat: vt oſtenderet lumen non ſemper eſſe optimum: ſed aliquando extoriri contrarium. Nam cometes & ſyrius tanto ſunt pernicioſiores, quãto fuerint luce maiore perſpicua: ¶ Haud tamen audaci.) Quum cõtraria partibus ſuis turnus aſpiceret, non perdidit eo viſu conſtãtiam: ſed audacia, qua ſemper eſt vſus, conſilium tenuit: vt ante caperet terram, ne ęneas, vel qui cum eo erant nauibus exponerentur. Inducitur dictio hominis audacis, & eius qui nollet ſuos trepidatione confundi, aſſerẽtis prodeſſe potius, quod potuit videri contrarium. ¶ Quod votis optaſtis.) Tandem, inquit, ſocij.

quod

quod cupiebatis effectum eſt hoſtem habetis in manibus. exercete dextras. ipſe mars attulit, quos cædatis. propterea ſic cœpit, quia ſi alij turri ac foſſa defendebant, & muri iſti fuerant in aperto in manibus mars ipſe viris. Quiſquis virilem, inquit, animum gerit, fidat manibus ſuis, & præſentis occaſionem temporis non omittat. Dehinc opportune primam cõiugum poſuit cauſam: vt vnuſquiſq; cogitans aduerſa certaminis, quid pati vxor hoſtibus dominantibus poſſit, animo pręuidente tractaret. Et eiuſmodi ludibria virtutis auxilio pręueniret, tueretur quoq; omnia ſua, quę domi habuiſſet, ne inimicorum cõmodis cederent, quę longi tẽporis congeſſerat labor. debere ante oculos ſtare laudes & facta maiorum, ne degneres inuenti eſſe ac ſuorum clariſſima facta veterum tunc amitterent. augenda eſt magis per poſteros illorũ gloria fortitudinis nixu, q̃; inertia ceſſantis minuenda. Perficiendæ gloriæ debuit conſilium dare, qui audendi diſſuadebat effectum, ſimul etiam aperire profutura conſilijs ſuis. tunc enim excitare potuit animos ſingulorum, ſi facilitatem in aggrediendo, & ex congreſſu cõmodum præuiderent: atq; vt id properanter fieret, addidit. ¶ Dum trepidi egreſſiq;.) Vltro occurri deſcenſuris debuit, ne firmitatis poſt parua momenta greſſibus veſtigiorum reſumerent firmitatem. Præſtat, inquit, labantes aggredi q̃; excluſo pedum languore firmatos. ¶ Audentes fortuna iuuat.) Non iuuat fortuna torpentes: ſed audentibus adeſt: nec deſerit audentes ad gloriã, ſed auſus egregios optatã ꝑducit ad palmã.

ASCENSIVS.

¶ Dixerat &c.) Docet quomodo poſt diſceſſum nympharũ precatus matrẽ deum a ſuis viſam claſſem appulit, & quomodo ea recognita Turnus ſuos in aduentãtes cohortatus ſit, de qbus omnibus dicit Dona. ſic. Alma parens Idæa: ex ijs tribus noĩbus captauit beniuolẽtiam. Edicit: eſt edicere cum authoritate aliquid curandum iubere. Dardanidę e muris oſtendit quid poſſit ſpes: nam qui metu fugiebant nunc ſpe in hoſtes inſurgunt. At Rutuli: hi enim in plano conſtituti videre Æneam non poterant Totũ ad littora. Moraliter quidem nã repentino turbatis motu omnia maiora videntur. Hæc ille. ¶ Ordo eſt Dixerat .ſ. Cymodocea nympha. i. finiuerat ſermone & diſcedẽs impulit dextra puppim altam: haud ignara. i. perita: modi. ſ. impellendi: hoc eſt moderationis illa. ſ. puppis impulſa fugit per vndas ocior. i. velocior: & . i. ſimul iaculo. i. ſagitta emiſſa & ſagitta æquante. ſ. velocitate volatus ventos Inde aliæ. ſ. nymphæ, celerant. i. celeriter peragũt curſus nauium: ipſe Anchiſiades Tros. i. Troianus Æneas inſcius. ſ. vnde tanta eſſet celeritas ſtupet & tamen. i. licet inſcius ſtupeat ipſe tollit. i. extollit: omine. ſ. viſo & audito animos. ſ. ſuos: & aſpectans connexa ſupera. i. cœleſtia precatur tum. i. deinde breuiter ideſt paucis verbis. O alma parens. i. mater, deum. i. deorũ Idæa ideſt quæ in Ida monte phrygio præcipue coleris cui dyndima ideſt mons ille in phrygia: & vrbes turrigerę. i. ciuitates turritæ: & leões bijugi. i. bini iugo currus tui ſubaucti: ad frena. i. habenas quibus aguntur: ſunt cordi. i. ad cor & voluptatem tu ſupple ſis mihi nunc princeps. i. auſpex & pręſens pugnę ſicut Iuno ꝑ gręcis: vnde veteriſq; memor Saturnia belli, Prima quod ad Troiã pro charis geſſerat argis &c. tu propinques ideſt familiare facias & propius aduenire augurium. ſ. portentum hoc: & o diua adſis phrygibus. ſ. tui cultoribus, pede ſecundo ideſt dextero & fauorabili, Ipſe effatus ſup. eſt: tantum. i. id ſolum & dies ruebat interea reuoluta. i. rediens per reuolutionem: & hoc luce ſup. exiſtente iam matura & fugarat noctem: cum ſup. Æneas edicit ideſt maniſeſte præcipit ſocijs vt ſup. ſequant̃ ſigna. i. vexilla: atq; aptent animos. i. irritent eos: armis. i. ad arma: aut arma tractãdo & parent ſe pugnę & Æneas habet iam Teucros & ſua caſtra in cõſpectu. i. vt poſſit caſtra ſua conſpicere & a ſuis conſpici: ſtans in puppi celſa: tum. i. tunc deinde, ideſt continuo extulit ſiniſtra ſup. manu: clypeum. ſ. a Vulcano factum ardentem. i. radiãtem. Dardanidę tollũt e muris clamorem ad ſydera: & ſpes. ſ. victorię viſo rege: addita. i. quæ acceſſerat: ſuſcitat iras. i. animoſitatem qualis eſt in iratis & iaciũt tela manu exiſtentes tales quales grues ſtrymoniæ. i. Thracię: dant ſigna. ſ. auolatus, ideſt cũ quali clamore auolant ſub nubibus atris. i. caliginoſis: atq; tranant ęthera. i. ſublimẽ aerem cum ſonitu & fugiunt notos ideſt ventos pluuioſos ſup. cum clamore ſecundo. i. eas ſequente quaſi celerius volẽt ante faciem venti quæ vox aeri immiſſa afferri poſſet aut ſecundo. i. lęto vnde ſequitur. At, ideſt ſed ea. ſ. ſigna lętitie videri ſupp. cœperunt aut videbantur mira: regi Rutulo. ſ. Turno & ducibus auſonijs donec reſpiciunt puppes. ſ. Ænee & ſociorum eius verſas ad littora & dum reſpiciũt totũ ęquor allabi, ſcilicet ad littora claſſibus ideſt cum nauibus ipſis. aut propter, claſſes allabentes: Apex

Ordo.

i.ſummitas galeæ Æneæ ardet.i.reſplendet:capiti.i. in capite ei⁹ & flamma funditur criſtis.i.a criſtis a vertice.i. deſuper,& vmbo ideſt curuatura clypei:aureus,ideſt ex auro facta vomit ignes.i. fulgores vaſtos.i.valde amplos.Non ſecus.i.non aliter ac ſupple ignes vomunt:cometæ ſanguinei.i.ſanguinei coloris & ſanguinis effuſionem portendentes.ſi rubent lugubre.i. lugubriter quādo.i.aliquando:liquida.i.humida.&ſublucida nocte:aut ſi ille ardor ſyrius.i.illius ſtellæ ardentis naſcit̄:ferens.i.afferens aut inferens mortalibus ęgris.i.miſeris & ęgre viuentibus morbos.ſ. varios:& contriſtat cœlum.i.aerem:lumine leuo.i. ſiniſtro , hoc eſt inimico.tamen.i.licet ſic animatos videret in caſtris & accedentes e nauibus fiducia.i.bene ſperandi & fidendi virtus:nō ceſſit.i.non amota eſt nec abijt aut diſceſſit Turno audaci.ſ. ſine felicitate:non ceſſit dicit præripere.i.quo minus præripiat: aut fiducia præripere.i.p̄ripiendi littora & pellere.i.pellendi,aut quo minus pellat terra.i.a terra,venientes.ſ.ad eam hetruſcos. Nā ſupp. tollit.i.erigit & effert vltro.i.inſup animos.ſ.ſuorum dictis.i.verbis cohortatorijs:atq; increpat.i.cum increpatione cohortat̄ vltro.i.inſuper vltra id quod timere potuiſſet:increpat aūt dicens. Id ſup.quod optaſtis votis.ſ.perfringere.i.fortiter agere:& hoſtē cōterere dextra.ſ.veſtra:nam ipſe Mars.i. poteſtas pugnandi:eſt viris.i.virilibus bellatoribus:in manibus.i.in promptu:nūc quiſque.ſ.veſtrum eſto memor coniugis ſuæ & tecti.i.domus.(Sic.n. apud Liuium fere in concionibus ante pugnā admonet ſuos ductores ipſi)referto.ſ.qſq;.i.facito vt referat.i.repręſentet nūc fortia facta patrum.i.maiorū ſuorum & laudes patrum ſuorum:occurramus vltro.i.prius q̄ nos inuadant:ad vndam.ſ. tyberis:dū i.quādiu ipſi trepidi ſupple ſunt & prima veſtigia:labant,ideſt titubant & vacillant:egreſſis,ideſt primum e naui egredientibus: fortuna iuuat audientes quæ res in bello ſæpe probata eſt:& ſolet pro prouerbio dici.

PIERIVS.

Supera aſpectans cōuexa.) In nōnul.cod.anti.ſpectans legit̄. Sed magis placet,aſpectans.┌Clypeum tum deinde ſiniſt. extulit ardentem clamorem ad ſydera tollunt Dardanidæ.) In anti. pleriſq; codi.clypeū cū,& quom,legit̄,hoc eſt,quom inde.extulit clypeum Dardanidæ clamorē tollunt, Altera tamen lectio p diſſoluta mēbra magis poetica eſt.┌Dardanidæ muris.) In Roma.co.dardanidæ,muris.abſq;,e,particula legit̄ aduerbialr,reliqua exē.e muris,habent,eamq; lectionem:agnoſcit Probus.vbi fieri ſynalœpham ait,quum diphthongus in ſimplicem longā cadit,hoc exemplo.┌Ardet apex capi.) In Ro.cod.capitis,legitur, Sed enim magis placet,capiti datiuo caſu.┌Criſtiſq; a vertice flamma,fund.)confuſus nimium ordo,niſi vetera ſuccurrerent exēplaria,vt antiquiſſimum illud Romanis literis perſcriptū,in quo legere eſt,Criſtiſq;,ac vertice flamma funditur,ita etiā in mediceo. In aliquot alijs veteribus,criſtis ac vertice legitur,abſq;,q;, Vtrumlibet ex his magis placet q̄ a vertice.┌Et vaſtos vmbo vomit aureus ignes.) In anti.nōnullis codi.æreus legitur. Sed aureus rem magnifice magis amplificat,& inferius , vbi Æneas cōgreditur cum Mezentio,idem habetur.Sed ſubſtinet aureus vmbo.Sciendum vero in eadem dictione eadem eſſe lectionis varietatem apud Liuium lib.viij.de bello macedonico,&.xij. Clypea ærata ab Ædd.cur.P.Claudio,&.P.Sulpitio Galba ſunt poſita, quod in emendatioribus exemplaribus,aurata,legitur.┌Littora præripere.) In antiquioribus codi,legitur,littora pręcipere. Id vero ſignificat,capere ante locum,quod in hiſtorijs frequens,& apud Liuium lib.ij.tertiæ decadis,vbi paſſim legitur de Annibale effugium mediante. Dum ipſe longius ſpatium fuga præriperet.Antiquiores,codices habent,præciperet.Et eodem modo libro primæ decadis ſexto,vbi legitur.Nobiles homines in poſſeſſionem agri publici graſſari,nec,niſi anteq̄ omnia pręripiant,diuiſus ſit,locum ibi plebi fore.In antiquo codice.Niſi antequam omnia pręcipiant.ſcriptum eſt. ┌In manibus mars ipſe viris.) Romanus codex,& alia quædam vetera exemplaria viri,legunt vocandi caſu.Sed neque diſplicet,viris.hoc eſt ijs, qui viri erunt, mars fauebit.)Dum trepidi,egreſſiſque Labant veſtigia prima.) Romanus codex,& plerique alij veteres admodum legūt.Dum trepidi egreſſiq; labant veſtigia,quod magis figuratum eſt.Alij quidam codices manuſcripti.greſſuſq;,legunt. Sed vulgatā ego lectionem non damnarim.

┌Hæc ait,& ſecum verſat quos ducere contra. POETA
Vel quibus obſeſſos poſſit concredere muros,
Interea Æneas ſocios de puppibus altis
Pontibus exponit:multi ſeruare recurſus
Languentis pelagi,& breuibus ſe credere ſaltu,
Per remos alij,ſpeculatus littora Tarchon,
Qua vada non ſperat,nec fracta remurmurat vnda,
Sed mare inoffenſum creſcenti allabitur æſtu,
Aduertit ſubito proras,ſociosq; precatur.
┌Nūc o lecta manus validis incumbite remis, TAR.
Tollite,ferte rates,inimicam findite roſtris
Hāc terram,ſulcumq; ſibi premat ipſa carina.
Frangere nec tali puppim ſtatione recuſo,
Arrepta tellure ſemel┌quæ talia poſtquam POETA
Effatus Tarchon,ſocij conſurgere tonſis,
Spumanteſq; rates aruis inferre latinis,
Donec roſtra tenent ſiccum,&,ſedere carinæ
Omnes innocuæ,ſed non puppis tua Tarchon,
Nāq; inflicta vadis dorſo dum pendet iniquo,
Anceps,ſuſtentata diu,fluctuſq; fatigat,
Soluitur,atq; viros medijs exponit in vndis.
Fragmina remorum,quos & fluitantia tranſtra
Impediunt,retrahitq; pedes ſimul vnda relabens.

SERVIVS.

Verſat quos ducere cōtra.) Cogitat quidem,ſed nō facit: ne diuiſo exercitu vtrobiq; vincantur.qđ ſequentia indicant. Nā paulopòſt dicturus eſt,Et rapit acer totā aciem in Teucros.┌Cōcredere.) Con vacat.┌Pontibus. Scalis nauium.┌Lāguentis.) Tranqlli.┌Breuibus.) Vadis. ┌Per remos.) Id eſt ſcaphis.┌Nō ſperant.) Legitur & ſperat, quod & melius eſt.Nam dum vada eſſe non ſperat,incidit in ea.┌Tollite,ferte.) Ad celeritatē dictum eſt.┌Findite roſtris.) Militari felle dictum eſt:vt ēt terra ipſa quodāmodo ſentiat hoſtis aduentū.┌Statione.) Statio eſt portus tp̄alis . nam portus eſt vbi hyematur . ſed mō ſtatio ſiccū littus ſignificat:hoc.n.dicit, Potiar terra, & nauem frangere nō recuſo.┌Innocuæ.) Innocuus eſt, cui nō nocet̄.Innoxius, q nō nouit nocere . ſed hoc poetæ plerūq; confundunt.┌Dorſo iniquo.)Dorſum ē durior arena,quæ remeātibus fluctib⁹ & euntib⁹ denſat̄,& in modū ſaxi indureſcit:qđ à nautis puluinus vocat̄.┌Iniquo.) Sibi nocēti.┌Fluctuſq; fatigat.)Subaudis eā. Nam fluctus noīatiuus eſt ſingularis.┌Exponit in vndis.) Iō in vndis,non in vndas:quia in ipſo loco res agit̄,nec eſt mutatio.

DONATVS.

Hæc ait,& ſecum.) Quum hæc locutus eſſet,elegit,quos ſecū contra duceret : hoc eſt contra eos,qui nauibus vehebantur : & quos obſidioni conſeruandæ dimitteret.Metui enim neceſſario debuit:ne dum omnes intenti littus obſeruare contenderent,vis vtrinq; emergens mediū agmē opprimeret.┌Interea æneas.)Deſcenſus eorum , qui cum ęnea venerant, varie breuiterq; deſcribitur.& in ea deſperatione oſtēditur,quā præuiderat turnus.Æneas,iquit, alios appoſitis pōtibus exponebat,multis ambulandi deſuetudine trepidis:quoꝑ greſſum natura ſua infirmauerat mare.vſq; adeo vt relabentis vndas & languentis pelagi, hoc eſt placidi metueret:qua cauſa obſeruabant earum re[illegible]m,ne remeātes in altum traherent exire cupientes.Tāta fuit cōſtātia greſſus, vt metueretur etiā placidi æquoris motus.┌Et breuibus ſe cred. ſal.)Alij breui ſaltu ſeſe iactabant propter infirmitatem pedum : alij vero deſcendebant per remos.┌Speculatus littora tarchon.) Tarchonis impatiens virtus quum in deſcenſum oras aduerteret , viſum eſt ei,vt per eam partem littoris vaderet,qua omnis tranqllitas fuit:nec vnda illidebatur in ſaxa:nec aliqua venientem vada terrebant.Repente igitur proras obuertit:deprecans ſocios ad officia virtutis implenda.plurimum enim ad effectum proficit,quum prece vtitur,qui iubere potuerat. ┌Nunc o lecta manus &c.) Magnum ardorem viri fortis inducit,& eius,qui ob intentionem pugnę ipſa naufragia non dubitaret admittere , in eoque,vt omnino auferret,ipſe eſſet hortator,ipſe ꝓponeret , quæ in contrariū venire potuiſſent & ipſe rn̄deret. Quis.n. reſciret in vado ceſſare remigia debuiſſe?qs ignoraret frangi potuiſſe nauigia?vbi altitudo pelagi deficiens ſola ipſis nauibus pericula demonſtraret?

monſtraret? Incumbite,inquit,iuuenes remis.Potuit dici qũo incũbemus,& deeſt inimica ſubſtantia,quæ naues ab inimica terra ſuſpendat. Ille rñdentis aio ait,Tollite,ferte rates:vt fortitudo præſtaret hoīum id quod loci natura nõ poterat.⁋ Inimicũ findite roſtris.)Et ſi erit,inquit,in nauium amiſſione detrimẽtum, proueniet tñ nomen maximum, ꝙ inimicā terram ſcindimus roſtris.⁋ Frãgere nec tali puppim.)Certe quid vltra nauibus opus eſt,qñ terras,quas quærebamus inuenimus?⁋ Quę talia poſtq̃ Effatus. Quę quum tarchon fuiſſet effatus,& talia dixiſſet,quibus vltra rñderi non poſſet.⁋ Socij conſurgere tran.) Nitebantur remis ſocij,vt contrario more naues nõ in fluctus,ſed in terram ſurgerent.In hoc facto non ſtultitia ſed vltionis reportandæ cupiditas probabatur.Quippe cõſecuta victoria totum,qđ pro ea videbať amitti,potuit reparari,ſi eſſet neceſſarium. ⁋ Donec roſtra tenent ſi.) Iam peruenerunt in ſiccum roſtra:& quod fuerat inſperatum,proſpere ventus adiuuat,vt oẽs illeſæ conſediſſent. quod dixit innocuæ,non ꝙ ipſe cuiq̃; non nocuiſſent dixit, ſed ꝙ ipſis nihil contigiſſet aduerſi.⁋ Sed non pup.t.Tarchon:)Oẽs,inquit,euaſerunt excepta ea,in qua fuerat tarchon. Incipit caſum eius narrare.⁋ Nãq; inflictæ vadis.)Hoc eſt infecta iniquis littorum locis.⁋ Dorſo dum pen.ini.) Dorſum dixit locũ editum,in quem acta conſcenderet:inquitas dicta eſt,quæ veniẽtem nauim ſeruare vel ſuſtinere non potuit:⁋ Anceps,ſuſtentata diu.) Quũ diu nutabunda nunc in vnam partẽ,nunc in aliam iungeretur. ⁋ Soluitur,atq; viros.)Repente diſſoluta eſt,& in vndis adhuc poſita.viros,quos portabat,effudit.⁋ Fragmina remorũ,) Quũ ſe vndis liberare niterentur,impediebãtur naufragij partibus,& vnda retrorſus ducta nitẽntium greſſus & veſtigia reuocabat.

ACENSIVS.

⁋ Hæc ait:& ſecum verſat quos ducere cõtra.Vel &c.) Poſt Turni concionẽ docet,qũo Tarchontis cohortatione appulſa ſit claſſis Æneia ad littus vnde eſt hoc ſolũ Dona. Verſat quos ducere. in tanta deſperatione:nec cõſiliũ nec vim animi amiſit.Hæc ille. ⁋ Ordo eſt Turnus ſup.ait hæc:& verſat.i.cogitat & diſquirit ſecum.i.in animo ſuo quos poſſit ducere contra.ſ.aduentantes hoſtes vel qbus poſſit cõcredere.i.quaſi fidei cõmittere muros.ſ.caſtrorum:obſeſſos. Interea.ſ.dũ hæc ageret Turnus, Æneas exponit ſocios de altis puppibus:põtibus.i.per ſcalas,multi ſeruare.i.ſeruabant:recurſus.i.refluxus pelagi languẽtis.i.tranqlli ac non impetuoſi:& credere.i.credebãt ſe breuibus.ſ.vadis:ſaltu.i.ſaliendo in ea alij credere ſup.cœperãt aut credebant ſe breuibus ꝑ remos i.auxilio remorũ,Tarchon.i.Ethruſcorum rex & ṕcipuus ductor ſpeculatus.i.cõſpicatus & vidẽs littora:ſup.ea parte: quæ nõ ſperat.i.timet vada.i.fundũ vadorum per quem vadere licet ſed nõ nauigare:nec vnda fracta.ſ.nimio impetu immurmurat ideſt vehementem ſonum edit hoc eſt vbi neq; defectus neq; nimia vis eſt aquarũ ſed mare allabitur,ſcilicet ad littus:inoffenſum , ideſt non offenſum nec impeditũ:æſtu creſcenti, ideſt exuberanti,ipſe aduertit ideſt applicat ſubito proras,ideſt anteriores partes quæ aquas proruunt:& præcatur ſocios O manus ideſt multitudo armatorum:lecta ideſt electa:incumbite nunc validis remis tollite ideſt erigite:ferte,ideſt trãsferte ad littus:rates & findite roſtris, ſcilicet nauium hanc inimicam terram:& ipſa carina ideſt capacitas ſeu venter nauis:premat ſcilicet premendo faciat ſibi ſulcum nec ego recuſo frangere puppim tali ſtatione,ideſt ad breue tempus portu & hoc tellure ſemel arrepta ideſt ſi ſemel tellurem arripuerimus quæ talia ideſt talis modi verba:poſtquam Tarchon eſt effatus:ſocij conſurgere ſupp.cœperunt aut conſurgebant tõſis.ſ.remis:& inferre ideſt inferebant aruis latinis ideſt in arua latina:rates ſpumantes ideſt ſpumis aquarum nimio impulſu excitatis reſperſas donec roſtra ideſt anteriores partes prorarum tenent ſiccum:& carinæ.ideſt ventres nauium:ſedere.ſ.ſuper fundum exiſtentes omnes innocuæ ideſt ſine nocumento.ſed o Tarcho tua puppis non ſup.ſedit inocua: nãq; ipſa inflicta vadis dũ pendet anceps.i.vacillans dorſo.ſ.ſcopuli:iniquo.i.nimis alto:& ipſa ſuſtentata dudum fluctus fatigat,ſupple eam : ipſa ſoluitur ideſt finditur:atq; exponit viros in medijs vndis quos ſupple viros fragmina remorum , & tranſtra ideſt ſumma tabulata nauium:fluitantia ſcilicet per aquas:impediũt,& vnda relabens trahit ſimul pedes quæ res eos ſaluauit.

PIERIVS.

⁋ Multi ſeruare recurſus languentis pelagi.) Sunt cod.ant.in quibus legať.receſſus.Sed curſus,& recurſus in hoc ſignificato ĩ vſu eſt frequẽtiori.⁋ Qua vada nõ ſperat.) Roma.cod.cũ Oblõgo & aliquot alijs legunt.Qua vada nõ ſpirãt,vt illud in primo Geor. feruetq; fretis ſpirãtibus ęquor.In vno ex ijs,q,ſpirãt,legunt,paraphraſis ſupaddita,criſpanť.Sed magis placeret. In verticẽ.deſidunt. Quin ẽt in aliquot ex ijs,q apud me ſunt,legere eſt,Qua vada nõ ſpumãt.Ser.ſperat,melius eſſe putat,qđ maiorẽ viri ferociã oſtẽdit,ridiculũ,qđ in ĩpreſſis aliquot co. ſpectat, legitur. ⁋ Fran.nec tali puppim ſta.re.) Rom.co.Medi.& alij qdem pueruſti legunt,puppes,numero multitudinis.Quod oſtendit eum paruifacere nauis oẽs,quotquot agebat,dũmodo ſemel arripiat tellurẽ,& hoc quoq; magis ac magis hominis ferociã, ardorẽq; pugnãdi indicat.⁋ Et fluitã.trãſt.) Non placet qđ in anti.ali.codi. legitur effluitantia. Nam ſnĩa,& illud expoſcit.⁋ Retra.pe.ſimul vn.) In co.aliquot anti.pedẽ legitur figurate.

Nec Turnum ſegnis retinet mora,ſed rapit acer
Totam aciem in Teucros,& contra in littore ſiſtit.
Signa canunt:primus turmas inuaſit agreſteis
Æneas omen pugnæ,ſtrauitq; Latinos,
Occiſo Therone,virum qui maximus vltro
Ænean petit,huic gladio,perq; ærea ſcuta,
Per tunicam ſqualentem auro,latus haurit apertum:
Inde Lycam ferit,exectum,iam matre perempta,
Et tibi Phœbe ſacrum:caſus euadere ferri
Cui licuit paruo,nec longe Cyſſea durum,
Immanemq; Gyam,ſternenteis agmina claua,
Deiecit leto:nihil illos Herculis arma,
Nil validæ iuuere manus,genitorq; Melampus,
Alcidę comes,vſq; graueis dum terra labores
Præbuit,ecce Pharon voces dum iactat inertes,
Intorquens iaculum,clamantis ſiſtit in ore.
Tu quoq; flauentem prima lanugine malas
Dum ſequeris Clytiũ infœlix noua gaudia Cydon:
Dardania ſtratus dextra,ſecurus amorum,
Qui iuuenum tibi ſemper erant:miſerade iaceres,
Ni fratrum ſtipata cohors foret obuia.Phorci
Progenies,ſeptem numero,ſeptenaq; tela
Conijciunt,partim galea,clypeoq; reſultant
Irrita:deflexit partim ſtringentia corpus

SERVIVS.

⁋ Omen pugnæ.) Salluſtius, Pugnam illã pro omine belli futuram. Ideò ergo omen, q ſicut nunc,ſic vbiq; vincet Æneas. ⁋ Inuaſit agreſtes.) Quia dixit, Et latos vaſtant cultoribus agros.⁋ Therõe.) Hoc nomen in Pindaro lectũ eſt tantũ.⁋ Tunicam ſqualentẽ.)Splendentẽ loricã.⁋ Haurit.) Ferit modo ſignificat. ⁋ Et tibi Phœbe ſacrum.)Oẽs qui ſecto matris ventre procreantur , ideo ſunt Apollini conſecrati,quia deus eſt medicinæ,per quã,lucem ſortiuntur.Vnde Æſculapius eius fingitur filius:ita enim eum procreatum ſupra diximus.Cæſarum etiã familia ideo ſacra retinebat Apollinis,quia q primus de eorũ familia fuit,exe cto matris ventre natus eſt. Vnde etiã Cæſar dictus eſt:licet varia de ethymologia huius nois dicanť , vt diximus ſupra.⁋ Qđ licuit paruo.) Legitur & Cui licuit. ⁋ Vſq;.) Tã diu,donec. ⁋ Ecce Pharon.) Legiť & Pharo,vt, It clamor cœlo vt ſit datiuus ab eo qđ eſt Pharus.Si aũt Pharo legeris,figuratũ eſt. nam de noĩatiuo tranſit ad datiuũ dicens Clamãti.⁋ Infœlix noua gaudia Cydon. ) De Cretenſibus accipimus ꝙ in amores puerorũ intẽperantes fuerunt.qđ poſtea in Laconas , & in totã Græciam tranſlatũ eſt , adeò vt & Cicero dicat in libris de republica opprobrio fuiſſe adoleſcentibus,ſi amatores nõ haberent ꝑpter quod poeta Cydonem inducit amatorẽ. Nouimus autẽ Cydones Cretenſes dici.Sane Cydon quando nomẽ eſt ꝑprium,Cy naturaliter ꝑducit.ſi appellatiuum,corripit cy. vt, Parthus ſiue Cydon telũ ĩmedicabile torſit.Tñ Statius ẽt in ꝑprio corripuit.vt,Hęc regi ꝑmiſſa Cydon, hæc lampe dabam⁹. qđ fecit abutens licentia,qua vtimur in noib⁹ ꝑprijs.⁋ Flauẽtẽ malas.) Flauẽtes malas hñtẽ,pričę ætatis. ⁋ Noua gaudia.) Quẽ tunc primũ amare cœperat.⁋ Stratus.) Deeſt pene.⁋ Miſerãde.) Pro miſerandus.Nã pro noĩatiuo vocatiuũ poſuit:vt cõtrà, Socer ar⁄

Alma Venus:& fidum Æneas affatur Achaten.
[Suggere tela mihi(non vllum dextera fruſtra ÆN.
Torſerit in Rutulos)ſteterant quæ in corpore Graium
Iliacis campis[tum magnam corripit haſtam. POE.
Et iacit:illa volans clypei tranſuerberat æra
Mæonis & thoraca ſimul cum pectore rumpit:
Huic frater ſubit Alcanor,fratremq; ruentē
Suſtentat dextra:traiecto miſſa lacerto,
Protinus haſta fugit,ſeruatq; cruenta tenorem,
Dexteraq; ex humero neruis moribunda pependit.
Tum Numitor,iaculo fratris de corporeo rapto,
Ænean petijt:ſed non ei figere contra
Eſt licitum,magniq; femur perſtrinxit Achatæ.

ma Latinus habeto.licet illic poſſit accipi. Socer arma Latinus habeat.nā habeto & ſecūdæ & tertiæ pſonę eſt. tn̄ etiā alibi noīatiuū pro vocatiuo poſuit.vt, Corniger Heſperidū fluuius regnator aquarū. ¶ Stipata cohors.) Vnanimiter veniēs. ¶ Septenaq; tela.) More ſuo,pro ſeptem, vt bina pro duobus. ¶ Deflexit partim ſtringentia corpus alma Venus.) Male ait Donat⁹ hoc loco antedictoꝝ oblitum eſſe Virgiliū,ꝙ poſt Iouis prohibitionē bellis facit numina intereſſe,nō reſpiciens Iouem magis deos hortatum eſſe in fœdera,q̄; à bellis prohibuiſſe. Nam & paulopòſt tam Iuno q̄; Iuturna bellis intererunt. ¶ Achaten.) Omnia nomina quæ in tes exeunt,vocatiuum in a mittunt, vt Achates Achata, Thimœtes Thimœta. ¶ Suggere tela mihi.) Ordo eſt, Suggere tela mihi:quę in campis Iliacis in Græcorum ſteterant corporibus.nullum.n. mea dextera in Rutulos ſine cauſa iaculabitur telum eorū, quæ iam ſunt cæde hoſtium comprobata. ¶ Tranſuerberat.) Scindit. ¶ Traiecto miſſa lacerto.) Quæ fuerat miſſa retroacto lacerto. ¶ Protinus.) Iugiter,continue. ¶ Tenorem.) Currendi modum. ¶ Moribunda. Morienti ſimilis. Quod ita eſſe etiam Salluſtius oſtendit,qui ait, Quaſi Vitabundus per tramites & ſaltuoſa loca exercitum ductare. Nam Iugurtha non vitabat legatum,ſed ſe eum vitare ſimulabat.nam quia nomen eſt,ideò ſignificat ſimilitudinem,nō paſſionem. Quod ſi participialiter diceretur,à paſſiuo veniret. Omnia enim à paſſiuo participia,in dus exeunt. Moribunda,ſimilis morienti.non enim participialiter aliquid ſignificat,ſed noīs habet ſignificationē.noīs aūt ſignificatio ſimilitudinem habet,non paſſionem. Quādo dico Moriturus eſt: vere moriturus eſt. Moribundus autē,non vere,ſed ſimilis morienti eſt. vnde & Salluſtius dicit, Quaſi vitabundus. ¶ Fratris de corpore rapto.) Si diceret fratrum de corpore,ſpecioſius eſſet:quod ideo omiſit,quia haſta Alcanoris tātum vulnerauerat manū, in Meonis vero hæſerat corpore. ¶ Femur) dicimus:quia lectum eſt,& declinatur huius femoris. Illius vero ablatiui nō inuenitur noīatiuus, Lætus Eripit a femine.licet Caper in libris enucleati ſermonis dicat femē, ſed nō ponat exemplum.ergo aut hoc femur aut hoc femen. Nam femus non dicimus penitus.

DONATVS.

¶ Nec turnum ſegnis reti.mo.) Quum hoc turnus vidiſſet, nulla mora potuit retineri. ¶ Sed rapit acer totam aciē in teu.) Quāta fuit auiditas,vel quāta caſus emergentis occaſio?quā ne amitteret turnus,omnes ſuos eo conceſſit elegit:vbi impedientibus pelagi vndis,e diuerſo venientes facilius ipſe & cautius expugnare poſſet. ¶ Signa canunt.) Signorum hortante cantu itum eſt in certamen. ¶ Primus turmas inuaſit a.) Primum poſſumus accipere,non tantum primo incipientem, verumetiam ſine aliorum ſocietate,magnę enim laudis inſtar eſt,ipſe vnus in exitium plurimorum. ¶ Strauitq; latinos:) Occidit plurimos:quum non dicit nomina,nec exprimit quantos : intelligendum eſt multos eſſe proſtratos:& vbi dictum eſt,agreſtes turmas fuiſſe, nullus proculdubio ineſſe potuiſſet. ¶ Occiſo retone.) Hunc cum nomine poſuit,ꝙ fuiſſet cognitus & magnæ virtutis.quantum autem fiduciæ extitiſſet,ſequentia probant. ¶ Virum qui maximus.) Illorum ſcilicet,qui ſtrati ſunt,aut rutulorum. ¶ Vltro æneam petit:) Talis occiſus eſt,qui non dubitaſſet vltro ire in æneæ perniciem:ſed hunc facile occiſum dicit nobilitate potioris, qui ab alio nō poſſet occidi miram.n.ſenſit ænee virtutem. ¶ Hunc gladio &c.) Fuit quędā difficultas in perforandis munimētis eius: ſed oīa potiori virtuti ceſſerunt. Deniq; ꝓbata eſt fortitudo congredientis.non.eū eminus ſagitta pcuſſit,aut iaculo, qđ faciunt, qui formidant hoſtis acceſſum: Res gladio geſta eſt.tanta fiducia & ſecuritate ferientis,vt rupto munimēto ærati veſtitus plenus ictus per temerarij hoīs latus exiſſet: ¶ Inde.) Hoc eſt deinde. ¶ Lycaon ferit.) Propter deſcriptionū varietatē & faſtidiū legentis immittuntur fabulæ non neceſſarię deſcriptioni belli: Dicit.n. quō iſte natus ſit,quō nutritus. Iſtum,inquit,non edidit incolumis mater:ſed ipſa occiſa exectus venit in lucē, conſecratuſq; eſt phœbo,vt adiumento numinis in iuuentā produci potuiſſet.ſed quum

quū ad æneam veniſſet conſecratus & iuuenis deceſſit. Itaque illi,cui paruo licuit ferri caſus euadere.ſ.quum matris exanimis vtero editus eſſet, fortiſſimi herois ferrum iam iuuenis vitare nō potuit. hoc loco ius fatoꝝ ex aperto monſtratur.medicorum ferrū,qđ iſtum profuit euaſiſſe? quid apollinē habuiſſe ꝓpitium? iuuenis interijt,qui non dum natus nō potuit perire cū matre. ¶ Nec longe cyſſea durū.) Non longe,inquit,a lichę funere deiecit morti ciſſea & gyam clāua pugnantes, & q iam plurimos proſtrauiſſent. ¶ Nihil illos herculis ar.&c.) Supra dixit lichę,nō profuiſſe apollinis numen.iſtis quoq; arma herculis.virtutē propriam & meritum paternum auxiliari nequiuiſſe. Iccirco enim herculis īſigne geſtabant:quia eorum melampus pater in tantum herculis laboribus fuerat iunctus,vt quicquid ille eſſet aggreſſus,nūq̄; iſte neſciret. Quo facto arbitrabanť per meritum patris inuictos ſe eſſe manſuros.& ad exēplum virtutis herculeæ ſe periculo non futuros obnoxios. ¶ Ecce pharon voces dum ia.iner.) Pharon, inqt, non ferro in certaminibus bellicis, ſed clamoribus irritis exiſtimans eſſe certandum,dum inertia perſonat,ore ipſo ictum iaculi venientis excepit. ¶ Tu quoq; flauentę.) Fecerant hypbata obſcuritatē.multa enim voluit vno ſenſu colligere : & maxime ea, quæ ſemel poſita non ſemel accipienda ſunt.ſcribit enim per apoſtropham cydonē occidi potuiſſe ęneæ gladio,dum amores turpiſſimos ſequeretur,qui eſſe iuuenum ſolent.viderat enim adoleſcentem clytium flaua lanugine malarum,hoc eſt iam non puerū nec tamen iuuenem plenum:quem dum ſecurus ſequiť amoris ardore poſſeſſus : qui amor execrabilis iuuenibus ſceleſtiſſimis ſolet ineſſe quo nihil naturæ magis repugnare videtur, nihilq; deo grauius, quod plurimorum miſerabiles exitus oſtenduntː nec poeta aliud hic innuit, q̄; eos qui fœdiſſimum hoc ſequunť vitium,tandem infelix pati exitium,dum igitur hoc ſequitur ſalutis ſuę immemor factus eſt. Apparet autem hunc notari virgilij carminibus,non quia adoleſcentis amore captus eſt, qđ tunc licitum fuit:ſed quia illo loco atq; illo tēpore de ſalute potiuſq; de libidinis morbo fuerat contendendum. Et quia iuuentutis ſtudium flagitioſum in aliam quoq; ętatē inhoneſta continuatione protexerat:deniq; hic reprehenſionem ipſam euidētius aperuit, vbi poſuit noua gaudia,& qui iuuenū tibi ſemper erat. Nouum enim fuit, vt maturioris ætatis auderet,quod iuuenū fuit. tu aūt ait iuuenta tranſacta in eiuſdem turpitudinis amore māſiſti.ordinatio iſtius loci talis eſt.tu quoq; cydon infelix & miſerande,qui dum clytium flauentem prima lanugine malas ſequutus noua amorum gaudia ſequeris.qui amores eſſe ſceleſtorū iuuenum ſolent.iaceres ſtratus dardania dextra.ecce dicitur,cur non ſit occiſus. ¶ Ni fratrum ſtipata cohors.) Oſtendit cydonem libidini etiā tum deditum,quū ſalutis pericula tractarentur caſu potius ænee manibus q̄; propria virtute liberatum.nam eo momento tēporis,quo ęnea perſequēte poterat interire,emerſere filij phorci & denſati ſunt,ſimulq; collecti. ¶ Septē numero,) Periculū in his etiam manifeſtum.quis.n.vnanimes cōgregatos & tanti numeri non timeret,vno ictu ſeptem tela iacientes? Conſilium igiť fuit contēnere interim cydonis necem: vt hoſti collecto in cateruam reſiſteretur primitus, in quo maior vis periculi fuit. & ſi fuiſſet euentus,magna poſſet de pluribus victoria prouenire. ¶ Partim ga.cly.) Veniebant quidem ictus omnium in ęneæ ſcutum & galeam:ſed lædendi corpus nulla proueniebat occaſio. dicit cām, quę magis faciebat tela irrita. ¶ Deflexit partim ſtri.cor.) Aderat enim mř filio & potentia numinis ſui venientiū teloꝝ ictus violētiāq; frāgebat.ne corpus eius aliquatenus lęderēt. ¶ Fidū ęneas af.ac.) Æneas cū vidiſſet cōſtipati cunei turbā magno aduerſū ſe teloꝝ numero certare atq; cōtēnere,alloquutus eſt achatē fidū ſibi & cōprobatū in oībus: vt tela in eos iacienda ſuggerat,erat.n. maiore vt vis maior excludēda. ¶ Suggere, inqt, tela mihi &c.) Quaſi ꝯſuetudinē hērēt illa tela feriēdi,ſic ait,ſuggere tela mihi, q̄ ſteterūt in graioꝝ corpore,quū pugnareť in troia, q̄ſi ſic poſſet ſtare in corpibus rutuloꝝ.ſcio.n.hæc dexterā meā nō fruſtra eſſe miſſurā. ¶ Tū.m.co.h.Et iacit.) Magnā haſtā poſſe iacere,quantæ virtutis

virtutis eſt. ¶ Illa volãs.) Thorax dr̃ indumētū,quo bellator vſq; ad pectus munit̃,haſta igit̃ miſſa ab Ænea & ſcutū & thoraca pe ctus Mæonis perrupit. ¶ Huic fr̃ ſubit Alcanor.) Quū Mæon cade ret,occurrit Alcanor,qui exciperet cadentē,& ſuſtētaret,ſi poſſet. ¶ Traiecta miſſa lacerto.) Alcanoris mortē hoc modo deſcripſit. quum.n.cōtineret dextera ſua illū,qui ceciderat:alia haſta hume rū eius percuſſit,qua cauſa abſciſſis neruis pepēdit manus ſic ſepa rata à corpore,vt mortē ſuam teſtaretur & interitū plenū. ¶ Tum numitor iaculo.) Numitor,inquit,eodem rapto iaculo,quo debi litatus fuerat frater, Æneā petīt. ¶ Sed nō & figere.c.) Magna co mitis fides,qui dimicaturo ita fuerat iūctus: vt deſtinatū in Æneā telum ipſe proximitatis occaſiōe ſuſcepiſſet,deniq; licet in Ænea videretur eſſe fruſtratū,femur tamen Achate percuſſit:quod non fieret niſi protegendi officio ei fuiſſet infixus.

ASCENSIVS.

¶ Nec Turnū ſegnis retinet mora,&c.) Docet quomodo totis vi ribus cōcurſum eſt educente videlicet Turno,totas copias in ad uentantes hoſtes,quæ res fere ſumpta eſt ex applicatione græco rum ad littora Troiana quià Troianis & potiſſimum ab Hectore duriter accepti ſunt. Recitat ergo variam ſtragem: de qua re hoc ſolum eſt Donati Thorax:indumentum quo bellator vſq; ad pe ctus munitur. Hæc ille. ¶ Ordo eſt. Nec mora ſegnis.i.quę ſegnes facere ac ſegnibus eſſe ſolet,retinet Turnum: ſed ipſe acer.i.ſtre nuus rapit.i.celeriter adducit totam aciem in.i.cōtra Teucros: & ſiſtit.i.exercitū ſtatuit:cōtra.i.ex aduerſo aut contra aduētantes: in littore. Et ſup.tibicines aut cornicines:canūt.i.canēdo faciūt ſi gna.ſ.ineundi prelij. Æneas inuaſit primus turmas agreſtes.i.agri colarum,aut agros vaſtantium appoſitorie omen pugnæ.i.quæ res erat omen pugnæ portendens indigenas ſuperandos cū agre ſtes ſuperentur:& ſtrauit latinos occiſo Terone.i.poſtq̃ occiderat Theronem eorum ductorem:qui exiſtens maximus virum.i.vi rorum petit.i.aggreditur Æneā vltro.i.nō laceſſitus,cum tamen ſi ſaperet,ab eo merito declinaret. & ſup. Æneas haurit.i.ferit aut exhaurit:huic.ſ.Theroni.latus apertū.i.poſtq̃ apparuerat gladio & per ſcuta ęrea & per tunicā ſqualentē.i.relucentem in morem ſquamarum ſerpentū auro.i.ſquamis aut hamis aureis. Seruius di cit haurit.i.ferit:ſed quia addit apertum quod non ferit ſed exhau rit extrahendo ſanguinē:ego potius acciperem in natiua ſignifica tione. Inde.i.deinde ferit Lycham exectum.i.per ſectione exem ptū iam matre perempta,quę res Cęſarū familię competit,& ſa crum.i.conſecratū tibi ò Phœbe:quia arte medica cōualuit: vnde domus Iulię fautor inducitur Apollo, vt in bello actiaco viſum in clypeo Vulcani. Cui.ſ. Lychę,licuit.i.permiſſum & datū eſt par uo.i.cū adhuc in vtero eſſet matris:euadere caſus ferri.i.necē per ferrum quam nunc incurrit ſenior. Nec.i.& non,& deiecit nō lon ge.ſ.ab eis iam dictis cyſſea virum illum durum.i.fortem & robu ſtum:& Gyam immanem.i.valde magnum & ferocem deiecit di co læto.i.morte eos ſternentes claua.i.baculo nodato quali vſus eſt Hercules agmina.ſ.phrygum & ethruſcorum: arma. Herculis i.qualibus Hercules vbiq; victor vſus erat nil.i.in nullo iuuere.ſ. eos & manus valide nil iuuere eos:nec Melampus genitor.ſ.eo rum & comes Alcidæ.i.Herculis: vſq;.i.ſemper dum.i.donec:ter ra præbuit.ſ. Herculi labores graues.ſ.ad domanda varia terrarū monſtra. Ecce.q.d.pręter opinionem:dum Pharon iactat.i.iactan ter effutit: voces inertes.i.friuola & inania verba: Æneas ſup.in torquens iaculum ſiſtit.i.plantat & ſtatuit ipſum clamanti.ſ.pha roni in ore.i.cum iam eſſet in ore aliter diceret in os. Tu quoq; ò cydon infelix dum ſequeris Clycium.ſ.puerum aut adoleſcētem flauentem.i.habentem flauentes malas.i.maxillas prima lanugi ne.i.rara quia pria barba appoſitorie noua gaudia.i.nouas amo rum voluptates tuas; iaceres ò miſerande ſtratus dextra Darda nia.i. ipſius Æneæ Dardani exiſtens ſecurus amorum.i.non am plius curans de amoribus quia amores iuuenum erant tibi ſem per.ſ.dum viueres iaceres inq̃ ſtratus ni.i.niſi cohors fratrum ap poſitorie progenies phorci.i.cohors filiorum Phorci qui inter ſe erant fratres: foret.i.eſſet obuia.i.obuiam veniret:ſtipata.i.condē ſata mutuo compreſſu:qui ſup.erant ſeptem numero & cōijciunt tela ſeptena.ſ.vno impetu quia ſinguli ſingula:quæ ſup.tela reſul tant.i.retrorſum ſaliunt repercuſſa irrita.ſ.effecta:partim galea.ſ. Æneæ & partim clypeo & Venus alma deflexit partim:ſtringen tia.i.leuiter cōtingentia corpus.ſ. Æneæ & Æneas ſic.ſ.oppreſſus affatur Achatem.ſ.arcigerum ſuum fidū: vt in primo fidus quę te la gerebat Achates:affatur autem dicens. Suggere.i. ſubminiſtra aggerendo mihi tela:dextera ſup.noſtra.i.non vllum:non torſe rit fruſtra in Rutulos vllum ſup.telum eorum quæ ſteterāt in cor pus graium in campis iliacis.tum.i.deinde corripit magnam ha ſtam & iacit ſupp.eam:illa volans tranſuerberat æra clypei Mæo nis & rūpit ſimul thoraca.i.munimen pectoris cū pectore: Alca nor frater.ſ.eius ſubit.i.ſuccurrit huic.ſ.Mæoni & ſuſtentat dextra fratrem ruentē haſta miſſa.ſ.ab Ænea fugit.i.propellitur ꝓtinus i.continuo:lacerto.i.brachio traiecto,& cruēta ſeruat tenorem.i. currendi modum & dextera moribūda.i.iamiā moritura pepēdit neruis.i.ꝑ neruos ex humero. Tū.i.deinde Numitor petīt Æneā iaculo rapto de corpore fratris ſed nō eſt licitū.i.permiſſum ei fi gere contra.i.econuerſo.ſ.in corpus Æneę & perſtrinxit.i.leuiter vulnerauit femur.i.coxam magnā Achatæ cuius fere cum hono rificentia meminit Poeta.

PIERIVS.

¶ Perq; ærea ſcuta.) In Ro.co.in Mediceo,& in eo qui apud me eſt,ſuta legitur,quod nequaq̃ diſplicet,quū pulchra ſit loricæ pe riphraſis, à ſuo ſuis,eodem vero vocabulo, ſed forma alia vſus eſt etiam in quarto, Georgicon.corticib.fuerint tibi ſuta cauatis. ¶ Inde Lycham ferit exectum iam matre perempta.) In Ro.cod. & aliquot alijs exſectum integris partibus. Miſſum facio codicē antiquum,in quo exemptū,legitur,ea enim paraphraſis fuit,quę cōtextui mox inſerta eſt. In Oblōgo peruetéri exēplari,& ſectum legitur quod neſcio quid leporis habere videtur,&,particula co pulatiua geminata,& ſectū iam matre perempta,& tibi phœbe ſa crum,in quod illud etiam animaduertendū in nonnullis co.anti. ſatum,non ſacrū,legi,quod non æque placet. ¶ Caſus euadere fer ri,cui licuit paruo.) Haud temere i co.ali.anti.ſcriptū crediderim. Quod licuit ea quippe de cauſa ſacrum. Quod paruo licuit ferrū euadere,quum maternus vterus exſecaretur. ¶ Nil il.her.ar.) In anti.co.nihil,& ꝓ nil valide,nec valide legitur. ¶ Ecce pharon vo ces dum iactat iner.) Ro.codex,& Oblongus. Pharo,abſq; n,ſcri bunt,vt Plato. Solo,& hmōi pleraq;,quæ apud latinos abſq; n, litera proferri,debent. Cuius rei manifeſtum vſum videas apud Statium Papinium. Stimulatq; Agamēno volentes. Sane, c. Iu lius Ro.quem Soſipater ſcriptorem diligentiſſimum appellat,di ctum à Virgilio notat,Exultat Amazon. Quanuis nullum nomē latinum,on,literis finiatur, & ideo Rhodum, & Delum accuſa tiuo dicamus. Quædam tamen eſſe inquit. Plin. Secundus, quæ ad nos vſque proprios gentis ſuæ vultus,formamq; cuſtodirent vt Pluton, Xenophon, de quo alibi. ¶ Steterant quæ in corpo re graium.) In antiquis aliquot cod.ſteterunt legitur, vt illud, obſtipui ſteteruntq; comæ. ¶ Meonis.) In antiq.cod. pleriſque cum diphthon. Mæonis. ¶ Cum pectore rumpit. ¶ In Romano codice, rupit eſt præterito tempore. In alijs Rumpit. ¶ Traie cto miſſa lacerto, Protinus haſta fugit.) Seruius, traiecto re tro acto exponit. At cur non potius tranſfoſſo,vt haſtæ impe tu lacertum intelligamus traiectum? quum ſubſequatur, dex teraq; ex humero neruis moribunda pependit.

SERVIVS.

¶ Hic curibus.) Hoc eſt tunc. Et eſt ordo, Tūc fidens primę uo corpore aduenit Clauſus Curibus:qui erat de Curibus, vt Verres Romulia. Aut fidens Curibus.vt, Ecce ſabinorū pri ſco de ſanguine magnū Agmē agens Clauſus. ¶ Rigida.) Te nens eā,nō vibrans & iaciens. ¶ Borę de gente ſupma.) Aut origine ducētes à Zeto & Ca lai,qui filij Boreæ & Orythiæ Nymphæ fuerūt: vt De gente, de

Hic Curibus fidens primęuo corpore, Lauſus
Aduenit,& rigida Dryopen ferit eminus haſta
Sub mentum grauiter preſſa,pariterq; loquentis
Vocem,animamq; rapit traiecto gutture. at ille
Fronte ferit terram,& craſſum vomit ore cruorem.
Treis quoq; Threicios Boreæ de gente ſuprema,
Et treis,quos Idas pater & patria Iſmara mittit,
Per varios ſternit caſus. accurrit Haleſus,
Auruncæq; manus:ſubit Neptunia proles,
Inſignis Meſſapus equis:expellere tendunt

genere accipi[...]s. Aut cet te in Hyperbore[...] motibus na tos: vnde eſt origō vēti Boreę. ¶ Iſmara.) Thraciæ ciuitas à mōte Iſmaro. ¶ Expellere ten dunt.) Loco ſe inuicem moue re contendunt. ¶ Limine.) Id eſt littore. ¶ Magno æthere.) Ideſt aere in magno. nam ven ti in ęthere nō ſunt,ſed in aere: ſicut ſupra, Atq; ęthera tranāt cum ſonitu pro aere. ¶ Obnixa omnia cōtra.) Mare mari, nu bes nubibus, vēti ventis. Legi tur

Nunc hi,nunc illi,certatur limine in ipſo
Auſoniæ:magno diſcordes æthere venti
Prælia ceu tollunt animis,& viribus æquis.
Non ipſi inter ſe,non nubila,non mare cedit:
Anceps pugna diu,ſtant obnixi,omnia contra.
Haud aliter Troianæ acies,aciesq́; Latinæ
Concurrunt,hæret pede pes,denſusq́; viro vir.
At parte ex alia,qua ſaxa rotantia late
Intulerat torrens,arbuſtaq́; diruta ripis,
Arcadas inſuetos acies inferre pedeſtres
Vt vidit Pallas Latio dare terga ſequaci,
Aſpera quis natura loci dimittere quando
Suaſit equos,vnum quod rebus reſtat egenis,
Nunc prece,nunc dictis virtutem accendit amaris,
Quo fugitis ſocij?per vos,& fortia facta, PAL.
Per ducis Euandri nomen,deuictaq́; bella,
Spemq́; meam,patriq́; quæ nunc ſubit æmula laudis:
Fidite ne pedibus,ferro rumpenda per hoſtes
Eſt via,qua globus ille virum denſiſſimus vrget,
Hac vos & Pallanta ducem patria alta repoſcit.
Numina nulla premunt,mortali vrgemur ab hoſte
Mortales totidem nobis animæq́;,manusq́;.
Ecce maris magno claudit nos obice pontus.
Deeſt iam terra fugæ,pelago Troiam ne petemus?

tur & obnixi: vt referatur ad ventos. Hæret pede pes.) pro pedi. Nam Antiptoſis eſt: & eſt Homeri verſiculus, ἄσπις δ' ἄσπιδ' ἔρειδε, κόρυς κόρυν, ἀνέρα δ' ἀνήρ. Arcadas.) Accuſatiuus eſt pluralis, cuius vltima ſyllaba ideo breuis eſt, quia nominatiuus pluralis in es terminatur: vt hi Arcades, vt delphines delphinas. Latio ſequaci.) Pro Latinis. alibi, Inuadũt vrbẽ ſomno vinoq́; ſepultam. Dimittere quãdo.) Siquidẽ. Et eſt Romanæ militiæ, nã in locis impeditis equos comitibus dabãt, & pedeſtri certamine confligebãt. Quo fugitis? Hoc amare dictũ eſt, nam preces ſequuntur. Deuictaq́; bella.) Finita, exhauſta. nã hoſtis vincitur, non bellum. Fidite ne pedibus.) Datiuus eſt pedibus, nã fido tibi dicimus. Hac vos & Pallanta ducem patria alta expoſcit.) Hoc vult patria vt per cædes hoſtium reuertamur. Numina nulla pmũt.) Argumentatur à facili dicens nõ contra deos, ſed cõtra mortales bella tractamus. Ecce maris.) Quod eſt efficax, in fine poſuit, nam dicit eos quo fugiãt non habere, cũ terra teneatur ab hoſtibus: mare aũt pedibus tranſire nõ poſſint: caſtra vero ingredi turpiſſimum ſit. Aut certe ẽt hoc impoſſibile, ſi ab hoſtibus obſidentur vt quidam volunt, intelligentes Et rapit acer totã aciẽ in Teucros. ſ. quã deducebat cæteris relictis. Magna claudit nos obice pontus.) Modo vſus habet vt hic obex dicamus: vnde quidam Magno obice legunt. Antiqui etiam hæc obex dicebant, ſecundum quod eſt magna obice. Hinc eſt quod nonnulli vitant generis dubietatem, & legunt Magni, ſcilicet maris. Caper tamen in libris dubij generis probat dici & hic obex & hæc obex: quod vt diximus, hodie de vſu receſſit.

DONATVS.

Hic curibus fidens primæuo.) Dum illi cum Ænea certant, ſuperueniens clauſus comitantibus viris dryopẽ haſta eminus miſſa ſub mẽtũ percuſſit: hoc eſt ſuperiorẽ gutturis partẽ. Pariterq́; loquẽtis Vocẽ, &c.) Neceſſe. n. fuerat vtrũq; ſimul auferri, quum ea pars corporis clauſa eẽt, qua vox habuit exitũ, & qua ſubſidiũ vitæ reperiebat ingreſſum. Traiecto gutture, hoc fecerat ictus fortior ferri: quod per illius guttur plena virtute trãſierat. At ille.) Hoc eſt idem ipſe, per cuius guttur tranſierat ferrũ. Fronte ferit terram.) In faciẽ hunc aſſerit cecidiſſe, quando terram frõte percuſſit, craſſum autem cruorem vomebat, vtpote ex parte adhuc viui, & ex parte iam mortui. In viuis quippe corporibus nõ congelaſcit ſanguis. In morientibus vero conſtringitur, recte igitur craſſum dixit, quod vomebat ille. Tris quoq; threicios.) Compendio vſus eſt, vt omnes ſimul poneret, & eorum exitus ſub generali ſignificatione tranſiret. Occurrit haleſus Auruncæq́; manus.) Cur iſti occurrerent dicitur. expellere, inquit, tendũt. Nũc hi, nunc illi.) Ad hoc cateruatim congrediebantur, quos altera pars nitebatur retinere ſolidũ terræ, altera ne fieret prohibebat. Certatur li. in i. Au.) Bene dixit limine prouinciæ finem maris, & initium terræ. Magno diſcordes æ. v.) Sic, inqt, illi æquis viribus inter ſe contendebant, quomodo nonnunq̃; venti animo pares & nixu ſe inuicem conantur excludere. Non ipſi inter ſe.) Non ſibi cedentibus ventis ea quoq; non cedunt, quæ ipſi flatibus ſuis ſæuiendo cõmouerint, nam nubila, ac mare dum tradebantur alijs, & è diuerſo alijs ſiſtebanrur, non cedebant vno in loco. Haud aliter Troianæ acies.) Ipſa eſt enim dimicatio fortior, quum nõ miſſilibus ſed gladijs res geritur, hanc dimicandi obſtinationem vna cauſa faciebat, quod victoria partum in eo conſtabat, vt illi contingerent terram, aut illi eam tangere non ſinerent. At parte ex alia.) In alio littoris loco deſcribit exitum habuiſſe torrentem aduexiſſe dirutas arbores, & ſaxa eo infinita traxiſſe. Arcadas vero equites nec equos inter hæc agere, nec pedeſtri contra morem ſuum

ſuum pugna certare valuiſſe, proinde in fugã cœpiſſe cõuerti & terga hoſtibus dare. hoc. n. in aduerſis eſſe ſubſidiũ ſolet, vt ſalus fugiẽdo ſeruetur, quæ dimicando non poteſt defenſare pallantem, quum hæc vidiſſet, nunc rogare eos, nõ obiurgare cœpiſſe, ne deſerta gloria paterentur anteponi fugã, & victoriam hoſtibus relinquere. Quo fugitis ſocij?) Tenuit omnia quæ morientes reuocarent, deditq́; ordinationem pulcherrimam dictis ſuis. Ait, quippe primo in loco quo fugitis? hoc eſt dicere, ad quam tenditis partem: quum omnia teneãt hoſtes per vos. nihil. n. vnicuiq; eſt tam carũ, quàm ipſe ſibi eſt: addidit, & fortia facta hortari ad aſſuetum certamen vnumquenq; , & ſemper inefficax cõtra commoduum ſuum ſatis ad implendos perſuaſionis effectus exẽpla propria virtutis cuipiam demonſtrare. Poteſt enim rurſum vincere, qui laboribus ſuis tenuit aliquando victorias, & ne facta glorioſa ludibrijs poſterioribus obruat, operã dare per ducis Euandri nomen, vt cogitantes merita ſua curarent, ne ducis ſui nomen etiam item triumphos & glorias flagitijs militaribus macularent, vltimo loco cõmẽdauit tyrocinia ſua dicẽs. Spemq́; meam patriæ, quæ nunc ſubit æmula laudis, æmulus aliquando inuidus, vt æmulus exceptum triton, aliquando imitator, vt hoc loco, & ſimillimus intelligendus eſt. Proinde, quum dicit patriæ laudis, oſtendit imitatorem ſe paternæ virtutis, non inuidum, in iſtis verbis huiuſmodi intellectus retinendus eſt, vt eum ponamus ex aperto dixiſſe, pater meus dux inſignis veſter multa bella virtute confecit, glorioſus remeauit ex omnibus, ergo filius eius, & nunc primum ductor veſter effectus, cui cum paternis triumphis certamen eſt primum non ſimilis redibit? dicit iam quid facto opus ſit. Fidite ne pedibus.) In certaminibus, inquit, bellicis ſpes omnis in dextera magis eſſe q̃; in pedibus debet. Ferro ru. p. ho. Eſt via.) Et nunc, inquit, ſi viam in patriam quęritis, rumpatur iſta per hoſtium globos, & accedentiũ ſtrages perferat, iter virtus, vt decet, inueniat, ſic conuenit vos redire cum nouo duce, ſic intrare patriã, vt qualis ſolet glorioſus incipiat. Numina nulla ptemunt.) Hęc ſupplementa ſunt perſuaſionis, nullum inuidet audentibus numẽ: vna nobis & hoſtibus naſcẽdi moriẽdiq́; conditio eſt, manus totidẽ gerimus, animæ ſunt quot illis, & nobis. Cur metuã pares? cur metuã mecũ ſimul naturę ſubiectos. Ecce maris magna.) Clauſit nos mare, negatur fugientibus terra: inueniat virtus quod neceſſitas negat, vt qui nauigare non poſſumus, Troianorum caſtra fuſis hoſtibus teneamus.

ASCENSIVS.

Hic curibus, &c.) Proſeqtur reliquã pugnę partẽ de qua re cũ propter facilitatẽ nihil dicat Dona. Ordo eſt Lauſus fidẽs primæuo corpe. i. qa erat in prĩo flore ætatis aduenit hic. i. mõ curibus: aut lauſus primęuo flore aduenit hic fidẽs ĩ curibus. i. ſabinis quos è curibus eduxerat: & ferit eminus. i. de lõge q̃ſi emiſſo telo è manu Dryopẽ. ſ. Rutulum. Haſta rigida. i. dura & difficulter flexibili, aut quã rigide tenuit & p̃ſſa. i. ĩpreſſa & ĩpulſa grauiter. i. violẽter Dryopi. ſ. ſub mẽtũ. & rapit piter vocẽ & animã loquẽtis. ſ. Dryopis: & hoc gutture, ſup. eius traiecto. At. i. ſed ille. ſ. Dryops ferit. i. cõcutit terrã fronte & vomit ore cruorẽ craſſum. Et ſup. Lauſus ſternit quoq;. i. ẽt tres threicios. i. thracios viros: de ſup̃ma. i. vltima gente. i. gñe aut progenie boreæ. ſ. venti Traciã per flãtis aut dei illius venti & ſternit tris quos, Idas pr̃ mittit. ſ. in auxilium & tris quos Iſmara ciuitas illa Thracię patria. ſ. illorum mittit, ſternit inquam per varios caſus. i. vario euentu & vario genere mortis. Haleſus occurrit. i. in occurſum properat & manus aurũcæ. i. aurũcorum qui ſunt antiquiſſimi Italiæ populi copiæ ſup. occurrunt: & Meſſapus proles Neptunia. i. filius Neptuni, ſubit. i. ſubſequitu Ordo

quitur in auxilium veniēs: exiſtēs inſignis.i.inſigniter inſtructus equis qa prius dictus eſt domitor equorum ipſi tendunt.i.contēdunt aut prętendunt expellere.ſ.aduerſarios ſuos nunc.i.aliqñ hi i.vnius partis nūc illi.i.alterius partis:certatur.ſ.ab omnibus aut ab vtriſq; ptibus:in ipſo limine.i.littore & ingreſſu auſonię.i.eius partis Italię ab Auſone dictę:ceu.i.quēadmodū venti diſcorides magno.i.ſpacioſo ęthere.i.aere tollūt.i.erigunt & cū elatiōe exercent animis & viribus ęquis.i.ęqualibus & ſup.ipſi vēti nō cedūt inter ſe.i.alter alteri:& nubila non cedunt quę.ſ.ab vtriſq; eqs viribus impelluntur:& mare.i.aqua maris non cedit,& pugna ſup. cōmittitur diu anceps.i.incertę victorię & ſtant ſup.venti obnixi cōtra omnia aut omnia.ſ.elementa ſtant obnixa.i.obnitētia contra.i.ex aduerſa parte Acies Troianæ:& acies Latinæ concurrunt haud.i.naturaliter pes.ſ.vnius aduerſarij hæret.i.coniungitur pede.i.pedi:& vir hæret exiſtens denſus viro.At.i.ſed vt.i.poſtq; Pallas.ſ.filius Euandri vidit.i.cōſpexit arcadas inſuetos inferre acies pedeſtres.i.pedeſtri pręlio certare:dare terga:latio.i.latino populo:ſequaci.i.perſecutori:vidit dico:ex alia parte:qua torrens,id eſt amnis impetuoſus intulerat ſaxa rotantia.i.obuoluta late: & arbuſta ſup.erant diruta ripis.i.cum ripis aut in ipſis ripis:quis.i. quibus arcadibus:quando.i.quandoquidem aſpera natura loci.i. qa inacceſſibilis videbatur ſuaſit.i.perſuaſit dimittere equos:ipſe accendit virtutem.i.animoſitatem eorum:nunc.i.aliquando prece:& nunc dictis amaris.i.increpatiōibus:quod vnum.i.quę vna & ſola res reſtat.i.reliqua eſt:rebus egenis.i.conſilio & ope egentib.Accendit autem dicēs:O ſocij quo fugitis:obſecro ſup.aut obteſtor per vos & fortia facta ſup.veſtra in alijs pręlijs (Solent enī duces milites ſuæ virtutis admonere vt ſimilem exhibeāt) & per nomē.i.famam & gloriam,Euandri ducis.i.qui vos duxit & per bella deuicta.i.cū victoria geſta & per ſpem meā.i.quæ eſt de me, aut quā habeo de vobis quæ ſpes mea ſubit nunc æmula.i.imitatrix:laudis patriæ.i.paternæ hoc eſt patris mei Euandri: vel quia tantū de me incipit deſperari:quantū de patre partum eſt gloriæ, aut quia tantum de vobis ſperare incipio quantum pater ſolebat: per hæc ergo obſecro:ne fidite.i.cōfidatis:pedibus.i.nolite ſpem in fuga collocare. Via eſt rumpenda.i.debet rumpi,& ſic aperiri: ferro.i.armis ferreis.per hoſtes.ſ.medios:hac.ſ.parte qua ille globus virum.i.virorum vrget denſiſſimus.i.frequētiſſimus,hac repoſcit.i.exigit & requirit patria alta.i.nobilis:& inclyta facta,vos & Pallanta.i.me ducem.ſ.veſtrum.Nulla numina.i.nullæ diuinæ poteſtates,premunt.i.opprimunt nos,quia nos vrgemur ab hoſte mortali.i.qui pōt mori vti nos.Totidē animę,& manus ſunt nobis mortales quot.ſ.hoſtibus. Ecce.i.ſi neſcitis animaduertite: quia pontus.i.mare.claudit nos magno obice.i.obiectu,& obſtaculo maris,& ita:terra deeſt iam fugę.i.non eſt quo fugiamus,locus,petetis ne Troiam pelago.i.per pelagus.

PIERIVS.

⁋Viribus hic fidens primæuo corpore Lauſus,aduenit.) In hoc membro cod.tam impreſſi,q; manu ſcripti:tam veteres,q; noui multipliciter variant. In omnibus tamen venerandę antiquitatis codic.pars illa prior eodem conſenſu legitur, hic curibus fidens, quod etiā Seruius ſubmonuit.Deinde Lauſi nomen ad hanc vſq; ætatem quorūdam omnino veterum codicum ad ſenſum admiſſum eſt:quum,Clauſus,à quo gens claudia deriuarit,ſabinorum ductor alibi nominetur à Virgilio, ecce ſabinorum priſco de ſanguine magnū agmen agens Clauſus & hic vetera quędam exemplaria. Clauſus habent. Sed interim eorum ſtuporem prætereamus,qui Numitorem Curibus populis clauſum ſtipatūq;, quod iuuentuti primæuę fideret Æneam telo petijſſe interpretatur. Sane vero quod,Aduenit,in impreſſis codici.omnibus legitur,neq; non in aliquot ex vetuſtioribus: in Oblongo illo Pomponianis delicijs.Aduolat,habetur. ⁋Occurrit haleſus.) In antiquis,obcurrit halæſus diphthon.æ.in media ſita ſyllaba,quæ tamen raro in codicibus antiquis habetur.ſed ita Græci ſcribunt huiuſmodi nomen ἁλαίσοσ abſq; etiā aſpiratione. ⁋Stāt obnixi omnia cōtra.) In antiquis oībus exempla.preſertim Vaticanis tribus legere eſt. Stant obnixa oia contra,reliqui fere oēs abraſi,in quibus, obnixi,adulterina lectione repoſitum. Nam obnixa cum Seruij quadrat interpretatione dicentiq;,Mare mari,nubes nubibus, venti ventis.Neq; vero parum me mouerit Aruſiani meſſi obſeruatio, dum Is elocutionis modum, quo obnixus contra illa dicimus, hoc exemplo probat:ſtant obnixi omnia contra,vbi de ventis dubio procul intelligit,ſi,omnia,ſit præpoſitionis appoſitum.Dici vero & obnixus huic rei ex Georgicon tertio.& Æneidos duodecimo comprobatur,arboris obnixus trunco. ⁋Dimittere quando ſuaſit equos.) In antiquis aliquot,demittere,legitur,Nam dimittere,in diuerſas partes mittere ſignificat,& dimiſſus ſenatus, quia alius alio domū quiſq; ſuam reuertens ingreditur. Iuniores tamen grāmatici volunt Demittere,deorſum mittere ſignificare, neq; vnq; accipitur pro relinquere. ⁋Patrię quę nunc ſubit æmula lau.) In Ro.co.& pleriſq; antiq.codici.laudi datiuo caſu legit. ⁋Qua globus ille virum denſiſſimus vrget.) In Ro.co.quo & vrguet.attiano more habet. Ita inferius mortali iurguemur ab hoſte. ⁋Ecce maris magno claudit nos obijce pontus.) Magno virili genere in impreſſis omnibus codicibus legas. In antiquis vero, magna,fœminino genere idq; recæpiſſe Serui.videtur,quum dixit. Quidam magno obijce legunt.aitq; nōnullos ad euitandam ambiguitatem legere malle,magni.ſ.maris,vſq; adeo vates,ſummus loquendi,ſcribēdiq; artifex,ſub ferulam,ſi deo placet,reuocatur à Grāmaticis,qui nolūt amplius hic & hęc obex dici,vt veteribus dicere conceſſum,eſt.eſt & illud adnotandum.obice,vni co,i,in antiquis codicib.ſcribi. ⁋Deeſt iam terra fugæ pelago Troiam ne petetis.) Pelago impreſſa oia legunt exemp.quū tñ in vetuſtiori.omnibus fugę pelagus,legatur,quod alij viderint,præterea pro,petetis,petemus,perſona prima in pleriſq; codi.habetur. In aliquot ex ijs,qui apud me ſunt.petamus,quod figuratius.

⁋Hæc ait,& medius dēſos prorumpit in hoſtes. POE.
Obuius huic primum fatis adductus iniquis
Fit Lagus,hunc magno vellit dum pondere ſaxum,
Intorto figit telo,diſcrimina coſtis
Per medium qua ſpina dedit,haſtamq; recæptat
Oſſibus hęrentem,quem non ſuperoccupat Hisbon,
Ille quidem hoc ſperans:nam Pallas ante ruentem
Dum furit,incautum crudeli morte ſodalis
Excipit,atq; enſem tumido in pulmone recondit.
Hinc Helenum petit,& Rhœti de gente vetuſta
Anchemolum,thalamos auſum inceſtare nouercæ.
Vos etiam gemini Rutulis cecidiſtis in aruis,
Daucia,Laride,Tymberq; ſimillima proles
Indiſcreta ſuis;gratusq; parentibus error.
At nunc dura dedit vobis diſcrimina Pallas.
Nam tibi Tymbre caput Euandrius abſtulit enſis:
Te deciſa ſuum Laride dextera quærit,
Semianimesq; micant digiti,ferrumq; retractant.

SERVIVS.

⁋Denſos prorūpit in hoſtes.) Vt eos hortaretur exemplo. ⁋Fatis iniquis.) Exitum præoccupauit futurum. ⁋Magno pondere.) Magni pōderis.vt, Ære cauo clypeum, pro æris caui. ⁋Recęptat.) Ideo frequētatiuo vſus eſt,quia hærentem haſtam oſſibus auellere facile non poterat.Ergo recęptat,ex frequenti concuſſione diuellit. ⁋Quē non ſup occupat.) Quē non deſuper occupat.ideo aūt deſuper,quia Pallas ad euellēdam haſtam fuerat inclinatus. ⁋Nam Pallas ante ruentē dū furit.) Ordo eſt, nam eundem Pallas ante excipit,ideſt dolo interimit. Ille enim incautus fuerat furens ꝑpter crudelem mortē ſodalis. vñ & incautus fuerat. ⁋Tumido ī pulmone.) Et naturaliter tumido,& quia furebat. In pulmone aūt recōdit,Archaiſmos eſt,pro in pulmonē. ⁋Rhœti de gēte vetuſta Anchemolum.) Hæc fabula nuſq; inuenitur in authoribus. Abienus tamen qui totum Virgiliū & Liuium iambicis ſcripſit,hanc cōmemorat, dicens Græcam eſſe. Rhœtus ergo Marrubiorum rex fuerat in Italia,q Anchemolo filio Caſperiā ſupduxit nouercā:hāc priuignus ſtuprauit. Quo cognito cum eū pater perſequeretur,& ad pœnam vocaret,fugiens ille,ſe ad Turnū contulit. ⁋Suis.) Etiam ſuis. Lucanus, Et amiſſum fratrem lugētibus offert. ⁋Diſcrimina.) Differentias. ⁋Tymbre.) Pro Tymber, metri cā Metaplaſmū fecit. ⁋Euādrius abſtulit enſis.) poſſeſſiuum eſt modo nō patronymicū. ⁋Semianimesq; micant digiti,ferrumq; retractāt.) Ennij eſt.vt, Oſcitat in campis caput à ceruice reuulſum. Semianimesq; micant oculi,lucēq; requirūt. Quem verſum ita trāſtulit ad ſuū carmē Varro & Tacenus.

DONATVS.

⁋Hęc ait,& medius.) Magni ſuaſoris functus eſt ptibus,primus in hoſtem

VNIVERSITA

In hoſtem contendit:& nõ extremos agminis,ſed medium agmẽ irrumpit.debuit enim primus confertos inuadere, qui diuerſæ partis globum ſuadebat eſſe rumpẽdum.Γ Obuius huic primũ.) Dicendo fatis iniquis obuius fit Lagus,oſtendit periturũ,deniq; ſubiunxit eius interitum.Γ Hunc,inquit,magno ve.d.po.ſa.) Scilicet,quod in Pallantem mitteret,vellit recte poſuit,quia terra retinebatur.Γ Intorto figit telo.) Vt pronus fuit nitens ſaxum vellere,quod in Pallantem iaceret,ſic percuſſus eſt intorto iaculo, vt perfoſſis ſpina eius & hoſtis vltima diſcrimina recępiſſet.Γ Haſtamq; recępit oſ.hæ.) Quanta ictus illius vis fuerit,hoc genere oſtenditur,quum haſta vix reducta ſit,quæ proſtrati oſſibus penitus inhęſiſſet.Γ Quem non ſuper oc.Hi.) Et Hiſbon occiſus eſt, ſed non ſuper occiſi alterius cecidit corpus.Γ Ille quidem hoc ſperans.) Ille idem hiſbon ſperabat hoc ſibi euenire poſſe.Γ Nã Pallas ante ruentem.) Quum hiſcon ſodalis orbitate perculſus amẽs fureret,Pallas ruẽtem & incautum excipit,& in eius pulmonem tumidum,enſem recondit,ſic feriuntur huiuſmodi ſecuris percuſſoribus,quo reciproca diſcrimina non timentur illis aliorſum intentis.Γ Hinc Helenum petit,&c.) Origines ſingulorum & crimina vel certe alia iccirco addidit poſtea,non quo ſint locis & tempori,neceſſaria: ſed ne ſolis nominibus longus narrationis contextus horreſcat.Γ Vos etiam gemini.) Duos quoq; fratres dicit manu Pallantis cecidiſſe,dauco patre vno editos partu,ita ſimiles vt ipſorum etiam parentum intentionem grato errore confunderent,fato quinetiam pari illorum quippe,vt vno eodemq; momento prouenit exortus ita vtrunque vnus exitus,& viuendi finis abſumpſit, nunc vtriuſq; interitum propter laudem victoris ſpeciali deſcriptione ſignauit,hoc modo.Γ At nũc dura dedit vo.diſ.pal.) Naſcendi quidem vnum,inquit,vobis extitit tempus,pares veniſtis in lucem,ſimiles corpore,viuendi quoq; conditione coniuncti,ſed genus leti diuerſum vobis Pallas inflixit,& ſeparatiõe ſuppliciorum dura fecit in ipſa morte diſſimiles. Dicit iam quõ diuerſum in ambobus ſupplicium fuit.Γ Nã tibi tymbre caput.e.ab.e.) Alter caput alter dexterã perdidit:ſed abſciſa dextera corpus vñ auulſa fuerat,quęrere videbatur.Γ Semianimesq; micant digiti.f.q;.re.) Morientes illius digiti mouebantur recuſantes ferrum,quod tenere non poterant. Tractare eſt ferrum tenere & pugnare: retractare autem reijcere & recuſare. Hæc fuit ſupplicij diuerſitas,vt vnus pœnam dederit capite, alter abſciſa obierit dextera.

ASCENSIVS.

℄ Hęc ait &c.) Eandẽ rem proſequitur & potiſſimũ in hanc partem oſtẽdit egregiam virtutẽ Pallantis. Cũ vero nihil habeamus Donati. ℄ Ordo eſt. Pallas ſup.ait hęc.ſ.ante dicta & ipſe medius prumpit in hoſtes denſos. Lagus.i.Rutulus ille adductus iniquis fatis.i.ipſum ad mortẽ vrgẽtibus fit obuius primũ.i.primo loco huic.ſ.Pallanti dum ſaxũ magno põdere.i.magni ponderis vellit i.pſternit hunc.ſ.Lagũ ipſum infigit coſtis diſcrimina.i.cicatrices telo intorto.i.introrſum torto per mediũ,ſup.ea parte qua ſpina dedit coſtis diſcrimina & recæptat.i.frequenti conamine recipit haſtam hærentem oſſibus: ſuper quem hiſbon non occupat.ſ.qa nõ potuit ille.ſ.hiſbon quidẽ.i.certe ſperans hoc.ſ.poſſe occupare Pallanta:nã Pallas excipit ante.i.prius ipſum ruentẽ exiſtentẽ incautũ:dũ furit crudeli morte ſodalis.ſ.ſui:atq; recondit enſem in pulmone tumido.i.inflato. Et ipſe petit hinc.i.poſt hos Stelenum & Anchemolum de vetuſta gente Rheti.ſ.Marrubiorũ regis. Anchemolũ inq; auſum inceſtare.i.per inceſtum polluere thalamos nouercæ.ſ.caſpiæ. Vos etiã gemini.ſ.fratres cecidiſtis in aruis Rutulis:ò Laride & tu Tymber proles Daucia.i.ipſius Dauci ſimillima.ſ.inter vos:proles inquam ſimillima & indiſcreta ſuis parentibus qui ſup.error eſt gratus parentibus. At.i.ſed Pallas dedit vobis diſcrimina.i.differẽtias mortis:dura.i.difficilia toleratu, imo intolerabilia:nam ò Tymbre enſis Euandrius.i.quem Euandri filius tractat:abſtulit tibi caput & O Laride dextra abſciſa quęrit te ſuum.ſ.fautorẽ & adiutorem:& digiti ſemianimes.i.ſemiuiui adhuc palpitantes:micant.i.viciſſim ſe mouent & retractant ferrũ.i. arma quæ deteſtantur. Ord.

PIERIVS.

℄ Hic magno vellit dũ põdere ſaxum.) In Ro.co.vellit magno. Sed quod ibidem,cum,pro,dum poſitum eſt non placet,lege vero,hunc,accuſatiuo caſu.Γ Hinc helenum petit.) In anti.pleriſq; codi.ſtelenum,habetur,vnde Librarij,ſ,&,t,in adſpirationẽ conuertere. In Roma.vero cod.ſtenelum legitur,ſed abſque aſpiratione. Id vero nomen apud græcos per.θ;notatur.σθέλενοσ.

SERVIVS.

℄ Tuentes.) Modo videntes: alibi defendentes.Γ Dolor, & pudor.) Sic de Mezentio, Æſtuat ingens vno in corde pudor,miſtoq; inſania luctu.Γ Fugientem Rhœtea.) Præter fugientem.Γ Hoc ſpatium, tantumq; morę fuit Ilo. Subaudis ad mortem, Ili hoc ſpatium fuit ſolum, & hæc ſola mora quo minus Ilus periret.Γ Teuthra.) Ab eo quod eſt hic Teuthras Teuthræ,quomodo Æneas Æneæ.Γ Tyren.) Ab eo quod eſt hic Tyres.Γ Optato.) Ideſt ex voto. Per æſtatem enim venti frequenter optantur,& quaſi contingere videntur ex voto.Γ Extenditur vna.) Sicut duces diuerſis locis commiſſa prælia continuauerãt.Γ Acies Vulcania.) Ideo abuſus eſt: quia comparatio ad bellum pertinet,nã de igne dicere aciem,ſatis incõgruum eſt, ergo acies Vulcania, vis ignis,quæ late per campos effunditur.Γ Victor.) Cui vota proceſſerunt,voti compos,id eſt ἐπιτυχὼν.Γ Ouanteis.) Abuſio eſt,nõ ꝓprietas.Γ Coit omnis in vnum.) Vnanimiter omnes fortiter faciunt.Γ Sed bellis acer.) Sed modo incœptiua particula eſt,vt in Salluſtio ſæpius,ſicut at interdũ:nã non eſt cõiunctio ratiocinãtis.

Arcadas accenſos monitu,& præclara tuentes
Facta viri,miſtus dolor,& pudor armat in hoſtes.
Tum Pallas biiugis fugientem Rhœtea præter
Traiicit,hoc ſpatium,tantumq; moræ fuit Ilo,
Ilo nanq; procul validam direxerat haſtam,
Quam medius Rhœteus intercipit,optime Teuthra
Te fugiens,fratremq; Tyren,curruſq; volutus
Cædit ſemianimis Rutulorum calcibus arua.
Ac velut optata ventis æſtate coortis
Diſperſa immittit ſyluis incendia paſtor,
Correptis ſubito medijs extenditur vna
Horrida per latos acies Vulcania campos:
Ille ſedens victor flammas deſpectat ouanteis.
Non aliter ſocium virtus coit omnis in vnum:
Teq; iuuat Palla:ſed bellis acer Haleſus
Tendit in aduerſos,ſeq; in ſua colligit arma.
Hic mactat Ladona,Pheretaq; Demodocumq;:
Strymonio dextram fulgenti diripit enſe,
Elatam in iugulum:ſaxo ferit ora Thoantis:
Oſſaq; diſpergit cerebro permiſta cruento.
Fata canens ſyluis genitor cælarat Haleſum,
Vt ſenior leto canentia lumina ſoluit,
Iniecere manum Parcæ:teliſq; ſacrarunt
Euandri:quem ſic Pallas petit ante precatus.
Γ Da nũc Tybri pater ferro,quod miſſile libro, PAL.
Fortunam,atq; viam duri per pectus Haleſi,
Hæc arma,exuuiaſq; viri tua quercus habebit.
Γ Audijt illa deus,dum texit Imaona Haleſus, POETA
Arcadio infelix telo dat pectus inermum.

Γ In ſua colligit arma.) Poſt ſcutũ ſe clauſit. Alibi, Et ſe collegit in arma.Γ Elatam in iugulum.) Iugulo ſuo vulnus minantem. Fata canens.) Quaſi diuinus. Alij Cauẽns legunt, ſecundum quod non ſtatim & diuinus:nam & ab alijs audita cauere potuerat.Γ Canentia lumina.) Aut Hypallage eſt,pro ipſe canens,aut phyſicam rem dixit. Dicuntur enim pupillæ mortis tpe albeſcere.Γ Iniecere manum parcæ.) Traxerunt debitũ ſibi. Et ſermone vſus eſt iuris.nã manus iniectio dicit, quoties nulla iudicis authoritate expectata,rem nobis debitam vindicamus.Γ Da nũc Tybri pater.) Vicinũ inuocat numẽ,circa cuius ripas bella tractantur: ſic ſupra, Tu dea: tu præſens noſtro ſuccurre labori.Γ Tua quercus.) In tuis ripis creata.Γ Audijt.) Modo exaudijt, & ad effectum deduxit. Paulopoſt tantum audijt. Vt, Audijt Alcides iuuenem.Γ Dum texit.) Dum ſpoliat. Nã tempus præſens eſt,non præteritum, ab eo quod eſt tego. Sic Plautus, Ego hũc hominẽ detexam pallio.

DONATVS.

℄ Arcadas ac.m.) Arcades,q, vt ſupra meminit,pedeſtri pugna certare nõ noſſent, Pallãtis voce ac fatis dolorẽ ſimul & ratione

Γ In

ratione pudoris accenſi ſunt,vt hoſtem,quem dudum timuerāt, perſequerētur.ecce quantum proficiunt hortamenta verborum, quum viros timiditas frangit,quantum erigit ſegnes alienæ virtutis exemplum?audiendo ducem,& adoleſcentis intuendo certamina?ipſi quoq; quaſi ſubita inſtructi anteire in hoſtem & repēte gloriam quærere didicerunt.¶ Tum Pallas biiugis.) Haſtā miſerat Pallas,vt illum percuteret:ſed eodem momento biiugis trāſibat rhœteus,quo factum eſt vt medius ipſe excepiſſet ictum in alterius eiectum interitum,teuthra accipiendum eſt,vt veteribus placuit,velut ſcutum.¶ Curruq; volutus Cedit.) Percuſſus,inqt, reuolutus eſt curru:& quum adhuc partem aliquam ſpiritus retineret,ſpacium terrę,quod eius pedibus ſubiacebat,calcibus cedere videbatur.ſemianimes enim ſic faciunt, dum aliquem adhuc dolorem ſentiunt.¶ Ac velut optato.) Quemadmodum ſolet,inquit,voto prouenire paſtori,vt adiuuentur voto incendia, quæ per agros ſparſerit,addidit & æſtatis tempus,quo nullum impedimentū ex humore incendijs ſouendis accedit.¶ Correptis ſubito medijs.) Et incenſa repente medietate ſyluarum,atq; conſumpta,extenditur per immenſam latitudinem flamma.Quia de prælijs & dimicatione loquebatur,aciem Vulcaniam dixit flammas, quæ per ſyluas diſperſę comparabantur.¶ Ille ſedens victor.) Paſtor autem ſedens & gaudens votis ſuis incēdia ſuffragari,dominari videtur & triumphare,flammas in eorum exitium,quę ipſæ deſiderauit,progredi. ¶ Non aliter ſocium.) Compleuit parabolam.ſic enim vota Pallantis iuuabantur ſociorum accedente conſenſu.¶ Sed bellis acer haleſus.) Sic enim audet,qui propria virtute confidit, vt ire non vereatur in plurimos,& contrauenientes. ¶ Seq; in ſua co.ar.) Totum ſe ſcuto communijt propter vim plurimorū.¶ Hic mactat la.ph.q; de.q;.) Illo in loco tres iſtos mactauit,ecce propter quod dixit bellis acrem ſeq; in ſua arma collectum,vt & fortem oſtenderet in dimicatiōibus,& peritum,vnus & ſolus quot mactauit?nam & hoc verbum ad exprimendam virtutem hominis additum eſt, quippe tale eſt,mactat, quale fuit, quum ſacra Æneas redderet,nam ſic poſitum eſt ibi,maxima Iuno,mactat ſacra ferens:vt oſtenderet ad vicem animalium mutorum: quæ in ſacris ſine reluctatione mactantur, inertes occiſos, nec ſolum hic, ſed multis locis inuenimus, mactat ſimiliter poſitum:quum occiſi pecora ſignificantur.¶ Strymonio dextram.) Strymonius elata manu,quum vellet gladium in haleſi iugulum figere,præuentus ab eo ipſam dexteram perdidit.¶ Saxo ferit ora thoantis,Oſſaq; diſperſit.) Non inſidijs oppetitus eſt,ſed tantum iners fuit,vt veniens ſaxum in faciem ſuam non præuidiſſet,quo ictu omne eius comminutum eſt caput,vt cum oſſibus cerebrū, ſanguisq; commixta ſint.¶ Fata canens genitor.) Cognito pater, quid haleſo filio inimica fata portarent,ſyluis abſconderat,ne interitum perimerēt.¶ Vt ſenior leto.) Sed quum ſollicitum ſenem longa ætas traxiſſet in mortem,deficiente pia cuſtodia deſtituto, intulerunt fata violentiam,quam parauerant & Euandri telis tradiderunt iugulandum.¶ Quem ſic Pallas.) Facta eſt hic nonnulla obſcuritas,quia iunxit petit,& precatur:quaſi vtrunque ad deprecationem pertineat:quod non ita eſt.Petit enim telo,dictum eſt, non verbis,ſic,inquit,eum fecit telum appetens eius ſalutē emiſſum antea precibus, vt futuro facto diuinum ꝓuideret auxilium. Quantum huic virtutis datur, vt occidi non poſſet, niſi percuſſor eius deuiaretur auxilio.¶ Da nunc Tybri pater.) Rogat Pallas regionis ſuæ deum, vt duo præſtaret,quæ mortem facerent inimici,fortunam, vt perueniet ictus, & viam hoc eſt aditum plagæ,quomodo ſupra dixit,ſeq; in ſua colligit arma.Proinde corpus tectum penetrari non poterat. ¶ Hæc arma exuuiasq;.) Arma,quibus ille ſecurus dimicat,quibusq; munitus eſt, conſecrabo arbori tuæ:hoc eſt armis atq; exuuijs eius trophæum ſuſpendam in luco tuo.¶ Audijt illa deus.) Illa ſcilicet,quæ tenuit deprecatio,ecce iam præſtatur via,vt eſſet occaſio feriendi. ¶ Dum tegit maona ha.) Quia extrema illi fata debebantur,quæ cautus ac diligens precatus erat pater,quum alium cupit à morte defendere,ſe ipſum nudato pectore opportunū tradidit morti.Ecce præſtitum eſt Pallanti,quod deprecatione complexus eſt,vt videretur nudū hominis pectus,& via,qua perire potuiſſet,& fortuna, vt ictus haberet effectum.

ASCENSIVS.

¶ Arcadas accenſos.) Commemorat ſtragem quam cum ſuis edidit Pallas:vnde Donatus.Arcades vehementer mouetur virtus alieno exemplo maxime ducis. Petit telo & precatur verbis. Hæc ille. ¶ Ordo eſt. Dolor & pudor mixtus armat in hoſtes Arcadas accenſos monitu viri,ideſt viriliter agentis Pallantis,ſcilicet & tuentes, ideſt inſpicientes præclara facta viri.Tum, ideſt deinde cum videret ſuos animatos: Pallas traijcit, ſcilicet haſta Rhœtea præter fugientem biiugis,ideſt binis equis tractis. Hoc ſpacium & tantum moræ,ideſt dilationis à morte fuit Ilo:namque ipſe Pallas direxerat Ilo,ideſt in Ilum procul,ideſt de longe haſtam validam quam Rhœteus medius,ideſt in medium occurrēs intercipit, ideſt intercurrens in ſe capit,rhœteus inquit fugiēs te ò teuthra optime.i.peritiſſime:& fugiens fratrem,ſupp.tuum: Tirē,ſcilicet nomine:& qui ſemianimis.i.fere examinatus,& volutus deiectus curru cædit calcibus,ideſt pedibus ferit: arua Rutulorum.Ac velut paſtor immittit ſyluis,ideſt in ſyluas:incendia diſperſa: & hoc ventis coortis, ideſt ſimul ortis:æſtate,ideſt per æſtatem & æſtiualem æſtum optato.i.ex voto.aut ſic: immittit optato,ideſt voto ſeu dedita opera incendia diſperſa ventis coortis æſtate,ideſt tempore ſiccitatis: acies vulcania.i.ignea hoc eſt copia flammarum:extenditur vna.i.ſimul ſubito.i.de repente:& hoc medijs.i.obſtantibus correptis,ideſt ſimul arreptis: exiſtens horrida per latos campos:ille,ſcilicet paſtor qui optato incendia immiſit:ſedens victor.i.voti compos deſpectat,ideſt deſuper aſpicit per quod ſignificatur ſedere in loco editiore flammas ouantes ideſt more ouantium ſalientes & crepitantes omnis virtus ſociū, ideſt ſociorum Pallantis:coit.i.conuenit & cōglobatur in vnum ſcilicet conſenſum & locum & iuuat te ò Palla:ſed haleſus Rutulus ille acer bellis.i.ſtrenuus bellator tēdit in aduerſos.ſ.Arcadas & colligit ſe in ſua arma.i.circunuoluit & munit ſe ſcuto ſuo hic, ſcilicet Haleſus aut hic, ideſt modo vbi ſe in hoſtes iniecerat mactat.i.occidit ſumpta metaphora à ſacrificijs. Lacona virum illū à nominatiuo hic Lacon:& pharetra:à nominatiuo phares:ſicut Darbes darheta facit:& demodocum & diripit ſtrymonio(quod hic proprium videtur nam ſi Thracium dixeris nimis confuſa eēt locutio(dexteram,ſcilicet manum enſe fulgenti,ideſt reſplendenti dexteram dixit elatam,ideſt extēſam in iugulum,ſcilicet ipſius haleſi & ferit ora thoantis ſaxo,ideſt lapide:& diſpergit oſſa.ſ.capitis: permixta cerebro cruento.i.cruore commixto aut cruoris pleno Genitor.i.pater haleſi etiam haleſus nomine ſecundum regulam Seruianam canens.i.pronoſticans ei fata aut potius cauēs ideſt euitans fata.i.fatalem neceſſitatem quæ haleſo necem minabatur cęlarat.i.occultauerat aleſum ſyluis:ſed vt.i.poſtquam ipſe ſeuior,ſcilicet pater ſoluit.i.diſſoluit leto, ideſt morte lumina canentia,ideſt pupillas albicantes inſtante morte: aut ipſe canēs ſenio;parcæ.i.deæ fatales & fatorum diſpenſatrices: iniecere manum.i.vendicarunt ſibi & traxerunt ſibi debitum & ſacrarunt.i. addixerunt telis Euandri vt.ſ.illis mactetur:quaſi ſacer.i.execrabilis:quem Pallas petit precatus ante.i.priusq; petat.i.aggrediatur eum ſic:ò thybri pater: da ferro quod miſſile.i.vt emittatur ego libro,ideſt diſtrictum teneo. fortunam.i.proſperum contactum atq; viā per pectus duri Haleſi:q̄rcus tua.i.tibi ſacra:hoc eſt tholus aut poſtis tuus habebit hæc arma & has exuuias viri. Deus.ſ. tybris audijt.i.exaudiuit illa.ſ.vota & verba Pallantis:& ita dum Haleſus texit,ideſt protexit imaona,ſcilicet conſociū ſuum: ipſe infelix dat.i.exponit,telo arcadio.i.ab arcade,ſcilicet Pallāte miſſo pectus inermum.i.ſine armis diſarmatum:dicitur etiam hic & hæc inermis & hoc inerme.

PIERIVS.

¶ Miſtus dolor & pudor armat in hoſtes.) In Ro.co.pro pudor legitur,furor.Sed.n.pudor magis placet,quia viderūt Iuuenem Pallanta ſtrenue facientem,à quo tam acriter reprehenſi fuerant. ¶ Fratremq; tyren.) In Ro.co.tyrin.qa.ſ.κτα nūc aliter ꝓnunciatur apud latinos.aliter apud græcos.τύρην enim eſt à nominatiuo τύρησ.¶ Ac velut optata vētis Æſtate cohortis.) Optata quidē in vulgatis codi.habetur.Sed enim antiqui omnes, quotquot habui,optato,legunt aduerbialiter,quod admittere videtur Seruius,dū,interpretatur,ex voto.Sed eius quoq; exēplaria paſſim corrupta ſunt.Hoc vero ita legendū,Optato.i.ex voto,per ęſtatē enim.Venti frequēter optantur,& quaſi cōtingere videtur ex voto.quod ſi optata,legas,nihil ad Seruij paraphraſin,ſed cōtrariū ſenſum habebit,vt æſtas optetur ventis ſurgētibus.Quare,optato, omnino mihi legendum videtur. ¶ Non aliter ſocium virtus coit omnis in vnum.) In Oblongo numerus ita mutatus,nō aliter virtus ſocium coit. ¶ Dextram fulgenti diripit enſe.) Non in antiquo tātum codice Romano:verum etiam in quibuſdam alijs peruetuſtis hoc legitur, deripit,per,e,ſignificat enim hoc ſeparationem, ſed aliud quid,in diripere. ¶ Oſſaq; diſpergit.) Inſtanti tempore legitur in vulgatis exemplaribus. In antiquioribus vero omnibus,quos præ manibus habuimus. Diſperſit præterito.¶ Fata canēs ſyluis genito cœlarat Alœſum.) In codicibus nō nullis,Fata cauens,legitur quod non ita Seruio ſatisfacit.¶ Haleſus.)

ſus.) In aliquot antiquis alæſus,per,æ,diphthōgum vt ſuperius dictum,& abſq; vlla adſpiratione. ¶Da nunc tybri pater.) In Roma.co.familiari errore,tybre,ſcriptum eſt. ¶Dum texit imaona.) In

In aliquot antiquis.imæona, per,æ,diphthongum legitur. Sed in pluribus,imaona. Sed neque placet,abantum, vt in Romano legitur,quum abas abantis declinetur,quare abantem,rectius.

At non cæde viri tanta perterrita Lauſus.
Pars ingens belli ſinit agmina,primus Abantem
Oppoſitum interimit,pugnæ nodumq; moramq;.
Sternitur Arcadiæ proles,ſternuntur Etruſci:
Et vos o' Graijs imperdita corpora Teucri.
Agmina concurrunt ducibusq;,& viribus æquis,
Extremi addenſent acies:nec turba moueri
Tela,manusq; ſinit.hinc Pallas inſtat & vrget:
Hinc contra Lauſus:nec multum diſcrepat ætas,
Egregij forma,ſed quis fortuna negarat
In patriam reditus:ipſos concurrere paſſus,
Haud tamen inter ſe magni regnator olympi.
Mox illos ſua fata manent maiore ſub hoſte.
Interea ſoror alma monet ſuccurrere Lauſo
Turnum,qui volucri curru medium ſecat agmen,
¶Vt vidit ſocios,tempus deſiſtere pugna: TVR.
Solus ego in Pallanta feror,ſoli mihi Pallas
Debetur:cuperem ipſe parens ſpectator adeſſe.
¶Hæc ait:& ſocij ceſſerunt æquore iuſſo. POETA
At Rutulum abſceſſu iuuenis,tum iuſſa ſuperba
Miratus,ſtupet in Turno,corpusq; per ingens
Lumina voluit,obitq; truci procul omnia viſu.
Talibus & dictis it contra dicta tyranni.
Aut ſpolijs ego iam raptis laudabor opimis,
Aut leto inſigni:ſorti pater æquus vtriq; eſt.
Tolle minas.fatus medium procedit in æquor,
Frigidus,Arcadibus coit in præcordia ſanguis,
Deſiluit Turnus biiugis,pedes apparat ire
Cōminus:vtq; leo,ſpecula quum vidit ab alta
Stare procul campis meditantem prælia taurum,
Aduolat:haud alia eſt Turni venientis imago,
Hunc vbi contiguum miſſæ fore credidit haſtæ,
Ire prior Pallas,ſiqua fors adiuuet auſum
Viribus imparibus,magnumq; ita ad æthera fatur.
¶Per patris hoſpitiū,& mēſas quas aduena adiſti, PAL.
Te precor Alcide,cœptis ingentibus adſis,
Cernat ſeminece ſibi me rapere arma cruenta:
Victoremq; ferant morientia lumina Turni.
¶Audijt Alcides iuuenem magnumq; ſub imo POE.
Corde premit gemitum,lachrymasq; effundit inanes.
Tum genitor natum dictis affatur amicis.
¶Stat ſua cuiq; dies:breue,& irreparabile tēpus IVPI.
Omnibus eſt vitæ:ſed famam extendere factis:
Hoc virtutis opus.Troiæ ſub mœnibus altis
Tot nati cecidere deum:quin occidit vna
Sarpedon mea progenies:etiam ſua Turnum
Fata vocant:metasq; dati peruenit ad æui:

SERVIVS.

¶At non cæde viri tanta perterrita Lauſus.) ſubaudis eſſe. ¶Nodumq;, moramq;.) Bene addidit Moram, ne nodū alium acciperemus. Nam Nodus, ꝓprie eſt denſa peditum multitudo: ſicut turma equitū vt lectum eſt in diſciplina militari. Nodum ergo ꝓ difficultate accipe, quæ vix poſſit reſolui. ¶Graijs imperdita corpora Teucri.) Quos Græci perdere nequerunt. Teucros aūt accipimus, quos ſecū duxit Æneas. nam ait, Quorum de numero qui ſeſe in bella ſequātur Præſtantes virtute legit. Alias non ꝓcedit paulopoſt erupturi ſūt qui obſidentur in caſtris. ¶Extremi addenſent acies.) Lucanus, Quantum pede ꝑma relato Cōſtringit gyros acies. Denſeo aūt ſecundæ coniugationis eſt. ¶Nec turba moueri tela, manusq; ſinit.) Lucanus, Gladiosq; ſuos cōpreſſa timebat. ¶Maiore ſub hoſte.) Sub hoſtilitate. Nā ſub diuerſis hoſtibus pereūt. ¶Æquore iuſſo.) Pro ipſi iuſſi: & eſt vſurpatum participiū. Nam iubeor non dicimus: vnde pōt venire iuſſus. Sic ergo hic participium vſurpauit, vt Horatius verbum, dicens, Hęc ego ꝓcurare & idoneus imperor & non inuitus. Ergo ſatis licenter dictum eſt, adeo vt huic loco Probus hic correptum à, longū poſuerit. ¶Tum.) Deinde. ¶Tyranni.) Regis ſupbi. ¶Aut ſpolijs ego iam raptis laudabor opimis, Aut leto.) Dilemma: & eſt cornutus ſyllogiſmus, argumētū quod eſt ab vtraq; pte firmiſſimum, & cōcludit aduerſariū. ¶Spolijs opimis.) Quæ dux duci detrahit, vt diximus ſupra, opima ſunt ſpolia. ¶Frigidus Arcadibus coit in p̄cordia ſanguis.) Præſagio mortis futurę. ¶Specula cum vidit ab alta.) Hoc ad currus altitudinē ſpectat: leo ad Turni violentiā atq; feritatē, & eſt ordo, Vtq; leo aduolat: talis eſt turni imago venientis. ¶Contiguum.) Poſtq̄ vidit eū veniſſe intra iactū teli.ſ.vt poſſet feriri. ¶Ire ꝑor Pallas.) Subaudis voluit. ¶Fors.) Fortuna, ꝓpter illud, Audentes fortuna iuuat. ¶Te p̄cor Alcide.) Supra contra inferiorem hoſtem, fluminis implorauit auxilium: nunc contra hoſtem maiorem viribus, deum inuocat virtute pręſtātē. ¶Cernat ſemineci.) Ad illud quod ait Turnus, Cuperem ipſe parens ſpectator adeſſet: hic dicit, Ipſe ſuum cernat interitum. ¶Victoremq; ferant morientia lumina Turni.) Donatus dicit meminerint: ſed melius eſt ſuſtineant, quaſi pondus & pœnam. nec enim meminiſſe poſſunt oculi. ¶Lachrymasq; effundit inanes.) Oſtendit euentum futurum. ¶Stat ſua cuiq; dies.) Sectis philoſophorū poetæ ꝓ qualitate negociorum ſemper vtuntur: nec ſe vnq̄ ad vnam alligant, niſi

niſi quorum hoc ꝓpoſitū eſt, vt fecit Lucretius, qui Epicureos tantū ſecutus eſt. Scimus autem inter ſectas eſſe contrarias opiniones. Vnde fit vt in vno poeta aliqua cōtraria inueniamus, non ex ipſius vitio, ſed ex varietate ſectarum. Illud nanq; quod ait in quarto, Sed miſera ante diem, Epicureorum eſt, qui caſibus cuncta concedunt. Nunc quod dicit, Stat ſua cuiq; dies, Stoicorū eſt, qui dicunt fatorum ſtatuta ſeruari. Sane prudēter fecit vt fluxam & vagā opinionē Epicureorum daret homini (nam illud ex perſona poetæ dictū) hanc aūt validam daret Ioui. nam Stoici & nimiæ virtutis ſunt & cultores deoꝝ. ¶Stat.) Fixa eſt. ¶Dies.) Tempus vitę nam fœminino vſus eſt genere. cum enim maſculino vtimur, re vera diē ſignificamus. ¶Breue tempus vitæ.) Quia quandoq; finitur: ipſe paulopoſt, Rhœbe diu res, ſiqua diu mortalibus vlla eſt, Viximus. Item Cicero, Quid eſt enim hoc ipſum diu, in quo eſt aliqđ extremū? ¶Omnibus eſt.) magna conſolatio quę oſtēdit nō eſſe dolenda cōia. ¶Sed famā extendere factis.) Cōtra illud quod occurrebat vitanda eſſe ardua ſi breuis eſt vita: dicit iō amandas eſſe virtutes, vt vitæ breuitas fama & gloriæ meritis poſſit augeri. ¶Opus.) Officium. ¶Nati deum.) Vt Achilles Thetidis, Memnon Auroræ, Aſcalaphus Martis. ¶Sarpedon.) Secundū Virgilij declinationem, vt, Notum Sarpedonis alti: Vltima habebit accentū in nominatiuo. ſm Homerū, qui & Sarpedontos & Sarpedonos facit, & vltima & penultima. ¶Etiā ſua Turnum.) Multi Etiā legūt vt ſit Ecce: & pertinet ad conſolationem. ſic ait, Periturus eſt ille q vincit. ¶Metas.) Fines. vt, His ego nec metas rerū, nec tpa pono. ¶Peruenit.) Bene ad exprimēdum celerem mortis aduētū, præterito vſus eſt tempore.

DONATVS.

¶At non cæde viri.) Nec Lauſum terruit iſtius cædis exemplum, aut agminis multitudo licet cecidiſſet vis tantæ fortitudinis, in cuius ſalute pars ingens fuerat belli, hoc eſt ſecuritas. ¶Primus abantem.) Lauſus occidit abantem, qui pugnæ tanquam obex oppoſitus impedimentorum nexus tenebat & moras propter deijciendum iſtum, qui moras & impedimenta præſtabat, ne cæteri crederentur, dixit agmina prætermiſſa: illo autem occiſo, patuiſſe in cæteros viā & omnes morarum nodos vnius interitu diſſolutos, deniq; ſequitur. ¶Sternitur ar.p.) Cum Arcadibus atq; etruſcis ſternebantur & Troiani, q ilienſis belli calamitates euaſerāt. ¶Agmina cōcurrūt.) Cōcurrere eſt, agmīa currēdo miſcere. Itē cōcurrere eſt pugnare aduerſus

aduerſus alium, & pati pugnantem. In nullo, inquit, fuerat motus, quum in exercitibus fuit æqualis virtus & in ducibus fortitudo conſimilis. ¶ Extremi denſant acies.) Qui in extremo agminis fuerant, denſabant ſe. qui enim denſi cõſtiterint, melius tuti ſunt. ¶ Nec turba moueri Tela manuſq; ſinit.) Tanta fuit multitudinis conſtipatio, vt nec manus quiſquam nec tela mouere potuiſſet. ¶ Pallas hinc inſtat & vr.) Inſtat & vrget, & ad Pallantẽ pertinet, & ad Lauſum, magna autem libra ætates eorum deſcripſit, primo non dixit quot eſſet annorum, quum natales vtriuſq; non nouiſſet: nec dixit ætatum ipſarum definitam diſtantiam, nec qs alterum numero præiret. tantorum inter ætates, inquit, amborum non plurimum fuit. ¶ Egregia forma.) Ad omnes pertinet laus iſta formę, & talis intelligi poteſt, qualis Euryali fuit: de quo dixit, & pulchro veniens in corpore virtus. ¶ Sed quis.) Hoc eſt ſed quibus. ¶ Fortuna negarat.) Ambo enim mox fuerant morituri, quod futurum icc irco prædixit poeta, quum non liceret aliter propter ordinationem carminis ſui. ¶ Ipſos con. paſ.) Quum pro ſuis partibus ſtarent, non permiſit Iupiter inter ſe confligere. ¶ Mox illos. ſ. fa.) Seruabantur enim, vt ſub hoſte a maiore procũberent. alterum enim Turnus, alterum Æneas occidit. ¶ Interea ſoror al. mo.) Dum alia gererentur, iuturna admonuit Turnũ, vt lauſo ſuccederet, qui turbidus illo tempore volucri curru mediũ agmen ſecabat. Volabat, inquit, curru & tanti agminis nullo tenebatur impedimento. Ita cedebant omnia properanti. ¶ Vt vidit ſocios.) Vidit, bis accipiendum: vt ſit, vidit ſocios, vidit & tempus, vt ad ſocios, inquit, venit & vidit, quid ageretur, ſcilicet, q̃ in præſenti eſſet, Pallas tempus opportunum nactus vt conquieſceret pugna. ¶ Solus ego in pal. fe.) Soli mihi Pallas debetur. ¶ Cuperem ipſe pa.) Solus, inquit, ibo in Pallantem. ſoli enim mihi eius debetur interitus, ego ab ipſo debitum ſupplicium petam: atque vtinam pater eius præſens eſſe potuiſſet, vt videret orbitatẽ ſuã, videret quem Troianos ſuſcipiendo contempſit. Loquitur quaſi iam ſperata perfeciſſet, vellem, ait, ipſe parens. Ipſe non dubium eſt quanta ſignificet, ipſe amator, ſcilicet hoſtis mei, ipſe, qui aduerſario meo procurauit auxilia: ipſe, qui tantum fauit inimico, vt etiam filium, quem vnicum habuit, in augmentum auxiliorũ daret. Si ſpectator adeſſet ipſe, probaret virtutem meam, ipſe ſuis oculis cerneret orbitatem ſuam, & omne generis ac poſteritatis ſuæ nomen extinctum, ipſe non audiret interitum filij ſed cerneret, vreretur videndo funus ſuum, & pœnas animo & corpore daret. Hic quoque Virgilius firmat grauiora eſſe mala, quæ perpetrantur apud videntes, aliquanto vero leuiora, quæ audiuntur. ¶ Hæc ait & ſocij.) Cum iuſſionis fine præcepta completa ſunt, ceſſerunt omnes ſocij, vt pateſieret ſpatium. ¶ At rutulum abſceſſu iuuenis.) Authoritatem iubentis ac ſuperbiam miratus eſt Pallas, quam probauit in abſceſſu rutulorum. ¶ Stupet in Turno.) Et hoc magis in Turno ſtupuit, quod ſic obſequenter auditus eſt. ¶ Corpuſq; per ingens, &c.) Inimicis oculis ſingula inimici membra perpendebat. ¶ Talibus & dictis.) Vt oſtenderet pallas verbis Turni ſe non eſſe deterritum, ſic contra reſpõdit. ¶ Aut ſpolijs ego.) Quia dixit, contra dicta tyranni talibus reſpondit, exponit in reſponſione Pallantis, quid ſit contra eius ſententiam. Turnus quippe in eo ponebat ex morte Pallantis gloriam ſuam, vt pater eius orbitatis ſupplicia penderet. Quod igitur pro magno habuit Turnus, Pallas reſpõdendo vacuauit, dixit enim duo quæ ſperantur in pugna, facere pro partibus ſuis, atque ex his quod euentus afferret laturum æquo animo patrem, quæ autẽ ſint duo ipſa cum ſuis commodis diſſerit, aut occidam te, inquit, & habebo de morte tua maximam ſpoliorum & victoriæ gloriam, aut ſi aduerſa occurrerint, ero inſignis inter cæteros viros fortes, quos conditio fortunæ aduerſantis inuenit. Certe, inquit, quicquid acciderit feret pater meus, qui ſcit eſſe glorioſum vincere, & non indecorum occumbere in campo dimicantem, quippe ille genuit virum fortem, & vtriq; fortunæ commiſit paratum animum ad omnes euentus geretis, quapropter fruſtra ſpargis minas, ac vanos inaneſq; terrores. ¶ Fatus medium procedit in æquor.) Qui in medium campum procedit, quum ſeparatus à ſuis porro accedit, oſtendit, ſe nihil metuere. ¶ Frigidus arcadibus coit in præcordia ſanguis.) Quum hoc Pallas feciſſet, obriguit ſanguis ſociorum eius, & recedens ex toto corpore ad ſingulorum præcordia reuocatus eſt, hoc vult dicere, quòd prope exanimes ſtarent. videbant enim impar fore certamen. ¶ Deſiluit Turnus bijugis.) Tanta in Turno fuerat ſpes vincẽdi certa, vt relictis curru & bijugis, quibus fidebat, pedes cominus certare maluiſſet. ¶ Vtq; leo ſpecula.) Picta per parabolam ſpecies, p̃ perſonis, & facto. ſic enim Turnus deſiluit bijugis, quomodo leo aduolat, quũ in campo viderit Taurũ p̃lia meditantem. Turnum comparat leoni, pallantem tauro, vt ex hoc iam prȩuideri poſſit cuius dicturus ſit proueniſſe victoriam, adiecit meditantem p̃lia, quia & Pallas tunc primum belli certamina cœperat meditari. ¶ Hunc vbi contiguum.) Pallas vbi p̃ceſſit, vt dictum eſt, & ſe à ſuis progrediendo diſcreuit, & medium quod inter ſe & Turnum remanſerat ſpatium ratus eſt ictui poſſe ſufficere, & hoſtem iaculo poſſe contingi, ire voluit prior, ne forte virtute imparem aliqua ratione iuuare poſſet fortuna, proinde fundendam credit precem, vt fauore rogati numinis faceret quod humana virtute, & adhuc parua complere non poterat. ¶ Per patris hoſpitium.) Non illum conuenit vt deum, ſed cõuenit vt hoſpitem patris. recepiſſe enim hoſpitio venientem ſolum, incognitum peregrinum ſuſcȩpiſſe domi ac omnem humanitatem præbuiſſe, communicaſſe menſas, vbi omnis religio amicitiaq; firmatur, quanti eſt meriti? quaſi illud diceret, quod in euidenti eſt noſcere, & ſi deus factus es meritis tuis, fuiſti tamen aliquando homo, fuiſti hoſpes patris mei, fuiſti conuiuia habes vbi vicem reddas: poſt deprecationis neceſſarium contextum ſubnectit ſummam petitionis ſuæ. ¶ Cernat ſeminecis.) Videat, ne moriens Turnus ſibi rapere arma ſanguine ſuo perſuſa, & antequã mors plena eius oculos claudat, victorem ferat, quem crediderat periturum. ¶ Audijt Alcides iuuenẽ.) Audiuit Alcides rogantem, & in quo fatis obſtantibus prodeſſe perituro non poſſet, ingemuit & fleuit, effudit inanes lachrymas, ait, quæ perituri iam iuuare non poſſent. ¶ Tum genitor natum dictis affatur ami.) Dolentem filium Iupiter conſolabatur dictis ſuis, vult Virgilius pro loco oſtendere, nullum deum contra fatorum ſententiam aliquid poſſe præſtare, quum nec Hercules prodeſſe poſſet Pallanti, nec Iupiter cuiquam ſubuenire. ¶ Stat ſua cuiq; dies.) Inducit ex generalitate conſolationem pertinentem tamẽ ad ſpecialem cauſam. Vnicuiq; ait ſtat ſua dies, hoc eſt decreta & ſemel adſcripta. Breue & in reparabile tempus omnibus eſt vitæ, atq; hoc ipſum viuendi tempus anguſto clauditur fine, & quum fuerit lapſum non poteſt reparari. ¶ Sed famam extendere factis Hoc vi. o.) Proinde quia vita hominum breuis & ſine reparatione & humana induſtria reperit, vt virtus extendat memoriam, quæ alio genere inuidente natura nõ valuit dilatari, ab exemplis auget conſolationẽ, & à maiori ad minus. ¶ Troiæ ſub. m. al.) Si, inquit, aliquid mutari poſt potuiſſet, tot deorum filij non morerẽtur in Troia. ¶ Quin occidit vna Sar.) Hȩc p̃batior aſſertio fuit quũ ipſe Iupiter, qui diuina oĩa humanaq; moderatur, & regit: dicit, ſe filio ſuo ne periret in Troia p̃deſſe nequiſſe, ac ꝑ hoc ait, nec Sarpedon illic occũberet filius meus, ſi fatorũ curſum ipſe mutare potuiſſem. ¶ Et iam ſua Turnũ.) Per occaſionẽ leti pallãtis oſtẽdit ẽt Turnũ, iam fatis vrgentibus periturũ, quũ eũ dicit ad vitæ ſuæ metas perueniſſe, quaſi hoc genere ſolaretur dolentẽ, ſi interfector pallantis mox eſſet ſecuturus occiſum.

## ASCENSIVS.

¶ At nõ cȩde &c.) In hac p̃te recitat poeta egregia Lauſi & Pallãtis facinora: & Turni cũ Pallante cõgreſſum & primo q̃ cõgreſſuri habebãt verba, de q̃bus eſt hoc Donati. Cuperẽ ipſe pater. Ipſe ſ. q amat, ipſe q inimicis meis auxilia ſubminiſtrat: ipſe à quo miſſus eſt cõtra me. Spectator q̃a grauiora ſunt q̃ videtur, q̃; quæ audiuntur. Quod leoni Turnũ & tauro Pallantẽ cõparet: iam euentũ res demonſtrat. Hȩc ille. ¶ Ordo eſt. At. i. ſed lauſus. ſ. egregius iuuenis ille filius Mezentij appoſitorie ingens pars belli: nõ ſinit i. non p̃mittit, agmina. ſ. rutulorũ perterrita ſupp. eſſe aut p̃terreri tanta. i. tam vehemẽti cȩde: viri. ſ. aleſi: aut potius cæde tanti viri legendũ eſt: nã vt tanta agmina conſtruamus non patitur metrũ: ſed ſup. ipſe p̃mus. ſ. irrũpens. interimit abantem Troianũ illum: de quo in primo. Et qua vectus abas &c. oppoſitũ pugnæ. i. qui ſuſtentaret onus ingruentiũ pugnatorũ oppoſitum dicit appoſitorie, nodũ, & moram. i. vt ſit & nodus. i. connexio peditum: & mora. i. obſtaculũ moram facturũ ingruere volentiũ. Proles. i. iuuentus & pubes arcadię. i. ex arcadia p̃fecta quȩ duce pallãte venerat ſternitur. i. p̃ſternitur & occiditur & hetruſci q cũ tarchonte venerant in auxiliũ Æneæ ſternuntur. ſ. à lauſo: & vos ô teucri corpora imperdita. i. non p̃dita graijs. i. à græcis ſup. ſternimini ab latinis & rutulis Agmina concurrunt & ducibus & viribus ȩqs. i. habentia vires & duces æquales. Extremi addenſent. i. condenſant acies. i. nec turba. i. multitudo compreſſa: ſinit. i. patitur tela & manus moueri. i. tam denſe conſtipanť vt nõ poſſint brachia mouere ad feriendum: Pallas. ſ. filius Euandri: inſtat & vrget hinc. i. ex vna parte: & lauſus. ſ. filius Mezentij: inſtat & vrget: hinc. i. ex alia parte: contra. i. ex aduerſo, nec ætas. ſ. amborum diſcrepat. i. diſtat multum, & ſup. ſunt ambo egregij forma. i. habent egregiam for/ Ordo.

mam

mam:ſed ſupp.tales:quis.i.quibus fortuna negarat reditus in patriã tamen regnator magni Olympi.ſ.Iupiter haud.i.non paſſus ſupp.eſt,ipſos cõcurrere inter ſe:ſed illos manent.i.expectãt mox i.paulo poſtea:ſua.i.propria fata.i.moriendi genera:ſub hoſte maiore:qa Pallas ſub Turno moriturus eſt:lauſus ſub Ænea,Soror alma.i.diua & nympha.ſ.Iuturna:monet,interea Turnum.ſ.fratrem ſuum:ſuccurrere Lauſo:qui.ſ.Turnus ſecat medium agmen i.quod oppoſitũ iuenit currũ volucri.i.velociter acto:vt.i.poſtq̃ ipſe vidit ſocios.ſ.contra Pallanta certantes : ait ſupp.tempus eſt deſiſtere pugnæ.i.à pugna:quia ego ſolus feror in Pallanta. Pallas.i.de pallante victoria,debetur mihi ſoli:ego cuperem,vt ſup. ipſe parens.ſ.Euander adeſſet ſpectator,Turnus inquam ait hæc. & ſocij ceſſerunt.i.diſceſſerũt,ęquore.i.à campo æquo & plano, iuſſo.i. quod eis iuſſerat derelinquere . At.i.ſed , iuuenis.ſ.Pallas miratus abſceſſu.i.per abſceſſum rutulũ.i,rutulorum.i.quia rutuli iam cito parebant:ſuperba.i.magnifica iuſſa.ſ.Turni ipſe ſtupet in Turno & voluit lumina.i.viſum,aut oculos per ingens corpus ſ.eius & obit.i.circũit aut circumuagat̃ oĩa.ſ.quæ Turnũ contingebant viſu truci.i.truculento & immiti & ipſe it.i.ingreditur & procedit contra dicta tyranni.i.ſuperbi regis,talibus.ſ.verbis:aut ergo laudabor iam ſpolijs opimis.i.de ꝓncipe hoſtilis exercitus, quę Ioui dicari ſolebant : raptis.i.detractis : aut laudabor leto.i. morte inſigni.i.clara & glorioſa pater.ſ.meus Euander:quem ſpectatorem optas eſt æquus.ſ.indifferens vtriq; ſorti.i.ſeu vincam, ſeu vincar dũmodo glorioſe & ita nihil triſte ſpectaret in me . Ea autem erant Lacędemoniorum præcæpta: vt aut vincãt aut fortiter cadant, Tolle i.amoue minas & ipſe fatus.i.locutus ſic ꝓcedit in ęquor mediũ.i.in planiciem,ſanguis frigidus,ſ.præ timore coit.i.congelatur arcadibus in præcordia.i.ad vicina cordis , vbi ſunt paſſionum ſedes . Turnus deſiluit.i.ſaliuit de biiugis.i.Bigis & apparat.i.diſponit ire pedes.i.pedeſtris cominus,ideſt vt dicũt de prope:quaſi conſerta manu.Et vt.i.quẽadmodũ leo cum vidit ab alta ſpecula.ſ.montis aut rupis:taurum ſtare procul in ſupple campis meditantem.i.animo agitantẽ prælia.i.ſe exercẽtẽ ad pręlia,& in cornu iraſcentẽ ipſe aduolat.ſ.ad ipſum taurum:haud.i. non alia,imago.i.ſpecies & ſimilitudo eſt Turni venientis.ſ.contra Pallanta. Vbi.i.poſtq̃ Pallas credidit hunc.ſ.Turnũ,fore i.ſtatim futurum eſſe cõtiguum haſtę miſſę.i.poſſe ab haſta cõtingi, ire ſupp.voluit prior:aut ire cœpit prior ſi.i.ſi forte fors adiuuet qua.i.aliqua via auſum.i.audentem:quia dictum eſt audẽtes fortuna iuuat,adiuuet dicat,dicit auſum.ſ.contendere: viribus imparibus.i.lõge inferioribus,& fatur ita ad magnũ æthera.i.ad deos cœleſtes & potiſſimum ad Herculẽ.ò Alcide.i.Hercules ego præcor te per hoſpitium patris.ſ.Euandri qui te hoſpitio accæpit : & per eas menſas quas tu adiſti aduena.i.cum ex Hiſpania externus & ignotus primum aduenires vt ſupple adſis,ideſt auxilio ſis in-

gentibus

gentibus cœptis,ſcilicet meis cernat ſupple Turnus me rapere ſibi ſemineci,ideſt ſeminecto aut necato,arma cruenta , ideſt cruore ſuo perfuſa : & lumina Turni morientia ferant.i.ſuſtineant aut pati cogãtur . victorem.ſ.me Alcides.i.Hercules audijt iuuenem ſ.Pallãta:& pręmit ſub imo corde magnum gemitum,quia exaudire non potuit:& effudit lachrymas inanes.i.non impetraturas, Tum genitor.ſ.Iupiter affatur gnatum.ſ.Herculem,dictis amicis i.amicabilibus.Cuiq;.i.vnicuiq;:ſtat.i.cõſtituta eſt:ſua.i.propria dies.i.tempus vitæ,vnde Iob conſtituiſti terminos eius qui præteriri nõ poterunt,tempus vitę:etiam lõgiſſimę:eſt omnibus breue & irreparabile.ſ.poſtq̃ ſemel elapſum eſt,ſed extendere famã factis.i.promereri claris facinoribus æternam famã hoc eſt opus virtutis.i.ad virtutem pertinens:quod à noſtris dicitur:non referre quãdiu ſed q̃ bene vixeris . Tot.i.valde multi(non enim dicit quot)gnati.i.filij deum.i.deorũ vt Achilles.Mẽnon,Aſcalaphus, Sarpedon ceciderunt.i.occubuerunt ſub altis mœnibus Troię qn ideſt quinetiam Sarpedon mea progenies.i.generatio mea:aut filius meus:cecidit vna.i.pariter cum alijs,etiam Turnum vocant, i.expectant ſua.i.debita fata:quia & ipſe occidetur:ſed ab Ænea, vt in fine operis patebit & peruenit.ſ.fere ad metas ęui dati.i.ad periodum vitæ conceſſæ.

## PIERIVS.

¶Oppoſitũ interimit pugnę.) In Ro.cod.vtraq; orationis parte integra.Interemit ſcribitur pene vltima correpta,nõ enim præteritum eſt.¶Monet ſuccurrere Lauſo.)ſuccurrere paſſim in vulgatis eſt codicibus.In pluribus vero manu ſcriptis,preſertimq́; vaticanis,ſuccedere ſcriptum animaduerti.Neq; tamẽ nuſq̃ ſuccurrere legitur.¶Tempus deſiſtere pugnæ.) In Ro.cod.pugna eſt auferendi caſu.¶Et ſocij ceſſerunt æquore iuſſi.) In Mediceo & antiquis aliquot exẽplaribus iuſſo,legitur,quod figurate dictũ agnoſcit Seruius.¶Tum iuſſa ſuperba.) In Oblongo codice,perueteri dicta , ſed iuſſa magis placet . ¶Miratus ſtupet.) Quidam codices antiqui,miratur,habent,quod non ita placet . ¶Meditantem prælia taurum.)Duo exemplaria antiquiora Vaticanæ bibliothecæ legũt,meditãtẽ in pręlia.¶Cernat ſemineci ſibi me rapere Arma cruenta Victorem ferant morientia lumina Turni.) In Oblongo cod.cernant numero multitudinis legitur cuius ſuppoſitum erit. Lumina morientia,in quo etiam,mortalia,ſcriptum eſt, ſed vt alterũ illud non improbarim,ita hoc minime recęperim,quũ, morientia magis faciat ad ſententiam.¶Lachrymasq́; effudit inanes.) In aliquot antiquis codicib.lachrumasq́; effundit immanis.ſed effudit,præteritum magis placet,poſito audijt.¶Tot nati cecidere deum.) In anti.gnati.ex Valerij frontonis diſtinctione.¶Etiam ſua Turnum fata vocant.) In codicibus aliquot, manent,legitur,ſed vocant,magis placet,quia magis facit ad conſolationem,ſi pœna non differatur,& vocant inſtare ſignificat.

¶Sic ait,atq; oculos Rutulorum reijcit aruis POETA
At Pallas magnis emittit viribus haſtam:
Vaginaq́; caua fulgentem diripit enſem:
Illa volans.humeris ſurgunt qua tegmina ſumma
Incidit,atq; viam clypei molita per oras.
Tandem etiam magno ſtrinxit de corpore Turni.
Hic Turnus ferro præfixum robur acuto
In Pallanta diu librans iacit:atq; ita fatur,
¶Aſpice nũ mage ſit noſtrũ penetrabile telum. TVR.
¶Dixerat.ac clypeum tot ferri terga,tot æris, POETA
Cum pellis toties obeat circundata tauri:
Vibranti cuſpis medium tranſuerberat ictu,
Loricæq́; moras, & pectus perforat ingens:
Ille,rapit calidum fruſtra de vulnere telum:
Vna,eademq́; via,ſanguisq́;,animusq́; ſequũtur.
Corruit in vulnus:ſonitum ſuper arma dedere:
Et terram hoſtilem moriens petit ore cruento:
Quem Turnus ſuper aſſiſtens,ſic ore profatur
¶Arcades hæc(inqt)memores mea dicta referte TVR.
Euandro:quale meruit Pallanta remitto.
Quiſquis honos tumuli,qcquid ſolamen humandi eſt
Largior:haud illi ſtabunt Æneia paruo

## SERVIVS.

¶Rutulorum reijcit aruis.) Reſpiciendo fecit partem feliciorem.vt,Aſpice nos hoc tantum,quippe quod enim Iupiter videt , admodum iuuat. ¶Reijcit.) Re naturaliter breuis eſt , & eam pro longa poſuit.Sic alibi,Reijce,ne maculis ĩfuſcet vellera pullis,quod licet poſſit excuſari : quia cum facit reieci,inter duas vocales i, poſita producit ſuperiorem, vt dicamus longam eam eſſe ſpe qua per declinationem lõga futura eſt:tamẽ quia in hac re argumentum magis eſt q̃ ratio,dicamus ectaſim factam quæ poetis plerunque conceditur.¶Fulgentem diripit enſem.) Ne iacto telo ĩermis eẽt. ¶Viam molita.)Hoc eſt cum difficultate quęſiuit:per quod & ſoliditas clypei,& minus firmus haſtæ iactus oſtenditur. ¶Num mage ſit.) Legitur & Magis eſt,vnus tamen ſenſus eſt.Sed ſi Mage legamus,propter metrum dictum eſt pro

magis;

magis:ſicut etiam pote,ꝓ potis . Perſius, Qui pote vis dicam nugaris cum tibi calue? Quod adeo in vſum venit vt etiam in proſa inueniatur.Cicero in frumẽtaria,Mage condemnatum hominẽ in iudiciũ adducere non poſſe.¶Penetrabilę.) Pro penetrale dicitur,nã quod penetrat,penetrale dicitur:quod aũt penetratur,penetrabile . ¶Cuſpis ingens.) Ita accipiendum eſt,ne incõgruũ ſit ſi de puero dixeris , ingens pectus . Sane cuſpidem abuſiue pro haſtæ mucrone poſuit. ¶Et pectus perforat.) Hic ſubdiſtinguendum eſt : vt ingens (vt ſupra diximus)ad ſuperiora poſſit referri . ¶Animusq́; ſequuntur.) Pro anima:nã animus , cõſilij eſt:anima , vitæ. ¶Referte Euandro.) Põt & hic diſtingui:poteſt & ſupra referri , vt ſit Euãdro remitto qualem meruit filium.¶Solamen humandi eſt.) Quia ſolatium eſt viuentium humare defunctos. ¶Stabunt.) Conſtabunt.

¶Paruo.)

Hoſpitia, ¶& lęuo preſſit pede talia fatus  POETA
Exanimum, rapiens immania pondera baltei,
Impreſſumq; nefas, vna ſub nocte iugali
Cæſa manus iuuenum fœdè, thalamiq; cruenti:
Quæ bonus Eurytion multo cælauerat auro,
Quo nunc Turnus ouat ſpolio, gaudetq; potitus.
Neſcia mens hominum fati, ſortiſq; futuræ,
Et ſeruare modum, rebus ſublata ſecundis,
Turno tempus erit, magno cum optauerit emptum
Intactum Pallanta, & cum ſpolia iſta, diemq;
Oderit, at ſocij multo gemitu lachrymiſq;
Impoſitum ſcuto referunt Pallanta frequentes.
O dolor, atq; decus magnum rediture parenti,
Hæc te prima dies bello dedit, hæc eadem aufert,
Quum tamen ingentes Rutulorum linquis aceruos.

¶Paruo.) Non paruo periculo. ¶Baltei.) Poteſt & Synęreſis eſſe baltei: põt & hypermetrus verſus eſſe, nam ſequẽs à vocali inchoat. Balteus aũt, in nũero ſingulari maſculini eſt tantũ generis. Iuuenalis, Balteus & tunicæ & criſtæ. In numero vero plurali, & neutri. Itẽ Iuue. Quoties rumoribus vlciſcuntur baltea. ¶Impreſſumq; nefas.) Inſculptum Danaidum nefas. Dona. tamẽ dicit impreſſum, coactũ: quod à patre cõpulſæ ſunt facere: quarũ fabula talis eſt, Danaus & Egiſtus Beli filij fuerũt: ex his, Danaus qnquaginta filias habuit, & Egiſtus totidem filios. Danaus coactus à fratre vt filias ſuas iuuenibus eius traderet in matrimonium, in ipſos nuptiarũ dies gladios virginibus dedit, quibus illæ ex pręcępto patris ſpõſos ſuos interfecerunt excepta Hypermeſtra quæ Lyceũ ſeruauit. ¶Bonus eurytion.) Laus ab artifice; vt, Mira quẽ fecerat arte Lycaon. Item, Diuini opus Alcimedontis. ¶Neſcia mens hominũ.) Quia propter hunc periturus eſt balteum, quem nunc ſe ſuſtuliſſe lætatur. ¶Sublata.) Elata. ¶Magno cũ optauerit.) Scilicet ꝑtio. Sic alibi, Et magno mercentur Atridę, & eſt ſenſus talis, Erit tempus quo Turnus optabit quouis ꝑtio redimere, ne ipſe Pallãtem occidiſſe videatur. ¶Multo gemitu.) Cum multo gemitu. ¶O dolor, atq; Decus.) Hos duos verſus pleriq; à poeta dictos volunt. Alij à ſocijs qui reportant cadauer. Dolor aũt propter hæc, Te prima dies bello dedit, hæc eadem aufert. Decus, propter hoc, Cũ tamen ingenteis Rutulorum linquis aceruos.

DONATVS.

¶Sic ait atq; oculos rutulorum reijcit aruis.) Et dictis finẽ fecit, & ad arua rutulorum reiecit oculos ſuos. quid. n. prodeſſet videre eum? cui nõ potuit ope aliqua ſubueniri? ¶At Pallas magnis.) Simul duo facit ad necem Turni neceſſaria, haſtam miſit, & eduxit vagina gladium, vt ſi haſta optatum tenuiſſet euentũ, mox illo parato mucrone plenum de hoſte ſuppliciũ reportaret. ¶Illa volans, humeri.) Haſta, quum volaret, ſic cecidit, vt per ſummas oras clypei, quæ tegebat humeros Turni, poſt aliquantulas moras viam in corpus hoſtile reperiret, non ſolum traiectis munimẽtis, verumetiam vulnerato ipſo, qui ſe plurimum præferebat. ¶Hic Turnus ferrum præfixum robur acuto In Pallanta diu librans iacit, atq; ita fatur.) Turnus, vbi ex vulneris cauſa violentior factus eſt, haſtam diu librans in pallanta iecit. Contemplatus diu vbi Pallantem opportunius ferire debuiſſet, ſimul hæc proſecutus eſt verbis. ¶Aſpice num mage ſit noſtrum penetrabile telum.) Proba, inquit, exitio tuo, cuius magis ſit penetrabile telũ, hoc eſt tuum, an meum. ¶Dixerat, at clypeum.) Haſtam dixit in ſcutum Pallantis fortiſſimo ictu proueniſſe, atq; vt melius probaret hoc ipſum, ſcuti firmitatem prius voluit noſci, quum multa, inquit, ſcutum terga habuiſſet, ęris & ferri, corioq; eſſet circundatum plurimo, ſic tamen perfoſſis omnibus & loricæ diſſolutis impedimentis pectus Pallantis quaſi nihil obſtitiſſet plena virtute pręruptum eſt, quum in medio poſuit nos ponamus in capite, & in medio, & erit nulla confuſio, quum clypeũ, quem Pallas geſtabat, tot ferri terga tot æris ambirent: quum pellis tauri toties ora eius circundaret: ſic tamen euictis omnibus ingens pectus haſta veniens patefecit. ¶Ille rapit calidum.) Exiſtimans pallas ſe ſibi auxilio fore, rapuit infixum telum corporiſue, ratus idipſum ſaluti retinendæ profuturum: ſed id factum eſt fruſtra, nam educto telo mox anima cum ſanguine effuſa eſt. ¶Corruit in vul.) Non reuolutus eſt moriens, ſed in faciem concidit. ¶Sonitum ſuper ar. de.) Quum ille corrueret, non ſolum eadem corpus eius, verumetiam ſcutum maximum ſonum dedit. ¶Et terram hoſtilem.) Ecce vbi apertius demonſtratus eſt, quia in faciem cõcidit. Occiſus. n. premebat hoſtilem terrã, cruento ore, inquit, qa vnuſquiſq; vulnere letali percuſſus etiã per os ſanguinẽ fundit. ¶Quẽ Turnus. ſaſ.) Hoc eſt ſuper quẽ aſſiſtens Turnus. ¶Arcades, hæc.) Inſultans Turnus & victorię ſucceſſu ſuperbior factus, tenete, inquit, Arcades memoria verba mea, & retenta ad Euandrum ferte, remitto ei filium ſuum, non qualem ipſe optauit, ſed qualem meruit. ¶Quiſquis honos.) Fieri non potuit, vt hoſtis & Euan-

dro

dro & Pallanti infenſus ꝓ maleſactis beneuolentiam redderet, vnde ſub imagine humanitatis, dum ſponte patri reddit occiſum, etiam patrias pœnas conatur exigere. ſupra enĩ profeſſus eſt, quid animi gereret, nam dixit, ſolus ego in Pallanta feror, ſoli mihi Pallas debetur, cuperem ipſe parens ſpectator adeſſet: quod, quia factum eſt, alio genere cupiebat impleri, vt qui cadentem filium ſpectare in campo non potuiſſet, in ſedibus ſuis poſitus videret occiſum. Leuius enim vt ſupradictum eſt, dolemus, ſi audiantur mala, grauius vero, ſi videantur. addidit, qualem meruit pallanta remitto, vt euidentius appareret nõ beneuolum illum gerere animum: ſed amari hoſtis durum immaneq; commentum. ¶Haud illi ſtabunt.) Paruis opibus rex, quæ ſunt Troianorum fœdera, quod factum eſt, mox probabit ſtare non poſſe. Hoc dictionis genere potuit intelligi, ꝙ ſpem gereret etiam Euandrũ perſequendi ſcilicet ſuperatis Troianis, & auxilijs, quę Æneæ fuerant iuncta.) ¶Et læuo præſſit pe.) Et talia locutus læuo pede corpus defuncti Pallantis preſſit rapiens ei grauiſſimi ponderis balteum: expreſſit ornatum retrahentis balteũ ſupra. ſupra balteũ enim iacebat defuncti corpus, nec extrahi potuit niſi manus intentis iuuiſſet pedibus, auxiliũ habuit ſpecies ipſa, etiam proprium pondus, quod veniebat ex auro, vnde apparuit duplicem cauſam fuiſſe rapiendi, vnam propter inſigne victoriæ, alteram propter ſpeciei meritũ, quod augebat auri taxatio, & artis induſtria. ¶Impreſſumq; nefas.) Impreſſa in auro fuit admiſſi ſceleris fabula cõtinẽs hæc. ¶Vna ſub nocte.) Magnum in hoc facto ſceleris fuit exemplum: quod vſq; adeo poetæ diſplicuit, vt acerbitatem eius diuerſis exprimat rebus. A numero, vna, inquit, à tempore ſub nocte, ab affectu iugali religioni coniuncti tanti extiterit vis, ait ergo, qui ſperaret, nocte vna & prima, qua ad cõiunctionem matrimonij perficiendam dulcior nulla eſt, ſcelus in ſponſum & iuuenes virginũ manu complere potuiſſe. Quis hoc non nefas appellet? quis ſcelus tam inſigne gentibus referat? tot valentes ætate fœmineis turpiter interemptos inſidijs, deceptos reuerentia thalami & circunuentos illic vbi amores pij non odia execranda virtutum? ¶Quę bonus Eurytion.) Cælatura, nomen eſt artis, quæ illic interuenit, vbi ſubſtantia ineſt minor, vt latitudinem non multa ſpecies, ſed ꝓducta in tenuiorem laminam veſtiat, in balteo iſto regali & cælaturæ opus concurrerat: ſed plurimo ex auro non vt in operibus ex paruo reiecta, deniq; ipſa Turno extitit cauſa rapiendi, ꝙ arte præſtaret & pondere. ¶Quo nunc tur.) Hoc, inquit, Turnus ſpolio arbitrabatur factũ ſe eſſe glorioſum, & lætabatur eo, ignarus ſuæ ſortis & fati, ꝙ iam vngeretur in mortem, quum in rebus ſecundis & in altitudinem proſperam repente ſublatis debuerit ſeruari modus, & aduerſæ quoq; fortunæ conſiderare conditionem. ¶Turno tempus erit.) Gaudebat in præſenti futuri neſcius exitus ſui, non proſperis rebus ſuis ſed inde magis, vnde lætabatur aduerſis. Faciebat hunc mentis errorem imprudentia futurorum, cæterũ imminebat iam tempus, quo idem Turnus Pallantem optaturus eſſet incolumem, ſumptibus magnis & ingẽti pretio reuocatum: quo ſpolia ipſa diemq; oderit, ipſumq; momentum, quo rapta ſunt, fuiſſet oſurus. Hæc proponendo pronunciabat poeta euaſurum fuiſſe Turnum, ſi Pallanta non preſſiſſet, aut balteo ipſius non fuiſſet accinctus. Interea ſi quæramus cauſam deſcriptæ fabulæ, quæ auro baltei tenebatur impreſſa, nulla alia coniectura occurreret, niſi quia & ipſe Turnus in cauſa non conceſſarum nuptiarum fuerat moriturus. ¶At ſocij multo gemitu.) Verus hic dolor expreſſus eſt, quum funus pallantis multo gemitu atq; vberioribus lachrymis frequentes proſecuti ſunt ſocij. ſcuto, inquit, referunt, quantus fuerat dolor? vt quo defendi incolumis ſolet, portaretur occiſus? ¶O dolor, atq; decus.) Duo propoſuit: vtriſq; reſpõdit. Dolor enim ad perſonam patris pertinet, decus vero ad memoriam mortui, qui dixerat, aut leto inſignis, & qui ſcierit gloriæ dari, ſi aduerſo vulnere cadat in bello vir fortis, deniq; ſequenti dictione ipſe aperit poeta, quid afferat dolorem: quidq; decus oſtendat. ¶Hæc, inquit, te prima dies bel-

lo dedit, hæc eadem auſert.) Pars iſta pertinet ad dolorem. ingemendum enim fuit optimę ſpei iuuenem eodem die oppreſſum, quo auſpice eſt dimicationem ingreſſus, ecce dicuntur partes gloriarum, propter maiorum conſolationem, & vt oſtẽdatur decus eius. ☞ Quum tamen ingentes.) Et ſi, inquit, acerbum eſt, ꝙ cecidiſti, dum fortiter facis, ſic tamen incurriſti vltimum fatum multis hoſtibus in aceruum ſtrage facta coniectis, addidit aceruos ingentes, vt cumularet laudem quæſitam in aduerſis ex aceruorum numero infinito & magnitudine generaliter poſita.

ASCENSIVS.

¶ Sic ait.) Recitat Pallantis necem à Turno illatam & ab eodem eiuſdem rapta ſpolia balteum videlicet eximium cadauere ſepulturæ conceſſo, In qua re & generoſitas & infelicitas Turni ſignificatur. Nam ob rapta ſpolia interficiendus eſt veniam alioqui exoratus à pio Ænea, hoc autem ſolum recæptum eſt Donati. Vna ſub nocte iugali. huiuſmodi cælatura triſte augurium detulit Turno futurum, ſcilicet vt ipſe nuptiarum cauſa eſſet periturus. Hæc ille. ¶ Ordo eſt. Iupiter ſupple ait ſic, ſcilicet ad Herculem & reijcit oculos aruis, ideſt ad arua rutulorum: hoc eſt ſimul inſpexit ad rutulos eis præſentem victoriam annuens. Signandum autem quòd reijcit primam habet communem cum naturaliter ſit breuis: vnde Priſcianus proceleumaticum ponit ibi Reijce capellas. Nam licet, ii, geminetur tamen non eſt vera poſitio At, ideſt ſed Pallas emittit haſtam magnis viribus & diripit enſem fulgentem, vagina caua, ideſt quam cauam dereliquit Illa, ſcilicet haſta volans, ideſt poſtquam volauerat: incidit ſupple in eam partem qua ſumma, ideſt ſuprema tegmina, ideſt munimenta humeri ſurgunt: atque molita eſt viam per oras, ideſt extremas circunferentias clypei: & ſtrinxit, ideſt abſtulit non nihil tandem, ſcilicet poſt varia molimina & conatus de magno corpore Turni. Turnus hic, ideſt modo ſic contactus: iacit, ideſt proijcit librans, ideſt dirigens diu, robur præfixum ferro acuto, ideſt haſtam ex robore: aut robur ipſum cui erat ferrum acutum præfixum, ideſt in parte anteriori fixum, iacit dico in Pallanta atque fatur, ideſt ſimul loquitur, ita, ideſt in hunc modum. Aſpice, ideſt attende. nun, ideſt nõne: aut an ne: noſtrum telum ſit mage, ideſt magis penetrabile, ideſt penetratiuũ dixerat, ſcilicet Turnus ac cuſpis, ideſt acies haſtæ tranſuerberat ictu vibranti, ideſt per haſtam vibrantem illato, & perforat moras, ideſt impedimenta loricę, hoc eſt munimenta pectoris: vt thoraca quibus moræ fiebant & perforat ingens pectus, ſcilicet Pallantis, vel quia egregium habuit in pectore animum: vel quia etiam corpus præſtans. Ille, ſcilicet Pallas capit, ideſt celeriter extrahit: telum calidum, ideſt haſtam calefactam ſanguine: de vulnere, ſcilicet ſuo & ſanguis & animus, ideſt anima ſequuntur, ſcilicet telum vna & eadem via, ideſt per vulnus. Corripit præter morem ſecundam ſyllabam in dictione eadem: vt (ſicut grammatiſtæ dicunt) ſubitam ſanguinis effuſionem depingeret, ſicut ille, Non eodem curſu reſpondent vltima primis, ſubitam rerum mutationem per correptionem mediæ ſyllabæ in dictione eadem ſignificauit. Ipſe Pallas corruit in, ideſt ſuper vulnus quod in pectore habuit: & arma dedere ſuper, ideſt deſuper ſonitum, & ipſe moriens, ideſt cum ſentiret anguſtias mortis ne ſcreatum aut gemitum viro forti indignum emitteret petit ore cruento, ideſt opetijt moriendo terram hoſtilem, ideſt quam occupauit hoſtis. ſuper quem Turnus aſſiſtens inquit. O Arcades vos memores referte Euandro, ideſt ad Euandrum hæc mea dicta, ego remitto Euandro, aut dicite, quia remitto ei filium ſupp. talem qualem meruit, ſcilicet remitti à me, hoc eſt mortuum qui ad me occidendum miſſus erat. Ego largior, ideſt de largitate mea, & non ex merito ipſius dono ſupple totum honorem: quiſquis, ideſt quicunque honos eſt tumuli, ideſt ſepulturæ & ſupple totum illud quicquid, ideſt quæcunqꝫ res. ſolamen humandi, ideſt ſepeliendi quod ſolamen eſt viuis non defunctis. hoſpitia Æneia, ideſt iura hoſpitalitatis cum Ænea contracta ſtabunt, ideſt conſtabunt ei haud paruo, ideſt nõ modico ſed magno, & ipſe fatus talia preſſit, ideſt obuoluit exanimem, ideſt extinctum Pallanta, ſcilicet pede leuo, ideſt ſiniſtro rapiens immania põdera baltei quo, ſcilicet ornatus erat Pallas, & nefas, ideſt nefandum facinus Danai, dum, ſcilicet ſup. erat impreſſum, ideſt inſculptum, ſcilicet manus, ideſt multitudo iuuenum, ideſt quinquaginta filiorum Ægypti cæſa, ideſt occiſo, ſcilicet à Danaidibus, ideſt à filiabus Danai: fœde, ideſt turpiter & inhoneſte, quia contra iura conſanguinitatis & affinitatis: ſub nocte iugali, ideſt quamprimum iuncti erant cum nouis nuptis, & thalami cruenti, ideſt cruore aſperſi: ſup. erant inſculpti in balteo quæ, ideſt quas res, eurycion, ſcilicet ſculptor bonus, ideſt artificioſus cælauerat, ideſt inſculpſerat: multo. i. denſo auro vnde immania pondera prius dixit quo, ideſt cuius baltei ſpolio: Turnus ouat, ideſt exultat nunc & gaudet potitus, ſcilicet eo: ſed mens hominum eſt ſup. neſcia fati. i. præordinationis diuinæ, quia ſæpe læta Principia infelicem ſortiũtur exitum: vnde irridet Plinius thraces, qui calculis albis dies bonos numerabãt: neſcientes: qui dies reuera futuri ſunt boni. & ſortis aut ſortis futuræ: & neſcia ſublata, ideſt elata & ſublimata rebus ſecundis, ideſt proſperis, ſeruare modum, ideſt menſuram, ſcilicet in eis. Tempus erit, ideſt aduenient Turno cum, ideſt quando ipſe optauerit emptum magno, ſcilicet precio, ideſt care emiſſe Pallanta intactum, ideſt ꝙ non tetigiſſet eum, & cum oderit iſta, ſcilicet pernicioſa ſibi, quibus nunc exultat ſpolia, & diem: ſcilicet qua ab ea abſtulit. At, ideſt ſed ſocij frequentes referunt ſupple cum multo gemitu & lachrymis: Pallanta impoſitum ſcuto, ſcilicet ſuo. O Palla rediture, ideſt qui rediturus es (acclamatio eſt poetæ, aut ſociorum lamentatio) parenti ſcilicet Euandro dolor atqꝫ magnum decus, ideſt exiſtens dolor quia hæc dies dedit prima bello te, & hæc eadem auſert te. ſ. bello per mortem, & exiſtẽs magnum decus quia licet auſert te, auſert tamen cum linquis ingentes aceruos. i. magnam ſtragem rutulorum. ſ. à te occiſorum.

PIERIVS.

¶ Fulgentem diripit enſem.) In Roma. codi. deripit. more ſuo, vti ſuperius. ☞ Humeris ſurgunt qua tegmina ſumma.) In nonnullis vaticanæ bibliothecæ cod. & in ijs, qui apud me ſunt. Humeri. habetur genitiuo caſu, quod magis placet: & pro, ſumma, prima legitur in Roma. cod. ☞ Tot ferri terga tot æris. Cum pellis toties obeat circundata Tauri.) In antiquis nonnullis cod. reperitur. Cum, ſiue quom, non tot, hoc pacto, dixerat At clypeum quom ferri terga tot æris. quom pellis toties obeat circundata tauri. Sed omnino melius: vt in vulgatis. ☞ Vibranti cuſpis medium tranſuerberat.) In aliquot vibranti medium cuſpis, mutato numero. ☞ Ille rapit calidum fruſtra de vulnere telum.) In Roma. legitur, de pectore. ☞ Sanguisqꝫ animusqꝫ ſequuntur.) In Roma. cod. & aliquot alijs ſanguis animusqꝫ, abſqꝫ particula copulatiua priori loco. Sed enim ea repetita in ſimilibus plena venuſtatis eſt niſi verſum etiam elangueſcere anima deficiente velimus. ☞ Corruit in vulnus.) In Oblongo codice peruetuſto Concidit, legitur. ſed corruit, maiorem habet vim. ☞ Quem Turnus ſuperaſſiſtens.) In Roma. codice verſus integer, his additis dictionibus. Sic ore profatus. Alij nugas alias addidere. ☞ Exanimum.) antiqui codices libentius Exanimem, ſcribunt per, e, vt obſeruatum ſæpe. Sed vtrunqꝫ recæptum à grammaticis. ☞ Quæ bonus Eurytion multo cælauerat auro.) Eurytion, paſſim in codicibus impreſſis habetur. Sed in antiquis, Eurytides. vno omnium conſenſu poſitum eſt, epitheton vero illud. Bonus, in manu ſcriptis exemplaribus variat, nam Oblongus codex. Mediceus, & aliquot ex ijs, qui apud me ſunt, clonus, habent, Romanus vna plus litera. clonius, alius codex peruetuſtus, comus, Sed quum Eurytides ſit Patronymici forma, Clonus, quod in codicibus emendatioribus habetur, pro nomine proprio mihi magis placet. Legẽdum igitur. Quæ clonus Eurytides. ☞ O dolor atque decus magnum rediture parenti.) In Romano codice. Parentis, quippe dolor & decus. Sed omnino magis placet parenti, acquiſitiuo caſu.

Nec iam fama mali tanti, ſed certior author
Aduolat Æneæ, tenui diſcrimine leti
Eſſe ſuos, tempus verſis ſuccurrere Teucris,
Proxima quæqꝫ metit gladio, latumqꝫ per agmen
Ardens limitem agit ferro, te Turne ſuperbum
Cæde noua quærens, Pallas, Euander in ipſis
Omnia ſunt oculis, menſæ, quas aduena primus

SERVIVS.

¶ Certior author.) Ideſt nuncius verus. ☞ Tenui diſcrimine leti.) Modico mortis interſtitio, per quod magna Pallantis virtus oſtẽditur: quo interempto omnis eſt in fugam conuerſus exercitus. ☞ Verſis.) Fugatis. ☞ Latum limitem ardẽs agit per agmen.) Ideſt facit. ſic melius, q̃ ſi dicas, latum per agmen. Ergo ſic intelligamus, aut per ordinem, aut per Hypallagem. Nã & ſupra ſic ait, Hæc ergo vaſta dabo, & lato te limite ducam. ☞ Pallas, Euander in ipſis omnia ſunt oculis.) Erat rectum, Pallas, Euander, menſæ quas aduena primus tunc adijt, dextræqꝫ datæ, In ipſis




ipſis omnia ſunt oculis. Sed pe mte ſciſſa eſt narratio, per quã animus Æneæ pturbatus exprimitur. ⁋ Inferias quos immolet vmbris.) Inferiæ ſunt ſacra mortuorum quæ inferis ſoluũtur. Sane mos erat in ſepulchris virorum fortium captiuos necari: quod poſtq̃ crudele viſum eſt, placuit gladiatores ante ſepulchra dimicare qui à buſtis cineribus buſtuarii appellati ſuut.
ὁ δ' ἐπεὶ κάμε χεῖρασ ἐναίρων,
ζωοὺσ ἐκ ποταμοῖο δυώδεκα λέξατο κούρουσ
ποινὴν πατρόκλω μενετιάδαο θανόντοσ.
⁋ Captiuo ſanguĩe.) Pro captiuorum: vt, Captiui pẽdẽt currus. Itẽ, Captiuaq́ꝫ veſtis Congeritur: & eſt vt diximus, ſpecioſus ornatus. ⁋ Mago.) Datiuus eſt vt ſupra, Illo nanque pcul. ⁋ Subit.) Subſedit. ⁋ Per patrios

Tunc adijt, dextreq́ꝫ datæ, Sulmone creatos
Quatuor hic iuuenes, totidem quos educat Vfens
Viuentes rapit, inferias quos immolet vmbris,
Captiuoq́ꝫ rogi perfundat ſanguine flammas,
Inde Mago procul infenſam quum tenderet haſtam,
Ille haſtu ſubit: ac tremebunda ſuperuolat haſta,
Et genua amplectens effatur talia ſupplex.
[Per patrios manes, & ſpes ſurgentis Iuli MAGVS
Te precor, hanc animam ſerues, natoq́ꝫ, patriq́ꝫ.
Eſt domus alta, iacent penitus defoſſa talenta
Cælati argenti: ſunt auri pondera facti,
Infectiq́ꝫ mihi: non hic victoria Teucrum
Vertitur: haud anima vna dabit diſcrimina tanta.
⁋ Dixerat. Æneas contra cui talia reddit, POETA
⁋ Argẽti, atq; auri, memoras q̃ multa talenta, ÆNE.
Gnatis parce tuis: belli commercia Turnus
Suſtulit iſta prior, iam tum Pallante perempto:
Hoc patris Anchiſæ manes, hoc ſentit Iulus.
⁋ Sic fatus, galeam læua tenet, atq; reflexa POETA
Ceruice orantis capulo tenus abdidit enſem.

patrios manes, & ſpes ſurgẽtis Iuli.) per eas pſonas rogat, ppter q̃s pcatur. ⁋ Penitus defoſſa talenta.) Multi enĩ diuitias ſuas obruebant. Vñ Horatius, Quid iuuat imenſum te argẽti põdus & auri Furtim defoſſa timidũ deponere terra? Sane melius ĩfoſa diceret, q̃ꝫ defoſſa: ad qđ eſt metri neceſſitate cõpulſus. Nã fugit dubiã ſyllabã. Hic eſt locus Homeri.
ζώγρει ἀτρέοσ υἱὲ, σὺ δ' ἄξια δέξαι ἄποινα,
πολλὰ δ' ἐν ἀντιμάχοιο δόμοισ κειμήλια κεῖται
χαλκόστε, χρυσόσ τε, πολύκμητόσ τε σίδηροσ.
⁋ Non hic victoria Teucrũ vertitur.) Lucanus, Non pondera rerum, Nec momenta ſumus. ⁋ Gnatis pce tuis.) Qui in Virgilium ſcripſit declamatiões, de hoc loco hoc ait, Improbꝰ es q aut regi dones, aut filios exheredes. Parce aũt eſt ſecun

Nec procul Æmonides, Phœbi, Triuiæq; ſacerdos,
Infula cui ſacra redimeibat tempora vitta,
Totus collucens veſte, atq; inſignibus armis.
Quem congreſſus agit campo, lapſumq; ſuperſtans
Immolat, ingentiq; vmbra tegit: arma Sereſtus
Lecta refert humeris, tibi rex Gradiue trophæum.

dum antiquos ſerua, vt apud Lucilium & Enniũ inuenitur, Gnatis parce tuis. Atqui ſupra dixit, Gnatoq; priq; : quomodo ait gnatis? Non eſt contrarium, nam liberos etiam vnũ dicimus filium, adeo vt Terentius etiam filiam liberos dixerit: vt in Hecyra, Qui illum dignum decreuerunt ſuos cui committerẽt liberos, vbi pater de filio ad vxorem loquitur. Ergo vſurpauit reſpiciens ad liberos, vt gnatos de vno diceret. ¶ Cõmercia.) Viciſſitudines, & ignoſcendi facultatem. ¶ Nec procul ęmonides.) Hoc nomen licet poſſit eſſe patronymicum quia in des exit, vt dicamus Æmonis filius: tamẽ melius eſt vt id proprium eſſe dicamus, quia nuſq; aliud nomen eius aut pręmiſſum eſt aut ſecutum. ergo ſimile eſt patronymico vt ſit Æmonides ſicut Thucydides. ¶ Inſula.) Faſcia in modum diadematis, à qua vittæ ex vtraq; parte dependent: quę plerunq; lata eſt, plerunq; tortilis de albo & cocco. ¶ Inſignibus armis.) Aſper ſic legit, & vtitur Salluſtij exemplo, qui ait, Equo atque armis inſignibus. Probus vero, inſignibus albis dicit legendum, vt veſtes albas accipiamus quę ſunt ſacerdotibus congruæ: ſicut Statius de Amphiarao dicit. ¶ Campo.) Per campum. ¶ Immolat.) Quaſi victimam, vt ille conſueuerat, nam hoc verbo ad ſacerdotis nomen alluſit. ¶ Ingẽtiq; vmbra tegit.) Aut magnitudine corporis ſui obumbrat eius cadauer. Aut ingenti vmbra. i. morte tegit: vt, In æternam clauduntur lumina noctem. Aut ingenti vmbra tegit, ſecundum vſum accipiendum eſt. i. inſultatione eum opprimit & adumbrat. ¶ Sereſtus.) Sereſtos duos intelligamus, vnũ in caſtris & vnum cum Ænea. Nam Troiani nondum erupere de caſtris, vt intelligamus eum quem ſupra dixit. Ergo duo ſunt, nec mirum, cum ipſe dixerit quod exẽplo eſſe poſſit, Aſſaraciq; duo. ¶ Lecta refert.) Proprie dixit, nam ſpolia quæ aptantur tropheis, legi dicuntur. i. eligi. ¶ Trophæum.) Declinatio latina eſt: vnde penultima habebit accentum, in numero plurali, quia trophæa dicimus ſicut Græci, nec aliquid inde mutilamus, erit in antepenultima accentus, ſicut apud Græcos.

DONATVS.

¶ Nec iam fama mali.) Hoc malum non fama, quæ ſolet nunciare nonnunq; pro veris falſa: ſed certus author & nũcius ad Æneã fideliter venit tanta maturitate, vt ipſam quoq; famam celeriter preuerteret, addebat ille nuncius. ¶ Tenui diſcrimine.) Hoc eſt inter ipſos & mortem modicum remanſiſſe moræ diſcrimẽ. ¶ Tempus verſis ſu. te.) Tempus eſſe ſuggerebat, quo verſis ſuis Æneas idem ſubuenire debuiſſet, bene temperauit verſis tempus ſuccurrere, quaſi qui ſuadebat ſubueniendum, vt eſſet metus & ſpes. facile enim extingui poſſent, ſi nullus ſuccurreret vtpote verſis, facile vero euadere interueniente maturo auxilio, quum non ad plenum fuerint ſuperati. ¶ Proxima quæq; metit. g.) Quid faceret, q properabat ad ſuos? cui dictum fuerat ſubueniendi tempus vrgere, & hoſtibus in medio poſitis tranſire non poterat? quæ igitur proxima fuerãt, metit gladio. Metere dicimus ſecare falcibus ſegetem, quæ quum abſcinditur, nõ reſiſtit, & ferro tota facile ſubiecta eſt, & iſte cædebat medios non occidendi affectu, quũ properabat: ſed ardore tranſeundi, iccirco addidit, latumq; per agmẽ ardens limitem agit ferro. Quantæ fuit virtutis pro infinita bellantium latitudine aperire cęſorum funeribus viam, & incolumẽ tranſire per medios? ¶ Te Turne ſuperbum.) Occidendus fuit ante omnes, qui illo tempore cauſas tãti doloris influxerat, bene poſitum, quærens, quum enim inter plurima, quod magis neceſſarium eſt, quæritur, negliguntur cætera, & remouentur in partem vt ad id perueniatur inueſtigando & ſcrutãdo, quod neceſſitatem inquiſitionis inuexit. Quærebat igitur Turnum occiſi Pallantis cauſa, & hunc de nouo hoc eſt exquiſito ſupplicij genere cupiebat inuenire. ¶ Pallas, Euander in ipſis Om.) Voluebat Æneas omnia in animo ſuo: ante eius oculos ſtabant vniuerſa. Primus Pallas, quem bellis immaturum miſerrimus crediderat pater, ætas adoleſcentis & ſpes, vel q vnicus ſeni. Euander pater. ſ. orbatur filio, pater in occidua ętate decępus, beneuolus hoſpes, humanus, vtilis, cõmodus largitor auxiliorum: in dando facilis, in prouidẽdo pręcipuus, menſæ quas aduena primos tunc adijt, dextręq; datę, cõicatio mẽſarum, quas ei exhibuit in Herculeis ſacris, quas adijt primus, ad quas venit incognitus, quibusq; aduena quũ veniret, exceptus eſt. Horũ quanta religio, quantũ menſis cęteris potior, quarum reuerentiã humanitas hominis & dei pręſentis teſtimonium duplicauerat? iunctarum etiam dexterarum fides, iura initæ ſocietatis amicitiæq; ſine difficultate ſuſcęptæ? Hæc oia diuiſit, ne continuata fœdarẽt dictionis ornatum, & interpoſuit, in ipſis omnia ſunt oculis nos hoc ipſum ponimus in capite, vt ordinatio illuſtriorem faciat intellectum, hoc modo, in ipſis oia ſunt oculis, Pallas, Euander, menſæ, dexrræq; datæ: vt hæc ſunt omnia, quæ ille ponebat ante oculos ſuos, & pro pręſentibus recenſebat. ¶ Sulmone creatos Quattuor.) Sulmonis filios quattuor, & vfentis totidem hoc eſt quatuor, ſicut viui fuerant, rapuit. in octo hominibus non adductis ſed raptis, quanta Æneæ virtus oſtenditur? quantũ obſequium propter honorandam memoriam mortui? hoc iccirco faciebat, vt hoſtium nece manes placaret occiſi, & captiuorũ ſanguine regis filij perfunderet flammas. ¶ Inde mago procul.) Poſtea q; illos rapuit viuos, haſtam miſit in magonẽ: ſed quum illa altior euaderet, ille per aſtutiam humilem ſe fecit, & ſuperuolante iaculo ictum, quẽ fuerat excępturus, euaſit. ¶ Et genua amplectens ef. t. ſu.) Et quum tranſmiſſa haſta Æneam in totum euadere non potuiſſet, ad genua eius cum huiuſmodi prece confugit. ¶ Per patrios manes.) Duo deprecatiõis commoda tenuit, patris memoriam, & ſpem filij ſurgentis, alterum, quod conſecratum eſſe apud Æneam debuit pium, petiturus autem pro ſe etiam filij ſui nexuit cauſam, propter quem viuere cupiebat, recte ſimilibus perſonis principia petitiõis induxit, ſi peperceris, inquit, mihi ſeruabis me & filium meum, perindeq; non vnum, ſed duos. Ecce rogabat eũ, cui filius eſſet, & noſſet quomodo poſſet exoriri detrimentum, ſi filius perderet patrem: vel quid boni, ſi liberari meruiſſet. Verum ne ſolæ preces impetrationem obtinere non poſſent, promittit & præmium. ¶ Eſt domus alta.) Hoc eſt locuples & magnarum diuitiarum: magna ars dicẽdi, vt promiſſurus pretium pro conſeruatione ſanguinis ſui primo in loco oſtenderet eẽ docendi ſubſtantiam. fruſtra enim promittitur, vbi non ſuppetit, quod impendi poſſit, aut debeat in eo ipſo, quum dici potuiſſet, ſed non tanta facultatum copia eſt, quæ redemptionem congrua largitione poſſit implere, addidit. ¶ Iacent penitus de.) Et obrutũ dixit, vt magnam materiæ oſtẽderet copiam, & ab arte duxit laudem, vt pulcherrimũ demonſtraret. ¶ Sunt auri pondera. ſ. Infe.) Hoc eſt in ſpeciebus & maſſis, de modo ac pondere nihil dixit, vt generalitas tantum coniecturæ tribueret, quantum forſitan depoſita non haberent. ¶ Hon hic victoria Teucrum.) Rationabilis perſuaſio & complexa omnes partes, quæ ad optatos poſſent exitus prouocare. prima humanitatis fuit. ſequens, quæ ſponderet ex diuitijs affluentibus commodum, quid ergo, ſi parcere, & ſumere incommodum fuit? occurrit deprecans & ait, victoria tua non vnius nece conficietur, nec in vno conſiſtunt, quæ è diuerſo metuẽda ſunt. ¶ Dixerat.) Finẽ ille ſuis precibus fecerat. ¶ Æneas contra.) Quum dicit, contra, oſtendit, non eſſe preces rogãtis admiſſas. ¶ Argẽti atq; auri me.) Admiranda rñſio pro perſona eius qui eo tempore nulli decreuerat eſſe parcendum, propter Pallantis vltionem, & commodum victoriæ ſuæ. Illud enim, quod promittebatur, ad victores cum ipſa victoria erat tranſiturum, proinde ſic incœpit, diuitias tuas parce liberis tuis, hoc ſerua. inde eni parci dicuntur, qui non multum erogant, quia, quod habuerint ſeruãt, nam & ſalem parcum Virgilius idem dixit alio loco, quia tradita ſibi cuſtodit, ait enim, Vt parco ſale contingunt, hyemiq; reponunt. ¶ Belli commertia Turnus.) Humanitatem, inquit, poſcis, quæ inter partes ſolet aliquãdo præſtari: ſed iſtam mihi tuus ille ſuſtulit Turnus, & inhumanitatem plenam morte Pallantis docuit, ſæuire non erat meum, ſed fuit miſereri promptiſſimum mihi, ſed magiſterio partis veſtræ didici, quod mihi non dedit natura naſcenti: factus ſum, quod non eram, & in contrarium eſt, quod aliquando præſtabam. ¶ Hoc patris Anchiſæ.) Magis hoc factum placebit manibus patris mei, placebit & filio. Ex hoc eni facto ad vtrunq; peruenit gratia, ſi orbitas Euandri vindicetur, & interitus Pallantis. ¶ Sic fatus galeam leua tenet.) Vbicunq; ponit enſem vſq; ad capulum in corpus hominis verſum, tractum ſignificat facientem. ¶ Nec procul æmonides.) Non longe à Magone æmonides apparuit, quem dicit phœbi & triuiæ fuiſſe ſacerdotem, quẽ quis eſſet prodebat habitus capitis, vittas quippe geſtabat, quas non niſi ſacerdotes habere conſueuerunt, fuit idẽ etiã armis & veſte conſpicuus. ¶ Quem congreſſus agit. c.) Exagitatũ & lapſum immolauit, pulchre nõ occiſum ſed immolatum dixit alludens ex officio à nomine ſacerdotis. ¶ Ingentiq;. v. te.) Quia

dixit

dixit Æneam ſuper lapſum conſtitiſſe, dixit iacentis corpus percuſſoris ſui vmbra cõtectum. ℞ Arma ſereſtus Lecta re.) Ecce ſi arma, inquit, ſuſtulit ſereſtus non cupiditate quæſtus, ſed vt armati bellorum deo trophæa oſtentatione ſacraret: vtpote quia ſupradictum eſt. Totus collucens veſte atq; inſignibus armis, perindeq; digna, quæ viderentur in templo, atq; ita temerarius, qui immemor officij ſui Apollinem dianamq́; deferens, proceſſit in campum, morte pœnas exoluit, & templum dei bellatoris ſui exſpolijs ornauit.

ASCENSIVS.

¶ Nec iã fama mali.) Docet quõ Æneas audita morte Pallãtis & fuga ſuorũ accelerauit obuios quoſq; interimẽs. in quorũ mortis cõmemoratiõe aliquantiſper ĩmoratur poeta. Dona. aũt ſunt verba. Metit ſicut qui metit facile ſecat ſegetes & obſtãtia mouet: ſic Æneas facile cędebat qui obſtabãt. ℞ Quatuor ſulmone creatos: mira virtus hõis qui tãta facilitate tot viuẽtes hoſtes rapiat. Hæc ille. ¶ Ordo eſt, Nec iam fama. i. rumor incertus tãti mali: ſed auctor. i. nuncius certior aduolat Æncę. i. ad Æneã ſuos. ſ. Ænęę ſocios eẽ ſup. in tenui. i. modico diſcrimine. i. differentia & diſtantia mortis. & tp̃s ſup. eſſe, ſuccurrere pro ſuccurrendi: teucris verſis. ſ. in fugam, & ita ipſe metit. i. quaſi metẽs falce herbas interſecat & amputat proxima quæq;. i. quæcunq; proxima erant aut prima occurrebant, & ipſe ardens. i. furore excandeſcens & cæde feruẽs agit ferro limitem latum per agmen. ſ. hoſtium quęrens ò Turne te ſuperbum. i. ſuperbientem: noua. i. inſolita & magna cæde. ſ. Pallantis. Pallas. Euander mẽſę quas ipſe aduena. i. cũ adueniret adijt tunc primus, & dextræ. ſ. amicitiæ & fidei datæ. ſ. Euãdro & ab eo receptę: omnia. ſ. hęc ſunt in oculis videlicet Æneæ. i. hæc omnia conſiderat & animo cõplectitur. Ipſe capit in hmõi ardore: quatuor iuuenes creatos ſulmone, & totidẽ quos vfens educat. i. tollit hoc eſt ẽt quatuor filios vfentis: capit dicit viuẽtes. i. viuos nõ occidens adhuc eos quos. i. ideo vt eos immolet, vmbris. i. manibus præcipue Pallantis inferias. i. vt ſint ſacra mortuorũ, & ſup. quorum. ſ. vt eorum hoc eſt vt perfundat, flãmas rogi. i. pyrę incenſæ, in qua Pallas concremabitur, ſanguine captiuo. i. captiuorum. Inde. i. deinde ipſe contenderat mago. i. in magum virũ illũ procul. i. de longe haſtã infenſam. i. valde offenſam aut inferẽtem vim. Ille. ſ. magus vidẽs haſtã venientem ſubit. i. ſubinfert ſe ac appropriat ſub haſtam: aſtu. i. fraude & verſutia, ac haſta tremebunda ex forti. ſ. impulſu ſuperuolat. i. volat ſupra ipſum nec contingit: & ipſe magus ſupplex amplectens genua in quibus. ſ. ſedes miſericordiæ eſt. affatur. ſ. Æneam talia. Ego precor te per manes patrios. i. patris tui Anchiſæ. vnde laus eſt Æneæ q; hoſtes de eo ſolliciti ipſius genus didicerant, & per ſpes Iuli ſurgentis. ſ. ad gloriã & imperiũ, vt ſup. ſerues nato. i. filio vnico & patri. ſ. mihi hãc animã meã qua ablata etiã filius prę dolore moriturus eſt, domus alta eſt ſup. mihi Talẽta. i. magna pondera: argenti cælati. i. ſculpti vt in poculis iacent. ſ. mihi defoſſa penitus. i. pene intus in hac. ſ. alta domo: & pondera auri ſacri. i. tam mundi vt ſacri aut execrabilis (ſicut in tertio, Auri ſacra fames) & infecti. i. nondum effigiati nec ſignati victoria teucrum. i. teucrorum non vertitur. i. immutatur nec trãsfertur hic. i. in hac re, hoc eſt ſi me ſaluas vna anima. i. vnius hominis vita: non dabit tanta diſcrimina. i. tantas differentias vt ea ſalua victi cenſerentur: quia ea extincta victores ſint. Dixerat. ſ. magus, cui Æneas reddit contra. i. reſpondet talia, parce. i. conſerua tuis natis. i. liberis talenta argenti & auri, quę tu memoras multa. Turnus ſuſtulit prior iſta. i. iſtiuſmodi cõmercia belli, vt. ſ. caput auro redimas: vbi ille & vitam & aureum balteũ abſtulit Pallanti iam tum Pallante perempto. i. ſimul ac Pallãta interemit, Manes patris Anchiſæ ſup. ſentiunt hoc. i. vt ſimiliter faciã, & Iulus ſentit hoc, ipſe fatus ſic tenet galeã leua: atq; addit enſem capulo tenus. i. vſq; ad capulum. i. manubrium quo capitur ſup. in ceruice reflexa. i. incuruata orantis. ſ. magi. Nec procul ſup. abeſt. Hemonides vir ille ſacerdos Phœbi. i. Apollinis & triuiæ. i. Dianæ cui inſula & faſcia redimibat tempora. i. coronam capitis: vitta ſacra. i. ſacerdoti conſecrata: adeſt inquam: collucens totus veſte. ſ. inſignibus albis quem. ſ. Hemonidem Æneas cõgreſſus. i. congrediens, ipſe agit. i. fugat & perſequitur: campo, & quem immolet ſuperſtans lapſum. i. ſtans ſuper lapſum, & tegit. ſ. cadauer eius ingenti vmbra. ſ. ſui, inclinans ſe ex aduerſo ſolis ſuper eum collucentem, vt dictum eſt, ſereſtus. i. Troianus alter ab eo, qui in caſtris adhuc erat verum non ſereſtus, ſed ſegeſtus dictus eſt in caſtris eſſe, refert humeris arma. ſ. illa inſignia lecta. i. collecta trophęum. i. in trophęum & vt ſuſpendat trophęum tibi ò gradiue. i. mars. Nam thracum lingua, gradiuus dicitur.

PIERIVS.

¶ Tempus verſis ſuccurrere teucris.) In Romano codice hoc ẽt loco, ſuccedere, legitur, vti ſuperius, ſuccedere Lauſo. ℞ Menſę q̃s aduena primus tunc adijt.) In Romano codice, primum, in alijs quibuſdam, primas, idem tamen facit primus, ſed figurate. ℞ Inde mago procul infenſam quum tenderet haſtam.) Varia verſus huius lectio eſt apud codices antiquos. Impreſſi vero vulgatiq́; omnes conueniunt in epitheto, infenſam. Sed in Romano infeſtam eſt, præterea cum tenderet. vulgo legitur. Sed in Romano, contorſerat, Oblongus vero, atq; aliquot alij eadem forma, vnica dictione, contenderat, tu vero videris, ſiue, cum tenderet, ſiue per interpoſitionem: Procul infenſam contenderat. Legi placeat vtrum mago ſit datiui caſus. vt Serui. putat. ℞ Capulo tenus abdidit enſem.) Romanus codex, Mediceus, & aliquot alij admodum vetuſti legunt, applicat enſem. ℞ Nec procul æmonides.) In codi. aliquot antiquis huic nomini aſpiratum eſt. ℞ Inſula cui ſacra redimibat tempora vitta.) Roma. ille codex ſecretior ſacro legit, pro ſacerdoti. Pręterea ſunt, qui redimeibãt. per ei. in pene vltima ſcribãt: quod ego nuſquã in his codi. antiquis obſeruaui. Sed recte fieri, ex frequenti ſcriptione huiuſmodi, quæ in antiquorum monumentis paſſim inſpicitur: & ex Lucillij inſtituto ſuperius oſtendimus. ℞ Tibi rex gradiue Trophæum.) In compluribus ex his veteribus codicibus tropæum, abſque aſpiratione legitur: & ita ſcribendum eſſe cenſent pleriq; viri doctiſſimi: eiuſq́; inſcriptionis vſus in veterum monumentis non vno apparet loco.

Inſtaurant acies Vulcani ſtirpe creatus
Cæculus, & veniens Marſorum montibus Vmbro.
Dardanides contra furit, Anxuris enſe ſiniſtram,
Et totum clypei ferro deiecerat orbem,
Dixerat. ille aliquid magnum, vimq́; affore verbo
Crediderat, cœloq́; animum fortaſſe ferebat,
Caniciemq́; ſibi, & longos promiſerat annos.
Tarquitus exultans contra fulgentibus armis,
Syluicolæ Fauno Dryope quem nympha crearat,
Obuius ardenti ſeſe obtulit: ille reducta
Loricam clypeiq́; ingens onus, impedit haſta.
Tum caput orantis nequicqaum, & multa parantis
Dicere, deturbat terræ, truncumq́; repente
Prouoluens, ſuper hæc inimico pectore fatur.
Iſthic nunc metuende iace: non te optima mater
Condet humi, patrioue onerabit membra ſepulchro:
Alitibus linquere feris: aut gurgite merſum
Vnda feret, piſceſq́; impaſti vulnera lambent.
[Protinus Antheũ, & Lycã, pria agmina Turni, POE.

Virgi.

SERVIVS.

¶ Inſtaurãt acies Vulcani ſtirpe creatus Cęculus.) κατὰ τὸ σιωπώμενον. Nam ante fuſas accipimus, ex eo quod dixit Inſtaurant. ℞ Vulcani ſtirpe creatus.) Notandũ ſtirpem de patre dictã, cũ ſemper de lõga generis ſignificatione dicatur. ℞ Dardanides.) Patronymicũ à maioribus. ℞ Dixerat ille aliquid magnum.) Prouerbialiter dictum eſt, ac ſi diceret, nõ mirum ſic occiſum eſſe eum, qui ſibi plurimum arrogabat. ℞ Cœloq́; animum fortaſſe ferebat.) Forte exæquauerat cœlo, vt de Ænea, Drances qbus cœlo te laudibus æquẽ. ℞ Syluicolæ Fauno Dryope quem nympha creauit.) Faunus hoc loco quidã ruſticus intelligendus eſt: non deus, ſicut ſupra Anxyrus, quem legimus Ioue: nonnulli etiam nympham nõ deam volunt; ſed Gręce ſponſam dictam, ne incredibile ſit ex duobus numinibus pcreatum eſſe mortalem, quãquam hæc numina ſecundum Ariſtotelem aliqñ moriantur. ℞ Ille reducta.) Ideſt lõga. vt, Interea videt Æneas in valle reducta. Et intelligimus protẽta haſta Tarquiti arma eſſe impedita. Alij reducta, retroacta dicũt quod nõ pcedit. ℞ Iſtic, nũc.) Sarcaiſmos eſt hoſtilis irriſio. Eſt autem Home. verſus.
ἐνταυθοῖ νῦν κεῖσο μετ' ἰχθύσιν οἵ σ' ὠτειλὴν
αἷμ' ἀπολιχμήσοντ' ἀκηδέες.
℞ Patrio ſepulchro.) Etiã hinc apparet Faunum hoĩem fuiſſe. ℞ Impaſti.) ita auidi, vt ſemper credantur impaſti, ſicut de Harpyis dixit, Et Pallida ſemper Ora fame. quaſi fame. ℞ Auſonidum.) Pro Auſonidarum: ſi-

Perſequitur,fortemq; Numam,fuluumq; Camertem
Magnanimo Volſcente ſatum,ditiſſimus agri
Qui fuit Auſonidum,& tacitis regnauit Amyclis,
Ægæon qualis,centum cui brachia dicunt,
Centenaſq; manus,quinquaginta oribus ignem,
Pectoribuſq; arſiſſe:Iouis cum fulmina contra
Tot paribus ſtreperet clypeis,tot ſtringeret enſes.
Sic toto Æneas deſæuit in æquore victor,
Vt ſemel intepuit mucro,quin ecce Nyphei
Quadriiuges in equos,aduerſaq; pectora tendit,
Atq; illi longe gradientem,& dira frementem
Vt videre,metu verſi,retroq; ruentes,
Effunduntq; ducem,rapiuntq; ad littora currus.

aut deum pro deorum.nã Auſonidum à genere fœminino venit,vt hæc Auſonis,hę Auſonides. Auſonidarũ vero venit ab eo quod eſt hæc Auſonida huius Auſonidæ. ⸿Tacitis regnauit Amyclis.) Inter Caietam & Tarracinam oppidum conſtitutum eſt à Laconibus, qui comites Caſtoris & Pollucis fuerunt: & ab Amyclis ꝓuinciæ Laconicę ciuitate ei indictũ nomẽ eſt Lacones. Itaq; iſti cum ſm Pythagoreã ſectã à cæde omnium animaliũ abſtinerent(Vñ Iuuenalis à cunctis animalibus ſe abſtinuit)q tanq̃ hoĩem,& ex vicinis paludibus natas ſerpentes occidere neſas putarent,ab iiſdẽ interempti ſunt.Vnde Amyclas tacitas dicit,ideſt Pythagoreas,nã Pythagorica virtus eſt quinquẽnale ſilentium.Eſt & alia expoſitio,Cũ frequenter falſo nunciarentur hoſtes,& inani terrore ciuitas quaſſaretur:lata lege cautum eſt,ne quis vnquã hoſtis nunciaret aduẽtum.Poſtea cum vere hoſtis veniret nullo nunciante,ex improuiſo ciuitas capta eſt.Vnde tacitæ Amyclæ dictæ ſunt,quod periere ſilentio.Hinc eſt quod ait Lucilius,Mihi neceſſe eſt loqui:nã ſcio Amyclas tacendo periiſſe.⸿Ægæon qualis.) Ipſe eſt & Briareus. ⸿Ignem pectoribus arſiſſe.) Aſper dicit ignem hunc animę,intelligendum calorem,venientem ex ferocitate,vt ſit,Cum vim ſuæ crudelitatis efflaret.Alii ignem hunc fulminis volunt,vt ſit dictũ quemadmodum in primo,Illum expirantem transfixo pectore flammas.Sane notandum ignem arſiſſe,cum igni alia res ardeat. ⸿Sic.) Vt non vnam putares manum,nanq; ad hoc pertinet comparatio,vt intelligamus eum multitudinis vice dimicaſſe.⸿Intepuit mucro.) Nimia.ſ.cæde.⸿Quadriiuges.) Propter Homœoteleuton noluit dicere quadriiugos,& contulit ſe ad aliam declinationem,nã & quadriiuges & quadriiugos dicimus,ſicut inermes & inermos,exanimes & exanimos.⸿Atq; illi.) Equi ſcilicet.Nam ad ſuperiora retulit:quod ſciendum eſt eſſe vitioſum,interpoſuit enim Aduerſaq; pectora.⸿Longe gradientem.) Longis gradibus incedentem:& eſt militaris inceſſus.

DONATVS.

⸿Inſtaurant acies.) Duo iſti,quum viderent Æneam ſic ſæuire, in multorum necem inſtaurabãt acies,quę fuerant Ænea turbante confuſæ.⸿Dardanides contra.f.) Quis enim nõ moueretur in immenſum modum iri obuiam nixibus ſuis?⸿Anxuris enſe ſiniſtram.) Æneas hoc viſo,quum fureret,anxuris ſiniſtram manum amputauit gladio,quæ abſciſſa cum ipſo,quod geſtabat, cõcidit ſcuto.⸿Dixerat ille aliquid ma.) Reprehendit hũc Virgilius,quia contra conditionem generis humani,quod futurorum eſt neſciũ, fidebat promiſſi ſpe:ſibiq; ceſſurum effectum credebat, quod ad caniciem & longos annos peruenire potuiſſet. In eo autẽ ad cœlum ferebat aĩos,ꝙ ſolus eſſet maiore ſenectute victurus.⸿Tarquitus exultans contra.) Huius nomen dixit,& genus,& quemadmodum ingentem animum gerens,ſeſe obtulit ardenti, quaſi Æneam certamine ſuperaturus. ⸿Ille reducta Loricã.) Clypeo & lorica impediẽtibus,omne quum corpus hoſtile ferire nõ poſſet.⸿Tum caput ornãtis nequicq̃.) Caput ornantis fruſtra & parantem multa addere,conuerſa intentione ſua prouoluit terræ, & truncum reddidit.⸿Super hæc inimico pectore fatur.) Expreſſit irati perſonam:nam illum perdito capite ꝓuoluit,hoc eſt impulit,quaſi caſurus non eſſet,addidit & verba poſt factum, qualia furens promere debuit,& victor inimicus effundere,breuiter dicit.⸿Iſtic nunc metuende iace.) Sic,inquit,iacere meruiſti, qui te talem arbitratus es,vt timeri debuiſſes.⸿Non te op.m.Cõ.h.) Meruiſti,inquit,capitis ſupplicium,erit tibi alia pœna,poſt mortẽ funus tuum nõ proſequetur mater tua,nec humabit exanimẽ, nec ſociabit oſſibus patriis pater,hęc addidit & alia,quę iſta ſint, dixit.Alitibus linquere feris,quum,inquit,terra nulla te contexerit,aues te feræ conſument,aut ſi in gurgitem fueris merſus non latebis,portabit te quippe vnda ſublimem,& piſcium famem opportuna præda ſatiabis.⸿Protinus anthęum.) Non anthęus & lycas ſoli primi,hoc eſt virtute præſtantes fuerunt in Turni exercitu,ſed & cæteri,quos poſtea nominauit,& tamen cũ ad Æneam veniſſent,virtuti eius armiſq; ceſſerũt,deniq; perſequebatur eos hoc quod dixit,perſequitur,nõ ad vnum ſed ad omnes pertinet,

vt

vt illorum neminem viuum dimiſiſſe videatur.⸿Ægeõ q. lis.) Morem ſuum etiam hoc loco poeta ſeruauit,vt eius,qđ incredibile fuerat & fabuloſum,nõ ſe proferret authorẽ. Qualis, inquit, ęgæon fuiſſe perhibetur,quem dicunt centum brachia habuiſſe, & totidẽ manus, brachia & manus, non vnum idemq; ſignificat, nam brachia vult eſſe ab humeris vſq; ad eam partẽ,quæ in digitos diuiditur,manus vero digitos ipſos. Ora quoque quinquaginta, acer omnibus ſolitũ incendia mittere,arſiſſe autẽ quinquaginta pectoribus Iouis incendiis,quum contra contenderet.Quinquaginta gladiis & ſcutis.qnquaginta,quod dixit,ad omnia pertinet.Proinde non ſemel accipiendum eſt,vt ſit,Ægæon qualis,centum cui brachia dicunt,Centenaſq; manus dicũt,quinquaginta oribus ignem dicũt,pectoribuſq; arſiſſe dicũt.atq; tot paribus clypeis, gladiiſq; contra Iouis fulmina certaſſe dicunt.⸿Sic toto Æneas deſęuit in æquore victor,Vt ſemel intepuit mucro.) Completa eſt parabola per Æneæ perſonam, dum dicit eum ſic in hoſtes ſæuiſſe per campos,& in tanta multitudine extitiſſe victorem,quaſi habuiſſet centum brachia,& manus centum, gladios quinquaginta, & ſcuta quinquaginta,& ignem,quo cunctos incenderet.Tantũ aũt cęſorum aſſeruit numerum cecidiſſe,vt gladius eius ſanguinis calore tepuiſſet.⸿Quin ecce Nyphei.) In equos nyphei aduerſa tendit brachia,ſcilicet vt hunc cum equis appeteret.⸿Atq; illi longe gra.) Equi,inquit,vt Æneam viderunt ſic frementem, vt nihil ei poſſet obſtare,quanuis eſſent muta animalia,lõge intellexerunt eius vim ſe ferre non poſſe, qua cauſa fugerunt ad littora effuſo domino,effuſum intelligere debemus etiã occiſum,quia de nece eius perfecta nihil dictum eſt.

ASCENSIVS.

⸿Inſtaurat,&c.) Proſequitur reliquã Æneæ potiſſimũ virtutẽ. Solum aũt hoc habemus Donati, Caniciẽq; ſibi irridet qui futurorũ ſcientię confidunt Metuende,qui te metuẽdũ arbitratus es. Ordo.
⸿Ordo igitur eſt.Cæculus creatus ſtirpe.i.de genere,imo vt iactabat de ſemine Vulcani,& vmbro veniẽs.i.qui venerat tpſ pro tpe à montibus marſorũ.ſ.populorũ in Italia olim inſtaurant.i. reficiunt & in ſtatũ priorẽ redigunt:acies.ſ.fuſas ab Ænea,aut ſociis eius,Dardanides.i.nepos(accipiẽdo pro omni deſcendente à Dardano)Dardani.ſ.Æneas,furit cõtra.i.econtrario:& deiecerat enſe.i.gladio ſiniſtram.ſ.manũ, anxuris.i.illius viri: & deiecerat ferro totũ orbẽ clypei.Ille.ſ.anxur dixerat aliqđ magnum.i.magnificũ,& crediderat vim.i.efficaciã afferri verbo,& ferebat.i.efferebat & extollebat fortaſſe cœlo.i.ad cœlum vſq; animũ,& promiſerat ſibi caniciẽ,& longos annos cũ.ſ.inter dicendum,& cogitandũ traiiceretur,quo facto monet nos poeta: iactantiæ fugere vitiũ,& fragilitatis humanæ memores facit.Tarquitus exultans contra.i.ex aduerſo cõtra Æneam:armis fulgẽtibus:quem.ſ.Tarquitum dryope nympha crearat.i.ꝓcreauerat Fauno ſyluicolę.i. ſyluas colẽti,obtulit ſeſe ardẽti,obtulit dico exiſtẽs obuius.i.obuiam veniens Æneæ ardenti:ille.ſ.ardens Æneas impetit,impetuoſe petit loricam & ingens onus clypei,aut impedit haſta reducta.i.longa.Tum.i.deinde deturbat terræ.i.ad terrã caput.ſ.Tarqti,orãtis nequicq̃.i.fruſtra multa,& parãtis dicere multa,& ipſe prouoluẽs.i.porro voluẽs truncum tepentem.i.ſemicalidum,fatur hæc ſupp.i.inſuper pectore inimico.i.hoſtili animo:aut fatur ſuper pectore inimico.ſ.Tarquiti,ſicut gemina ſuper arbore ſidũt & frõde ſuper viridi.O metuẽde.i.qui te metuendum putabas iace nũc iſtic:mater optima non cõdet te humi ve pro vel nõ onerabit.i.accumulabit mẽbra.ſ.tua ſepulchro patrio.i.aut in patria aut patris tui,vt Faunus mortalis intelligatur ſecundũ Ser.ſed videor mihi pro hoc neſcio quid argutius intelligere, nam ex Fauno deo & nympha procreatum dixit,poeta ex perſona ſua quæres Æneam latuit.non enim tam pius in deorum progeniem petulantius inſultaſſet:vnde vt eum ex mortalibus creatum ſe putare doceat,dicit eum ſepeliendum ſepulchro patris.Tu linquere i.linqueris.pe.longa in futuro indicatiui verbi paſſiui: feris alitibus aut alitibus feriſq;.ſ.terreſtribus, aut vnda feret te merſum gurgite.ſ.vaſto.& piſces impaſti.i.famelici & ieiuni lambent vulnera

ſera.ſ.tua: Æneas perſequitur protinus.i.cõtinuo poſt ſtragẽ Tarquiti, Antheũ, & Lychã, prima agmina Turni.i.qui ſuſtẽtabãt prima agmina, & Numam forte & Camertem fuluũ, ſatũ.i.progenitum magnanimo volſcẽte. Qui fuit ditiſſimus auſonidũ pro auſonidarum agri. Alter genitiuus: vtpote pluralis, regitur ex natura gradus, alter ex natura vocabuli, & q regnauit amyclis tacitis.i.ſectã pythagoreã tenẽtibus ob quã periẽrũt. Qualis.i.q̃liter Ægęõ ſ.gygas alio vocabulo Briareus dictus cui.ſ.Ægęoni dicunt ſupp. fuiſſe centũ brachia & manus centenas.i.centũ & cui dicũt ignẽ.i. animę calorẽ vehementem arſiſſe qnquaginta oribus & quinquaginta pectoribus ſup.deſęuit tũc cum ſtreperet.i.ſtrepitũ faceret, tot paribus clypeis, & cũ ſtringeret.i.euaginaret, tot enſes, contra arma Iouis.i.fulmina in bello gigãteo, ſic Æneas victor deſæuit i.multũ ſęuit in toto ęquore, vt.i.poſtq̃ mucro.ſ.eius: intepuit ſemel, ſanguine.i.poſtq̃ ſemel concitatus eſt ad irã qn.i.quinimo: ecce.q.d.de repente, ipſe Æneas tẽdit in equos quadriiugos: & in pectora aduerſa. Atq; pro &, vt.i.poſtq̃ illi.ſ.equi videre longe.i. de lõge Æneam ſup.gradientẽ, & frementem dira.i.dire verſi, & retro ruentes metu.i.præ timore: effundunt ducem.ſ.Niphæũ & rapiunt currus ad littora.ſ.tyberina.

PIERIVS.

Truncunq; repente prouoluens.) Oblõgus codex. atq; etiam alter publico expoſitus vſui, neq; nõ Mediceus, tepẽtem. habent. Romanus quoq; huc tendit, q̃uis literis tranſpoſitis, petentẽ, ibi ſit. ⸢Nũc te optima: potius nõ.) In aliquibus vero cod. deeſt, te. ⸢Protinus Antheum & Lycam.) In Oblongo codice, lyncam, eſt vna plus litera. Romanus Lucã, habet, quod ridiculum forte cuipiam videbitur. Sed enim in aliquot alĳs quoq; codicibus eodẽ modo, Lucam, ſcriptum inueni. Neq; quod, y, in, v, mutatum ſit: vt in pleriſq; alĳs factitatum: ſed quia, Lucam, eadẽ pene forma: qua Lucagus apud Virgi. latinam eſſe dictionem crediderim, prima producta, quæ corripitur in Lyca, vt ibi, Inde Lycam ferit & ita apud Ouidium ſemper. Sic etiam reliqua eiuſdẽ analogiæ. Lycaon. Lycurgus. Nos vero frequenti nũcupatione Elephãtos comperimus Lucas boues appellatos à Lucania vbi primum eos viderint Romani quare Luca Romanum eſt vocabulum. Quod vero ſequebatur ſatis corrupte, prima agmina Turnũ, ex antiquioribus exemplaribus recte iam ſcribi cœptũ eſt, Turni. ⸢Magnanimo volſcente ſatum.) In antiquis cod. vel, s, vel, c, tantum inuenias ſcriptũ, volſente vel volcente, quod ſuperius adnotatum eſt. ⸢Æneas deſęuit in ęquore victor.) Sunt cod. antiq, in quibus: nõ in ęquore, ſed, in agmine legatur. Sed.n. magis placet, in æquore, q̃a multo plus dicit. ⸢Quin ecce nyphęi.) In antiquis aliquot, nipęi, abſq; adſpiratione. & per, i, latinum. Sed nyphęi frequentius. ⸢Quadriiuges in equos.) In cod. aliquot antiquis, quadriiugos, legas. ⸢Rapiuntq; in littore currus.) Ro. codex cum altero expoſito Vaticanæ bibliothecæ legunt, ad littora currum, vnum enim currum agebat nyphæus. In quibuſdã alĳs codicibus manu ſcriptis non contemnendæ vetuſtatis legere eſt. Rapiuntq; ad littora curſus. Sed magis placet, currus, aut currum: quia facta eſt mẽtio effuſi ducis.

Interea biiugis infert ſe Lucagus albis
In medios, fraterq; Liger, ſed frater habenis
Flectit equos, ſtrictum rotat acer Lucagus enſem.
Haud tulit Æneas tanto feruore furenteis.
Irruit, aduerſaq; ingens apparuit haſta.
Cui Liger.
⸢Nõ Diomedis equos, nõ currũ cernis achillis, LIGER.
Aut Phrygiæ campos, nunc belli finis, & æui
His dabitur terris. ⸢Veſano talia late POETA
Dicta volant Ligeri, ſed non & Troius heros
Dicta parat contra, iaculum nam torquet in hoſtem
Lucagus vt pronus pendens in verbera telo
Admonuit biiugos, proiecto dum pede læuo
Aptat ſe pugnæ. ſubit oras haſta per imas
Fulgentis clypei, tum læuum perforat inguen.
Excuſſus curru moribundus voluitur aruis.
Quem pius Æneas dictis affatur amaris.
⸢Lucage nulla tuos currus fuga ſegnis equorum ÆNE.
Prodidit, aut vanæ vertere ex hoſtibus vmbræ:
Ipſe rotis ſaliens iuga deſeris. ⸢hæc ita fatus, POE.
Arripuit biiugos, frater tendebat inermes
Infelix palmas: curru delapſus eodem,
⸢Per te, per qui te talem genuere parentes, LIGER.
Vir Troiane ſine hanc animam, & miſerere precantis,
⸢Pluribus oranti Æneas haud talia dudum POE.
Dicta dabas: ⸢morere & fratrẽ ne deſere frater. ÆNE.
⸢Tum latebras animę pectus mucrone recludit. POE.
Talia per campos edebat funera ductor
Dardanius, torrentis aquę, vel turbinis atri
More furens, tandem erumpunt, & caſtra relinquunt,
Aſcanius puer, & nequicquam obſeſſa iuuentus,

SERVIVS.

Biiugis.) Erit noĩatiuus hic biiugus: nã biiugibus faceret, ſi eſſet tertiæ formæ, ab eo qđ eſt hic biiugis huius biiugis. ⸢Non Diomedis equos, nec currum cernis Achillis.) Duos obiicit, à q̃bus ẽ victus Æneas nec tamen vſquequaq;, nã eorum impetus euitauit. ⸢Dicta parat.) Poteſt legi, Edicta parat contra. ⸢Pronus.) Pendẽs. Pronus nomen eſt. nã & cõparatur, vt pronior. Si aũt participium eſſet, fieret vitioſa locutio ſine interpoſitione coniunctionis. ⸢Proiecto.) Extento. Vt, Proiectaq; ſaxa Pachini. ⸢Lucage nulla tuos currus fuga ſegnis equorum Prodidit, aut vanæ vertere ex hoſtibus vmbræ.) Hęc allocutio cõtraria eſt ſuperiori. hoc.n. cõtinet, Obiecisti mihi quod ſim & à Diomede & ab Achille cõuerſus in fugã. Tu vero ò Lucage nec equorũ tarditas prodidit: quod mihi cõtigit cũ à Diomede occiſus eſt Pãdarus, qui in eodẽ curru dimicabat, nec aliqua vmbra equi tui ſunt territi. quod factũ ſępius in Homero legit̃: ſicut paulo poſt, Turnũ cogit imago Bella deſerere. Põt tñ & ad illud referri, quo tpe eum ab Achille nube caua Neptunus eripuit, vt in quinto cõmemoratur. ⸢Ipſe rotis ſaliẽs.) Sarcaſmos eſt: nã per irriſionẽ dictũ eſt. Ille.n. vulneratus ceciderat. ⸢Curru.) A parte totum ⸢Sine.) Permitte, relinque, parere, & συγχώρησον. ⸢Latebras animæ pectus.) Diffinitio pectoris. ⸢Edebat.) Quaſi ad ſpectaculum. Vnde & munerum editores vocantur.

DONATVS.

Interea biiugis.) Interea ſignificat ad alia tranſitum, vt continuatio interrupta narrantis, legẽtis tædium releuet, remoueatq; ex varietate faſtidium, & alia ſimiliter propter hanc cauſam inuẽta ſunt, vt velut quandam nouitatem narrationis inducant, biiugis albis, inquit, lucagus, & eius frater liger vno curru vecti ſeſe intulerunt,

intulerunt, hoc eſt ingeſſerunt ſe Ænę. Expoſuit autem ipſe quid officĳ ſinguli gererent in curru conſtituti. Liger, inquit, regebat equos, Lucagus autẽ pugnabat. ⸢Haud tulit Æne.) Æneas iſtos impune ſæuientes pati nõ potuit. tanta enim fiducia veniebant, vt ſicuti ſupra dictum eſt, medĳs ſeſe inſerere hoſtibus non timerent. ⸢Irruit, aduerſaq; in.) Quod dixit irruit, celeritatem facti ſignificat, deniq; conſecutum eſt, apparuit. mox enim vt irruit, apparuit, nam repentinũ & inſperatum fuit, qđ Æneas effecerat, contenta quippe haſta ingens ipſe geſtator ſubitus ante biiugos ſtetit. ⸢Cui Liger. Non Diomedis equos.) Ter intelligẽdum, quod ſupra dictum eſt, cernis, vt ſit, non Diomedis equos cernis, aut Achillis curr⁹ cernis, aut phrygię campos cernis. ⸢Nunc belli finis, & æui.) Elegit eorum nomina, qui inter græcos præcipui fuerant, & hæc non pro merito ſuo, ſed iniurioſe ſignificauit, vt & illos & Æneam obtrectatione perfunderet: q̃ſi ipſe cum equis ſuis eẽt omnibus potior, non iſti, inquit, Diomedis equi ſe, aut Achillis, quos euadere potuiſti, nec in phrygĳs campis cõſtitutus es: & hoc pro conuitio poſitũ, quaſi in quibus naſceretur imbelles. Ecce & terrarum fecit comparationẽ, quaſi ipſę proferant fortes, ipſę debiles faciant, & melius, inquit, factum eſt, vt nobis occurreres, vt ſalus tua ſimul cum iſto bello terminum ſumat. ⸢Veſano talia la.) Huiuſmodi verba ligeri fundebat veſana mẽte, vtpote qui iam fatis vltimus trahebatur in mortem. ⸢Sed non & Troius heros.) Sed iaculũ parauit, nec voluit referre cõuitia, quæ animum lacerare non vitæ diſcrimen inferre potuiſſent: ſed haſtã iecit, quę ipſum hoĩem cũ ſuis verbis extingueret, compleuit ſapiẽtis bellatoris laudẽ: qui illo tẽpore atq; illo loco non ventoſis verbis ſed ferro debuit, & nec operã hoſtiũ dare. ⸢Lucagus

gus vt pronus.) Lucagus, qui pugnandi tenebat officiũ, dũ equos admonere nititur telo, & ſeſe ad certamẽ habitu ſpecioſo componit, dum vnum pedem reducit, alterũ porrigit, læuo inguine ſub imas clypei partes ictum haſta eũtis excępit. ¶ Excuſſus curru moribũdus.) Nam quomodo potuit eximi curru, qui fulmineo ictu fuerat petitus, niſi inde illum vis facti excuteret morientem? iacit autem moribundus in campo, qui ſuperbia ferebatur in curru. ¶ Quem pius Æneas.) Ecce conſilium viri fortis confecto certamine & vnius interim procurata morte ipſe quoq; amaris vſus eſt verbis, egreſſus prętor pietatis ſuæ modeſtiam, quum iniurioſis vocibus eſſet prouocatus: tractatus etiam q̃; etiam in hac parte præcipuus: vt illum primo peteret, quem videbat armatum. Ipſius enim mortem interitus facile ſequebatur: alterius, qui nõ arma, quibus fideret, ſed habenas tenebat equorum. ¶ Lucage nulla tuos.) Loquebatur quaſi cum eo, qui poſſet aliquid audire vel ſentire poſt mortem, quod ipſum non imprudenter ſed inſultãtis animo faciebat. Lucage, inqt, nihil eſt, ꝙ equos peccaſſe cauſeris. illi non erant ſegnes, nec eos aliqua fefellit imaginatio, hoc eſt dicere, nihil te prodidit, niſi inertia tua. ¶ Ipſe rotis ſaliens.) Verbis ſuis in iocum voluit iungere dicẽs, eum non excuſſum muro ſed quaſi voluntate excidiſſe, excuſſum vbicunq; ponit, maiorẽ vim interueniſſe ſignificat, vt eſt illud, Excutitur, ꝓnusq; magiſter voluitur in caput, deſcribebatur enim magna fluctuum vis & æſtus intolerabilis pelagi. ¶ Hæc ita fatus Arri.bi.) Aliter inermem, aliter petiit armatum. vbi enim lucagus fuit, eminus haſta pugnatũ eſt, quum autem Liger nudatus eſſet fratris auxilio, ipſos equos Æneas tenuit, quibus fugiendo ille poſſet euadere. ¶ Frater tendebat inertes.) Fratre occiſo & cum ipſis armis ſuperato, ac retentis equis, quorũ auxilio & fuga Liger potuerat liberari, quid ſupererat? niſi vt ipſe quoque pœnas pro conuitiis daret? quod ipſum quum vidiſſet, relicto curru infelix ſeſe conuertit ad preces, tendens ſupplices manus eo facilius, quia illas nulla occupauerat arma, quocirca inermi parci potuiſſet, niſi infelicem linguæ proteruitas decepiſſet. ¶ Per te, per qui te talem, &c.) Cõuitia neceſſitas in obſequium vertit: & laudare cœpit eum cuius pauloante vituperatio dicebatur. ¶ Pluribus orãti Æneas.) Offenſis quippe conſtitutus non potuit ad miſerationem breui contextu deprecatiõis adduci: ſed dicturus fuerat plura, Æneas vero non paſſus actus ſuos immeriti hominis multiloquio diutius detineri, occurrit neceſſario ſermone, & quid doleret, breui elocutiõe teſtatus eſt. ¶ Haud talia dudum Di.d.) Preces, inquit, tuas maledicto priori damnaſti, nec talem te prębuiſti iam dudũ, vt hoc impetrare ſalutis tuæ beneficium mærearis. ¶ Morere, & fratrem nę.d.fr.) Potius moriendum eſt tibi, ne fratrem deſeras frater. decet enim ei te mortis ſorte cõiungi, quod aduerſum me vſus otio venire potuiſti. ¶ Tũ latebras animæ.) Definit, quid ſit pectus: in quo, inquit, anima latet, & tuta eſt, quo patefacto proditur, & interempta cõſumitur, quum igitur hęc Æneas dixiſſet, oẽm cõmotionem ſuam in ictu, quo ligerum perdidit, euidenter expreſſit, aperiendo ingenti plaga pectus eius, animamq; fundẽdo. ¶ Talia per campos edebat.) Sic, inquit, Æneę furentis actus & geſta ducebantur, ſic per campos edebat funera: vt torrentis ſæuiunt vndæ, vt turbinibus mos eſt, quum immenſo furore raptantur. ¶ Tandem erumpunt, & caſtra.r.) Ecce quantum valuit Æneæ præſentia, quantam fiduciam dedit obſeſſis illius aduentus, non iam parietibus detinetur, non clauſos ſeſe patiuntur vlterius, exeunt tandem, & relictis caſtris vno impetu omnes feruntur in campum, arbitrantes proculdubio Æneæ præſentiam meliorem partem obtinere caſtrorum, & melius tutos fore in aperto campi, q̃; ſi parietibus tenerentur, & vallo. Huius viri tanta fiducia ducebantur, vt non ſolum iuuenes hoc feciſſe viderentur: verumetiam Aſcanius puer, quos omnes fruſtra obſederant rutuli.

ASCENSIVS.

❡ Interea biiugis, &c.) Subinfert ſtragẽ Ligeris & Lucagi q poſt vanam iactantiã ab Ænea quoq; proſternuntur: additq; teucroꝝ ex caſtris ſuis tandẽ eruptionem: vnde Donatus, Achillem & Diomedem non vult laudare, ſed illos cum Ænea deprimit in phrygiis. q.d. in quibus verſabantur imbelles. Non di.p. nam prudens non norat lingua: ſed manu vtendũ in bello. Hęc ille. ❡ Ordo eſt. Lucagus infert ſe in medios. ſ. pugnantiũ biiugis. ſ. equis albis: & Liger frater. ſ. eius ſup. infert etiã ſe, ſed frater. ſ. Liger flectit equos habenis. i. aurigãdi fungitur officio: & lucagus acer. i. ſtrenuus bellator rotat. i. circumagit enſem ſtrictum. i. nudatum: Æneas haud tulit. i. non eſt perpeſſus ſup. eos furentes tanto feruore, & irruit ſup. in eos & apparuit. i. cõſpectus eſt eis haſta aduerſa. i. ex aduerſo inferenda, Cui liger ſupp. ait. Tu non cernis equos Diomedis quãuis à Diomede fere ſuperatus fuiſti, & non cernis currũ Achillis à quo etiam licet non omnino victus fuiſti: aut campos phrygiæ ẽ quibus. ſ. euaſiſti, ſed ſup. vides equos & currum eorũ qui te in hoſtili terra nunc interficient: vnde addit finis belli, & æui dabitur tibi his terris, Talia dicta volant. i. effluunt aut, effluuntur ligeri vano. i. vaniloquo late, ideſt diffuſe, quia, vox alte loquẽtis longe diffunditur, ſed Troius heros. ſ. Æneas non parat, &. i. etiam contra, ideſt in contrarium dicta, ideſt non reſpondet illi verbis vanis nam torquet iaculum, ideſt haſtam quæ iaci poſſit in hoſtẽ, ſcilicet lucagum. Lucagus vt, ideſt poſtquam ipſe pendens pronus in verbera: telo. i. cum iniecto: admonuit. i. inſtigauit: biiugos ſcilicet equos: dum ipſe aptat ſe pugnæ, & hoc pede læuo proiecto. i. extento: haſta. ſ. Æneæ ſubit per oras. i. extremitates: imas. i. inferiores, clypei fulgentis. i. deinde haſta perforat inguen. i. partem pudẽdam aut femur leuum. i. ſiniſtrum. Ipſe Lucagus excuſſus curru voluitur moribundus aruis. i. per arua. quẽ Æneas pius ideſt q̃;q̃; pius affatur tamen dictis amaris: propter arrogantiam videlicet eius O lucage (ſed quomodo eius nomen nouit Æneas qui eum nunquã prius viderat: dicemus vel ſocios eum morientem ſuo compellaſſe nomine, vel ipſum pro ſe interpellaſſe nomine expreſſo) nulla fuga ſegnis equorum. i. quia equi non proceſſerint ꝑdidit tuos currus: vt. ſ. meos: aut vmbræ vanę. i. apparitiones fantaſticę: non vertere tuos currus ex hoſtibus. Ipſe. i. tu ipſe ſaliens rotis. i. curru, deſeris iuga. ſ. equorum: ipſe fatus hæc arripuit biiugos. ſ. equos albos frater. ſ. liger infelix, tẽdebat. inermes palmas: delapſus. ſ. ſponte ex timore tamen eodẽ curru. ſ. quo frater deſiderat, tendebat inq̃; palmas dicẽs. O vir Troianę oro ſup. per te & per parentes tuos qui genuere te talem, ideſt tam inclytum & victorioſum: ſine. i. permitte hãc animam. ſ. in corpore: & miſerere. ſ. mei precantis. Æneas ſup. reſpondit oranti. i. orare volenti pluribus, ſcilicet verbis. Tu haud, ideſt non dabas dudum. i. pauloante: talia dicta morere, & frater ne deſere, ideſt ne deſeras fratrem. ſ. Lucagum: tum, ideſt deinde poſtquam ſic locutus erat. recludit, ideſt aperit latebras animæ, ſcilicet pectus mucrone, ſcilicet ſuo. Victor Dardanius, ſcilicet Æneas edebat, ideſt exhibebat talia funera per campos furens, more aquę torrentis: vel turbinis atri, ideſt denſi & caliginoſi. Aſcanius puer: & iuuentus, ſcilicet cætera obſeſſa nequicquã. i. fruſtra erumpunt tandem & relinquunt caſtra, ſcilicet ſua.

PIERIVS.

❡ Cui liger.) Quanuis non parum venuſtatis & elegantiæ videatur habere lectio abſque eo carminis imperfecti principio, cui liger, ea tamen duo verba paſſim in antiquis codicibus reperimus, quare illa præterire religio eſt. ¶ Nec currus cernis Achillis.) In aliquot cod. antiquis, currum, Sed hic magis placet, currus numero plurali ad amplificationem poſitum. ¶ Iaculum nam torquet in hoſtem.) Exemplaria pleraq; ex iis, quæ fuere nobis præ manibus. In hoſtes: numero multitudinis legunt. Vna enim lucagus, & liger impetum faciunt in Æneam: cuius vno tantum ictu alter moribundus voluitur: alter delapſus veniam implorat. ¶ Arripuit biiugos, frater tendebat inermes.) In codicibus aliquot peruetuſtis, inertis, legitur. id tam & ſi non ita placebat, quia tamẽ tam multis in exemplaribus inueniebamus, duximus adnotandum. ¶ Talia per campos edebat funera victor Dardanius torrentis aquæ.) Probatiores illi codices vaticanæ bibliothecæ, & aliquot alii, ductor Dardanius, legunt, quod mirifice placet, vt inferius habebimus, ſæuæ iamq; altius iræ Dardanio ſurgunt ductori. Sunt etiam cod. in quibus non Dardanius, ſed, Dardanus & torrentis aquæ legatur. Illud ſimplicius, hoc figuratius eſt. ¶ Vel turbinis atri more furens.) In Romano codi. fremens legitur, ſed hoc loco, furens melius eſt, vt furens immiſſis vulcanus habenis, de clade enim hic loquitur, non de ſtrepitu.

Ordo.

Iunonem interea compellat Iupiter vltro.
[O germana mihi, atq; eadem gratiſſima cõiux. IVP.
Vt rebare, Venus (nec te ſententia fallit)
Troianas ſuſtentat opes, non viuida bello

SERVIVS.

❡ Vt rebare.) Vt arbitrabaris verum eſt quod Troiani Veneris virtute nituntur: & dictum eſt per Ironiã, nam ſuperfluo guidam hanc orationem ſimpliciter dictam volũt, vt re vera dicat Iupiter per ſe nil poſſe Troianos, quod falſum eſt: adeo vt Iunonis oĩo ad Ironiam, non ad ſimplicia verba reſpondeat. ¶ Nec te ſententia fallit.)

Dextra viris,animusq; ferox,patiensq; pericli.
Cui Iuno ſubmiſſa,Quid,o pulcherrime cõiux POE.
Sollicitas ægram,& tua triſtia dicta timentem? IVNO
Si mihi,quæ quondam fuerat,quáq; eſſe decebat,
Vis in amore foret:non hoc mihi nanq; negares
Omnipotens,quin & pugnæ ſubducere Turnum,
Et Dauno poſſem incolumem ſeruare parenti.
Nunc pereat,Teucris pio det ſanguine pœnas:
Ille tamen noſtra deducit origine nomen,
Pilumnusq; illi quartus pater,& tua larga
Sæpe manu,multisq; onerauit limina donis.
Cui rex ætherei breuiter ſic fatur olympi. POETA
Si mora præſentis leti,tempusq; caduco IVP.
Oratur iuueni,meq; hoc ita ponere ſentis:
Tolle fuga Turnum,atq; inſtantibus eripe fatis:
Hactenus indulſiſſe vacat.ſin altior iſtis
Sub precibus venia vlla latet,totumq; moueri,
Mutari ve putas bellum:ſpes pacis inaneis.
Cui Iuno illachrymás:qd,ſi,qđ voce grauaris: POE.
Mẽte dares?atq; hæc Turno rata vita maneret? IVP.
Nunc manet inſontem grauis exitus,aut ego veri
Vana feror:quod vt o potius formidine falſa
Ludar,& in melius tua,qui potes orſa reflectas.
Hæc vbi dicta dedit,cœlo ſe protinus alto POETA
Miſit,agens hyemem nymbo ſuccincta per auras:
Iliacamq; aciem,& Laurentia caſtra petiuit.

falſit.)Hoc per Parentheſim dictum eſt. Viuida.) Fortis: vt, Sed bello viuida virtus. Cui Iuno ſummiſſa.) Et humilis:& quia intellexit obliq̃ Troianorum accuſatione impugnari ſuum pudorem, etiã ipſa reſpondet oblique. Triſtia.) Seuera.Terẽtius, Triſtis ſeueritas ineſt in vultu, atq; in verbis fides. Item contrà Virgilius,Furias amnemq; ſeuerum. Quin.) Vt non:nã affirmatiua particula eſt. Nunc pereat,teucrisq; pio det ſanguine pœnas. δεικτικῶς eſt. Nam non agit vt pereat: ſed magis fauet eius ſaluti. Quod autem dicit pio ſanguine Æneæ,cum latenter exæquat,q vbiq; inducitur cultor deorum. Ille tamen.) Quãquã moriturus eſt,tamen à nobis originem ducit. Noſtra.) Diuina. Quartus pater.) Abauus: nec eſt contrarium illud, Cui Pilumnus auus. Potuit enim fieri vt & auus eius& abauus à Pilumno Pilumni nominarentur. Si mora præſentis leti.) Ex Iouis cõceſſione quã ſi ante egerit Iuno cognoſcit, ſcilicet vt Turnus poſſet euadere. Caduco.) Morituro.

Ponere.)Facere. Sic Lucilius Homerũ ſecutus,q ait, ἄλγ' ἔθηκεν,id eſt fecit. Hactenus indulſiſſe vacat. Hic ingenti arte locutus eſt.nam dicendo vacat,oſtendit ſuprà hoc breue ſpatium vlterius bonam ſtellarũ irradiationem Turni fata differre nõ poſſe. Vnde non ait indulſiſſe libet,ſed vacat:ac ſi diceret vndiq; iam in mortem tenditur Turnus,hoc tantũ vacat ſpatiũ. Hinc eſt qđ & ſuprà ait,Metaſq; dati peruenit ad æui. Venia vlla.) Bñficium quod te ſperat mereri. Qđ voce grauaris,negas fato.Vox enim Iouis fatum eſt. Statius,Et vocem fata ſequuntur. hoc autem dicit,Vtinam quę negas voce,id eſt fato,mente præſtares. Nam ſi Iouis vox fatum eſt,põt aliquid fando fati ordinem cõmutare. Grauaris autem,negas,grauiter fers.& hac elocutione nõ niſi p accuſatiuum vtimur:vt ſi dicas,Aggrauor aduẽtum tuum,id eſt grauiter fero,grauor præſentiam tuam.nã & ipſe ſic dixit, Quæ grauaris.aliter non dicimus in hac ſignificatione. Similiter etiam accuſatiuo caſu vtimur,cum volumus facere abſolutam elocutionem:& per gerundij modum aliquid dicere:vt,Petendũ mihi eſt equum codicẽ,byrrum. Hinc Virgilius,Pacẽ Troiano ab rege petendum.nã ſi dixeris petendus eſt codex:iam non per Gerũdij modum,ſed participialiter loqueris. Rate.) Firma, perpetua. Veri vana feror.) Sum veritatis ignara. Nimbo ſuccincta.) Nubibus:quia præmiſit Agens hyemẽ:quod niſi eſſet, ſplendorem acciperemus qui eſt circa corpus deorum.

DONATVS.

Iunonem interea compellat iupiter vltro.) Quum hæc agerẽtur,aut hæc cerneret iupiter,talia iunoni,dixit verba.) O germana mihi, Duobus vocabulis mero dei affectu venientibus cõpellendam iunonem credidit iupiter, ſcilicet ꝙ vxor eſſet & ſoror. quid enim his carius,q̃ iungi connubio,& rõne ſanguinis ſociari? Vt rebare,venus.) Non,ait,videris tibi te felli ſententia tua, qua arbitraris,venerem fouere troianos?ipſa pugnãtes ſubleuat, an eorum virtus & vigilans animus,& qđ in rebus gerendis eſt maximũ,ad diſſimulandos labores conſuetudo tolerandi? Cui Iuno ſubmiſſa.) Iccirco ſubmiſſa,ne pro cõmodo animi ſui fratris ac mariti mentem ab æquo & vero potuiſſet auertere.humilem quippe eſſe decet vnũquẽq;,vbi petendi beneficij neceſſitas adeſt,ſubmiſſa tamen nõ corpore,ſed mente,ac voce accipiendũ eſt,nec reſpexiſſe,quæ eſſet,vel apud quẽ verba faceret, ſed quid eſſet petitura. Intelligebat.n.iniuſtum deſiderium ſuum, & inde germanæ & coniugis fiduciam non habebat.exiſtimabat ſe tantum humilitate ſermonis impetrare poſſe,qđ petitionis ſuæ cõtemplatione mereri non poterat,cui vera obijciant,oculiſq; ſubiecta. Quid o pulcherrime con. Sol.æg.) Magna ſubtilitas iunonis in ipſo principio, & ſatis artificioſa.aſſerit enim ſe anxiam ex caſibus rutulorum.& ſe fingit iouem timere magis maritum q̃ fratrẽ: & quum ille & ſororem dixiſſet,& coniugem,illa mariti tãtũmodo perſonam interpoſuit,quæ eſſet mulieris maximæ autoritatis. ideoq; fingit intẽtionem ſuã,vt ſentiret iupiter,illam rutulos fouere potuiſſe, niſi martialis vigoris reuerentia prohiberet. ægrã, inquit,animo. & ægritudinẽ ipſam dictis tuis marite conduplicas: pulcherrimũ dixit, non corpore,ſed præſtantem animo,& vera benignitate pectoris iſignẽ. Debuit.n. verborũ officio flectere, quem iam troianorum videbat eſſe fautorẽ. Et tua triſtia dicta,id eſt imperioſa.& quæ prohibentes habeant minas.meminerat.n.vt in nono libro poſitũ eſt, irim ab ipſo ad ſe miſſam cũ mandatis haud mollibus, vt fauorem rutulorũ deſereret.ſic.n. poſitum nouimus aereã cœlo iam iupiter irim demiſit germanæ haud mollia iuſſa ferẽtem. Hic turnus cedat teucrorum mœnibus altis.eo autem impetraturam ſe magis credebat optata,ſi oſtenderet auxilia ſua prohibẽtibus mariti iuſſionibus quieuiſſe. Si mihi,quę quondã.) Blãda obiurgatio:ait.n. Si ſic me amares vt ſoles,& hucuſq;,vt fieri decuit,ſupioris tẽporis integer duraret affectus. Non hæc mihi.) Mihi quum dixit,quam dilexit antea.mihi vxori tuæ.mihi timẽti iuſſa tua. verum quia dici potuit,impoſſibilia & illicita obtinere cõtendis.dixit iouẽ omnipotẽtẽ,nec hoc ei iupiter poſſet obijcere. Qui.n.omnipotens eſſe diceretur,facile debuit vxori, quæ vellet,officioſe præſtare,& quę illa cuperet,licita & illicita cõcedere. Quin & pugnę ſub.tu.) Ecce aperuit,quod dicebat occulte. Niſi te,inqt,timerẽ,& iuſſa tua reuerentia pleniſſima cuſtodirẽ.ſi vincere illicitũ ẽ turno:illũ tñ & certamini ſubducere potui, & incolumem patri ſeruare. Quantum ponderis ex humanitate veniens hoc dictionis genus cõplectitur? q̃ religioſum videtur ſeruare filium patri? Nunc pereat,)Hoc inuidioſum eſt.non.n. ad hoc dixit pereat,ꝙ reuera cũ vellet interire,& in eo magis cõcitauit inuidiã,quia dixit,teucriſq; pio det ſanguine pœnas. Quũ dicit teucros,& pio ſanguiue,hoc videtur ſenſiſſe,aut ſi hoc putatur iuſtum pereat innocens,& conſequatur ſcelerati victoriã. Ille tamen noſtra.) Ne indigno videretur poſtulare beneficiũ, ad ipſius quoq; turni cõmendationem multa congeſſit.dignus eſt,inqt,qui habeat beneficia ſua,primũ noſtrã originẽ ducit,hoc eſt deorum.pilumnuſq; eſt illi quartus pater antiqua & veteri origine.vult oſtendere iſtius maiores a numinibus traxiſſe pſapiam. nam dicti ſui,quo ait noſtra deducit origine nomen, vult reddere rationem ſubdendo filium vſq;,ille quartus pater vt hanc per multos oſtenderet cucurriſſe:& tua larga ſæpe manu, multiſq; onerauit limina donis,ornauit eũ aliorum meritis,ornat & pprijs. Ornamenta qppe maiorum fruſtra vnicuiq; iungunt, niſi adijciant ppria & larga manu & multorum largitio exonerauit,oſtenderunt plenum fuiſſe cultorẽ.accedente ẽt eo,quod ſæpe id feciſſe videbatur.ille eſt enim deuotione inſignis, qui feruenter & copioſe obſequitur dijs. Cui rex ætherei.) Propter moram,quæ gerundis rebus fieri non debuit,breuem orationem inducit. Sic igitur breuiter cœperat iupiter loqui. Si mora præſentis leti,tempuſque caduco Oratur iuueni,meq; hoc ita ponere ſentis. Tolle fuga turnum,atq; inſtantibus eripe fatis.)Ne videretur iupiter totum denegaſſe poſcenti,concedit,quod fatorum curſum vexare non poſſet,vt vxoris poſtulata non læderet.patior, inquit,vt illum interim ingruenti iam ſubtrahas morti,quem caducũ eſſe manifeſtum eſt. Caducũ dicitur quicquid imaturo tẽpore cadit,

ac deperit, vt ſunt arborum fructus, quoꝝ pars appellatur caduca, quæ in vſus hoĩum non venit. propterea ꝙ non adepta propriam maturitatẽ, proſternatᷣ ac pereat. Inde trãſlatũ eſt, vt caduci dicantur homines, qui in pueritia aut iuuenta moriuntur. Hic tractat poeta dilatari poſſe aliquantũ hominis mortẽ, vitã vero ꝑpetuam eſſe nõ poſſe. ait ergo, ſi moras vis interponi, vt aliquãto tardius cadat, q iam fuerat periturus. ☞ Hactenus indul. va.) Ideſt hucuſq; poteſt illæſa fatorum lege præſtari. ☞ Sin altior iſtis.) Sin vero plus aliqd ſperas ac ſub precibus tuis latet aliud, quod cõcedi nõ poſſit. & putas aut poni bellũ poſſe, aut mutari pactionibus, vana duceris ſpe, quia fieri neceſſe eſt, quod fatis definientibus cautũ eſt. Spẽ paſcere, eſt quaſi aliquo cibo promiſſis inanibus optata nutrire. ecce bonus largitor beneficij & moras promiſit, & quemadmodũ procurari poſſent, poſſibili conſilioꝝ remedio demonſtrauit, vt fuga ſubtraheret aliquãtũ, quẽ ingruẽtis leti premebat acerbitas. ☞ Cui iuno illachrymans.) Pręeuntibus verba lachrymis ſic iuno rñdit. ☞ Quid ſi, quod voce grau.) Quantum, inquit, diſtat inter petitionẽ meam, & promiſſionem tuã? cur nõ ſtudio tñ tuo præſtatᷣ, vt turno rata maneat vita, hoc eſt firma, ac ſtabilis, & inconcuſſa radice ꝑdurans. nũ nihil ei prodeſt, ꝙ rectius viuit? aut ego veri vana feror, ideſt neſcia eorum, quæ geruntᷣ, & diſpoſitiones tuas mendacio tegis. vt me falſa formido diſcruciet. & tũc in melius tua dicta cõuertas, ac turni fata lætifices. cõpleuit partes ſuas iuno. tentauit omnia, & ſic abſceſſit adhuc ſperaret iouem aliqd melius ꝓ inducta petitione facturum. ☞ Hęc vbi dicta dedit.) Vbi iuno hæc dixit e cœli ꝑtibus deſcendit ad terras, & ꝑrexit eo, vbi troiani & itali fuerãt cõſtituti.

ASCENSIVS.

❡ Iunonem interea compellat &c.) Interſerit poeticũ figmentum ne merã hiſtoriam ſecutus non poeta cẽſeatur: vt decorum ſeruet: nam ſine deorum ĩterceſſione difficile eſſet diſſoluere nodum quõ in tãtis odijs impediri potuit Ænee cum Turno concurſus quẽ impeditum dicit arte Iunonis, quæ falſa imagine Æneę in nauẽ fugientis allexit & aduexit. De qua re hoc ſolum extat Dona. Submiſſa humilem eſſe decet quẽ neceſſitas ꝓcandi vrget. Hæc ille. Ordo aũt eſt. Iupiter compellat. i. allocuturus cõuenit vltro. i. nõ requiſitus cum tñ requiri debebat Iunonẽ. ſ. coniugẽ & ſororẽ ſuã: o germana atq; eadem coniux gratiſſima mihi: vt rebare. i. arbitrabaris (nec ſentẽtia tua fallit te.) Venus ſuſtẽtat opes. i. facultates, & copias troianas. hoc ꝑ ironiã dicit ac ſi dicere velit, vides ꝙ nõ ſuffragio nec auxilio Veneris: ſed ꝓpria virtute freti ſuperẽt Troiani nã modo ſuperiores ſunt qui cũ Ænea aduenerunt: atq; inſuꝑ ĩgruunt e caſtris recẽtes bellatores quoꝝ vim Rutuli ferre nequibunt, nec Turnus Æneę excãdeſcentis: & dextra viuida. i. fortis bello. i. in bello aut ad bellũ. non ſup. eſt viris, & animus ferox & patiẽs pericli. i. ꝑiculi nõ eſt viris, aut nõ ſuſtẽtat viris opes troianas, ſed Venus. q. d. vides ꝙ ſua virtute nullo adiuti ſuffragio vincant. Nihil ergo Veneri imputandũ eſt nec mihi, qui iuraui hodie, me oĩbus ęquum fore, cui, ſup. reſpondit. Iuno ſummiſſa. i. humilis o pulcherrime coniux qd ſollicitas. i. magis ſollicitas facis, & tẽtas, aut afficis nouo cruciatu: ne ęgrã ſ. animo quia videntem ꝙ maxime diſplicet: virtute. ſ. Troianos ſuperiores eſſe, & timentem tua dicta triſtia. i. ſeuera & fatalẽ neceſſitatem afferentia. Si mihi foret in amore ea vis. i. vehemẽtia, aut potentia in te, quæ fuerat quõdã & quam eſſe decebat. ſ. tũc, & nunc quoq; decet: nanq;. i. certe, aut nãq; ſi mihi, &c. tu omnipotẽs. i. potẽs. i. cum omnipotens ſis, non negares mihi hęc. ſ. quæ peto, quin. i. quominus poſſem ſubducere. i. clã ſubtrahere pugnæ Turnũ, & ſeruare incolumẽ Dauno parenti. i. patri ipſius Turni. Neceſſe eſt, vt de victoria deſperet Iuno, cum nõ victoriam, ſed ſalutẽ Turni petat, nunc. ſ. quia amor noſter extinctus eſt: nec meę apud te qcq; poſſunt preces, pereat. ſ. Turnus: & det Teucris pœnas ſanguine pio. ſ. ſuo, te pie colẽtis. Tamẽ. i. nihilominus ille deducit nomen noſtra origine. i. a ſtirpe deorũ: & pilumnus. ſ. deus eſt illi quartus pater, & ipſe onerauit ſæpe larga manu, & multis donis tua limina. Cui. ſ. Iunoni rex olympi ætherei. i. cœleſtis: quia ſunt olympi montes in terris, fatur ſic breuiter. Si mora. i. dilatatio, lęti. i. mortis pręſentis. i. iminentis, & ſi tẽpus, ideſt ſola tẽporis extẽſio, oratur iuueni. ſ. Turno caduco. i. mortali, & caſuro, licet ex deorũ ſit ſanguine oriundus, & ſi ſentis me ponere. i. conſtituere hoc ita. i. talem modũ tolle. i. amoue ab oculis Æneę, Turnum fuga. i. per fugam, atq; eripe eum fatis inſtantibus. i. vrgentibus, vacat. i. reliquum eſt: & nõ occupatũ a fatali neceſſitate induliſſe. i. quod indulſerimus: hactenus. i. ad hanc vſq; gratiam, quę eſt ei modicã moram necis concedere, ſin. i. ſed ſi vlla venia. i. gratia, & indulgentia altior. i. maioris momenti latet ſub iſtis precibus, & ſi putas totum bellũ. i. ſummam belli, hoc eſt finalem victoriã ſup. poſſe moueri vel mutari, tu paſcis. i. nutris, & foues ſpes inanes: Cui. ſ. Ioui Iuno illachrymans ſup. ait, qd ſup. mali eſſet, aut iniuriæ. q. d. nihil, aut quid ſup. facere, aut dicere tibi poſſem. q. d. neſcio, ſi tu dares mente. i. nutu & voluntate. ea ſupp. quæ grauaris ſup. dare voce. i. fato, quod voce concedis, atq; ſi hęc vita maneret Turno. rata. i. firma, & cõſtans. nunc. ſ. quia fata urgent, nec ea mutare uis grauis. i. moleſta, & ignominioſa mors: manet. i. certe expectat inſontem, ſcilicet Turnum, aut ego feror, ideſt ducor uana, ideſt inanis ac imperita: ueri, ideſt ueritatis quin, ut. i. utinam ego ludar, ideſt illudar & decipiar potius formidine falſa, & tu qui potes reflectas tua orſa. i. ſtatuta fatalia exorſa, aut a parcis cõtexta ſub ordine quo eueniant, ubi. i. poſtq; Iuno uidẽs ſcilicet Iouem immutabilem, ubi: ideſt poſtquam ipſa dedit hęc dicta, ipſa miſit. i. demiſit protinus. i. ſtatim, ſe cœlo alto, agens. i. impellens ante ſe hyemem. i. tempeſtatẽ uentoſam, qualis in hyeme eſſe ſolet, exiſtens ſuccincta nymbo. i. condenſa nube in cidũ collecta, & petiuit per auras & aciem Iliacã: & caſtra laurentia. i. laurentium populorum.

PIERIVS.

❡ Cui Iuno ſubmiſſa.) In Romano codice. & Iuno ſubmiſſa legitur. Quin & pugnæ ſubducere Turnum,) In codicibus nõnullis. Turnum ſubducere pugnæ, legitur. tranſpoſitis dictionibus. ☞ Cui Iuno illachrymans.) In Ro. cui Iuno lachrymans. ☞ Quid ſi, quod voce grauaris.) In antiquis aliquot exemplarib[9] legere eſt, quid ſi quæ voce grauaris. ☞ Turno rata vita maneret.) Rata fere paſſim legitᷣ: id Seruius admittit. Sed in Romano codice data vita, habetur quippe qui ſuo fato, non ferro violenter moreretur. placet vero magis omnino, rata. ☞ Quin o potius.) Nõnulli, quin vt potius, ſcripſere. Exẽplaria vero tria palatina, & aliquot ex ijs, quę apud me ſunt, quod vt potius, legunt: quãuis in eorũ vno deſit, o, hinc aliqui: vt verſui ſuccurrerent quin, illud: pro qd, poſuere. ☞ Iliacãq; aciẽ, & laurentia caſtra petiuit.) Nõ placet qd in codicibus aliquot antiquis, tecta, pro caſtra: legitur: quãuis de vrbe poſſit intelligi. In aliquot vero alijs codicibus legere ẽ mutato numero. Iliacãq; aciem petit, & laurentia caſtra.

Tum dea nube caua tenuem ſine viribus vmbram,
In faciem Æneæ (viſu mirabile monſtrum)
Dardanijs ornat telis, clypeumq;, iubaſq;,
Diuini aſſimulat capitis: dat inania verba,
Dat ſine mente ſonum, greſſuſq; effingit euntis:
Morte obita quales fama eſt volitare figuras,
Aut quæ ſopitos deludunt ſomnia ſenſus,
At primas læta ante acies exultat imago,
Irritatq; virum telis, & voce laceſſit.
Inſtat cui Turnus, ſtridentemq; eminus haſtam
Conijcit: illa dato vertit veſtigia tergo.
Tum vero Ænean auerſum vt cædere Turnus
Credidit, atq; animo ſpem turbidus hauſit inanem.
☞ Quo fugis Æneas? thalamos ne deſere pactos: TVR.

SERVIVS.

❡ Nube caua.) Erit nominatiuus hæc nubes. nã nubs nõ dicimus, qd ait Liuius Andronicus, q primus edidit fabulã latinã apud nos. ☞ Iubaſq;.) Propter eqnã caudã, quæ eſſe ſolebat in galeis, vt, Criſtaq; hirſutus equina. ☞ Diuini capitis.) Hoc ex ꝑſona poetę dcm̃ eſt ĩtuẽtis futura. nã poſt mortẽ in numeꝝ referetᷣ deorum. ☞ Inania.) Nec à mẽbris, nec a mẽte veniẽtia. ☞ Obita.) Sũpta, ſuſcepta & cõpleta. ☞ Exultat.) Exultare eſt gaudere: & ꝑſe plenũ eſt. Nã ĩſultare, ẽ irridere inimicos: & dicimus ĩſulto tibi: licet Sall. dixerit, Multos ab adoleſcentia bonos inſultauerat. Quãuis poſſit illic alia eſſe ſignificatio, multos bonos inſultauerat, hoc eſt in ipſos ĩpetũ fecerat. ☞ Irritatq; virũ telis.) Ideo hac arte ait Iuno, & imagine decipit Turnũ: quia ſi ei ex aperto fugam ſuaderet, more viri fortis ille præponeret mortem, quum preſertim ipſe in ſequentibus dicat, Vſq; adeó ne mori miſerum eſt? ☞ Turbid[9].) Elatus, arrogantia tumens. ☞ Tellus quæſita per vndas.) Sic alibi. En agros, & quam bello Trioane petiſti Heſperiam metire iacens. ☞ Vociferans ſequitur.) Sequens, clamabat. nam

Hac dabitur dextra tellus quæſita per vndas.
¶Talia vociferans ſequitur, ſtrictumq; coruſcat POE.
Mucronem: nec ferre videt ſua gaudia ventos.
Forte ratis celſi coniũcta crepidine ſaxi
Expoſitis ſtabat ſcalis, & põte parato:
Qua rex Cluſinis aduectus Oſinius oris.
Huc ſeſe Æneæ trepide fugientis imago
Conijcit in latebras, nec Turnus ſegnior inſtat,
Exuperatq; moras, & pontes tranſilit altos:
Vix proram attigerat: rupit Saturnia funem,
Auulſamq; rapit reuoluta per æquora nauem.
Illum autem Æneas abſentem in prælia poſcit,
Obuia multa virum demittit corpora morti.
Tum leues haud vltra latebras iam quęrit imago,
Sed ſublime volans nubi ſe immiſcuit atræ,
Quum Turnũ medio interea fert æquore turbo.
Reſpicit ignarus rerum, ingratusq; ſalutis,
Et duplices cum voce manus ad ſydera tendit.
¶Omnipotens genitor, tãton' me crimine dignũ TVR.
Duxiſti? & tales voluiſti expendere pœnas?
Quo feror? vnde abij? quæ me fuga? quém ve reducet?
Laurentis'ne iterum muros, aut caſtra videbo?
Quid manus illa virum, qui me, meaq; arma ſecuti?
Quosq; (nephas) omnes infanda in morte reliqui?
Et nunc palantes video, gemitumq; cadentum
Accipio? quid agam? aut. quæ iam ſatis ima dehiſcat
Terra mihi? vos o potius miſereſcite venti,
In rupes in ſaxa volens vos Turnus adoro,
Ferte ratem, ſæuisq; vadis immittite ſyrtis,
Quo neq; me rutuli, neq; conſcia fama ſequatur,

nam antè dixit, & ſic eſt ſecutus. ¶Nec ferre videt ſua gaudia vẽtos.) Prouerbium eſt, venti ferunt gaudia, id eſt lætitur incaſſum. Sic ſuprà, Sed aurę omnia diſcerpunt. Itẽ, Partem menti dedit, partem volucres diſperſit in auras. ¶Forte ratis.) Deſcriptio per Ecbaſim facta: non enim à ſuperioribus pendet, ſed antedictis adiungitur: vt, Inſula Sicaniũ iuxta latus. Has autem deſcriptiones eſſe raras & aptas cõuẽit: ſicut ẽt Horatius docet in arte poetica dicens, Purpureus late qui ſplendeat vnus & alter Aſſuitur pánus. Sunt.n. ornatui. ¶Crepidine ſaxi.) Crepido eſt abrupti ſaxi altitudo. Sane hoc loco Antiptoſis facta eſt ꝑꝑ metrũ. Cõiuncta ergo crepidine, pro crepidini: ſicut Hæret pede pes, pro pedi. ¶Oſinius.) Ipſe eſt quẽ ſuprà Maſſicum dixit. Ergo (vt diximus ſuprà) ſi Oſinius ꝓpriũ eſt, Maſſicus appellatiuũ: licet poſſit fieri vt duo noĩa ęnius ſint, vt ẽ Numa Põpilius, Alexander Magnus. ¶Cluſinis oris.) Tuſcię ciuitate. ¶Trãſilit altos.) Hoc ſermone feſtinantis celeritas indicaẗ. ¶Rũpit Saturnia funẽ.) Ne deꝑhenſo dolo ad bellũ rediret. ¶Illum aũt Æneas abſentem in prælia poſcit. Sic melius, quã ſicut nõnulli volunt. Vrbanus nãq; ſic legit, Ille aũt Æneã abſentem in prelia poſcit: vt, Obuia multa virum dat corpora morti. De nautis in naui inuentis intelligamus: qđ non ꝓcedit. nam abſens dicitur qui recedit: quod nunc Turno congruit, nõ Æneæ, qui intereſt prelijs. ¶Medio.) Ad medium. ¶Turbo.) Vis venti. ¶Ignarus rerum.) Artis, per quam euaſerat. ¶Omnipotens genitor.) Duo Antonomaſia pro vno ꝓprio: vt, Tritonia Pallas. ¶Tantón'.) Pro Tantóne. & conſtat mutilatas partes orationis accentum in eodem loco habere, in quo etiam integræ habuerunt. nam μόρια, ideſt minores particulæ, vt que, ve, ne, ce, quotiens iunguntur alijs, partibus, ante ſe accentũ faciunt, quaſlibet ſit ſyllaba quę præcedit, ſiue breuis ſiue lõga: vt, Muſaq;, Huiuſce, Illucce, Tantóne, Adduce, Deduce: & hęc mutilata ſimiliter proferũtur, ſcilicet ſub eodem accentu. ¶Quémve reducet? Qualem: vt, Hunc ego te Euryale aſpicio? & quaſi neſcius ſui eſt in tanta rerum permutatione. ¶Laurentis'ne.) Quaſi deliberatio eſt. ¶Quid manus illa virum?) Syllepſis per genus. nam à manu, id eſt multitudine, ad viros tranſitum fecit. ¶Pallentes video.) Intelligimus eum non longe à terris fuiſſe. nam quod ait ſuprà, Medio fert æquore: vt diximus, ad medium accipiendum eſt. Aut quia medium dicitur omne quod eſt inter finem & initium: vt, Interea medium Æneas iam claſſe tenebat. ¶Gemitumq; cadentum Accipio.) Hic apparet de Ænea dictum, Obuia multa virum demittit corpora morti. ¶Ima terra.) Dolet ſibi etiam infelicium vota ſublata: ſiquidem in mari conſtitutus optare hyatum non poteſt terræ. Imam autem terram, prudenter dixit, quæ continet maria. ¶Miſereſcite venti.) Pro petentis qualitate, nonnunquã ẽt mors videtur eſſe miſeratio, vt hoc loco. Item ſuprá, Figite me, ſi qua eſt pietas. ¶Adoro.) Ad vacat: & eſt metri cauſa additum. ¶Syrtis.) Vbi arenoſa ſunt loca, ſyrtes vocantur. Ergo immittito me ad ſæua vada ſyrtium: aut arenoſa loca, aut re vera ad ſyrtes, id eſt mundi extrema, quo me nec fama comitetur.

DONATVS.

¶Tum dea nube caua.) Inuenit iuno conſiliũ, quo ſecundũ promiſſum iouis turnũ e pugna ſubtraheret, finxit inanem hoĩs formã finxit arma, qualia fuerant, qbus ęneas vtebaẗ. Hæc vmbra induit ornauitq; caput eius galea prorſus, vt qui eã vidiſſet, ęneã eſſe

eſſe arbitraretur. dedit ei aliquantulũ vocẽ, & ſi inaniter, licebat dare tñ velut viuentis hominis ſonũ. Quod ait in faciẽ ęneę, nõ in ſimilitudinem debemus accipere. ¶Morte obita quales.) Talis illa vmbra fuerat, quales dicunẗ eſſe poſt mortẽ, aut quales videntur dormiẽtibus, quũ ſopitis ſenſibus eluſi fallunẗ. cognito & ꝓbato iunxit incognitũ, & qđ ꝓbari nõ poſſit. ſi.n. ſolum ꝑꝑ exprimẽdã ſimilitudinem poneret, qđ fertur eſſe poſt mortẽ, qđ illud eſſet nõ poſſet ĩtelligi, quũ ĩcolumes hoc ſcire nõ poſſint. ſociauit huic aliud exẽplũ ſomniorũ. ſ. quę omnibus nota ſunt. vt exinde appareat qđ eſſe dicitur poſt depoſitã vitã. ¶At primas læta ante acies.) Ideo lęta, ideo exultãs, vt ꝓuocaret in iracũdiam turnũ. Deniq; ſeqtur.) ¶Irritatq; virũ telis,) Vt lætitiã hoſtis & exultationẽ voce & irritatu telorũ tanq̃ ad verã pugnã toto turnus animo armaretur. Irritare prorſus dicimus feras ꝓuocare ĩde ſumptũ eſt, vt & hoĩes irritari dicanẗ, quũ in aliquã partẽ aſperitatis vrgenẗ. hoc igiẗ agebat vmbra illa, vt turnũ non ipſa ſed æneas ꝓuocare videreẗ. ¶Inſtat cui turnus.) Sumpſit audaciã turnus, qui tot modis fuerat prouocatus, & verũ exiſtimans hoſtẽ iecit haſtã. ſed hoc eminus fecit. congredi.n. cominus non audebat. ¶Illa dato vertit.) Illa, inqt, hoc eſt vmbra mox in fugã verſa eſt. ¶Tũ vero æneã.) Licet ante æneã putaſſet turnus, in quẽ haſtã miſerat. tũ magis ipſum eſſe credidit, quẽ fugiſſe præuiderat. Illa dato vertit veſtigia tergo more, inquit, timẽtis in fugã verſa eſt. Tũ vero æneã aduerſum vt cędere turnus credidit, atq; animo ſpẽ turbibus hauſit inanẽ. Ipſe fuit vanus error is enſibus turni, vt crederet æneã terga vertiſſe. Quo factum eſt, vt vana ſpe ductus ſuperbã iret in vocẽ dicens. ¶Quo fugis ęnea, thalamos ne deſere pactos. Quid, inqt, fugis ęnea? expecta, vt ſeruata pactorũ fide optatã ducas vxorẽ. ¶Hac dabiẗ dextra.) Ego tibi mea dextra dabo terram, quã diu quæſiuiſti per maria. ¶Talia vociferans.) Clamabat, & ſequebatur fugientem, gaudebat quoq; & ſtrictum gladiũ portabat, vtpote paratus ad feriendũ: nec intelligebat omnia hęc in ventos exire, hoc eſt inania eſſe & vacua, quæ clamabat. ¶Forte ratis celſi con.) Vmbra illa quũ fugeret, habuit fortuna ꝓcurante opportuuitatem nauis, quam poſſet aſcendere, vel maxime quæ habuit ſubſtantiam pontis: nã ſtabat iuxta crepidinem ſaxi. crepidinem accipere poſſumus partem ſaxi, quæ reſpicit mare. Nam huic ſaxo colligatus fuerat funis, qui nauim tenebat. ¶Qua rex cluſinis.) Hac naui cluſini finibus vectus aduenerat oſinius. ¶Huc ſeſe trepida.) Huc in nauim contendens velut æneæ imago trepidantis ſeſe latebris dedit. ¶Nec turnus ſegnior inſtat.) Turnus in aſcendẽdo nõ fuit ſegnis. nam ſuperatis omnibus moris pontem tota celeritate tranſcendit. ¶Vix proram attigerat.) Statim, inquit, vt turnus nauis tetigit proram. ¶Rupit ſaturnia funem.) Quod dixit, rupit, funem, non ſoluit. & auulſam, inquit, non ſimpliciter ſeparatam a ſaxo, oſtendit magnam interueniſſe neceſſitatem. Adhibenda quippe facto fuerat vis, quo citius fieret, quod fuerat neceſſariũ, anteq̃ turnus aduerteret inane eſſe quod geſſerat, & rediret. vbicunque poeta poſuit rumpere, oſtendit maiorem neceſſitatem. denique ait in libro tertio, atq; ab littore funem rumpite, ne interueniẽte ſoluendorũ vinculorum mora manibus cyclopum nauigia tenerẽtur. itẽ quũ fugam caci in octauo libro deſcriberet, ait, ruptiſq; immane catenis deiecit ſaxum. ſi enim ſoluere voluiſſet velocitate præuentus herculis, pœnas facilius daret, ſi ſpeluncæ occuparetur

paretur

paretur ingreſſus.tale eſt & rapit.nã & hoc quoq; celeritatẽ facti
ſignificat.ſi.n.paulatim nauis in altũ duceret,& aſcẽdẽdi & exi
bẽdi reppeiſſe turnus remediũ poſſet.Nunc rapta eſt,vt ante in
altũ perueniret,q̃; ſentiretur nexibus libera,quaſi inhæſiſſet ſa/
xo,ſic dixit auulſam.auellitur.n.quod ſine vi non põt ſeparari.
Illum autẽ æneas.) Verus æneas abſentem ignorans turnum
quærebat,& petebat in prælia. Obuia multa virũ.) Quũ quære
ret turnum,qcũq; illi obuiã fuerũt,morti ſunt traditi. Tum le/
uis haud vltra.) Leuis vmbra,quæ æneam ſimulauerat fugien/
tem,cõpleto eo,quod fuerat neceſſarium,vlterius latebras non
quęſijt:ſed ſe nubibus miſcuit & eo, vnde venerat, remeauit.
Quum turnum medio.) Interea commotum pelagus turbine
trahebat longius turnũ. Reſpicit ignarus rerum.) Pro aduerſo
exiſtimans turnus,ꝙ pro ipſius fuerat ſalute perfectum:& geſto
rum pro ſe neſcius,tetendit manus ad ſydera,& hæc gemebun/
dus effudit,quo in facto potuiſſet ingrati crimen incurrere, niſi
geſta neſciret. Omnipotens genitor tanto.) Hoc cine tibi iupi/
ter placuit?hac me pœna dignum eſſe duxiſti?hęc vt diceret,oſtẽ
ditur intellexiſſe fraudem,quã paſſus eſt. Incipit enumerare om
nia,quæ illi pœnas animi afferebant. Quo feror?vnde abij.)
Neſcio,inquit,quo feror.vnde tamen receſſerim,ſcio. Quæ ne
fuga,quæue reducet?) Qualis ſum, quũ fuiſſe videor,qualis ad
eos,quos deſerui,rediturus ſum. Laurentis ne iterum muros,)
Si rediero,qua fronte iterum videbo muros & caſtra laurentũ,
vnde fugitiuus abſceſſi? Quin manus illa virum,) Quid, ait,di
cent illi,qui armis meis ſuas opes fortunamq; iunxerunt? quos
prodidi deſerendo,quot fugiendo decepi,quos dimiſi ad necẽ?
Et nunc palantes video.) Moralitatem tenuit.nã quũ in incer/
tis relinquimus quẽquam,vel ãd incerta dirigimus. cuius mala
ſperamus euenire poſſe q̃; bona. Videre ſe cadentes dicit,& gemi
tus audire pereuntiũ,& totum tñ ab oculis & auribus longe eſt:
cernebantur hæc animo,& animi audiri putabantur:quũ imagi
nationes ipſę ſenſibus tractantis occurrerent. Quid agam.&c.)
Deſiderabat recipi hiatibus terrę,& in fluctibus eam requirebat.
quæ non erat,& cuius copiã non habebat. Vos o potius miſe.
ven.) Ecce intellexit ipſe fruſtra ſe deſiderare terræ diuortia:&
apoſtropha ad ventos facta rogare ſupplicium cœpit & pœnam
pro beneficio poſtulare. In rupes in ſaxa.&c.) O vota aduerſa,
proſperis naufragia optantur, vt ſit perire beneficiũ.miſereri eſſe
dicitur,vt nauis feratur in rupes,& collidatur in ſaxa. nõ quo re
uera interire cõmodũ videretur:ſed lucis tædio & ludibrijs ca/
ruiſſe,pulcherrimũ:certe ſi malũ,iquit,putatis eſſe,quod poſco:
tñ quia hoc cupio pro bono,quod iudicatis eſſe cootrariũ volen
ti mori:miſericordiã portat,qui ei procurauerit mortem: aut ſi
me malueritis contra mea vota ſeruare,date ſyrtes ſæuas, & ſyr
tium vada.illic trahã infelicẽ vitã,quo nullus ſequi valeat,& vñ
opinio nominis mei ad meos omnes venire nõ poſſit.

ASCENSIVS.

Tum dea nube caua &c.) Docet qũo abductus fuerat Turnus
aſtutia Iunonis,cui quia conceſſum erat Turnum abducere fuga
abducit eum fugantem vt putabat,& non fugiẽtem, vnde quia
nihil extat Dona. Ordo eſt.Dea.ſcilicet Iuno ornat,ideſt effin/
git nube caua.i.ex aere:vmbrã tenuem.i.ſimulachrũ corporis ſi/
ne viribus.i.robore in faciẽ.i.facturã,& ſimilitudinem Ænee,ap
poſitorie mõſtrum mirabile viſu.i.dum videtur.ornat dico telis
Dardanijs.ſ.dans ei tela Dardania & aſſimulat clypeum & iubas
capitis diuini.i.eius qui in deũ eſſet aſſumendus,& dat verba ina
nia.i.fictitia,nec a membris nec a mente venientia:ſed ex aere ſi/
cta ſubtili quadã compoſitione vocis,& dat ſonum ſine mente.i.
ſine concæptu mentis,& effingit greſſus.i.modum incedẽdi eun
tis.ſ.Æneæ quales figuras.i.qualia ſimulachra,eſt fama volitare
ſcilicet per vmbras iſernas morte obita.i.ſuſcępta & cõpleta.aut
ſup.qualia fama eſt volitare ſõnia.i.inſõnia & fantaſmata quę de
ludunt ſenſus ſopitos ideſt ſopore ægro oppreſſos.De qbus Ho/
ra.velut ęgri ſomnia vanæ Finguntur ſpecies: at.i.ſed, imago.ſ.
Æneæ læta.i.geſtiens exultat ante primas acies & irritat virum
ſcilicet Turnum telis:& laceſſit.i.prouocat voce.i.verbis contu/
melioſis.Cui Turnus inſtat ideſt inſtanter iminet & conijcit emi
nus.i.de longe quaſi e manibus,haſtam ſtridentẽ.ſ.p aera ex cele
ri motu. Illa.ſ.imago vertit ideſt obuertit per fugam veſtigia: &
hoc tergo dato.ſ.inſequenti.Vero pro ſed Turnus tum.i.tunc aut
tum vero.i.tunc maxime & ad verum:vt ideſt poſtquam credi/
dit Æneam cedere.i.locum dare;atq; poſtquã Turnus turbidus
ſcilicet pp inſperatum euentũ:hauſit animo,aut turbidus animo
hauſit inanem ſpem,vociferabatur ſup.O Ænea quo fugis ne de/
ſere pro ne deſeras.thalamos pactos.ſ.cum latino de Lauinia;
tellus quęſita per vndas.ſ.maris.ſ.Italia.vnde Italiam quęro pa
triam:dabitur hac ideſt mea dextra:quia interfectum ſepeliendũ
dabo. Ipſe vociferans talia ſequit.ſ.ſimulachrum Ænee,& coru
ſcat.i.vibrat Mucronẽ ſtrictum.i. euaginatum nec videt ventos
ferre ſua gaudia ideſt ſe ianiter gaudere. Ratis ideſt nauis ſtabat
forte quia pręter ſpẽ Turni coniuncta crepidini ideſt ad crepidi/
nem ideſt eminentiam abruptam ſaxi celſi.i.rupis altis ſcalis ex/
poſitis.i.habens ſcalas expoſitas vt per eas fieret cõgreſſus & re/
greſſus põte.i.tabulato parato.ſ.ad introitũ:qua ſcilicet rate aut
naue Oſinius Rex.ſ.maſſicus dictus aduectus ſupp. erat oris.i.ab
oris cluſinis.i.cluſio thuſciæ ciuitate.imago Ænee fugientis tre/
pide.i.feſtinanter:alij tamen habent imago Æneæ fugientis tre/
pida ideſt quæ trepidabat, conijcit ſeſe huc.i.ad hanc ratem in la
tebras,nec Turnus inſtat ſegnior.i.tardior:ſed ſup.perſequitur in
nauem vſq; &exuperat moras ideſt impedimenta quæ moras fa
cere poſſent:& tranſilit ideſt celeriter tranſcurrit altos pontes.
Ipſe.ſ.Turnus attigerat vix proram:cum ſup.ſaturnia.ſ.Iuno.ru
pit funem.i.retinacula:& rapit nauem auulſam.ſ.a littore: per ę/
quora reuoluta.i.remenſa.i.quæ reuoluebantur: & remetieban/
tur tempus præteritum participij pro præſenti:quia illo in paſſi
uo caremus.Autem pro ſed,Æneas poſcit in.i. ad prælia.i.con/
certationem in eũdem illum.ſ. Turnum,abſentem,& demittit
morti.i.ad mortem & interniciem multa corpora virum.ſ.Rutu
lorum.obuia.i.occurrentia,tum.i.deinde poſtquam Turnus in/
trauerat nauem auulſam:imago leuis.i.inanis & ſine corpore ve
ro haud.i.non quærit iam vltra.i.vt dicunt vlterius:latebras.i.la
tibulas:ſed volans ſublime.i.in ſublime immiſcuit ſe atrę nubi.i.
reſoluta eſt in atram nubem,cum turbo.i.impetus ventorũ fert
interea Turnum in medio ęquore:ipſe ignarus rerum neſciens.ſ.
quod propter ſalutem ſuam id egerit Iuno: & ingratus ſalutis.i.
non habens gratam ſalutem procreanti,reſpicit.i.attendit quo il/
latus ſit,& tendit ad ſydera manus duplices.i.complicatas.tẽdit
dico cum voce.i.ſimul precans ac dicens o genitor omnipotens
ſ. Iupiter tanton.i tanto ne:hoc eſt an duxiſti.i.reputaſti & cẽſui/
ſti me dignum tanto crimine.i.dedecore ꝓpter crimen prouenie
te,aut tam nefando facinore:ſed exponit dicẽs.& voluiſti ne me
expendere tales.i.tam contumelioſas pœnas quas.ſ.putat ſe non
expenſurum ſine crimine.quo feror:vnde abij quę.i. qualis fuga
ſup.aufert me,ve pro vel quem.i.qualẽ reducet.ſ.fuga me.i.qua/
lis poſt fugam rediturus ſum.videbo ne iterum muros laurẽtis
ſ.ciuitatis hoc eſt Laurolauinij aut videbo ne iterum caſtra. Quid
ſup.faciet aut de me dicet illa manus.i.ille exercitus virum.i. vi/
rorũ qui ſecuti ſunt ſup.me & mea arma.ve pro vel:quos omnes
nefas.i.quę res neſanda & deteſtanda eſt:reliqui in morte neſan
da.& quos ego video nunc Palantes.i.oberrãtes quaſi oues ſine
paſtore amiſſo.ſ.duce & accipio.ſ.auribus:hoc eſt audio gemitũ
cadentum.i.occumbentium, quid agam?aut quæ terra ſatis ima
dehiſcat.deorſum hyatum faciat mihi o vos vẽti miſereſcite po/
tius:quia.ſ.terra deeſt,ego Turnus volens adoro vos.i. cum ado
ratione iploro,ferte ratem in rupem,& in ſaxa.i.ſcopulos. hoc ẽ
rumpite ratem & ſubmergite me,& imittite me ſęuis vadis.i.p
vada ſęua:ſyrtis.i.in ſyrtis & breuia,hoc eſt ad extrema maris lo
ca quo.i.ad quas ſyrtes neq; Rutuli ſequantur me:neq; fama cõ
ſcia.ſ.talis dedecoris ſequatur me.

PIERIVS.

Iritatq; virũ telis.) Impreſſi codices omnes, irritat,r, gemi/
nato ſcribũt,ſonet vt de nare canina litera, irito,tamen ab ira ẽ.
Oſinius.) In cod.aliquot antiquis,oſirius,legitur: inſolitũ no/
men. Vix proram attigerat rupit ſaturnia funem. In veteribus co
dicibus pene omnibus rumpit,inſtãti tempore legitur. Res enim
narraſ in ipſo actu. Auulſam rapit reuoluta per ęquora nauẽ.)
In antiquis omnino auolſam. Sed etiam in nonnullis,aduulſam
per,ad,quod ad ſe traxiſſe ſignificat. Scribe vero,nauim,per.i.ex
antiquis codicibus. Tũc leuis haud vltra.) In antiquis codicib.
tum leuis. Manus ad ſydera tendit.) In antiquis pleriſq; codic.
tollit,habetur. Tanton me crimine dignum.) Erudite qdẽ Ser/
uius,tanton,ſcribendum ꝓcurauit: Sed enim eiuſmodi ſcriptio/
nis vſum parciſſime inueni in veteribus exẽplaribus,in aliquot,
vbi habebaſ, Lectionem eam nonnulli Cultro etiam ipetere auſi
ſunt. Priſcianus tamen vbi de,ne,particula agit,eam frequentiſſi
me ait interrogatiuam eſſe, Vt illud Hectoris Andromache Pyr/
rhin,connubia ſeruas?& in decimo,tanton,me crimine dignum.
Quæ me fuga quẽ ve reducet.) Romanus codex,& alij nõnul
li,reducit,legunt pſenti tempore. De regreſſu enim ſuo in patriã
loquitur. Eſt etiã in quibuſdã codicibus manu ſcriptis. Quæ me
fuga,quo ve reducet. Hoc eſt quo nũc fugio? Quo vero pacto re/
uertar?

tertur? Sed enim Seruius agnoſcit, quẽ hoc eſt qualem. & hæc caſtior eſt lectio, apud plures. ¶ Infanda in morte reliq.) Vetuſtiora pleraq; exemplaria infanda morte legunt, abſq; in, præpoſitione, quã elocutionis figurã ſæpiſſime apud Virgiliũ inueneris. ¶ Accipio.) Vetuſtiſſimum eſt, adcipio, ſcribere. Sed, vti ſuperius dictum, primus omnium Lucillius, c, in hoc verbo geminauit, teſte Velio longo. ¶ Aut quæ iam ſatis ima dehiſcat terra mihi.) In Romano codice, dehiſcet futuro tempore legitur, Sed dehiſcat, figuratius & elegantius. ¶ Terra mihi vos o potius.) In Mediceo legere eſt, terra mihi o vos o potius, aduerbio exclamationis repetito.

Hæc memorãs, animo nunc huc, nũc fluctuat illuc,
An ſeſe mucrone ob tantum dedecus amens
Induat, & crudum per coſtas exigat enſem:
Fluctibus an iaciat medijs, & littora nando
Curua petat, Teucrumq; iterum ſe reddat in arma.
Ter conatus vtranq; viam: ter maxima Iuno
Continuit, iuuenemq; animo miſerata repreſſit.
Labitur alta ſecans, fluctuq;, æſtuq; ſecundo,
Et patris antiquam Dauni defertur ad vrbem.
At Iouis interea monitis Mezentius ardens
Succedit pugnæ, Teucroſq; inuadit ouantes.
Concurrunt Tyrrhenæ acies: atq; omnibus vni,
Vni, odijsq; viro, teliſq; frequentibus inſtant.
Ille velut rupes, vaſtum quæ prodit in æquor,
Obuia ventorum furijs, expoſtaq; ponto,
Vim cunctam, atq; minas perfert cœliq;, mariſq;,
Ipſa immota manens: prolem Dolicaonis Hebrum
Sternit humi, cum quo Latagum, Palmumq; fugacẽ:
Sed Latagum ſaxo, atq; ingenti fragmine montis
Occupat os, faciemq; aduerſam, poplite Palmum
Succiſo volui ſegnem ſinit: armaq; Lauſo
Donat habere humeris, & vertice figere criſtas,
Necnon Euantem Phrygium, Paridiſq; Minanta
Æqualem, comitemq;, vna quem nocte Theano
In lucem genitori Amyco dedit, & face prægnans
Ciſſeis regina Parin creat: vrbe paterna
Occupat ignarum Laurens habet ora Minanta.
Ac velut ille canum morſu de montibus altis
Actus aper, multos Veſulus quem pinifer annos
Defendit, multoſq; palus Laurentia: ſylua
Paſtus arundinea, poſtq; inter retia ventum eſt,
Subſtitit, infremuitq; ferox, & inhorruit armos:
Nec cuiquam iraſci, propius've accedere virtus,
Sed iaculis, tutiſq; procul clamoribus inſtant.
Haud aliter, iuſtæ quibus eſt Mezentius iræ,
Non vlli eſt animus ſtricto concurrere ferro:
Miſſilibus longe, & vaſto clamore laceſſunt.
Ille autem impauidus partes cunctatur in omneis,
Dentibus infrendens, & tergo decutit haſtas.

SERVIVS.

¶ Mucrone induat.) Aut κατachreſtikῶς dixit induat, pro feriat: aut Hypallage eſt, pro mucronẽ ſuo induat corpore. Si n. induere, eſt veſtire: non mucrone corpus induit. ſed induitur mucro corpore. i. tegitur & veſtit. ¶ Crudũ.) Crudelem, cruentũ. ¶ Animi miſerata.) Pro aio miſerata. Nam figurate locutus eſt, ſicut, O pſtans animi, pro aio, & illius rei, pro illa re. ¶ Ad vrbem.) Ardeã: & ideo ſic lõgẽ ne ex ꝓpinquo ſtatim rediret: & vt eũ affectus retineret parentis. ¶ At Iouis interea monitis.) Nouimus ſacrilegũ eſſe Mezẽtiũ, Iouẽ ẽt adhortatũ eſſe alios deos, vt à bello deſiſterent: & dixiſſe, Rex Iupiter oĩbus idem. qũo ergo procedit, At Iouis interea monitis? Dicimus primò Iouẽ iuſtitiæ fauere, nõ partibus: qđ ſi eſt, iure Mezentiũ in locum Turni facit venire: vt iuſtũ præliũ inueniat, ne vna ſit penitus ps a ducibus deſtituta. Qđ autẽ dicit, ſacrilegum Iupiter admonere nõ debuit: nõ admonet vt vincat, ſed vt poſſit perire. Illud ẽt fruſtra queritur quẽadmodum numini ſacrilegus obtẽperare potuerit, cum Mezentium nõ aperte Iupiter moneat, ſed ei inijtiat tale deſyderiũ. Vñ eſt, Dij'ne hunc ardorẽ mentibus addunt Euryale? an ſua cuiq; deus ſit dira cupido? ¶ Monitis Mezentius ardens Succedit pugnæ.) Ab eo qđ eſt hæc monita, hic venit datiuus. nã & hos monitus dicimus. Vnde Perſius, Hos pueris monitus patres infundere lippos. ſed à quarta declinatione nec ſingulari datiuo vtimur, nec plurali. nã vnũ nomen eſt de his quæ licet duplicẽ habeant declinationẽ, tñ aliquibus eorũ caſibus propter aſperitatẽ non vtimur: vt, Laurui lauribus, cu3 huius laurus & ab hac lauro dicamus. ¶ Cõcurrunt Tyrrhenæ acies.) Quæ ſpecialiter odio Mezentij in bellum ruebãt. ¶ Prodit in æquor.) Extendit. hinc Iuuenalis, Quæ pelago occurrunt. medio, longeq; relinquunt Italiam. ¶ Ponto.) Contra pelagus. nam datiuus eſt. ¶ Cœlique mariſque.) Sicut Mezentius odiorum & telorum totius exercitus. ¶ Fugacem.) Velocẽ modo. ¶ Latagũ Occupat os.) Pro Latagi os occupat. & eſt Græca figura in Homero frequens, vt ſi dicas ἔκρουσεν ἀχιλλέα τὸν πόδα, id eſt Achillem percuſſit pedem, pro percuſſit Achillis pedem. ¶ Poplite palmum.) Ea parte qua plurimum poterat. ¶ Donat habere.) Græca figura. vt, Argenti magnum dat ferre talentum. ¶ Ciſſeis.) Hecuba filia Ciſſei, ſecundum Euripidem in Hecuba πολύδωρος ἑκάβης παῖς γεγὼς τῆς κισσέως. ſecundum alios Dymantis. Quod autem ait. ¶ Face prægnans,) hæc ratio eſt: quia antequam pareret, facem ſe peperiſſe vidit in ſomnijs. ¶ Vrbe paterna occubat.) Subaudis Paris. Quod vt non diceret, metri eſt neceſſitate compulſus. ¶ Ignarum Laurens habet ora Minanta.) Scilicet caſus ſui: vera tamen eſt lectio ignarum. i. ignoratum, qui neſciretur: & eſt ſupina ſignificatio, ſicut in quarto, Liquitque volatile ferrum Neſcius, pro qui neſciebatur. ¶ Actus.) Coact⁹ in retia. ¶ Defendit.) Texit, vt, Hic mihi dum teneras defendo à frigore myrtos. ¶ Veſulus.) Mons Liguriæ eſt iuxta Alpes. Liguria autẽ cohæret Tuſciæ, de qua fuerat Mezentius. vnde ſatis congrua ẽ cõparatio. ¶ Multoſq;.) Pro mltóſve. non. n. eſt vicina palus Laurentia monti Veſulo, vt poſſit vnus atque idem apte intelligi. ¶ Paſtus.) Pro paſtũ. nam ſuprà ait, Quẽ. ergo Antiptoſis eſt. ¶ Laurentia.) Pro Laurens: nam recta deriuatio hæc eſt. ¶ Inhorruit armos.) Id eſt, pro armis inhorruit. Aut certe in armos horruit, & erexit ſetas. ¶ Tutis clamoribus.) Præter periculũ. ¶ Iuſtæ iræ.) Propter illud, Mortua quinetiã iungebat corpora viuis, Cõponens manibuſque manus. ¶ Cũctat.) Diſponit ſe per oẽs partes. ¶ Tergo.) Scuto. vt, Et venit aduerſi in tergum Sulmonis.

DONATVS.

¶ Hæc memorans,) Quũ hæc animo volueret, & animo fluctuaret. apto verbo vſus eſt, fluctuat alluſit enim quomõ in fluctibus fuit, vt mẽte quoque fluctuare videret, huc atque illuc vertẽs tractat⁹ ſuos omnes inſtabiles, & vagos: incipit dicere, qui ſint ipſi tractatus, & quantas ſint in ſpecies ſub incerto diuiſi. aliquando enim parabat ſeſe percutere gladio, & ferro abolendũ decernebat dedecus ſuũ. aliquando, vt iret in fluctus, & nando perueniret ad littora. ſed hoc armis efficere non valebat, non enim natare poſſet armatus, inermis autem quomodo veniret ad terras? ſi arma reijceret armis hoſtium pleno ardore feruẽtibus? ¶ Ter conatus vtranq; viam.) Quoties voluit aggredi alterum de duobus, toties iuno ardores animi iuuenilis oppreſſit. quid enim prodeſſet morti eſſe ſubtractum? ſi ſe in mari perimeret, aut necatus in pelago ferretur ad terrã? ¶ Labitur alta ſecãs.) Ecce quãtũ potuit iuno, quũ diuerſos tractatus excutit turnus & deliberationis ſniam, exiſtẽtibus atq; occurrẽtibus cõtrarijs ſingere vel ordinare nõ permittitur. Nauis ſine rectore, ſine arte, ſine ſuffragio proſperante ventorũ ad antiquã vrbẽ ſecundis lapſibus venit. Cõpletum eſt qđ apud iouẽ proſecuta eſt iuno. ait. n. quin & pugnæ ſubduceretur, num & danno poſſem incolumen ſeruare parenti? ¶ At iouis interea monitis.) Inimicum ſuis aſſeritiouẽ, vt mezentium virtute acrẽ, natura callidũ, & in armis ardentem teucris immitteret certaminis ſucceſſu feliciori gaudentibus. ¶ Cõcurrũt tyrrhenæ acies.) Omnibus, inqt, odijs ac frequẽtibus telis vni viro oẽs inſtabãt. ¶ Ille velut rupes.) Ille ſic oib⁹ reſiſtebat ĩmobilis, vt oppoſita pelagi fluctibus rupes, q̃ ꝓducta ĩ mare vĩ cœli ac minas pfert, manẽs fixa virib⁹ ſuis. ¶ Prolẽ doli

caonis

chaonis hebrũ ſternit humi. Incipiunt deſcribi hi,quos mezẽtius
occidit.primum ſtrauit hebrum dolichaonis filium. ¶ Cum quo
latagum.)Occupat latagũ ſaxo,& faciẽ eius aduerſam occupat.
niſi enim bis intelligatur occupat,nõ erit locutio integra,nec ple
na deſcriptio. Ingenti fragmine montis:& virtutem voluit mon
ſtrare geſtantis,& ſaxi pondus oſtendere.quũ dicit ingenti frag/
mine.fragminis ſignificatio oſtẽdit ſaxum illud, quaſi quoſdam
gladios habuiſſe,vt illiſum in illius faciẽ & acuminibus crebris
necem hominis cõpleret & põdere.palmũq; fugacẽ,nõ occiſum
dixit,ſed ſucciſo poplite,ne vlterius fugeret implicat⁹. ¶ Armaq;
lauſo Donat.)Scutum & galeam detractã hoſti dono dedit filio
ſuo.nõ.n.numini,cuiquã hæc ſeruare potuit, aut conſecrare , qui
deos contẽnere perpetua obſtinatione didicerat. ¶ Nec non euan
tem phrygium,)Etiã iſti intelliguntur occiſi. ¶ Vna quem nocte
theano In lu.ge.) Ludit inter duorum noĩa,& natiuitates,ac pa
rentes,& mortuos.occidit.n.mezentius duos euantẽ, & minan/
ta,qui paridis aliquando fuiſſet æqualis & comes, & theano &
Amyco dicit hunc natum:paridem vero ex ciſſeide poſteaq̃; facẽ
ſe peperiſſe ſomniauit,qui paris in vrbe paterna occubat, ideſt in
troia.minanta autem laurentes exceperunt cadentem. ¶ Ac velut
ille canum.) Quẽadmodũ,inquit,morſum canũ montibus aper
excluſus,quẽ veſulus mons pineis arboribus denſus multos per
annos defendit,ac tenuit:aut palus laurenti cum ſylua aluit,atq;
nutriuit. ¶ Poſtquã inter retia ventũ eſt.( Quẽadmodũ aper inter
retia poſitus ſuſtitit,& armos excutit,ac dentibus frendit, & nul
lus audet propius accedere,ſed iaculis ex longinquo miſſis inſi/
ſtit.ita quos mezentius facta cum iuſto dolore agebant: quãquã
illi omnes infeſti incurrerent:non tñ audebant certare cominus:
ſed quod tutũ fuit,miſſilibus ex longinquo iactis,& clamore cer
tabant:ille vero non mezentius ſed aper,ad ipſum enim remea/
uit,vt parabolam clauderet,omnes partes obſeruans haſtas ex/
cutit,& propellit.

ACENSIVS.

¶ Hæc memorans&c.)Docet quo Turnus delatus eſt,& in eius
locum ſuffectus Mezentius,de qua re argute diſſerit Seruius,ni/
hil autem Donatus. ¶ Ordo igitur eſt, Turnus memorans hæc.ſ.
dicta,animo quia ſolus erat, aut memorans . hæc fluctuat ideſt
per modum fluctus agitur animo,nunc huc ideſt in hanc ſenten/
tiam,nunc illuc.i.in illam.An ipſe amens induat.i.feriat ſeſe mu/
crone.i.gladio ſuo.ob tantum dedecus,& exigat.i.extra agat en/
ſem crudum,per coſtas ideſt pertrãſeũdo coſtas.an iaciat ſeſe me
dijs fluctibus ideſt in medios fluctus,& petat nando littora cur/
ua:& reddat ſe iterum in arma Teucrum ideſt teucrorum,ipſe co
natus ſupp.eſt ter vtramq; viam ideſt ſe interficere,& inſtructus
dare,ſed Iuno maxima cõtinuit ter, & ipſa miſerata animi pro
aĩo ſuo iuuenem.ſ.Turnum repreſſit.ſ.eum,& animum eius ab
inſtituto, Ipſe igitur Turnus,labitur ideſt celeriter cum deſcenſu
nauigat,ſecans æſtu & fluctu ſecundo,alta.ſ.maria,& defertur ad
antiquam ideſt nobilem vrbẽ dauni patris.ſ.eius , hoc eſt ardeã,
At ideſt ſed Mezentius ardens ideſt accẽſus furore Martio ſucce
dit interea pugnę monitis.i.per internam admonitionem Iouis
& inuadit Teucros ouantes.ſ.de victoria nõ triũphali, quia Dux
aberat, Acies tyrrhenæ ideſt hetruſcæ: concurrunt atque inſtant
omnibus odijs vni.ſ.Mezentio,& inſtãt frequentibus telis vni vi
ro.ſ.eidẽ Mezẽtio ille.ſ.Mezentius velut.i.quẽadmodũ rupes.i.
ſcopulus abruptus q̃ prodit.i.protenditur in ęquor obuia furijs.
ideſt vehemẽti impetui vẽtoꝝ:& expoſta pro expoſita: ponto.i.
mari perfert.i.ad finẽ ſuſtinet vim.i.violentiã cunctã:atq; minas
ſup.cunctas & cœli & maris.manens ipſa.i.in ſe ĩmota:illa dico
ſic ſe habens:ſternit humi.i.ſuper humum,Hebrum prolẽ.i. gna/
tum Dolichaõis:cũ quo.i.in cuius ſocietate:ſternit Latagũ & Pal
mum fugacẽ.i.fugere ſolitum ſed ipſe Mezentius ſternit ſup.lata
gum ſaxo,atq; occupat ingenti fragmine montis.i.quod ſaxum
erat ingẽs fragmẽ montis:os & faciẽ aduerſam ſup. eius hoc eſt
latagi:& ſinit.i.permittit,palmum volui.i.occumbere ſegnẽ.i.lẽ
tum,& hoc poplite ſup.eius hoc eſt neruo poſt genua.(Et dicitur
hic poples itis.nõ poplex ſcis)ſucciſo.i.interciſo,& donat Lauſo
ſ.filio ſuo, habere humeris.i.ad ornatum humeroꝝ:arma.ſ.palmi
& latagi,& donat figere vertice.i.ſuper caput ſuum in cono galeę
criſtas.ſ.palmi &c.necnon.i.& etiam ſternit ſup.Euantem virum
illum phrygium.i.Troianũ,& Minãta(a nominatiuo minas an/
tis,vel tos.)æqualem.i.coęuum ac cõtemporaneum & comitẽ
Paridis quẽ Theano.ſ.mater(vt ſit hæc theano huius theanus)
dedit in lucem.i.edidit,& peperit.Amyco genitori.i. patri & regi
na Ciſſeis.i.ciſſei filia:Hecuba.ſ.p̃gnans.i.grauida face.i.ſomniãs
ſe facẽ habere in vtero:creat.i.procreat vna.i.eadem nocte:parin.
ſ.Priami

ſ.Priami filium,vna dico nocte qua theanõ minanta creauit, qui
ſup.Paris occubat.i.ſepultus iacet vrbe paterna.ſ.Troia, ora.i.p̃/
uincia laurens.i.quæ eſt iuxta Laurolauinium:in agro Laurenti:
habet minanta ignarum.ſ.caſus ſui aut ignarum dicit p̃ ignotum
ac velut:ille.ſ.nobilis aper.i.ſus ſilueſter act⁹.i.pulſus de altis mõ
tibus,morſu canum.i.quem canes minati erant quem.ſ. aprũ ve
ſulus mons ille liguriæ pinifer.i.ferens pinus in vertice: defendit
ideſt protexit multos annos.i.per annorum multorũ ſpaciũ.q;
pro,vel quem ſup.palus Laurentia.i.laurens defendit ſup.paſtus
pro paſtum, vt Seruius vult ſylua harundinea.i.inter harũdinem
paludis,poſtq̃; ventũ eſt inter retia.i.poſtq̃; ſentit ſe interclusum
retibus aut ſi figuratas locutiones vitare velis dic, Ac velut aper
actus,de montibus altis morſu canum,quem Veſulus pinifer de
fendit multos annos,q; pro vel,aut pro & palus Laurẽtia defen
dit multos.ſ.annos,ille ſupple exiſtens paſtus ſylua harundinea,
poſtq̃; ventum eſt inter retia,ſubſtitit.i.manſit ſtãs,& infremuit:
quia neq; progredi,neq; regredi,datur exiſtẽs ferox,& ĩhorruit
armos.i.anteriores humeros,& dorſum,horrentes.i.rigentes ſe/
tis,nec cuiq̃;.ſ.venatorum eſt virtus.i.fortitudo iraſci.i. more ira
torum irruere,aut accedere propius:ſed inſtant p̃cul iaculis,&
clamoribus tutis,aut quibus ſe tutabanť,aut quibus nihil immi
net periculi,quia procul.Haud.i.non aliter non vlli ſup.eoꝝ qui/
bus Mezentius eſt iræ iuſtæ.i.ad iram iuſtam,eſt animus.i.au/
dientia concurrere ferro ſtricto:ſed ſup.laceſſunt.i.p̃uocant eum
longe.i.de longe miſſilibus,ideſt iaculis,& clamore vaſto.i.val/
de ample diffuſo. Autem,pro ſed ille.ſ.Mezentius,impauidus,
ideſt imperterritus,cunctatur.i.diſponit ſe in omnes partes, fren
dens dentibus,& decutit haſtas tergo,ſcilicet ſuo, hoc eſt ſcuto,
tergore munito,aut de dorſo ſuo.

PIERIVS.

¶ An ſeſe mucrone ob tantum de.amens in.) Multa Seruius ſu/
per hac elocutione,qui mucrone,ablatiuo caſu legitur.Sed enim
Roma.codex,mucroni. In acq̃rendi ponit caſu.q.d. det ſe in mu
cronem.Magis tamen placet Hypallage.quum in alijs pleriſq;,
mucrone,legatur. In Priſciani tamẽ cod.Mucronem,accuſatiuo
caſu legitur,eiuſmodi conſtructionis alijs etiam exemplis poſitis
ait enim, Coronatur illam rẽ,& illa re.quo modo etiam induit
Hor. Magna coronari contẽnat olympia. Virgilius. Induit albos
cum vita crines.Et.an ſeſe mucronem ob tantum dedecus amẽs
induat.Apud Cæſarem tamen cum ablatiuo caſu dictũ iuenies.
vt in bello Veneto, Acutiſſimis ſtipitibus induebãtur. ¶ Et crudũ
per coſt.exi.en.) In Romano codice durum,legas.qđ forte non
diſpliceat,in aliquot alijs.crudum per coſtas dirigat, Sed exigat,
omnino recæptius. ¶ Iuuenemq; animo miſerata recępit.) Va/
riant exemplaria,dum quædam,animo,quędam,animi,legunt.
In quibuſdam vltima ſyllaba vitiata ſubdititiaq;.Sed enim aru/
ſianus Meſſapus in exemplis Virg.elocutionum,animi,genitiuo
caſu agnoſcit vna cum Seruio.q̃ lectio eſt codicis Medicei. ¶ Ipſa
immota manens.) Manẽs participij vox. In Romano codice eſt
& in Mediceo. & quibuſdam alijs. In Oblongo,manet,verbũ.
¶ Necnon euantem phrygium paridiſq; Minanta. Æqualem,co
mitemq; vna quem nocte Theana, In lucem genitori Amyco de
dit,& face prægnans Ciſſeis regina parin creat. vrbe paterna oc
cubat, Ignarum, Laurẽs habet ora minanta.) In his verſibus il/
lud obſeruaui. In Romano codice mimanta,per,m, ſecunda ſyl/
laba ſcribi:non per,n, vt in vulgatis pleriſque codicibus.habetur.
Inde theano.per vocalem quartam,nõ per primã . Græce enim
θεάνω, Si quis vero quæſierit quid ſibi velit ſtructura illa durius/
cula vrbe paterna occubat, ignarum laurens habet ora minanta.
Sciat is ignarum ab Aulo Gellio legi paſſiuo ſignificato,quẽ ipſm
hunc Virgilianum locum,& Plauti,& Sallu.authoritate, ſubfulcit,
dũ nonnulla recẽſet nomina: Quæ in dextrũ lęuumq; latus
veſtigia torquẽt. Quoniã vero in vetuſtis aliquot cod.& occubat
& ignarum. Vtrãq; dictionem ſubdititiam priore abraſa lectione
perſpicias.nõnulli.qui & ingenio.& eruditione valent codicum
caracteribus obſeruatis ſuſpicati ſunt. Ignarũ.adulterinam eſſe di
ctionem,& ex duabus vnam effectã. Ac,ſi legeretur. vrbe pater/
na occubat hic.carũ laurens habet ora mimãta,& ſententiam cã/
didiorem futurã,& elocutionem elegãtem. Hic,quippe Paris de
quo dictum,occubuiſſe, Seruius etiã agnoſcit. carum vero mi/
mãta ipſi paridi.cui & æqualis.& comes fuerat. Sed enĩ non ego
hæc ita aſſeruerim, vt cõtra.Au.Gellij authoritatem ſtare velim.
Qui preſertim apud Ouid.eãdem huius nominis formã obſer/
uauerim, libro Meta.vij. Iãq; aderat Theſeus proles ignara pa/
renti. Quod minus aduertẽtes interpretes,ignota,ibi legendum
putauere. Sed enim quo minus omnia poſſimus aſſequi, id etiã
facit

facit quod multa toto opere relicta ſunt īperfecta, vel ipſo Virgilij, de ſe teſtimonio. Quare non ego quicq̃; ſuccenſuerim cuipiā: qui nōnulla cōniuentibus oculis pręterierit. Vt ea quoq; tā multa, q̃ in ſubſequenti comparatione perquiruntur, ac velut ille canum. vbi vnum ex duodecim locis obſcuris, eſſe grammatici volunt. ⸿Et vaſto clamore laceſſunt.) In Oblongo codice magno: ſed plus eſt vaſto.

Venerat antiquis Coriti de finibus Acron
Graius homo, infectos linquēs profugus hymenæos:
Hunc vbi miſcentem longe media agmina vidit
Purpureum pennis, & pactæ coniugis oſtro:
Impaſtus ſtabula alta leo ceu ſæpe peragrans
(Suadet enim veſana fames) ſi forte fugacem
Conſpexit capream, aut ſurgentem in cornua ceruum,
Gaudet hians immane, comasq; arrexit, & hæret
Viſceribus ſuper accumbens: lauit improba teter
Ora cruor.
Sic ruit in denſos alacer Mezentius hoſtes.
Sternitur infœlix Acron, & calcibus atram
Tundit humum expirans, infractaq; tela cruentat.
Atq; idem fugientem haud eſt dignatus Oroden
Sternere, nec iacta cæcum dare cuſpide vulnus.
Obuius aduerſoq; occurrit: ſeq; viro vir
Contulit, haud furto melior, ſed fortibus armis.
Tum ſuper abiectum poſito pede nixus, & haſta
Pars belli haud tēnēda viris, iacet altus Orodes.
⸿Conclamant ſocij lætum Pęana ſecuti. POE.
Ille aūt expirans. ⸿Non me quicūq; es inulto: ORO.
Victor, nec longum lętabere: te quoq; fata,
Proſpectant paria, atq; eadem mox arua tenebis.
⸿Ad quem ſubridens miſta Mezentius ira. POE.
⸿Nūc morere: aſt de me diuū pater, atq; hoīum rex ME.
Viderit. ⸿Hoc dicens, eduxit corpore telum. POE.
Olli dura quies oculos, & ferreus vrget
Somnus, in æternam clauduntur lumina noctem.
Cædicus Alcathoum obtruncat, Sacrator Hydaſpen,
Partheniumq; Rapo, & prædurum viribus Orſen,
Meſſapus Cloniumq;, Lycaoniumq; Ericaten:
Illum infrenis equi lapſu tellure iacentem:
Hunc peditem pedes, & Lycius proceſſerat Agis,
Quem tamen haud expers Valerus virtutis auitæ
Deijcit: Atronium Salius, Saliumq; Nealces
Inſignis iaculo, & longe fallente ſagitta.

SERVIVS.

❡Coriti de finibus.) Corit⁹ eſt & ciuitas Tuſcię, & mons, & rex pater Dardani. Vñ nunc ad quoſuis pōt referri. ⸿Grauis homo.) Oriundo quidem Græcus, ſed qui nunc de Tuſcia veniſſet ad bellum. ⸿Miſcentem.) Perturbantē. ⸿Purpureū pennis.) Bene galeatū: vt, Purpurei criſtis iuuenes. i. pulchri. ⸿Veſana fames.) Alibi, Et male ſuada fames. ⸿Fugacem.) Velocem. ⸿Surgentem.) Creſcentem, cornibus eminentem. ⸿Comaſq; arrexit.) Naturale enim eſt vt irati leones erigant iubas. ⸿Lauit.) Ab eo quod eſt lauo lauis. nam hoc verbum & primę eſt coniugationis, & tertię, à qua nūc ait lauit. Item Horatius, Lauit amne crines. Itē, Neq; dulci mala vino lauere. ⸿Infracta.) Aut valde fracta, aut re vera infracta. ⸿Oroden.) Iſtum Oroden virum fortem itelligimus in fugam neceſſitate conuerſum. Nam ipſe paulopòſt dicturus eſt ad hortandos ſocios. Pars belli haud tēnenda viri, iacet altus Orodes. ⸿Furto.) Inſidijs. ⸿Haud tēnenda viri.) Aſper viris legit. ⸿Altus.) Magnus. vt, Sic pr̃ ille deū faciat, & altus Apollo. ⸿Pęana ſecuti.) Pęan ꝓprie Apollinis laus eſt ſed abuſiue ēt alioꝝ dr̃. vñ Pindarus opus ſuū, quod & hominum & deorū laudes cōtinet, Pęanas vocauit. ⸿Nec lōgum lętabere.) Duo dixit: nec diu lætaberis, nec me indeſſo. Homeri aūt more moriēti dedit ſcientiā futurorū: veluti Patroclū morientē Hectori mortē prædicere.

ἀλλο δέ τοι ἐρέω, σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσιν,
οὔ θην οὐδ' αὐτὸς δηρὸν βέῃ, ἀλλά τοι ἤδη,
ἄγχι παρέστηκε θάνατος, καὶ μοῖρα κραταιή.
χερσὶ δαμέντ' ἀχιλλῆος ἀμύμονος αἰακίδαο.

Et Hectorem Achilli.

φράζεο νῦν μή τοι, τι θεῶν μήνιμα γίνωμαι
ἤματι τῷ ὅτε κέν σε πάρις, καὶ φοῖβος ἀπόλλων
ἐσθλὸν ἐόντ' ὀλέσωσιν ἐνὶ σκαιῇσι πύλῃσιν.

⸿Longum.) Pro longe, nomen pro aduerbio poſuit. ⸿Subridens.) Per iracundiam ridens loquitur. Vnde & illud per irriſionem dictum accipitur. ⸿Aſt de me diuum pater, atq; hominum rex Viderit.) Id eſt viderit vtrum Mezentio poſſit nocere ille, quem vos deorum & hominum creditis eſſe rectorem. ⸿Eduxit corpore telum.) Quo facilius poſſet perire. Lucanus, Non eget ingeſtis, ſed auulſis pectore telis. ⸿Dura quies.) Blande, cōtraria: ſic dictū eſt & ſomnus ferreus. Eſt aūt Homeri comparatio.

ὣς ὁ μὲν αὖθι πεσὼν κοιμήσατο χάλκεον ὕπνον.

⸿Cædicus Alcathoum.) In hoc loco eſt confuſio in aliquibus nominibus. nam quis ſit Troianus, quis Rutulus, ignoratur. ⸿Rapo.) Rapon dicitur ſicut Tarchon: ſed metri cauſa detractum, vt poſſit Synalœpha fieri: ſicut ſuprà, Haud procul hinc Tarcho. ⸿Infrenis equi.) Caſu equi aſperrimi, qui frenorum contemneret regimen. Infrenos autem etiam homines dicimus: vt, Hinc Numidę infreni cingunt. Dicimus autem & infrenis, & infrenus: ſicut inermis & inermus. ⸿Proceſſerat agis.) Cōtra Meſſapum dimicaturus: quod nequiuit, efficere. nam à Valero antequā ad Meſſapum perueniret, occiſus eſt. ⸿Haud expers.) Nō ignarus virtutis parentum. ⸿Iaculo, & longe fallente ſagitta.) Iactu longe fallentis ſagittę. nā ἓν διὰ δυοῖν dixit. vt, Hamis auroq; trilicem. Itē, Moléq; & montes.

DONATVS.

❡Venerat antiqs.) Nihil horū ad bellorum pertinet cám: ſed, vt ſæpe iam dictū eſt, reficiendo lectori proficiunt. vel ne deturpetur dictio, ſi puris ac ſolis nominibus cōparat̃. Iſte igitur qñ bellandi ducebatur affectu, vt græcus ſe veteribus hoſtibus iungeret, magiſq; intentus eſſet in ꝑlium, q̃; in nuptias nouas. ⸿Hunc vbi miſcentē.) Etiam parabolæ propter ornatū dictiōis interponunt̃, ne horreſcat totū, ſi nomina ſola iungātur, quū igitur græcum iſtū longe conſpexiſſet mezētius, adigit cauſam, quæ fecerat, vt lōgius appareret. habuit inquit purpureas pēnas, & vxoris veſte perindeq; fœminea conſpicuus fuit: quū in talibus inertia potius q̃; virtus oſtendatur. mox in eum irruit mezentius auiditate tāta, quāta exuriēs leo in ceruū aut capreā fertur. in duo ſcilicet aīalium genera, q̃ nec pugnare ſciunt, nec habēt aliquā in reſiſtendo virtutē. cętera ad pōpā deſcriptionis ptinent, vt leonis auiditas oſtendat̃, q tunc gaudet, quū eius ora copia nimia cruoris horreſcūt: licet illius cā, qui veſte ac pēnis cōſpicuus fuit, mezētius aduolaſſet. tñ cum per acies ad eū ꝑuenire potuiſſet, multos ex ea occaſione proſtrauit. ⸿Sternit̃ īfelix Acron.) Bene dixit, infelix, vtpote qui derelicta otioſarum deliciaꝝ parte perrexit ad certamē martiū, qđ implere nō poterat. & inde infelix, q nec nuptȷ̃s nouę cōiugis potiri potuit, nec ſalute. ⸿Et calcibus atrā Tūdit hu. ex.) Expirans tundebat calcib⁹ terrā. ſic. n. faciūt occiſi tundēdo terrā pedibus, dolorē mōſtrantes, quē interim ſentiūt, quū alia rōne nō poſſint. ſanguine aūt ꝓprio tela infracta cruentabat. infracta non fracta debemus accipere. alias enim infractum ſatis fractū ſolet ſignificare. ⸿Atq; idē.) Hoc eſt mezentius. ⸿Fugientem haud eſt di.) Non dignum arbitratus eſt oroden ſternere fugientem. quanta. n. gloria eſſe potuit auerſum ferire? ⸿Nec iacta cœcum.) Aut non videnti letale vulnus inferre? quid igitur fecit? ⸿Obuius, aduerſoq; occurrit.) Vicit eius fugam, & ei aduerſus apparuit, qui pauloante poſterior fuit. ⸿Seq; viro vir Contulit.) Virtute melior, q̃; furto, contulit manum, & aperto certamine ſuperauit eum, qui ſe fugientem ſperauerat euaſurum. ⸿Tum ſuper abiectum.) Huius mors magnum ſuæ parti attulerat detrimentum: Perierat enim, in quo pars maxima victoriæ fuit, & per quem in magna pugnandi deſperatione pars aduerſa eſſe potuerat, & qui maiorem partem belli valeret implere, orodes, altus aliquando dicitur ſublimis. alti ſignificatio plenā tenet laudem. deniq; in laude vrbis romæ exprimenda, quum nihil fortius poeta repperiſſet:

ſet, ait, atq; altæ mœnia romæ. Lætum autem clamorē ſocij dabant, ꝙ Vir tantæ fortitudinis pede atq; haſta mezentij premebatur. ⁋ Ille autem expirans.) Qualiſcūq; es, inquit, hoc eſt quantūuis te arbitrare fortiſſimū, mortis meæ non euades vltionē, nec erit longi temporis lætitia tua. nam te quoq; cōfeſtim videbunt iſta arua proſtratū, hoc ideo poſitum eſt, quum dicantur diuinare morientes. deniq; expirantē oſtendit hęc locutum, & eiuſmodi dicta probauit exitus rerū: quippe ęneæ manu mox interemptus occubuit. ⁋ Ad quē ſubridens miſta mezentius ira.) Mezētius, quum hæc audiuiſſet, iratus eſt propter maledicta, & ſubriſit. quod proferebatur ab eo, qui ſuum videret interitum. ſubridere non plenum ridentis affectum demonſtrat. ⁋ Nunc morere.) Interim, inquit, tu morere. nec cures vlterius, quid mihi Iupiter infenſus præparet. ⁋ Hoc dicens, edu. cor. te.) Quum hoc diceret eduxit telum e corpore hoſtis, quo eius perfecerat necem. ⁋ Olli dura quies oculos.) Illius oculos ferreus ſomnus vrgebat, & quies ſęua non ventura iterum, aut iterum receſſura: ſed quæ in æternam noctem reducerer, quod penitus clauſerat. ⁋ Cœdicus alchatoum ob.) Semel poſitum obtruncat, non ſemel accipiēdū eſt, ſed hoc modo, cœdicus alchatoum obtruncat, ſacrator hidaſpem obtruncat. Meſſapus clonium lycaoniumq; ericatem obtruncat: ſed hoc fœditatis vitandæ cauſa prætermiſſum eſt, vt intelligatur potiusq; legatur. ⁋ Illum infrenis equi.) Diuerſis modis hos dicit occiſos, alterum quippe fuit pedeſtri congreſſu, alterum iacentem, quum eſſet īfrenis equi dorſo deiectus. ⁋ Et lycius proceſſerat.) Et hic deijcit & ad ſaltum pertinet, & ad nealcem. Subnectit diuerſitatem necis eorum. ⁋ Inſidijs iaculo,) Inſignis erat nealces, inquit, iaculo ac ſagitta.

## ASCENSIVS.

❡ Vene. an. &c.) Docet igitͣ quā ſtragē Mezentius edidit: & primum mortem Acronis deinde Orodis, vñ nihil eſt. Donati. ❡ Ordo eſt. Acron hō graius. i. græcus venerat de ſedibus an. coriti. ſ. vñ Dardanus ortus venerat dicit profugus. i. patriā fugiens, linquens hymenæos. i. nuptias infectos. i. imperfectos vbi. i. poſtq; Mezentius ſup. vidit hunc miſcentem. i. turbantē media agmina: exiſtentē purpureum. i. purpurei coloris aut purpuratū. i. ornatū pēnis. ſ. cum plumis & oſtro. i. purpura coniugis pactę. i. deſponſatæ ipſe Mezentius ſupp. ceu. i. veluti: leo impaſtus. i. famelicus: peragrans. i. circūiens ſæpe ſtabula alta, ideo ſæpe enim pro qa: fames veſana. i. veniā pariens, ſuadet. ſ. ludo. i. incitat lupū: ſi ſup. talis leo: cōſpexit forte capreā. i. caprā ſylueſtrem: fugacem ideſt aſſidue fugientē aut ceruū. ſ. iuniorē ſurgentē in cornua. i. cui cornua incipiunt ſurgere aut ſcd'm cornua ſeu vt cornua creſcētem, ipſe hyans īmane. i. immaniter gaudet: & erexit. ſ. prius, comas, & hæret. ſ. modo viſceribus: ſuper accūbens. i. accumbens quaſi deſuper: & cruor teter. i. immundus & dirus lauit. i. imbuit & polluit: ora improba. i. famelica & improbe deuorantia. Sic Mezentius ruit alacer in medios hoſtes. Acron infœlix. ſ. quod cum tali congredi debebat ſternitur: & expirans. i. emittens ſpiritū tundit calcibus. ſ. p̄ dolore & indignatione: humum atrā. i. pernicioſam & inimicā, & cruentat tela infracta. i. quæ cadendo infregit, aut q̄ nunq; fregerat. Idem. ſ. Mezentius: haud. i. non dignatus eſt ſternere Orodē fugientē. i. quādiu non puſillanimitate ſed neceſſitate coactus fugeret: nec dignatus eſt dare vulnus cæcū. i. improuiſum cuſpide iacta. ſ. a tergo: ſed ipſe obuius occurrit & ipſe vir cōtulit ſe viro aduerſo. i. ex aduerſo occurrenti, & non profugienti:

exiſtens

exiſtens haud. i. non melior. i. peritior furto. i. inſidijs aut aſtu ſupple, q; Orodes: ſed armis fortibus. i. multa virtute agendis. Tūi. deinde poſtq; quia melior erat, eū proſtrauerat ipſe nixus. i. innitens pede poſito ſuper abiectū & innixus haſta poſita ſuper abiectū. ſ. Orodem. inquit o viri ingens pars belli nō tennēda. i. contēnenda ſed magnifaciēda nobis vñ ſperetis: quia Orodes altus: iacet. ſ. proſtratus. Socij ſecuti ideſt ſubſequentes & approbantes dictum eius conclamant pæana. i. canticum laudis lætum ideſt in ſignum lætitię: Autem pro ſed: ille. ſ. Orodes expirans inquit: ſupple quicunq; es tu, nō es victor me inulto, ideſt vltio fiet de morte mea in te: nec tu victor lętabere longum. i. per longum tēpus: nā paria facta. i. ſimiles exitus mortis proſpectant quoq;. i. etiam te. atq; tenebis mox eadē arua. i. proſterneris etiam in his aruis: ad quē Mezentius ſubridens ira mixta. i. cum amaritudine quadam: dixit ſupple tu morere nunc. q. d. mors tua tibi certa & ineuitabilis eſt: aſt pater diuum atq; Rex hominum. i. quē vos talē putatis (Ipſe enim contemptor diuum id non cenſuit: aut ſi cenſuit fide: negauerat tamen factis) viderit de me. i. an mihi nocere poſſit quod tibi ſaltem negatum eſt. ipſe dicens hoc eduxit telum corpore ideſt extraxit Quies dura & ſomnus ferreus ideſt ſopor mortis qui vt ferrum durus eſt vrget olli ideſt tunc illi: & lumina clauduntur in noctem æternam, Cędicus, vir ille vt veroſimile eſt hetruſcus obtruncat alcathoum: Sacrator obtruncat hydaſpem & Rapo partenium, qui arcas videtur & orſen prædurum ideſt valde durum viribus. Meſſapus. ſ. equorum domitor obtrūcat & Clonium & Lycaonium & Ericatem. obtruncat dicit illū, ſcilicet priorem, hoc eſt Clonium iacentem tellure, ideſt ſuper terram, lapſu equi infrenis, ideſt aſperrimi frena recuſantis, & ipſe pedes, ideſt pedeſter obtruncat, hunc, ideſt Lycaonium, peditem, & Lycius, proceſſerat, ſcilicet contra eum, argis, ideſt ab argis, quem, ſcilicet Lycium Valerius haud. i. nō expers ideſt particeps virtutis auitę, ideſt aui, & maiorum ſuorum, deijcit. i. proſternit. Salius, ſcilicet Troianorum optimus ad curſum, vt in. v. viſum eſt, deijcit Atronium, & Nealces inſignis, ideſt valde expeditus iaculo, & ſagitta, longe fallente, ideſt ex improuiſo inuadente deijcit ſup. Salium.

## PIERIVS.

❡ Comaſq; arrexit.) In aliquot antiquis, comas arrexit: abſque particula copulatiua: ſed ea appoſita magis implet. ⁋ Viſceribus ſuper accumbens lauit improba. Teter ora cruor.) Exēplaria quędam peruetuſta legunt. Super incūbens. In Ro. lauat, in reliquis lauit, quod ſecutus eſt Balbus. Lauitur patrios vbi victos ad amnes. Lauo enim lauas, & lauo lauis. Probus, & alij literati agnoſcunt. ⁋ Poſito pede nixus.) Nixus per, x, omnia tam vulgata, q; manu ſcripta notant exemplaria, Probus, vt alibi dictum id, participium eiuſdem formæ dicit eſſe. cum Niſus proprio nomine, ⁋ Pars belli haud tēnenda viris iacet Altus Orodes. Conclamant ſocii.) In Mediceo codi. viri, legitur, cum Paraphraſi, quæ vocandi caſum innuat. ⁋ Proceſſerat Agis.) In codi. aliquot anti, ages, legitur, In aliquot etiam. Hargis, ſed agis recæptum. ⁋ Deijcit, atronium Salius.) Pro Atronium, At tronium in quibuſdam codicibus inueni, Sed atronium in caſtigatioribus. ⁋ Saliumque Nealces, inſignis iaculo, Et longe fallente ſegitta.) In Romano codice pro, inſignis, inſidijs, legitur, Mox quæ fuerint inſidię ſubiungit, Iaculo, & longe fallente ſagitta, ſed inſignis iaculo omnino recæpta lectio eſt & ſagicta, per, ct, quam diximus a ſagadi ictu dictam.

## SERVIVS.

❡ Cædebant.) Legitͬ & cędebant. i. in terga vertebāt: ſcd'm quod Ruebant, inſequebanͬ ſignificat. Si autem cædebāt, ideſt occidebant: Ruebant, eſt cadebant. ⁋ Iram miſeratur inanē.) Generaliter dicit oēm iram bellicam. vbi enim tam inanis iracundia eſt, quàm in bello, vbi vt pereamus iraſcimur? ⁋ Pallida Tiſiphone.) Non ipſa dea, ſed effectus furiæ, hoc eſt inſania. ⁋ Orion, Cū pedes incedit medij p maxima Nerei Stagna.) Orion (vt ēt in prio diximus) OEnopionis regis filius fuit, & conceſſus à Ioue, Mercurio, Neptunoq;

Iam grauis æquabat luctus, & mutua Mauors
Funera, cedebant pariter, pariterq; ruebant
Victores, victiq;, neq; his fuga nota, nec illis.
Dij Iouis in tectis iram miſerantur inanem
Amborum, & tantos mortalıbus eſſe labores.
Hinc Venus, hinc contra ſpectat ſaturnia Iuno.
Pallida Tiſiphone media inter millia ſæuit.
At verò ingentem quatiens Mezentius haſtam
Turbidus ingreditur campo, q̄ magnus Orion,
Quum pedes incedit medij per maxima Nerei
Stagna viam ſcindens, humero ſupereminet vndas,
Aut ſummis referens annoſam montibus ornum,
Ingrediturq; ſolo, & caput inter nubila condit.
Talis ſe vaſtis infert Mezentius armis.

ptunóque ſuſceptis hoſpitio. Hic venator immenſi corporis fuit, qui quodam tempore ſuſceptus à rege, cum vellet eius filiam vitiare, ille iratus ei oculos ſuſtulit. Cæcus itaq; Orion cū conſuleret quēadmodum oculos poſſet recipere, reſpōſum eſt ei poſſe lumina reſtitui ſi p pelagus iret contra Orientem pergeret, vt loca luminū radijs ſolis ſemper offerret. Quod ille efficere ita potuit. nam cum audiſſet ſtrepitum Cyclopum Iouis fulmina fabricantium, ſono ad eos ductus, vnum de his humeris ſuis ſuperpoſuit, & eo duce oraculi p̄cępta cōpleuit.




Huic contrà Æneas, ſpeculatus in agmine longo,
Obuius ire parat, manet imperterritus ille,
Hoſtem magnanimum opperiens, & mole ſua ſtat,
Atq; oculis ſpatium emenſus, quantùm ſatis haſtę.
Dextra mihi deus, & telum quod miſſile libro, MEZ.
Nunc adſint. voueo prædonis corpore raptis
Indutum ſpolijs, ipſum te Lauſe trophæum.
Æneæ, [dixit, ſtridentemq; eminus haſtam POE.
Iecit: at illa volans clypeo eſt excuſſa, proculq;
Egregium Anthorem latus inter, & ilia figit,
Herculis Anthorem comitem, qui miſſus ab Argis
Hęſerat Euandro, atq; Itala conſederat vrbe.
Sternitur infelix alieno vulnere, cœlumq;
Aſpicit, & dulceis moriens reminiſcitur Argos.
Tum pius Æneas haſtam iacit, illa per orbem
Ære cauum triplici, per linea terga, tribusq;
Tranſijt intextum tauris opus, imaq; ſedit
Inguine: ſed vires haud pertulit, ocyus enſem
Æneas, viſo Tyrrheni ſanguine, lætus
Eripit à femore, & trepidanti feruidus inſtat,

Virg.

pleuit. Non autem incongrue fingitur ire potuiſſe p medium pelagus, quaſi filius pro parte Neptuni. Hęc autem cõparatio pertinet ad ſolam corporis proceritatem. [Nerei ſtagna.) Epitheto eleuauit Tapinoſim more ſuo. [Imperterritus.) Prima ẽ compoſitio, non ſecunda. nam hoc eſt per territus, quod & territus: & tunc eſt vera compoſitio cũ ſermonis natura corrũpitur. [Spatium emenſus, quãtum ſatis haſtę.) Specioſa locutio. [Voueo.) Conſecro, & dico. [Prædonis corpore raptis.) Prædones ſunt qui populandam alienã inuadunt prouinciam. Alibi, Perfidus alta petens abrepta virgine prædo. [Trophæum.) Dictum ἀπὸ τοῦ τρέπεσθαι, ideſt ab hoſtium conuerſione. vnde qui hoſtem fugaſſet, merebaſ trophęum.

phęum. qui autem occidiſſet, truimphum, ἀπὸ τοῦ θριαμβεύειν, ideſt ab exultatione. Sciendũ ſane Lauſo propriã ideò nihil profuiſſe pietatẽ, qđ in eum pr̃ mente ſacrilega munera transferebat deorũ, & ei occiſorum ſpolia deuouebat. [Anthorẽ.) Erit noĩatiuus hic anthores, quomodo Diores. nam ſi Anthor fuerit noĩatiuus, metri ratio non ꝓcedit. oĩa. n. Græca nomina in or terminata, in obliquis caſibus corripiunt o. Vt Hector Hectoris, Neſtor Neſtoris, Caſtor Caſtoris. [Alieno vulnere.) Telo, qđ in Æneã fuerat deſtinatũ. [Cœlũq; aſpicit.) Vt, Alto quæſiuit cœlo lucẽ. Item, Hauſit cœlũ, mentemq; recepit. Naturaliter. n. morientes cupiunt ſatiari vltimo lucis aſpectu. [Dulceis moriẽs reminiſcitur argos.)

Inter phyſica ſigna moriturorum,etiam hoc legitur patriæ aſpe
ctum deſiderare perituros.¶ Linea terga.) Lino enim tegebantur
ſcuta,vt poſſet inhærere pictura.¶ Ima haſta.) Hypallage,pro in
imo inguine.¶ A' femine.) Vt etiam ſuprà diximus, ſecundũ Ca/
prum erit nominatiuus hoc femen:licet nuſquam lectum ſit, vt
etiam ipſe commemorat.

DONATVS.

¶ Iam grauis æquabat luctus,) Luctus & funera iam grauis
mars,& grauis exitus dimicationis æquabat. Paria quipe detri/
menta vtriuſq; partis extabant. dicit iam quomodo æqualia.
¶ Cędebant pariter.) Quum ex vtraq; parte caderēt viri,& alter
nis vincerent, atq; alternis vincerentur nullus vertebatur in fu
gam & auerti non nouerat,tanta cupiditas obtinēdi in partibus
fuit.¶ Dij iouis in tectis.) Hoc eſt in cœlo poſiti.¶ Iram miſeran/
tur ina.Ambo.) Dij de ſuperna parte hæc cernentes miſeratione
ducebantur,& dolebant ſic tantos errare,vt propter inanem cau
ſam iracundiæ cateruatim caderēt tales ac tam multi,& ad mor
tem licet natos vi potius interire q̃; lege.¶ Hinc venus.) Strages
tantę erant ſub oculis veneris & iunonis,quę partium ſtudijs du
cebantur.tiſiphone autem furia illis de ſummo ſpectantibus in/
ter virorum diſcordātium millia ſæuiebat.pallidam dixit, ꝙ pal
lidos faciat,quos furore commouerit,aut ipſam vere pallidam,
in qua ineſſet perpetuus furor.¶ At vero ingentem qua. mezen.
haſtam.) Mezentius ingētem haſtam turbidus commouebat in
campo ambulans.Parabola immittur,vt oſtendatur, quomodo
turbidus ambulat in campo.¶ Quam magnus orion.) Quia ma
gnus eſt,inquit,orion,quum per medium mare ipſe facit viā,
& ambulans humeris ſuis vndas excedit.¶ Aut ſummis referēs
anno.monti.or.) Aut ſi per terras ire maluerit, annoſam perin/
deq; ingentem ornum arborum ſummis e montibus referens,
caput habet in nubes vſq; porrectum.¶ Talis ſe vaſtis.) Sic ibat
mezentius cum armis ingentibus.¶ Cui contra æneas.) Contra
hunc æneas parabat ire obuius,quũ eum longe vidiſſet multitu
dini permixtum. ¶ Manet imperterritus.) Mezentius autem,
quum videret æneam magno animo venientem manebat im/
perterritus & virtute ſua confiſus,ſtabat. ¶ Atq; oculis ſpatium
emen.) Atq; ita ęſtimato oculis ſpatio,quo in corpus hoſtis per/
uenire haſta potuerat.) Dextra,inquit,mihi deus,) Quia omni/
bus locis contemptor diuum dictus eſt,perſeuerat in eo, nec dũ
aliquem rogat aſſerens ſibi nullum eſſe neceſſarium, vbi eſſet
dextera ſua,& haſta,quam gerebat,qua iam multos occiderat.
Contrarium eſt huic,omnes deos imbellibus prodeſſe non poſ/
ſe ſi ſua virtute non fidant. Iſte hoc videtur dixiſſe.deus mihi eſt
dextra mea,cur alterius adminiculum quęram?deus mihi eſt te
lum meũ,quo poſſum inimici ſanguinem fundere,cũ aliquē ro/
gem?ſunt alij ſupplices,qui non habent proprium, quo tuti eſſe
in periculis poſſint,& hoſtem ſuperare certando.¶ Voueo prædo
nis cor.rap.) Solent viri fortes,quum aliquem virũ memorabi/
lem fundunt,dijs aliquibus & marti vel maxime trophęa mune
ris & gloriæ cauſa conferre. & quum id faciunt deligere arboris
truncum,ei q; occiſi arma ſuſpendere,vt tantum armati hominis
ſpeciem mentiantur.Mezentius,qui deos ſuos dixit eſſe haſtam
& dextram ſuã,atq; omnes ſemper & vbiq; cōtempſit,cui ſe col
laturum ſpondet,quæ ſe ſperabat ęneæ ſuperato poſſe detrahere
trophæum,ait te faciam lauſe,induam te ſpolijs,quę ęneę rapue
ro,& ad vicem inanis numinis tibi conſecrabo melius,quicquid
dederit hoſtis occiſus.¶ Dixit,ſtrid. q; emi.ha. Ie.) Vbi hęc dixit,
ſtridentem haſtã eminus iecit:quod ait eminus, oſtendit metuen
tem.nullus enim ex longinquo iacit telum,niſi qui cũ hoſte con/
gredi cominus timet.¶ At illa volans clypeo.) Miſſa haſta dũ vo
lat obiectu clypei occurrētis excuſſa eſt:& quę ęneã perimere nō
potuit,in authoris corpus,quũ is proximus ſtaret, excuſſa perue
nit,atq; eum inter ilia & latus vulnere letali cōfixit.dicit autem,
quis fuerit anthor,& vnde,& cuius meriti.¶ Herculis anthorem
co.) Anthor eſt,q merito virtutis fuiſſet herculis comes miſſus
ab argis ad euandrũ & amicitiam cum eo iunxerat,& in vrbe ita
la eſſe maluerat,q̃; ad ſuos reditũ procurare. ¶ Sternitur infelix
alie.vulne.) Huius exitum poeta nō inaniter gemuit. nō.n. vir tã
tus in cōgreſſione ceciderat,quod optabile eſt magis. Sternitꝰ,in/
quit,infelix.vnde īfelix?quia alieno vulnere fuerat ſtratus.¶ Cœ
lũq; aſpicit.) Quaſi inimicũ morte ſua deoꝝ iudiciũ reprehēdēs.
¶ Et dulcē moriens reminiſcitꝰ argos.) Veniebant argi in mentē
morieti quaſi hoc vel alio genere apud ſuos nō eſſet moriturus,
ſi remeaſſet,aut a ſuis in totũ non receſſiſſet.¶ Tum pius æne.ha.
ia.) Si piũ hoc loco miſericordē voluerimus accipere,quũ non ꝓ
eo poſitũ reperietur?qd poete faciemus omnia circũſpecte ordi/
nanti? Qũo,ait,pius.qui hoīem q̃;uis inimicũ uolebat occidere?
pioꝝ.n.officiũ eſt execrari hominis necē,& miſereri potius, quã
ſeueritatē ratio tpis flagitat.conſiderata igitur mezentij perſona
contēptoris diuũ,& eius qui fruſtra haſtã miſerat,vtpote, q nul/
lo numine iuuabatur:poterimus ſcire,qua rōne hoc loco ęneam
dixerit pium,qui ſitiebat hominis necē & eius ſanguinē volebat
effundere.accipiamus æneam pium officioſum in ſacris deorum
omnium antiſtitem,numinumq; cultorem.Et hoc exemplo di/
ſcamus,quid ſacrilegi & quid religioſi mereamur. Sternitur,vt
infra poſitum ſit,contemptor diuũ,& deorũ cultor abſcedit de
cōgreſſione ſuperior,ſpoliaq; rapta mezentio conſecrat marti,q
colebat deos & interijt,q pro deo habuit dextram & haſtã ſuam,
& improuidus ſpolia ꝓmiſerat filio.hoc ita eſſe & pium religio/
ſum illuc cōplet exemplũ ſecũdo conditum libro, Ait.n.impius
ex quo titides ſed.n.ſcelerũq; inuētor vlyxes Fatalē ingreſſi ſa/
crato auellere tēplo Palladiũ cęſis ſummę cuſtodibus arcis Cor
ripuere ſacram effigiem,manibuſq; cruētis Virgineas auſi diuæ
cōtingere vittas. Itē in octauo.Quã pius ęneas tibi.n. tibi maxi/
ma iuno Mactat ſacra ferens.ecce oſtendimus piũ religionis con
tēplatione dictum Si.n.impij dicti ſunt, qui in deos tam neſan/
da commiſerant,merito pij appellandi ſunt,qui integro ritu deo
rum cultus obſeruant.¶ Tum pius ęneas.) Hoc eſt triplici ęre fir
matũ.¶ Per linea terga.) Accipiunt.n.ſcuta lineam texturam,quã
fiunt.¶ Tribuſq; tranſijt in tex.tau.op.) Tranſijt, inquit, & opus
roboratum tribus corijs taurorum.¶ Imaq; ſedit ingui.) Perue/
nitq; ima pars ferri ad inguinē,ſeditq; illic conſumpto impetu.
¶ Sed vires ha.pertu.) Nec vires plenas pertulit, ſicuti firmitate
impedita.& licet necem hominis impedire nequiſſet, vulnus ta/
men intulit tale,quod debilem redderet.¶ Ocyus enſem Æneas
niſo tyr.ſan.læt.Eripit a femi.) Æneas lætus effectus,quum ho/
ſtis ſanguinem vidiſſet,eduxit gladium,& animo feruenti inſiſte
bat,vt vulnerati plenam perficeret necem.

ACENSIVS.

¶ Iam gra.&c.) Recitat poſt mortē dubiũ Æneæ & Mezentij,
concurſum eiuſdē Mezentij vulnus:vnde qa nihil putatꝰ Donatꝰ
argutiarum attuliſſe.¶ Ordo eſt.Mauors.i.mars:grauis.i.durus
vtriſq; ęquabat iam luctus & funera mutua.i.mutuo illata: ipſi
cedebãt.i.occidebãt pariter.i.pariformiter ab vtraq; parte:& rue
bant.i.cadebãt pariter(Melius eſt pp antitheſim dicere cadebant
q̃; cedebant ēt quia dicturus eſt neq; his fuga nota neq; illis:quę
ſi ceſſiſſent nota fuiſſet) ruebãt dicti victores.ſ.prius & victi neq;
fuga eſt nota his.i.vnius partis viris,neq; illis. i.alterius.dij miſe
rantur.i.cũ miſeratione aſpiciũt in tectis Iouis.i. in cœlo exiſten
tes:aut in aere ſummo irã.ſ.mortaliũ inaãē.i.nihil contra fatorũ
ſeriē profuturam:amboꝝ populorum & miſerantur tãtos labo/
res eſſe mortalibus,Venus ſpectat hinc.i.ex vna parte.ſ.Troianos
verſus,& Iuno Saturnia.i.Saturni filia ſpectat cōtra.i. ecōtrario.
hinc.i.ex oppoſita parte.Tiſiphone.i.furia infernalis. hoc eſt fu/
ror bellicus,& inſania mentiũ pallida.i.pallorē inducens ſęuit.i.
graſſatur inter media millia.ſ.pugnantiũ.At vero.i.ſed ad verum
aut ꝑcipue.Mezētius quatiens ingentē haſtã: ingreditur cãpo.i.
per campũ:exiſtēs turbidus ſup.tam magnus,q̃; magnus Orion
venator,ille maximus cũ incedit pedes.i.pedeſter:ꝑ maxima ſta
gna.i.ſtagnãtes gurgites,nerei.i.maris medij ſcindēs.i. interſecãs
viam & ſupereminet humero vndas.ſ.maris aut q̃; magnus ſup.
incedit referēs.i.reportans montibus ſummis ornũ.i.talē arborē
annoſam.i.vetuſtam & annis plenã:& cũ ipſe igreditur ſolo.i.ſu/
per terrã:& condit.i.abſcōdit caput inter nubila.i.nubes.Talis in
fert ſe Mezentius ſup.cũ armis vaſtis.i.valde amplis Æneas con
tra.i.ecōtrario:ſpeculatus ſup.ipſum in longo agmine: parat ire
obuius huic.ſ.Mezētio ille.ſ.Mezētius manet īperterritus.i.mi/
nime perterritus opperiēs.i.expectãs hoſtē magnanimũ.ſ. Æneã
viribus ſuis innitēs & confiſus & ſtat.i.cōſiſtit:ſua mole,i.q̃ſi illis
terrorē incuſſurus,ac emenſus oculis ſpaciũ ſup.tantũ quantum
ſup.ſit haſtę inquit ſup.dextra.& telũ miſſile:qdꝰ ego libro.i.con
cutio nũc:ſint mihi deus.i.loco numinis: nō ego diuinũ auxiliũ
implorat:ſed in ſuis viribus ſpem ponit: ego voueo.i.cōſecro &
dedico teipſum o Lauſe(q filius eius erat) trophęũ.i.cōuerſi & vi
cti hoſtis inſigne.indutũ ſpolijs raptis ſupp.de corpore ꝑdonis.ſ.
Æneæ alienã terram inuadētis.dixit.ſ.Mezētius.i.perfecerat vo
tũ & iecit eminus.i.e manu hoc eſt de longe haſtã ſtridētē.ſ. ex ce
leri motu at.i.ſed illa.ſ.haſta volans eſt excuſſa clypeo.ſ. Ænee a
Vulcano fabricato:& figit.i.trãsfigit procul.ſ.ſtantē Anthorē.i.ar
giuum illũ:egregium.i.excellentē virum fixit dico:inter latus &
ilia:Anthorē dicit comitem Herculis qui miſſus ab argis ciuitate
in pelopōneſſo hæſerat.i.adhæſerat Euandro:atq; cōſederat.i.ſi/
mul

mul ſedẽ & habitationẽ accæperat:in vrbe Itala.ſ.Pallantea vbi poſtea Roma dr̃ extructa.ipſe Anthores iſoelix ſternit̃ vulnere.i.telo alieno.i.quod alteri putatũ eſt inferri:& aſpicit cœlũ & moriens reminiſcitur argos.i.patriã ſuam dulces (In ſingulari dicit̃ hoc argos in plurali hi argi) tũ.i.deinde Æneas pius.ſ.ꝑpetuo epitheto:nã locale nõ eſt,iacit haſtã illa.ſ.tranſijt per orbẽ.ſ.clypei:cauũ.i.concauũ triplici ære.ſ.confectũ:& per terga linea.i.lino tecta ſcuta:& per opus intextum tribus tauris.i.trium taurorũ tergoribus:& ipſa ima.i.ad imum deducta ſedit.i.manſit hærẽs inguine.i.ad inguen:ſed haud pertulit.i.non ſuperauit vires.ſ.armorũ & corporis, Æneas lętus ſanguine tyrrheni.ſ.Mezẽtij viſo:eripit ocyus enſem a femore.i.qui ad femur pẽdebat (Seruius a fœmine legit ſed puto primam longã) & ipſe feruidus inſtat trepidanti.ſ.Mezentio ex violento impetu Æneæ.

PIERIVS.

¶ Fuga nota,nec illis. (In ant.neq;,qđ repetitum venuſtius vr̃. ¶ Telũ quod miſſile libro.) In Oblongo vibro.Sed.n.hæc dictio ſæpe cõfuſa alijs ẽt locis,reperit̃. ¶ Egregiũ anthorẽ.) Sunt q nomini adſpirationẽ addant, In Romano tñ codice & qbuſdã alijs antiquis abſq; adſpiratione notat̃. Nõnulli ẽt anctorem ſcribũt, c,litera ſuperflua. Quãuis ita ẽt ſit in Capri codicibus de Elegantijs,vbi procul & longe,& ꝓpe ſignificare dixit. Inepte vero qui

dam

dã & hic & ibi auctorẽ ſcripſere. Inuerſa,n,littera. Citat porro ꝓbus locũ,Herculis antorem comitẽ. Vbi nomẽ antores ita declinari dicit vt Diores. ¶ Illa ꝑ orbẽ aere cauũ triplici,per linea terga,tribuſq; tranſit intextum tauris opus:miſſum facio: aere cauo.) In Roma.codi.non.n.ita placet vt,cauũ. Illud non p̃terierim,vbi,ꝑ linea terga:in alijs codicibus hr̃. In Romano ter linea terga.legi,qđ maxime placet. Sunt ẽt codices:in qbus non linea:ſed lignea legit̃. Vbi ſuperius de Sulmonis ſcuto Trãsfixo a Niſo, dictum eſt. Fiſſo tranſit præcordia ligno. Scuta enim Viminum textu,vel bracteolis ligneis primũ contexuntur, mox tergoribꝰ ſuper inductis,laminis etiam æris vel Auro vel argento muniuntur. ¶ Eripit a femore.) In Mediceo & antiquis alijs exemplaribus,A femine legitur, & femen noiatiuum agnoſcit Seruius ex Capro:& ita legẽdum eſſe grãmatici veteres aſſeuerãt, C, Iulius Romanus Tibullũ citat qui fœmini dixerit eo verſu. Implicuitque femur fœmini,non femori:quaſi ſit hoc femen huius feminis. Femen enim nominatiuo vt ſemẽ nondum legimus (ait is) a veteribus adſertum. Sane vero & Soſipater hoc Virgiliano verſu,fœmine,agnoſcit:cuius hęc ſunt verba. Hoc femur huius femoris. Sed frequentius huius feminis huic femini dictum,& femina q̃; femora. Ideo Tibullus hoc ipſum erudite cuſtodit:cum dicit. Implicuitq; femur femini.& Virgilius eripit a femine.

SERVIVS.

¶ Lachrymæq; per ora volutæ.) Nõ viri fortis,ſed filij eſt cõſiderata perſona. ¶ Optima facta.) Alij legunt optime. ¶ Hic.) In hoc loco,vl̃ bello. nam aduerbium eſt. ¶ Siqua fidem tanto eſt operi.) Tanto operi,non de ſuis carminibus dicit:(nec enim ſibi arrogaret) ſed tanto operi, ideſt pietati & virtuti tuæ.nam hic eſt ſenſus,Ego quidem facta tua o Lauſe & mortem ex pietate venientem nõ ſilebo: ſi tamẽ crederet vetuſtas ex ſcelerato homne pium filium ꝓcreatũ fuiſſe. ¶ Inque ligatus.) Pro illigatus:& eſt Tmeſis cũ Hyſterologia. ¶ Inimicum haſtile.) Cuiuſdam quaſi picturæ pompa deſcribit̃. ¶ Iãq; aſſurgẽtis dextrę.) Iãq; ſubijt mucronem Æneæ dextre aſſurgentis, ad plagam ferentis. ¶ Morando ſuſtinuit.) Morã iniiciendo eius impetũ luſit. ¶ Dum genitor nati parma.) De hiſtoria eſt. nã Scipio Africanus cum eſſet annorũ vix decẽ & ſeptẽ,patrem ſuum defendit i bello, nec ceſſit viginti ſeptem confoſſus vulneribus. ¶ Pręcipitant.) Pręcipitãtur. ¶ Dum pluit.) Hic diſtinguendũ. Nam ſi iũxeris. ¶ Dũ pluit in terris,) erit Archaiſmos.debuit enim dicere i terras.tamen ſciẽdum eſt Hemiſtichium Lucretij hoc eſſe,qđ ita,vt inuenit Virgilius, tranſtulit. ¶ Exercere diem.) Hypallage eſt,pro ipſi per diem exerceri,

Ingemuit chari grauiter genitoris amore,
Vt vidit,Lauſus,lachrymæq; per ora volutæ.
Hic mortis duræ caſum,tuaq; optima facta,
Siqua fidem tanto eſt operi latura vetuſtas,
Non equidem,nec te iuuenis memorande ſilebo.
Ille pedem referens,& inutilis,inq; ligatus
Cedebat,clypeoq; inimicum haſtile trahebat.
Proripuit iuuenis,ſeſeq; immiſcuit armis:
Iamq; aſſurgentis dextræ,plagamq; ferentis
Æneæ ſubijt mucronem,ipſumq; morando
Suſtinuit,ſocij magno clamore ſequuntur,
Dum genitor nati parma protectus abiret:
Telaq; conijciunt,proturbantq; eminus hoſtem
Miſſilibus:furit Æneas,tectuſq; tenet ſe.
Ac velut effuſa ſi quando grandine nymbi
Præcipitant,omnis campis diffugit arator,
Omnis & agricola,& tuta latet arce viator,
Aut amnis ripis,aut alti fornice ſaxi,
Dum pluit in terris,vt poſſit ſole reducto
Exercere diem,ſic obrutus vndiq; telis
Æneas,nubem belli dum detinet,omneis
Suſtinet,& Lauſum increpitat,Lauſoq; minatur,
¶ Quó moriture ruis?maioraq; viribus audes? ÆNE.
Fallit te incautum pietas tua. [ nec minus ille POE.
Exultat demens.ſæuæ iamq; altius iræ
Dardanio ſurgunt ductori:extremaq; Lauſo
Parcæ fila legunt:validum nanq; exigit enſem
Per medium Æneas iuuenem,totumq; recondit.
Tranſilit & parmam mucro,leuia arma minacis,
Et tunicam,molli mater quam neuerat auro:
Impleuitq; ſinum ſanguis:tum vita per auras
Conceſſit mœſta ad manes,corpuſq; reliquit,

ſem,ẽ ex eo agit trãs corpus. ¶ Parmã.) Id eſt leuia arma, non clypeum. ¶ Minacis) aũt nõ Lauſi.non.n.ipſe minatus fuerat. Ergo ordo eſt, Mucro minacis, Æneæ.ſ. ¶ Vita ꝑ auras Conceſſit mœſta ad manes.) Id eſt anima. Et abuſiue dictum eſt.nã ad inferos ſimulachrum pergit,non aĩa.

DONATVS.

¶ Ingemuit cari graui. geni. amo. Vt vi.lau.) Huius caſum lauſus ingemuit. tetigit enim eum paternus dolor. & quid mœſtitię iterius gereret vberrimis lachrymis indicauit. videbat enim,quid paterno corpori iam eſſet inflictum,& qd perficiendæ necis eius cauſa hoſtis acerrimus præpararet. ¶ Hic mortis duræ caſum.) Duram mortẽ ad ætatem retulit, adoleſcentis facta vero deputauit laudi,quum in defenſiõe patris occubuit. & qa tale exemplum trãſire ad poſteros debuit,ait poeta. nõ ſilebo facta tua,memorãde iuuenis.confido enim & futurũ in laude maxima, ſi libri mei habuerint fidem. ¶ Ille pedes referens.) Quum ſe mezẽtius cõſideraret debilẽ redditum, atq; ex eo vltimam ſibi ſupereſſe fortunã,referre pedẽ nitebatur, & nexibus vulneris in pedibus paulatim cedere. prudenter autem faciebat, ne auerſus nudaret terga,ſed retrorſum ſedens præſens vitaret exitium. trahebat interea infixam haſtam clypeo, nec

¶ Nubem belli dum detinet.) Bellantum impetum ſuſtinet donec deferueat. Et bene tranſlationem fecit à vicina cõparatiõe. ¶ Fallit te incautum pietas tua.) Qđ credis idcirco me pium tibi veniam poſſe cõcedere:quia & ipſe pietatis intuitu dimicas pro patris ſalute. Tua autẽ pietas,prudenter eſt additum:quaſi non à parente deſcendens. ¶ Fila legunt.) Proprium fuerat Rũpunt:tñ Legunt,eſt aut tranſeunt,aut colligunt, vt, Littoraq; Epiri legimus. ¶ Exigit enſem per medium.) Poetica deſcriptio eſt.nam re vera fieri non potuit, vt gladius & tranſiret per corpus iuuenis,& abſconderetur in corpore iuuenis.nam exigit en

ſem,

careſe ea poterat, quam ſenſerat inimicam: ¶ Proripuit iuuenis.) Seſe his accipiendum,vt ſit, proripuit iuuenis ſeſeq; immiſcuit armis. Quod quia duplicare odioſum fuit,vt ſuperiori ſimul inferioriq; ſeruiret. ¶ Iamq; aſſurgentis dextræ pla.q;. ferẽ. Æneæ ſub.mu.) Expoſuit,quod dixit,proripuit iuuenis ſeſe. Iã gneas paratus fuerat,vt periret.deniq; iam leuauerat dextrã, & feriſſet,ni ille celerius ictum venientem præuidẽs patris corpus iugulumq; texiſſet. ¶ Socij magno clam. ſeq.) Egregiũ factum filij ſecuti ſocij clamoribus miſſilibuſq; hoſtem terrebant expellentes procul eius acceſſum donec ſubtraheret̃,qui ex cã vulneris ſa

latí ſuæ nõ valebat aſſiſtere.⸿Vrit æneas, tectuſqꝫ te.ſe.) Quid
enim facere potuiſſet tot obſidentibus,niſi aduerſus multitudi/
nis vim ſeſe contegere? Furebat tamen,ꝙ plenam de tanto hoſte
victoriam reportare non poterat.⸿Ac velut effuſa.) Quemad/
modum quum è nubibus grandinis nimbi,funduntur,cedunt cã
pis aratores & agricolæ,& contra maiorem vim arte ſibi viator
conſulit.dicit iam artis ipſius induſtriam.⸿Aut amnis ripis.) In
lateribus quippe amnium inueniunẽ loca,quæ hominem tegãt,
aut exeſorum laterum receptaculis.⸿Aut alti for.ſa.)Hoc eſt aut
ſuffugij ſaxei fornicis vitat,quod aliter non põt tolerare. Forni/
ces dicunẽ curuaturæ,quę arcus aut cameras faciunt,ſiue ſint na
turales,ſiue hominum manu perfectæ.⸿Dum pluit in terris.)
Hunc locum,quum pronuntiamus,ibi moram facere debemus,
vbi dixit,dum pluit,& ſic addere in terris,vt poſſit ſole reducto
exercere diem,vt ruſticus vel viator fugiens grandinem tandiu
ſe abſcondat,quandiu pluit.reducto vero ſole exeat de lateribus,
& in terris exerceat diem ſcilicet,vt opereẽ.ruſticus,& viator re
liquum itineris,aggrediatur,ac repetat.Cęterum ſi ita pronũtia
mus,vt pluit in terris,velimus eſſe,fiet vitium nõ poetæ ſed ma
le pronuntiantis.pluit enim in terras dicimus,non pluit ĩ terris.
⸿Sic obrutus vn.te.Æne.)Sic,inquit,ſe æneas tuebatur aduer/
ſus nubem belli,quia in parabola grandinẽ infra poſuit.quę non
exiſtit niſi contractis vndiqꝫ nubibus.Iccirco eadem, & nubem
belli dixit,& detinet,& lauſum increpitat,omnem vim telorum
quum depelleret,nihilominus increpat lauſum,hoc eſt frequen/
tibus vocibus arguebat,& tẽdebat minas his verbis: ⸿Quo mo
riture ruis?)Bene,inquit,pro patris ſalute ſuccederes , ſi mecum
æquo marte certare potuiſſes,non victurus ſed moriturus ruis
in prælium.audes quod implere nõ potes:extremę demẽtię eſt,
dum cupis egregij filij probare pietatem,ſic & ipſa eadem incau/
tum & improuidum deceptura eſt.hoc eſt quod ait:⸿Fallit te in/
cau.pie.tua.) Traductus errore dementiæ,dum ęneam metu du/
ci imprudenter exiſtimat,exultare potius maluit ſaluti ſuæ ma/
gis & vitæ contrarius. ⸿Sæuæ iamq; altius ire Dar.ſur.du.) Su/
pra dixit,furit ęneas,tectusq; tenet ſe. habuit ergo iracundiam,
quod mezentij necem non ſinebat implere.ſed quum lauſus in/
ſultaret elatus dementia,ira ſuperior cumulata eſt. ⸿Cõuenerãt
autem duo,iræ æneæ ſæuientis,& imminẽs terminus lauſi.⸿Va
lidum náqꝫ exigit enſem.)Expreſſit irati percuſſoris mentem,&
facilitatem cædis oſtendit.nam qui potuit adire medium,q̃; op/
portunum habuit,quẽ feriret.qui vero totũ gladium condidit,q̃;
tum fuerat ira creſcente cõmotus?⸿Tranſijt & parmã mucro.)
Tranſijt,non ſemel accipiendum eſt,vt ſit tranſijt parmam, tran
ſijt leuia arma,non ſolida,ꝑꝑ ætatem minacis , quaſi ad terrorẽ
compoſiti:& tunicæ cõmemorationem facit,vt oſtenderet pul/
chre potius veſtitum q̃; armis fortioribus tutum.deniqꝫ nõ ſcu/
tum habuit,ſed parmam.non loricam ſed auro claram veſtẽ.ne/
uerat,inquit,nõ fecerat,quod primo fit ante texturã.hoc poſuit,
vt perfectam ſpeciem demõſtraret.qũo enim poſſet in vſum ve
nire hominis,niſi neuiſſent aurum & texuiſſent, deſcriptione per
acta,percuſſi ſubnectit & morientis imaginem . ⸿Impleuitqꝫ ſi/
num ſan.) Quia medium iuuenẽ dixit eſſe percuſſum, hoc eſt ſu
pra cingulum.addit eius ſanguinem ſinum morientis impleſſe.
⸿Tum vita per auras Conceſſit.) Vnde ait ſanguis effuſus eſt,re/
ceſſit & vita.

## ASCENSIVS.

⸿Ingemuit chari,&c.) Priuſquam mortem Mezentij inferat
præmittit mortem. Lauſi,quem quia allocutus eſt Mezentius
præſentem fuiſſe conſtat,vnde vero ſimile eſt laudatum vbique
iuuenem patri ſuccurrere conatum,quam rem hoc loco deſcri/
bit Poeta,At cum nihil approbatum ſit Donati.⸿Ordo eſt.Lau
ſus ſcilicet filius.Menzentij:vt ideſt poſtquã vidit ſcilicet talia:in
gemuit grauiter ideſt amare amore ideſt propter amorem & pie
tatem genitoris chari ſcilicet Lauſi: quãuis tyrannus eſſet & la/
chrymæ volutę ſcilicet ſunt per ora.ſ.Lauſi.Equidem ideſt ego q
dem:non ſilebo,caſum ideſt fortunatum euentum durę mortis:
quia contra imparem dimicandum erat:aut patrem ante oculos
permittendum occidere,& tua optima ideſt laudatiſſima facta:
o iuuenis memorande ideſt memoria digniſſime:ſi qua ideſt ali/
qua vetuſtas,eſt latura fidem ideſt credulitatem tanto operi ſcili
cet tuo:nec ſilebo te o iuuenis memorãde. Ille.ſ.pater. Lauſi Me
zentius ſedebat referens pedem,exiſtens ſcilicet inutilis:inq; liga
tus ideſt & illigatus & trahebat clypeo ideſt ſimul cum clypeo
haſtile inimicum ideſt quo ab inimico vulneratus erat Iuuenis.ſ.
Lauſus proripuit ideſt porro rapuit ſeſe ſupplè & immiſcuit ſeſe
armis dextrę iam aſſurgentis ideſt ſe erigentis vt deſuper feriat:
& ferentis plagam & ſubijt mucronem Æneæ: & ſuſtinuit ideſt
ſuſpenſum & impeditum tenuit,ipſum morando ideſt impediẽ
do ſocij ſcilicet Lauſi,ſequuntur ſup.cum magno clamore, dum
ideſt donec genitor abiret protectus parma ideſt ſcuto nati ideſt
filij:& conijciunt tela,& proturbant ideſt porro diſturbant: ho/
ſtem.ſ.Æneam eminus ideſt de longe quaſi e manu iaciendo te/
la, vnde addit,miſſilibus ideſt per miſſilia & furit ideſt ferocit:&
tectus ſcilicet clypeo contra tela:tenet ideſt cuſtodit ſe:quod pru
dentis viri eſt , qui non tam vt hoſtem inuadat q̃; vt ſe protegat
accurrat Ac velut ſi nymbi ideſt nubes ventoſę præcipitant ſup/
ple ſe quãdo ideſt quãdoq; & hoc grandine effuſa ideſt violenter
deorſum miſſa,quaſi peluibus effuſa:omnis arator diffugit cam
pis,& omnis agricola diffugit campis,& viator latet ſup.in arce
tuta:aut ripis amnis ſcilicet alicuius aut fornice ideſt incuruatu/
ra ſeu circũferentia,aut teſtudine (eſt enim fornix proprie illa in/
curuatura arcualis quę eſt in pontibus portis & aliqbus ædificijs
teſtudinatis:quale erat theatrum olim in cuius fornicibus & in
murorum ciuitatis fornicibus,quia olim proſtabant publice me
retrices ſeu proſtitutæ:ideo fornix pro lupanari & fornicor pro
mœchor accipitur) dum ideſt quãdiu pluit in terris.ſ. apricis vt
poſſit exercere diem ideſt exerceri in die ſole reducto: ſic.i. eodẽ
modo vt agricola ſerenitatem expectans grãdine obruit. Æneas
eſt ſup.obrutus telis.ſ.inimicorum:dum ideſt interea dum deti/
net ideſt immoratur:nubem belli ideſt bellãtum impetum:quo
rum leuate in caput eius manus,quaſi nubem grandinoſam præ
ſentabant ſuſtinet omnes ſcilicet ingruentes.& increpitat ideſt cũ
crepitu redarguit Lauſum : & minatur Lauſo:dicens ſcilicet quo
ruis o moriture:& cur ſupple audes maiora viribus? ego legerẽ
potius audens vt ſit quo ruis o moriture & audens maiora viri/
bus ideſt q̃; ſint vires tuæ:tua pietas ſcilicet in patrem:fallit te in
cautum: quia conaris quod efficere non poteris:nec ille demens
ſcilicet Lauſus,non minus exultat ideſt inſultat in Æneam, quæ
res effecit ꝙ pius pium occidit,& irę ſęuæ ideſt magnæ & diræ
ſurgunt iam altius ideſt profundius aut intenſius:ductori Darda
nio ſcilicet Æneæ : & parcę ideſt deæ fatales legunt ideſt occant
Lauſo extrema fila ideſt extremum orſum aut contextũ vitę nã/
que Æneas exigit.i.extra agit & educit enſem validum.i.fortẽ &
ponderoſum:ꝑ medium iuuenẽ.i.per dimidium iuuenis:& recõ
dit.i.iterum aut diligentius condit ſeu abſcondit in corpore iuue
nis:totum.ſ.enſem:& mucro minacis.ſ.Æneę tranſit &.i. etiam
parmam & arma.ſ.iuuenis.& tranſit mollẽ tunicam quã mater
ſ.Lauſi neuerat ſupple. Lauſo:auro molli ideſt flexibili & ſubtili
& vt dicunt nobili:& ſanguis ſcilicet effuſus impleuit ſinum ſcili
cet Lauſi:tum ideſt deinceps : vita ideſt anima Lauſi conceſſit.i.
cõmigrauit exiſtens mœſta,conceſſit dico per auras ad manes.i.
ad inferos & reliquit corpus.

## PIERIVS.

⸿Si qua fidẽ tãto eſt operi latura vetuſtas.) In antiquis aliquot
exẽplaribus,tanto operi,abſqꝫ eſt,nulla facta colliſione legitur.
Nam o ẽt alibi apud Virgilium non in græcis tantũ dictionibus,
ſed ẽt in latinis libera euaſit ab eliſione.Vt eo loco,męonia gene
roſe domo,vbi pinguia culta. Quodqꝫ alibi citauimus,antiqua e
cedro Italuſq; paterqꝫ Sabinus.Neqꝫ tamẽ diſplicet,tãto eſt ope
ri,quod etiã pleriq; vetuſti codices habent.⸿Proripuit,iuuenis.)
In Ro.co.prorupit legitur,quod ideo quadrare videtur, quia ſe/
quitur. Seſeq; immiſcuit armis.⸿Iãqꝫ aſſurgẽtis dextrę plagãqꝫ
ferẽtis Æneę ſubijt mucronẽ.) In ãtiquiſſimo codice Romano,
adſurgẽtis dextram accuſatiuo caſu legitur. Vt ſit ordo,ſubijt dex
tram Æneæ iam aſſurgẽtis,& mucronẽ ferẽtis plagam.Dicet ve
ro Mezentius inferius,vt pro me hoſtili pateret ſuccedere dex/
træ,quẽ genui. ⸿Nubẽ belli,dum detinet omneis,ſuſtinet.) In
vulgatis quidẽ omnibus exẽplaribus,& aliquot antiquis , deti/
net,legitur,hoc eſt moratur. Sed enim lectio illa mihi caſtiſſima
videtur,quã in antiquiſſimo codice Romano reperi , nubẽ belli,
dũ detonet,omnẽ ſuſtinet,pulcherrima metaphora,& conflictui
maxime cõmoda.quia ꝓſertim dixerat nubẽ belli.Et alibi dixit,
fulminat Æneas armis,prętereа Seruius lectionẽ hanc vĩ agno
uiſſe,dũ exponit,dum detonet.donec deferueat.Supius vero il/
lud,dum pluit. In eodẽ Romano codi.uu,geminato, pluuit,ſcri
ptum eſt. Inde pluuia. Sed hoc idẽ in alijs quoqꝫ authoribus.an/
tiquiſqꝫ codicibus obſerues.⸿Tranſilit & parmam mucro.) In
Ro.& in Oblongo,tranſilit,habetur,eſt tamẽ & tranſilijt. In anti
quis aliquo. codicibus.⸿Leuia arma minacis.) Quidã antiq co/
dices legũt,minantis,Romanus duabus mutatis dictiõibus,me/
dia,arma.minaci,legit. Sed omnino mos eius librarij fuit.ſ.non/
nunq̃; ſuꝑfluam ponere,nonnunq̃; ob negligẽtiam ꝑterire.

Seruius

At verò vt vultum vidit morientis,& ora,
Ora modis Anchiſiades pallentia miris,
Ingemuit miſerans grauiter,dextramq; tetendit,
Et mentem patriæ ſubijt pietatis imago.
Quid tibi nunc miſerande puer,pro laudibus iſtis?
¶Quid pius Æneas tanta dabit indole dignum? ÆNE.
Arma quibus lętatus,habe tua,teq; parentum
Manibus,& cineri(ſi qua eſt ea cura)remitto.
Hoc tamen infœlix miſeram ſolabere mortem:
Æneæ magni dextra cadis.¶increpat vltro POE.
Cunctantes ſocios,& terra ſubleuat ipſum
Sanguine turpantem comptos de more capillos.
Interea genitor,Tyberini ad fluminis vndam
Vulnera ſiccabat lymphis,corpuſq; lauabat
Arboris accliuis trunco:procul ærea ramis
Dependet galea,& prato grauia arma quieſcunt.
Stant lecti circu'm iuuenes:ipſe æger,anhelans
Colla fouet,fuſus propexam in pectore barbam,
Multa ſuper Lauſo rogitat,multoſq; remittit,
Qui reuocent,mœſtiq; ferant mandata parentis.
At Lauſum ſocij exanimum ſuper arma ferebant:
Flentes ingentem,atq; ingenti vulnere victum.

SERVIVS.

¶Pro laudibus iſtis.) Quia & contra fortiorē,& pro patris ſalute dimicare conatus eſt:ideo enim pluraliter laudibus dixit.¶Pius Æneas tāta dabit indole dignum.) Propter vitandā arrogantiam tertia perſona vſus eſt. Indoles aūt,eſt proprie imago q̄dam virtutis futuræ.¶Quibus lætatus,habe tua.) Moris enim fuerat vt cum his rebus hoīes ſepelirentˀ quas dilexerant viui.¶Si qua eſt ea cura remitto.) Aut more illo dixit, quo ſolet,ſepulturā ad ipſa cadauera nō pertinere ; licet vmbris ſicut in ſeptimo legimus, profit,vt,Siq̄ eſt ea gloria ſignēt. Itē de Palāte,Vano mœſti comitantˀ honore. Aut certe ſiq̄ eſt ea cura Mezētio,id eſt patri ſacrilego, qui ſuperos inferoſq; contēnit.¶Æneæ magni dextra cadis.) Sic alibi, Nomē haud leue patrū manibus,Hoc referes telo cecidiſſe Camillæ.¶Cōptos de more capillos.) Antiquo.ſ.quo viri ſicut mulieres cōponebāt capillos:qd' veꝝ eſſe & ſtatuę nōnullæ antiquoꝝ docent, & pſonę,q̄s in Tragœdijs videmus ſiſes in vtroq; ſexu,q̄ītū ptinet ad ornatū capitis.¶Interea.) Dū hęc geruntˀ.Et oīno ſic eſt apud poetas In terea,ſicut eſt apud Sall. Eodē tpe.¶Vulnera ſiccabat lymphis.) Noue & phyſice locutus eſt.nā cū aqua oīa infundantˀ,ait ſiccari vulnus.Fluxus.n.ſanguinis aquaꝝ frigore continetˀ.¶Lauabat.) Inclinatione recreabat.¶Procul.) Mō iuxta ſignificat:vt,Serta pcul tm̄ capiti delapſa iacebāt.¶Grauia arma quieſcunt.) Bn̄ grauia:vt galeā,arma,ſed leuia intelligamus.Et talis eſt figura, ſicut illa Sallu.Leonē atq; alias feras.ergo & leo fera. Quieſcunt autē quaſi in terra poſita:qm̄ galea quæ pēdebat,poterat & moueri. ¶Colla fouet.) Suſtinens ſe arboris trūco.¶Fuſus ꝓpexam ī pectore barbā.) Barbā in pectus fuſam hñs.Archaiſmos eſt qd' ait in pectore,pro in pectus.vt alibi, Medijs effuſus in vndis: pro, In medias vndas.¶Multa.) Pro multū.ſicut, Et pede terrā Crebra ferit,pro crebro.¶Super arma ferebant.) Supra ſcutū:vt, Supra impoſitū clypeo referunt Palanta frequentes.

DONATVS.

¶At vero,vt vultū vidit mo.) Æneas,vt vidit vultū morientis, miris modis pallore cōfuſu3,ingemuit grauiter plena miſeratione cōmotus,& tetēdit dextrā.Cur hoc fecerit,multis īterpoſitis dr̄ interea ad miſeratiōis cām.vt oſtēdat ex qua cā miſeratio ipſa videatˀ extitiſſe.mentē ipſius,inqt,cōmouit rō pietatis,qa fuerat pī,& patri religioſe ſeruiuerat.neq; fugiebat eū,qd filij parētib⁹, qd parētes dēant liberis.¶Quid tibi nūc miſerāde puer.) Deliberabat æneas,qd cōferret mortuo,cui ſalutē volens p̄ſtare nō potuit.Volui te,inqt,puer miſerāde ſeruare.inuidiſti,ne facerē,quid nūc p̄ſtabo tibi?quē viuū ſeruare cōtendi.qd reſtat pietati,qd' cōferat ei.ſ.cuius morte gaudere nō poſſū:ętatis tuæ inde finis non pōt accedere titulis meis:nō poſſū gloriari de puero, & de eo,q mori potius voluit:q̄; patrē videre cōfectū.ferre nō pōt aīus,vt armis tuis trophæa cōponā.Arma qbus lætatus habe tua.non.n. cōuenit hęc alicui deo collata ſuſpēdere.teq; parētū manibus,& cineri(ſi q̄ ē ea cura)remitto.Remitto te,inqt,vt porteris ad tuorū ſepulchra maioꝝ.p̄ſtabo hæc manib⁹ tuis,ſi tm̄ aliqd' bn̄ficium ſentiūt mortui,vt hūanitas mea vel' occiſo ꝓficiat.Veꝝ qa ex morte tua nihil acqri pōt gl̄iæ meę,accedat tuæ,ꝙ te magnus æneas occidit.Eſt qppe memorabile in aduerſis ſolatiū nomē meritūq; victoris,& ea cecidiſſe dextra,q̄ multi viri fortes abſumpti ſunt: ¶Increpat vltro Cū.ſo.) Quū accederēt & venirēt rutuli,vt proſtratū tollerēt,vltro eos obiurgabat,tāq̄; tardos & negligentes; ¶Et terrę ſub.ip.San.tur.) Subleuabat iacētē,comas ſuas ex more ad pulchritudinē cōpoſitas terrę puluere & ſanguinis ſui vbertate turpātē.¶Interea geni.ty.ad fl.vn.) Truncus dr̄ ꝓprie robur arboris,qd' relinqtur ſine ramis & capite.hoc tm̄ loco integræ arboris truncū dixit,ptē.ſ.q̄ in imo ramis eſt vacua. Iſtud ita eē ex

cōſequētibus

cōſequētibus ꝓbat. Ipſe, igt, grauiter vulneris & ſalutis ſuę deſperatiōe defeſſus ſuſtentabatˀ arboris trunco: ¶Procul ęrea ra.De.ga.) Galea aūt eius ramis ſuſpēſa pēdebat.tāgendo truncū & ramos ꝓculdubio arborē ītegrā ſignificauit cuius imæ pti ſe mezētius dabat,q̄ ramos non hēbat:¶Et prato gra.ar.qeſcunt.) Galea, qa nō magni pōderis fuit,pēdebat ex arbore. arma, quia grauia fuerūt, prato repoſita qeſcebāt.¶Srant læcti cir.iu.) Qui ſolarentˀ ægrū & debilē tuerentˀ:¶Ipēęger anhe.Col. fo.) Adiutus arboris trūco reficiebat colla,q̄ fuerāt dolore laſſata.¶Fuſus ꝓpexā in pec. bar.) Hoc ex abūdantia eſt poſitū.¶Multa ſup lau.ro.) Conſiderans ex aduerſis ſuis,quātā vim ptuliſſet ęnea certāte, tractās quoq; filij pſonā,ætatēq; cōſiderans,q̄rebat plurimū,qd ageret lauſus,& pluri mos mittebat,ac ſępe, q redu cerent īprudētē,ac mœſti patris mandata pferrent:mœſti merito,vtpote q ex vulneris cā ſatis ſaucius,de filij eſſet magis magiſq; ſalute ſollicitus. ¶At lauſū ſocij.) Miſſi aūt veniebant flentes,nō reducenres viuū, ſed ſuper arma portantes occiſum.

ASCENSIVS.

¶At vero vt vul.) Cōmemorat qūo Æneas pius miſeratus mortē Lauſi,cadauer eius honeſta ſepultura donandū cū armis notis cōceſſit.Vn̄ cū nihil ſit Dona. ¶Ordo eſt.At vero.i.ſed potiſſimū vt.i.poſtq̄; Anchiſiades.i.Anchiſę filius Æneas vidit vultū.i.effigiē faciei:moriētis.ſ. Lauſi,& vidit ora ipſi⁹ Lauſi pallātia miris modis:ipſe miſerans.i.miſeratiōe affectus ingemuit grauiter,& tetēdit.i.extēſam & ſuſpēſam tenuit ne amplius pcuteret,dextrā ſ.ſuā:aut potius tetēdit.i.extēdit Lauſo & porrexit dextrā,& imago p̄rię pietatis.i.quā erga patrē habuerat:ſubijt.i.cōmouit mentē Aeneę.Quid o puer miſerāde.i.digne miſeratiōe. qd pius Aeneas dabit tibi ꝓ iſtis.ſ.tuis laudibus.i.laudabilibus auſis dignū tāta indole.i.inolita ad virtutē nā,q.d.neſcio.veꝝ habe tua arma qbus lætatus,ſup.es in vita,& ego remitto te māibus & cineri.i. antiq̄ ſepulturę,& buſto parentū.i.maioꝝ tuoꝝ ſi qua.i.aliq̄ eſt ea cura.ſ.aut manibus tuis aut patri,tm̄ tu ſolabere.i. ꝓ cōſolatione accipies mortē miſerā.i.miſerandā.Hoc.i.p hoc qd'.ſ.cadis dextra Aneæ magni:qa glorioſum vr̄,non niſi a magno ſupari.Aeneas increpat vltro ſocios cunctātes.i.īmorātes leuare Lauſum,& ipſemet ſubleuatˀ.i.ſurſū leuat ipm̄:turpātē.i.fedātē ſanguine.ſ.ſuo capillos cōptos de more.Genitor ſup. Lauſi: videlicet Mezētius ſiccabat interea lymphis.i.aquis vulnera.ſ.ſua ab Aenea illata.ad vndā fluminis Tyberini & lauabat corpus exiſtēs accliuis.i.accūbēs trunco arboris.galea ærea pēdet ꝓcul ramis.ſ.arboris illi⁹: & arma grauia qeſcūt.i.iacēt prato.i.in prato:iuuenes lecti.i.egregij ad corporis tutelā lecti ſtāt circū. Ipſe ęger.i.ſaucius fouet.i.reficit colla.ſ.laſſa,anhelās.i.crebro reſpirās,fuſus.i.hn̄s fuſā in pectore.i.p pectus.barbā ppexā.i.multū & p oīa pexā:& ſup. rogitat multa ſup.i.de Lauſo.ſ. filio & remittit multos q reuocent.ſ. ipſum a pugna,& q ferant.i.efferāt mādata parētis mœſti.i.dolētis ꝙ filiū in tali diſcrimine dereliquerit.At.i.ſed ſocij flētes ferebant Lauſum exanimē.i.mortuū & ſup.ſocij auferebāt flentes ipſum ingentē atq; victū ingenti vulnere,validūnāq; exigit enſem per medium Aeneas iuuenem,totumq; recondit.

PIERIVS.

¶Ingemuit miſe.gra.) Quidā antiq codi.legūt,Ingemuit grauiter,miſerās dextrāq; tetēdit.¶Vulnera ſiccabat lymphis, corpuſque leuabat Arboris accliuis trūco.) Exēplaria cōplura.Romanū Oblōgū,& q̄dā alia,legūt,lauabat,qppe qa p̄iectū eſt. Vulnera ſiccabāt lymphis. Sed.n.nō deſunt codices veteres,in qbus leuabat, legatˀ,& eā lectionē agnoſcit ſeruius.Qua vero rōne leniret mēbra,tā vulneribus,q̄; certamine fatigata ſubiūgit.Arboris accliuis trunco.Id qd' in antiqs,adcliuis ſcribitˀ,qd' Ser.exponēs īclinatione

ne recreabat, ait. Procul ærea ra.dep.gal.) In Ro.cod.ramo.vnꝰ eni ſatis erat ad ſuſtinédã galeã. Stant lecti cir.iuue.) In aliquot anti.codi.ſtãt circũ lecti ꝓceres, legiť. Sed hæc maieſtas negocio bellico nõ vř cõgruere: q̃re melius iuuenes. Propexã i pe.bar.) Malũt nõnulli ꝑpexã. Sed ꝓpexã, In antiqoribꝰ hř. Mltosq; remit.) In Ro.codi.legiť, multũq; remittit. Sed magis placet, multos, quod neſcio quid vehementius habet, quum & inſtantiam, & iterationem nunciorum oſtendat.

Malunt

Agnouit longe gemitus præſaga mali mens:
Caniciem immundo deformat puluere, & ambas
Ad cœlum tendit palmas, & corpore inhæret.
Tãtáne me tenuit viuẽdi nate voluptas? MEZEN.
Vt pro me hoſtili paterer ſuccedere dextræ,
Quem genui? tu áne hæc genitor per vulnera ſeruor
Morte tua viuens? heu nunc miſero mihi demum
Exilium infelix, nunc alte vulnus adactum.
Idem ego nate tuum maculaui crimine nomen,
Pulſus ob inuidiam ſolio, ſceptriſq; paternis:
Debueram patriæ pœnas, odijſq; meorum:
Omneis per mortes animam ſontem ipſe dediſſem.
Nunc viuo: neq; adhuc homines, lucemq; relinquo:
Sed linquã. ſimul hæc, dicens, attollit in ægrum POE.
Se femur: & quãquã vis alto vulnere tardat,
Haud deiectus equum duci iubet: hoc decus illi,
Hoc ſolamen erat, bellis hoc victor abibat
Omnibus: alloquitur mœrentem, & talibus infit.
Rhœbe, diu (res ſi qua diu mortalibus vlla eſt) MEZ.
Viximus: aut hodie victor ſpolia illa cruenta,
Et caput Æneæ referes, Lauſiq; dolorum
Vltor eris mecum: aut aperit ſi nulla viam vis,
Occumbes pariter: neq; enim fortiſſime credo
Iuſſa aliena pati, & dominos dignabere Teucros.
Dixit, & excæptus tergo conſueta locauit POE.
Membra, manuſq; ambas iaculis onerauit acutis,
Ære caput fulgens, criſtaq; hirſutus equina.
Sic curſum medios rapidus dedit: æſtuat ingens
Imo in corde pudor, miſtoq; inſania luctu,
Et furijs agitatus amor, & conſcia virtus:
Atq; hic Æneam magna ter voce vocauit.
Æneas agnouit eum, lętuſq; precatur.
Sic pater ille deum faciat, ſic altus Apollo, ÆNE.
Incipias conferre manum,

SERVIVS.

Ad coelũ tendit palmas.) Increpans deos, quaſi ſacrilegus. Et ſciendũ vno eodemq; tpe nõ eum potuiſſe & inhærere corpori, & manus ad cœlũ leuare: licet poeta iſta cõiũxerit. Corpore ihæret.) Aut ihęret corpore ſuo Lauſo: aut certe Hyſterologia eſt: vt ſit, hęret i corpe. Melius tñ eſt vt ſit Antiptoſis, ꝓ corpori: vt, Hæret pede pes, pro pedi. Per vulnerá ſeruor.) Aut re vera Per, vulnera, qa per totũ corpus mucro trãſierat. aut i uidioſe vulnera ait ꝓ vulnus, ſicut Terẽ. Nõ perpeti meretricũ cõtumelias? cũ de Thaide loquereť. Nunc demum exiliũ infœlix, Nunc alte vulnus ad actũ.) Solatio.n. viuentis filij vtrũq; fuerat ãñ tolerabile. Idẽ ego.) Qui nũc cã tuę mortis fui, qui feci vt exulis & ſacrilegi filius eſſe diceteris. Pulſus ob inuidiam.) Excuſat, ne merito expulſus eſſe videať. Omneis ꝑ mortes.) Per oĩa mortis genera. i. per diuerſa ſupplicia. Vis alto vulnere tardat.) Alti vulneris violentia. Alloquiť mœrentem.) Triſtem. Hæc.n. aĩalia ſecũdum Homerum cum ſint triſtia, indicant dominoꝝ mortem futuram. Eſt autem Homeri comparatio.

Τὸν δ᾽ ἄρ᾽ ὑπὸ ζυγόφιν προσέφη πόδας αἰόλος ἵππος ξανθός. ἄφαρ δ᾽ ἤμυσε καρήατι, πᾶσα δὲ χαίτη ζεύγλης ἐξεριποῦσα παρὰ ζυγὸν οὖδας ἵκανεν.

Rhœbe diu (res ſiqua diu mortalibus vlla eſt.) Hoc loco notant Virgiliũ Critici, qđ homini ſacrilego dedit prudentẽ ſniam: quã rem rõ naturalis excuſat. ea.n. quæ per nãm mouent animos, in quãuis pſonã cadunt. Illa vero ſunt tm̃ prudentũ, quæ non niſi cõſilio & rõne deprehendũtur. Vnde & Teren. ſeruis dat plerũq; prudẽtiſſimas ſnias qdem, ſed quę per nãm offeruntť cunctis: vt, Ne qd nimis. Spolia illa cruenta.) Arma Æneæ Lauſi cruore perfuſa. Vnde intulit, Et caput Ænee: per quod etiã ſpolia Æneæ intelligimus. nam Lauſo nihil detraxerat. Dixit.n. Arma quibus lætatus, habe tua. Aut, aperit ſi nulla viam vis.) Aut ſi nullã oñdit fortitudo rõnẽ. Neque.n. fortiſſime credo.) Qđ dignaberis habere dños, Teucros ſ. ignauos. nã hoc itelligimus ex eo qđ dixit. Equo fortiſſime.) Plerũq;.n. ex alterius pſonę Vitupatione vel laude, qd de alia dicať, agnoſcimus: vt hoc loco Troianos vitupatos ex eq laude cognoſcimus. Itẽ alibi cõtrà, Et nũc ille paris. ſ. adulter. nã illo loco ex pſona Paridis vituperať Æneas. Exceptus tergo.) Equo ſe prębente ſuſceptus: quod fieri plerunq; conſpicimus. Iaculis onerauit.) Auiditas ſæuiẽtis exprimitur ſæpius.

DONATVS.

Agnouit longe gemitũ.) Quũ venientum gemitũ ſollicitus accepiſſet, anteq̃; nati funus cerneret, oculis ſuis, qd mali accidiſſet, agnouit. præuidet qppe aĩus pręſagio mala, & qd futuꝝ ſit, infelici cogitatione denũtiat. Caniciẽ im.de.pul.) Bene poſuit, imundo puluere, eſt.n. & mundus. Et ambas ad cœl.ten.pal.) Verus viuentis eſt dolor, quũ mortui funus amplectitur. non eſt vlla in amplexu funeris delectatio: ſed quędam medicina plangentis:

Tanta

Tanta ne me tenuit vi.na. vo.) Huncine habuit exitum mors mea & optatũ viuendi deſideriũ, hũc ordinẽ tenuit, vt infelix př per filij iteritum ſeruareť? O miſer ordo moriendi. viuo ego, quem priorẽ cõuenerat mori. & interijt, qui ſupereſſe debuerat patri ſeruor ifelix ꝑ filij interitum, & letum cariſſimi pignoris ipudentibus oculis cerno. Ego iſta miſerrimus feci, & malũ oẽ, quod ętatis tuę fata diripuit, ego cõflaui: Non te ſinerem cũ tanto hoſte certare, & ab impari pugna te cautiorem reuocarẽ. O hoĩum miſeranda cõditio pñtiũ cæca, neſcia futuroꝝ. ſi hoſtilẽ impetũ virtutẽq; neſcieras, facere te debuerat mea calamitas cautiorẽ. pergis nõ defenſurus patrẽ, ſed pro pře moriturus. cui adhuc ſeruor infelix. cui nõ viuẽdi voluptas, quæ in te tm̃mõ fuit, ſed luctus accreuit & pœna. Hæc eſt ſortis meæ plaga deterior, hoc ꝑnicioſiſſimum vulnus, quod nullũ tpis ſpatium nulla põt medicina ſanare. Inſedit altius, & tota penitus interna poſſedit. nihil dolore eſt vacuũ. Idẽ ego nate tu.) Nec me fugit malegeſta mea & obrutã multis criminibus vitã nomen tuũ & innocentiã maculaſſe. Incipit iam cãs criminari qbus filij ſui ſalus videreť oppreſſa. Pulſus ob iuidiam ſo.) Excluſus, ait, patrio regno per inuidiã. quũ dicit inuidiã, vult oſtẽdere non ſe meruiſſe, quę paſſus eſt: Debueram patrię pœ.) Aut ſi iuſte petebar ad pœnã, tradere me ſupplicijs debui. Duo latera tetigit, aut nihil aduerſi de ciuibus merui, aut ſi digna repetebanť, contentum eſſe conuenerat. non.n. viuendũ fuit cum odio cunctorũ ciuium. Omneis per mor.ani.) Conſentirem aduerſis meoꝝ ſtudijs, & me, qua vellent, pœna cõficerent. Nunc viuo, neq; ad.ho.) Nunc, inquit, viuo, qui olim debueram mori. viuere.n. non debui, qui vniuerſis ciuibus meis qualibet rõne diſplicui: neq; adhuc hoĩes & lucẽ ipſam relinquo. Deliberabat, & per incerta conſilia rapitur. fixit ſniam, & extremis tandem aliquando conſenſit dicens, ſed linquã. faciẽ, inquit, ſerus, qđ olim differendo non feci. Simul hæc di.attol.in æg.ſe femur.) Cũ ipſo vltimo verbo ſniæ, qua iudicauit ſibi eſſe moriẽdũ, in ęgrum ſe extulit femur: Et quãquã vis alto vuln.tar.) Et licet tardereť alti vulneris violentia, haud deiectus tamen, neq; in totum debilitatus animo equũ duci iubet, vt eo veheretur debilis, quo vti ſolitus fuerat, quum floreret. Hoc decus illi.) Ipſe ornamentũ dño fuit, ipſe ſolatiũ, ipſius auſpicio remeauit bellis ex oĩbus victor. ecce non ſolum corporis, veꝝ equi quoq; auxilium flagitabat. talis ẽt fuit, qui ad vltionẽ duci debuiſſet. non.n. tam vincere mezẽtius cupiebat q̃; filij interitum vindicare. tali ergo equo vti voluit, qui nõ niſi cũ palma remeare conſueuiſſet. Alloquitur mœrentem.) Quaſi mala domini etiam ipſe ſentiret. Et talibus infit.) Et hunc talibus verbis affatus eſt. Rhœbe diu.) Qui videbatur triſtis, ſentiebatur poſſe dominum audire loquentem. diu eſt, inquit, quod viximus rhœbe, ſi tamen durat aliquid mortalibus diu, & diu dici poteſt, quod clauditur fine: Aut hodie victor ſpolia

illa

illa crue. Et ca.æn.re.) Proſpera ſimul & aduerſa propoſuit, quæ habent hæc incerta bellorum: ſed tñ deſiderio nõ viuẽdi, ſed vindicandi filium. Hæc primo conſtituit, quæ cupiebat impleri: ſecutumq́ eſt, qđ poterat eſſe cõtrariũ. quũq; hoc ipſum diceret, addidit ſolatium ipſius euentus aduerſi: aut remeabimus, inqt, glorioſi poſt factum, & filij mei vindicabimus mortẽ, aut erit nobis perijſſe beneficium. ¶ Neq;.n. fortiſſime credo Iuſ.alie.) Neq;.n. dignum eſt, vt in ptãtem hoſtiũ venias, & ſeruias teucris. ꝓſperũ vt diximus poſuit, & aduerſum: ſed falſa ſpe in altero ductus eſt, in altero præſagium protulit. Nã qui fieri potuit vt ęneæ manus debilitatus euaderet, qui ꝑualenti corpore tam grauiter potuit vulnerari? Aliud tñ quod pręſagij loco cõplexus eſt, accidit. nam vtriq; in ſcđo certamine ceciderunt: ¶ Dixit & exceptus tergo.) Non dixit, aſcendit. quũ hoc facere nõ potuit. ſed exceptus eſt, inquit, vt oſtẽderet ex ſuperiore loco in equi tergo eſſe ſuſceptum. ¶ Manuſq; ambas iaculis one.acu.) Quantũ timorẽ ꝓcedẽtis expreſſit? qui quũ ſe aduerteret viribus paruis, ambas manus telis multis & acutis onerauit: quaſi ceſſante ſubſtantia dimicãtis, telorũ vigor aut numerus hoſtẽ ſuperare potuiſſet: ¶ Aere caput fulgens.) Quid debili toto prodeſſe poſſet, aut fulgens galea, aut ſetoſa in capite criſta? ¶ Sic curſum in medios.) Equi curſum in medios dedit, nõ ſuũ: ¶ Æſtuat ingẽs Imo in cor.pu.) Expoſuit, cur dictum ſit, curſum rapidus dedit. duob⁹.n. animi motibus ęſtuabat. pudoris, quia inuenerat fortiorẽ, & cuius virtutẽ in vulneris atrocitate perſenſerat: & luctus, qa talẽ ꝑdiderat filiũ. ¶ Atq; hic ęneam.) Debuit nõ prouocare eũ, cuius virtutẽ ſenſerat, & timere potius, quẽ exẽplo ſuo ꝓbauerat fortiorem: ſed cur metueret cui æquis votis aut vincere optãbile fuit, aut perire? Vocauit igit̃ æneã magna voce, & ter hoc fecit. oñdit magnã in ſe poſt vulnus acceptũ animi pſeueraſſe cõſtantiã, nec de ſuis aliquid conatibus diminutũ. ¶ Æneas agnouit eũ.) Mox vt ęneas vidit mezẽtium veniẽtẽ, & vocẽ toties clamantis audiuit, intellexit quæ cã debilem reuocaſſet ad cãpum. ſciebat.n. dolore perditi filij hoſtẽ venire compulſum. quæ res attulerat gratulationẽ maximã, vt in cõgreſſu pficeret, qđ ĩpediẽtibus multis primo cõplere nõ potuit: remiſit tñ ẽt ipſe reſponſum, ne timorẽ aliquẽ ſilentio teſtaretur. ¶ Sic pater ille deũ faciat.) Iccirco ait, ĩcipias cõferre manum. qa haſtis ſupra certatũ eſt, & inde videbat̃ euaſiſſe, quia plurimorũ defenſus auxilio certamen vulneratus effugerat. accedente ẽt eo, quia apparebat eum non collaturum manum, qui equo potius fideret, non ſuis viribus.

ACENSIVS.

¶ Agnouit longe gemitũ.) Docet quõ audita morte Lauſi rurſus in arma ruit moriturus Mezẽtius, & quõ iterum cum Ænea cõgreſſus ſit. De qua re hoc ſolũ eſt Donati, Dixit, &c. Non.n. poterat aſcendere: ſed ex ſuꝑiori loco ſe in equo cõpoſuit. Hęc ille. ¶ Ordo eſt. Mens.ſ. Mezentij pręſaga mali.i. pręſagiens malũ, quia ſagax eſt mens hoĩum ad percipienda mala.i. incõmoda potius q̃ bona, agnouit longe.i. cum adhuc longe eſſent gementes: gemitum.ſ. ſocioꝝ, hoc eſt cãm gemitus quæ mors Lauſi erat & deformat, ideſt ſedat caniciem.ſ. capilloꝝ aut Barbę: multo puluere, & tendit ambas manus ad cœlum: nõ precaturus, ſed execraturus deos & inhæret.ſ. Lauſo, corpore.ſ. ſuo, aut hæret in corpore Lauſi. O nate tenuit e me tanta voluntas.i. cupiditas & deſideriũ viuẽdi, vt paterer te quẽ genui ſuccedere dextræ hoſtili pro me.q.d. id quidem non decuit, ſeruorne, ideſt ſaluor ne ego genitor per hæc tua vulnera, viuens tua morte? q.d. id quoque indecẽs. Heu dolentis interiectio: exilium, ideſt expulſio e patria mea, eſt mihi nunc demum, cum.ſ. tui carendum eſt, Infœlix, ideſt durum & intolerabile, ſicut ſunt infœlicia, ideſt quę infœlicitatem afferunt vulnus, ſcilicet doloris eſt adactum.ſ. in præcordia: nunc alte.i. ꝓfunde. ¶ Idem ego.) Qui, ſcilicet cauſa mortis fui, maculaui crimine meo, ideſt tyrannide, tuum nomen.i. gloriam tuam q fuiſſes filius regis habitus: aut qui iniqui patris optimus filius ob ſcelus paternum nomen amiſiſti. Ego pulſus ſolio, ideſt ſede regali: & ſceptris, ideſt inſigni regali, hoc eſt regno meo: ob inuidiã meorum, ideſt quia mei mihi inuidebant: debueram pœnas patriæ.ſ. cui iniuriam intuleram & ipſe, ideſt ego dediſſem, ideſt dare debuiſſem odijs paternis, ideſt odia quæ de me patre tuo erant: ꝑ omnes mortes, ideſt omne genus moriendi, animam ſontem.i. culpabilem & noxiam. Nunc viuo, qui, ſcilicet mori debui, nec.i. & non relinquo adhuc homines, ideſt ſocietatem hominum: & lucem, ideſt vitam aut lumen cœli: ſed linquam, ſcilicet ſtatim, & ipſe dicens hoc attollit, ideſt erigit ſe in femur egrum, ideſt ſaucium: & quãquã vis alto vulnere, ideſt violentia alti, ideſt profundi vulneris prius ſuſcępti: tardat, ſcilicet ipſum aut quamquã vis plagæ, ſcilicet tardat ipſum alto vulnere. tamen ſupp. ipſe haud.i. non deiectus.ſ. animo: iubet equum, ſcilicet ſuum Rhœbum nomine: duci, ideſt adduci, hoc decus, ſcilicet equi, erat illi, & hoc ſolamen, ideſt ſolatium erat illi, aut potius ſic decus, ideſt honeſtamentum erat illi: hoc, ideſt per hunc equum & ſolamen, ideſt ſolatium erat ei hoc, ideſt per hunc equum & ipſe abibat, ideſt euadebat omnibus bellis victor: hoc, ideſt per hunc equum quẽ ſupple Mezentius alloquitur, mœrentem, ideſt triſtem, quia dominum ſuum triſtem ſentiebat Rhœbe nos viximus diu: ſi qua vlla res eſt mortalibus diu (videtur alterum abundare aut qua aut vlla: ſed coniuncta maiorem vim habent) aut tu victor, ſcilicet mecum, referes, ideſt reportabis hodie, illa ſpolia crueta, ideſt ſanguine perfuſa, ſcilicet Lauſi, & aliorum interfectorum: aut cum ſanguine ipſius perfuſa erunt, & caput Æneæ: & eris mecum vltor dolorum Lauſi, ideſt quos pro Lauſo patior, aut ſi nulla vis, ideſt violentia & virtus aperit viam, ſcilicet ad tantam victoriã. tu occumbes pariter, ideſt mecũ: enim pro quia o fortiſſime: ego credo ꝙ tu neq;, ideſt nõ dignabere pati iuſſa aliena, ideſt alia q̃ mea nec teucros dominos, ſcilicet tuos effectos, dixit, ſcilicet Mezentius & ipſe excęptus tergo, ſcilicet equi ex loco ſuperiori, nã aſcendere non potuit, locauit membra aſſueta, ſcilicet ipſi equo, & onerauit ambas manus acutis iaculis: fulgens caput, ideſt habens caput fulgens ære, ideſt galea ænea, & hirſutus criſta equina, ſcilicet in galea poſita ipſe rapidus, ideſt celer, dedit ſic, ſcilicet ornatus & inſtructus curſum in medios, ſcilicet hoſtes, ingens pudor quia videlicet filium occidere permiſerat, & vulneratus abſceſſerat, ęſtuat.i. ebullit in imo corde, ideſt in præcordijs & inſania: luctu, ideſt mœrore mixto & amor, ſcilicet in filium agitatus furijs, ideſt erynni, & virtus conſcia, ideſt cuius ſibi conſcius erat ſup. æſtuant in imo pectore, atque vocauit hic, ideſt in hoc ſtatu, & loco Æneam ter voce magna: quod & animi & roboris magni indicium eſt. Æneas agnouit eum, ideſt vocem eius quam iã in cõgreſſu audierat & ipſe lęt⁹ precat̃. Ille.ſ. optimus maximus pr̃ deum.ſ. Iupiter faciat ſic, Apollo altus.i. ſublimis & cœleſtis faciat ſic, vt ſup. incipias cõferre manum.i. concertare mecũ.

PIERIVS.

¶ Caniciem immundo deformat puluere.) Exemplaria omnia vetuſtiora, quæ verſauimus, multo deformat puluere, legũt: qđ miſeriam auget. Sed immundus proprium eſt epitheton pulueris. Deſumpta vero eſt ex Homero ſententia: vbi de Achille, occiſo Patroclo hæc, miſeriarum ſigna deſcribuntur. ἀμφοτέροισι δὲ χερσὶν ἑλὼν κόνιν αἰθαλόεσσαν χεύ ἀπὸ κεφαλῆς. quod ita ẽt Catullus expreſſit. Caniciẽ terra, atq; ĩfuſo puluere fœdãs. ¶ Vt pro me hoſtili paterer Succedere dextrę Quẽ genui.) In antiquis Priſciani codicibus hoc citato verſu. Succũbere, ꝓ ſuccedere, habet̃. Quum tñ reliqui oẽs Virgiliani codices, quos inſpexi. Succedere, legãt. ¶ Heu nũc miſero mihi demum exiliũ infœlix.) In vetuſtis pleriſque codi. exitiũ, eſt: qđ nõ æque placet, Ait.n. ſe facile tolerare exilium potuiſſe, dũ in tali nato conquieſceret, quo erepto: exilium demũ infelix eſſe. Quia vero ſeqtur, Nunc alte volnus adactũ. Recte ẽt legi põt exitiũ, infelix, quũ oĩno filiũ ſequi decreuerit, neq; eo perempto velit ſuꝑuiuere. Inde in Æneã dicit. Hæc via ſola fuit, qua ꝑdere poſſes. Infelix autẽ qđ videat ſe dediſſe cãm cædis. Infelix, quod fruſtra ſe morti ſubtraxerit, quum eam nunc vltro appetere cogat̃. ¶ Aĩam ſontem ipſe dediſſem.) Aliquot exemplaria, dediſſe, legunt vt conueniat cũ verbo debuerã. ¶ Et quãq; vis alto vulnere tardat.) In vetuſtis codicibus quibuſdã legitur, q̃q; ſe alto volnere tardet. Sed.n. Seruius vis: agnoſcit. ¶ Alloquit̃ mœrentẽ & talibus infit.) In codicibus aliquot antiquis, adloquit̃ mœrẽtem: ac talia fatur. ¶ Sic curſum in medios rapidus dedit.) In antiquiſſimo codice Romano legere eſt. Sic curſu in medios rapidus redit. ¶ Aeſtuat ingens imo in corde pudor.) Multa quidẽ exemplaria vetera, vno in corde, legunt. ſed, imo, magis placet, In Mediceo aũt codice nõ pudor, ſed dolor, habet̃. Sed neq; tacebo q̃uis ineptum mihi videat̃, In codicibus aliquot manu ſcriptis legi, nõ, pudor ſed puer, quo itidem mõ ijſdemq; dictionibus peccatũ eſt in eo Propertij verſu. ſi puer es, alio traice tela tua. Quũ legendũ ſit. Si pudor eſt, alio traice tela puer. ¶ Et furtis agitatus amor & conſcia virtus.) Carmen hoc non habet̃ in antiquiſſimo codice Romanæ notæ. Sed locũ habet in.xij. libro, vbi poeta de Turno loqtur, vt loco ſuo dicetur. Neque tamen incongruum eſt idem carmen in diuerſos vſus diſponere, veluti alterum iſtud. Vitaq; cum gemitu fugit indignata ſub vmbras, & Camillę ex Turno adcommodauit. ¶ Aeneas agnouit eum.) In antiquis cod. eſt, adnouit enim, per interpoſitionem dictum.

⸢Tantum effatus,& infeſta ſubit obuius haſta. POE.
Ille autem⸢quid me erepto ſæuiſſime nato MEZ.
Terres? hæc via ſola fuit,qua perdere poſſes,
Nec mortem horremus,nec diuum parcimus vlli:
Deſine;iam venio moriturus,& hæc tibi porto
Dona prius.⸢dixit,telumq́; intorſit in hoſtem, POE.
Inde aliud ſuper,atq; aliud figitq́;,volatq́;,
Ingenti gyro:ſed ſuſtinet aureus vmbo:
Ter circùm aſtantem læuos equitauit in orbes,
Tela manu iaciens,ter ſecum Troius heros
Immanem ærato circúnfert tegmine ſyluam.
Inde vbi tot traxiſſe moras,tot ſpicula tædet
Vellere,& vrgetur pugna congreſſus iniqua,
Multa mouens animo,iam tandem erumpit,& inter
Bellatoris equi caua tempora conijcit haſtam.
Tollit ſe arrectum quadrupes,& calcibus auras
Verberat,effuſumq́; equitem ſuper ipſe ſecutus
Implicat,eiectoq́; incumbit cernuus armo.
Clamore incendunt cœlum,Troesq́;,Latiniq́;.
Aduolat Æneas,vaginaq́; eripit enſem:
Et ſuper hęc.⸢vbi nunc Mezentius acer? & illa ÆNE.
Effera vis animi?⸢contra Tyrrhenus,vt auras POE.
Suſpiciens hauſit cœlum,mentemq́; recępit.
[Hoſtis amare,qd increpitas? mortēq́; minaris? MEZ.
Nullum in cęde nephas,nec ſic ad prælia veni.
Nec tecum meus hæc pepigit mihi fœdera Lauſus.
Vnum hoc per(ſiqua eſt victis venia hoſtibus)oro:
Corpus humo patiare tegi,ſcio acerba meorum
Circūſtare odia,hunc oro defende furorem:
Et me conſortem nati concede ſepulchro.
[Hæc loqtur,iuguloq́; haud iſci⁹ accipit enſem: POE.
Vndantiq́; animam diffundit in arma cruore.

SERVIVS.

¶Infeſta haſta.) In vulnus parata,ideſt portēta. ⸢Qua pdere poſſes.) Deeſt me.nā hoc dicit,niſi extincto filio nulla ſe rōne potuiſſe ſupari. ⸢Nec diuum parcimus vlli.) Quia Æneas inuocauerat deos.vt, Sic pater ille deum faciat, ſic altus Apollo. ⸢Deſine.) Scilicet mortem minari: qm̄ libēter moriturus adueni. ⸢Vmbo.) Scutū:nā à parte totū intelligimus. ⸢Lęuos equitauit in orbes.) Scd'm artē militię.nā eques ſtans facillime ſuperatur à pedite. In læuam aūt partē ideò circumibat,vt Æneæ dextrā partē circumueniret,quę vtiq; nuda erat. ⸢Pugna iniqua.) Pedes cōtra eqtem. ⸢Multa mouens.) Vtrū in ipſum,an in equū telū torqueret:quo vulnerato Mezētius carebat effugio. ⸢Inter tempora.) Id eſt in frontem. ⸢Bellatoris equi.) Per quem bellum geritur.aliter hominē dicimus bellatorem, qui bellum gerit. ⸢Implicat.) Impedit. ⸢Cernuus.) Cernu⁹ equus dicitur qui cadit in faciem,q̄ſi in eam partem quam cernimus. Vnde & pueri quos in ludis videmus ea parte qua cernunt ſtantes,cernui Vocantur: vt etiam Varro in libris theatralibus docet. ⸢Clamore incendunt cœlū.) Implēt. Et abuſiue dixit. ⸢Troeſq;.) Gaudio. ⸢Latiniq;.) Dolore. ⸢Hauſit cœlum.) Hoc eſt aerem. Lucretius, In hoc cœlo qui dicit aer.& hoc dicit poſtquā reſpirauit,& mentē recepit, poſt turbationē ex equi veniente ruina. ⸢Hoſtis amare.) Aſpere.Et eſt Homeri de telo dictum,qd' hic ad hoiem trāſtulit. Ille.n.ait, πικρὸν ὀϊστόν. ⸢Nullū in cæde nefas.) Mori viro forti nefas nō eſt:nec ego ſic vt Vincerē veni:hoc eſt,cū voluntate procūbo. ⸢Hæc pepigit mihi fœdera Lauſus.) Hoc eſt,nō cum hoc pacto à te Lauſus receſſit,vt vitā requiram. Federa autem pepigit,per tranſlationē dixit:id eſt ſic nō pugnauit Lauſus,vt vllum mihi vitæ relinqueret deſyderiū. ⸢Venia.) Beneficium.vt,Orantes veniam. ⸢Nunc(oro)defende furorē.) Inimicorum iram & poſt fata ſęuire cupientem.Defende autem eſt prohibe:vt,Dum teneras defendo à frigore myrtos: Et bene petit ab Ænea,quòd eum ſcit vltro concedere,vt probauit in filio:petit autem non de eius pietate dubitans,ſed timens irā ſuorum. ⸢Haud inſcius.) Liptotes figura eſt.nō.n.dixit nō ignarus, ſed expectans oībus votis:vt,Munera nec ſperno:id eſt libenter accipio. In hac aūt figura plus cogitat,q̄; dr̄. ⸢Vndantiq; animā diffundit in arma cruore.) Ordo eſt, In arma vndanti cruore animā diffundit,cuius ſędem pleriq; ſanguinē volunt eſſe. & ſic eſt dictum vt, Vna eadēq; via ſanguis animuſq; ſequuntur.

DONATVS.

¶Tantū effatus,& infe.ſub.ob.ha.) Magnam animi ac virtutis fiduciam mōſtrat,qui in hoſtem primus tela cōtendit. qd' ęneas non dubitauit perficere pergens obuium eum infeſto ictu haſtæ. ne habens tanti equi ſubſidium iterum verteret in fugam. ⸢Ille aūt).ideſt mezentius,inquit. ⸢Quid me erepto ſæuiſ.na. Ter.) Orbatū filio fruſtra territas p̄rem.magis.n.poſt illius exceſſū cupio mori,q̄;q̄; me ipſe cupis occidere.ſed in hanc ptē ſæuitiā tuā potius contendis exercere,qm̄ formidoloſis verbis terres, cui votū eſt,poſt filiū mori.Odi hanc lucē, in qua incolumē natū meū videre nō poſſum.inueniſti viā,qua mezentiū perderes: alia enim ſuperare non poſſes.tunc vita mea cōſumpta eſt,quū caderet lauſus.tunc perij,quum funus eius infelicibus oculis vidi.non horreo mortem,quin potius amo.Hęc enim dabit finem doloribus meis.hęc mihi miſericors filium reddet, & manibus eius patrē miſerū benigna coniunget.nihil eſt ſæue hoſtis, qd' me vlteri⁹ terreas.mors mihi beneficium eſt, cuius minaris aduentū.non parco dijs,quos ipſe veneraris,& colis,nec ſuperſtitioſis precibus rogabo, quos contēno.habes ęmulos ſtudij tui. ſi religioſus es, feri ſacrilegum.ſi pernicioſus hoſtis macta captiuū. ſileat iam pteruitas linguæ, & ſermo, quo te plurimū iactas, terminū ſumat.Vna eademq; mihi ſententia eſt, moriturus potiuſq̄; victoriam quæſiturus aduēto.ſume tn̄ morituri munuſculum,& antequā id fiat, qd' prouenire iam cupio,excipe haſtas meas,vt iraſcaris,& ferias. ⸢Dixit, telumq; intorſit in ho:) Poſt hæc,quę dixit, iacere haſtas plurimas cœpit circumiens ęneam ingētibus gyris, ne auerſum ferire potuiſſet: ⸢Sed ſuſtinet au.um.) Occurrebat æneas oibus telis,& hæc excipiebat ſcuto,ecce probatū eſt qua cā mezentius ambas acutis telis onerauerat manus.Tecta.n. nō mittebat,niſi hoc conſilio primitus præparaſſet. Ille igit̄ multa tela mittebat,figebat multa,ſed hæc ſcuti ambitus ſuſtinebat,excipiebantur reſiſtētis arte,nullū veniebat ī corpus. ⸢Ter circū adſtantem.) Quū ęneas vno in loco conſiſteret, ter mezentius læuos ī gyros circūijt ſtantē,manu dirigens tela. ⸢Ter ſecū troius her. Im.ær. cir.) Quoties mezētius circuijt æneam gyris,toties heros troius occurrit ſcutū obijciens.qd' iaculis iam fuerat infinitis inſertū, & ſiluę faciē pferebant. ⸢Inde vbi tot trax.mo.) Vbi tantæ tractæ ſunt morę,vbi pudebat tm̄ teloꝝ numerū ſcuto portare,tantaq; eſſent,vt hęc velli aut iam portari non poſſent.& quū vrget̄ iniquo certamine.iniquū certamen iō fuit,quia mezentius,equi pſidio & ſummo pugnabat.ęneas vero in plano poſitus maiore laboris pondere grauabat̄: ⸢Multa mo.aio.) Multa,quę facere deberet,ipſe cōferens ſecum,tandē reperto conſilio erumpit in factum.arte.n.opus fuit,vt ipſa peteret̄ cauſa,quæ iniquitatem certaminis faceret deniq; moris abruptis. ⸢Inter bellato.equi.) Magno hoc conſilio factum eſt.nouerat.n.mezentiū iccirco equi auxilium petiuiſſe,quia ipſe debilis fuit.recte igit̄ ęneas de equi prima pernicie cogitauit. Ipſo.n.occiſo,nō magni laboris fuerat,ad ipſius equitis interitū peruenire. ⸢Tollit ſe arre.qua.) Hoc eſt erectis primo per aera pedibus,primis poſterioribus ſtetit. ⸢Et calcibus au.Ver.) Intelligit̄ hoc mutato ſchemate poſterioribus pedibus feciſſe,& cū dolore pnicioſo turbaret̄, obſequiū ſolitū & portandi cōſuetudinē perdidiſſe. ⸢Effuſum equi.ſu.ipſe ſe.) Aut ruina corporis ſui equus dn̄m implicauit:aut quia ſic deiecit, vt ille ſe explicare nō poſſet. ⸢Eiectoq; incū.cer.ar.) Pręter letale, qd' exceperat, vulnus, alius ei caſus acceſſit. vt eiecto armo cecidiſſet. Cernuum dicunt,qualē ipſe virgilius demonſtrauit, porrecto vno pede hoc eſt altero ex primis,reliquis vero collectis:capite quoq; in terram coarctato:huic acceſſerat malo, ꝙ armum etiā perdiderat: vt nec ipſe reparatione aliqua iuuari potuiſſet. ⸢Clamore inten.cœ.) Quis enim non miretur , aut conſiliū viri fortis.aut facti ipſius & fortunæ euentum? ⸢Aduolat æneas.) Celeritate qppe opus erat,anteq̄; ille ſe forte colligeret,aut iterū ſubueniret̄ à ſocijs. ⸢Vaginaq; eri.en.Et ſu.h.) Et aduolat, & eripit,totū ad celeritatē demonſtrandā pertinet. Vtrūq; ſimul factū intelligit̄,& ſuper terrorem educti gladij hæc addidit inſultantibus verbis. ⸢Vbi nunc me.acer,& illa Effera.) Quam breuis dictio

ctio eius, qui ſe pręperabat ad exigendā pœnā? quo nunc, inquit, Mezentij fortitudo diſceſſit? quo ſimul tua feritas tecum perijt? quid profuit ſic vixiſſe, aut male meruiſſe de ſocijs? quid deos tota temeritate cōtēpſiſſe? Hęc Virgilius nō ſpāliter poſuit, ne lōgū faceret dictiōis tractum, quē breuem eſſe cōuenerat: tamē in eo, quod dixit, effera vis animi tui vbi eſt? poſſunt ēt illa: q̄ diximus, & multa alia cōiecturaliter colligi. ℣ Cōtra tyrrhenus.) Ecce propter quā cām Æneas properauit, recępit ſenſum Mezētius, ſed iā ſub gladio poſitus, qd auderet? quid faceret iacēs, qd debilis, quid oppreſſus? potuit tn̄ loqui, & locutus eſt, quę neceſſitas exigebat. ℣ Hoſtis amare, quid increpitas?) Duo mala & hoſtē eſſe, & amarum dixit. Hoc gn̄e & gladio ſtricto, & inſultationi rn̄det, deniq; ſequitur, quid increpitas? quō hoc ad inſultationē & verba pertinet, mortēq; minaris, ſi occiſurus es, inquit, iam feri, qd verbis ꝓtrahis moriturū? ſæuitia eſt hoſtē diu cruciare ſub gladio, ſæuitia eſt verbis amaris appetere. ℣ Nullum in cęde nefas.) An nunquid icc̨irco dextrā gladiūq; ſuſpendis, ꝙ exiſtimas nefas eſſe ſi ferias? nullum crimen eſt, ſi hoſtis, tuis quod parabat, excipiat. ℣ Nec ſic ad pr.v.) Nō ſic, hoc eſt nō ea intētiōe repetiui certamē, vt vincerē, ꝓbatio huius dicti addēda fuerat. iccirco adiecit. ℣ Nec tecū.m.h.pe.m.ſ.lau.) Lauſus me perire voluit. Lauſus tecū pactum meæ mortis induxit, nō rogo, quū nō libet ſupereſſe poſt filiū, non rogo, quod mereri contrariū eſt: vnū tn̄ peto, quod victi ſemper impetrare cōſueuerūt, & quod ipſe ſponte ꝑſtitiſti filio meo. ℣ Corpus humo patiare tegi.) Verebatur enī ne ciues ſui veteris ac iuſti odij memores funus execrabile ꝑ mēbra diſcerperent: & quod viuo nequiuerunt, redderēt mortuo. deniq; quū peteret, ſepulturam addidit. ℣ Scio acerba meoꝝ Circ.o.) Ecce oſtēdit, quid timeret, nouerat qppe, ſe nihil de ſuis pręter acerba odia meruiſſe. grauiter.n. ſperabat moueri poſſe, quod grauiter lęſerat. ℣ Hunc oro defende fu. Et me conſortē nati.) Conſortem me feciſti filio, vno vtrūq; gladio perimens, vni nos ſepulchro pulſo meorum furore cōcede. ℣ Hæc loquitur.) Hoc eſt hęc Mezentius precando, loquitur. ℣ Iuguloq́; haud inſcius accipit enſem.) Probauit Mezentius quod libēter quęſiuerat mortē, ſciens deniq; ꝑbuit ingulū, ſciens impetum mucronis excępit. ℣ Vndantiq; animā dif.i.ar.c.) Quo facto cruorē in arma diffudit, & animam naturæ reſtituit.

ASCENSIVS.

ℭ Tm̄ effatus, &c.) Cū Mezētij morte hūc decimū claudit, oſtendens vim Mezentij & victoriā Ænee, de qua hoc ſolū eſt Donati. Corpus humi patiare tegi. Verebatur.n. ne ciues ex veteri odio in eius cadauer nimis ſęuirent. Hæc ille. ℭ Ordo eſt. Æneas effatus ſup. eſt tantū.i. id ſolū quod ꝑmiſſum eſt, & ſubijt obuius.ſ. Mezētio. Haſta infeſta.i. vim inferēte. Aūt pro ſed, ille.ſ. Mezentius inqt quid.i. ad quid ò ſæuiſſime.i. moleſtiſſime aut imaniſſime, terres me.i. minaris mihi, nato erepto.i. poſtq̄; eripuiſti natum. Hęc ſola via fuit qua poſſes perdere.ſ. me. q.d. ſaluo nato, qa viuere voluiſſem, nunq̄; me interficere potuiſſes. Nunc aūt qa inuitus viuo forte me perdere poteris: nec horremus.i. nō expaueſcimus mortē, nec parcimus.i. nō concedimus vlli diuū pro diuorū: deſine.ſ. terrere, aut minari, nā venio moriturus, & porto tibi prius hæc dona.i. infeſta tela dixit.i. finiuit ſermonē, & intorſit telū in hoſtē: inde.i. deinde figit aliud, ſup. telū ſuper.i. iuſuper, atq; aliud & volat ingenti gyro, ſed vmbo æreus.i. curuatura clypei Ænee fortis q̄ſi ex ære: ſuſtinet.i. ſuſtētat.ſ. vim teloꝝ, ipſe Mezentius equitauit in orbes.i. gyros lęuos.i. ſiniſtros aut obliquos ter circū.ſ. Æneā aſtātē: iaciēs manu tela: & heros Troius.ſ. Æneas circūfert ter ſecum immanē ſyluam.i. congeriem telorum infixorū, tegmine.ſ. clypei ærato. inde.i. deinde vbi tædet.ſ. Æneam traxiſſe tot moras.i. tantum diſtuliſſe mortem Mezentij, aut tot impedimēta obieciſſe, & vellere.i. auellere & reijcere tot ſpicula.ſ. à Mezentio miſſa, & vbi ipſe vrgetur cōgreſſus pugna iniqua.i. inæquali cū ipſe ꝑpedes cōtra equitē ingreſſus eſſet: ipſe mouēs.i. agitans multa animo.i. conſiderans multa quō.ſ. ſe contra hoſtē munitum teneret, & tn̄ illū vinceret, & cōcludit equū ipſius prius interficiendū, erūpit.ſ. in pugnā tandē.i. poſt multam cunctationē & hæſitationē: cōijcit haſtā inter tēpora caua: equi bellatoris.i. belligeri, aut q & ipſe depugnare ſolebat, quadrupes.ſ. equus tollit ſe arrectū, & verberat auras calcibus.i. poſteriore parte pedū: & ipſe ſecutus ſuper equitē effuſum.i. excuſſum implicat.ſ. ipſum, & ipſe cernuus.i. pronus & inclinatus incūbit.i. inclinat ſe armo.i. humero erecto, Troes & latini incēdūt cœlū clamore Æneas aduolat.i. celeriter accurrit, ad lapſum.ſ. & eripit enſem vagina, & ait ſuper.i. inſup hęc.ſ. verba vbi ſup. eſt nūc ille acer.i. ſtrenuus Mezētius, vbi ſup. eſt nunc illa effera.i. imanis vis animi. Cōtra.i. ecōtrario tyrrhenus vt.i. poſtquā, ipſe ſuſpiciēs.i. ſurſum aſpiciēs: hauſit.ſ. oculis cœlū: aut mēte anhelitū, & recępit mentē.ſ. ſaniorē. O amare hoſtis qd increpitas & minaris mortē, nullū nefas.i. nulla deteſtatio indigna viro forti, eſt ſup. in cæde.i. occiſione paſſiua.i. licet occidar, nec ego veni ad pręlia ſic.i. vnico iaculo mutatus, nec Lauſus.ſ. filius meus pepigit mihi tecū: hæc.i. huiuſmodi fœdera.i. cōmercia bellica, vt.ſ. mihi parcas, ego oro hoc vnum.i. ſolum per eam veniam quæ eſt hoſtibus, ſi qua venia eſt hoſtibus victis, vt ſup. patiare corpus.ſ. meū tegi humo.i. ſepeliri: ego ſcio odia meorū circūſtare acerba.i. immitia in me, ego oro defende hunc furorem.i. ne propter hunc. furorem inſepultus deſtituar: & concede me ſepulchro cōſortem nati.ſ. Lauſi.i. eiuſdem ſortis cum eo. Ipſe Mezētius loquitur hęc & ipſe haud inſcius.i. ſciēs & videns, accipit enſem.ſ. Æneæ iugulo.ſ. ſuo.i. gutture: & diffundit animam in arma: ſup. cum cruore vndanti.i. vndatim effluenti.

PIERIVS.

ℭ Quid me erepto ſæuiſſime nato terres.) In antiquis aliquot codicibus legere eſt, terreas, quod quāuis ex ſententiæ congruitate ſit elegantiſſime dictum, quo pacto tamen verſui cōſultum ſit, videndum. Id quidē, ſiquis admittere voluerit, aut Synizeſin figuram eſſe dicat oportet, aut Amphimacrum loco dactili poſitū, quod Virgilium etiam alibi feciſſe à Terentiano moniti comperimus, neq; id Valerius Probus inficiari poteſt. Sed enim, vt, quid ſentiam, dicam. Grammaticorum adhuc nemo loci huius meminit tam inſignis, non tacituri profecto, ſi quid illis, tale ſuboluiſſet: quare, terres, regerim: vt longe plura habēt exemplaria. ℣ Deſine iam venio moriturus.) In anti. quod magis placet, nam, venio legitur. contra tyrrhenus vt auras. In aliquot codicibus &, legitur: quod non ita placet.

DECIMI LIBRI FINIS.

IN.XI.ÆNEID.LIB.MONOSTI.

Vndecimo victa eſt non æquo Marte Camilla,

IN EVNDEM MODESTINI IVRISCONS. ARGVMENTVM.

Conſtituit Marti ſpoliorum ex hoſte trophæum:
Exanimūq; patri natum Pallanta remittit.
Iura ſepulturæ tribuit: tempusq; latinis.
Euander patrios affectus edit in vrbe,
Corpora cęſa virum paſſim digeſta cremantur.
Legati referunt Diomeden arma negaſſe.
Drances & Turnus leges æquante Latino
Concurrunt dictis. Æneas imminet vrbi.
Pugnatur, vincunt Troes, cadit icta Camilla.
Deinde duces caſtris donec ceſſere, minantur.

ALIVD IN EVNDEM.

Occiſis proprium pars vtraq; reddit honorem.

ASCENSIVS.

Vndecimo victa eſt.) Monoſtichi huius ordo eſt. Camilla, ſcilicet virgo bellatrix, victa eſt, ideſt victa deſcribitur vndecimo, ſcilicet libro Æneidos, Marte non æquo, aut quia per fraudem in pedes ex equo prouocata eſt, aut quia omni occumbenti Mars iniquus eſt. ℭ Ordo autem argumenti maioris eſt. Æneas ſupple conſtituit. Marti trophæum, ideſt inſigne hoſtium verſorum, ſpoliorum, ex hoſte, ſcilicet raptorum, & remittit patri, ſcilicet Euandro Pallanta exanimum, ideſt mortuum, & tribuit Latinis, ſcilicet oratoribus: iura ſepulturæ, & tempus, ſcilicet ſepeliendi duodecim, ſcilicet dierum: Euander edit, ideſt exprimit, in vrbe ſua affectus patrios, ideſt paternos in filium: corpora virum, ideſt virorum cæſa, ideſt occiſorum digeſta, ideſt in diuerſos rogos geſta: cremantur, ſcilicet à ſuis: legati, ſcilicet Latinorum ad Diomeden miſſi, referunt, ideſt reportant pro reſponſo, Diomedēn negaſſe, ſcilicet latinis contra Troianos: arma, ideſt auxilia bellica, Drances, ſcilicet: vir ille facundus, & Turnus concurrunt, ideſt contendunt dictis, ideſt ſermonibus, Latino æquante leges, ideſt pręſidente eorum contentioni, quaſi pro tribunali Æneas imminet, ideſt ingruit interea vrbi,

vrbi, ideſt in vrbem Latini pugnatur, ſcilicet vtrinque & ſupple, Troes vincunt, & Camilla icta, ideſt percuſſa ab Arunte,

Supplicibus Calydone ſatus negat arma Latinis
Cum Drance alterno iurgat certamine Turnus.
Æneas equitem prẹmittit, & obuia virgo
Excipit. extincta Rutuli dant terga, Camilla

runte, cadit, ideſt occumbit: duces minantur, ſcilicet mutuo donec ceſſere caſtris, ſcilicet Troianorum ante vrbem ſitis.




SERVIVS.

OCeanum interea ſurgẽs aurora reliquit.) More ſuo prætermiſit noctis deſcriptionem, quã tranſiſſe indicat prẹſens ortus diei: & hoc eſt vnde Horatius ait, Nec verbum verbo curabis reddere fidus interp̃s. Quẹ enim naturalia ſunt, omnibus patent. ⸿ Æneas, quanquam & ſocijs dare tempus humandis.) Cõſuetudo Romana fuit vt polluti funere, minime ſacrificarent. Si tamen contingeret, vt vno eodemq; tempore & funeſtaretur quis, & cogeretur operam dare ſacrificijs, laborabat vt ante ſacra compleret, q̃ funus agnoſceret. Vnde etiam

# P. VIRGILII MARONIS AENEIDOS LIBER VNDECIMVS.

OCeanum interea ſurgẽs aurora reliquit.
Æneas (quãq̃ & ſocijs da re tempus humandis
Prẹcipitãt curẹ, turbataq; funere mens eſt)
Vota deum primo victor ſoluebat Eoô,
Ingẽtem quercum deciſis vndiq; ramis
Conſtituit tumulo, fulgentiaq; induit arma,

etiam Horatius Puluillus in Capitolij dedicatione cum ab inimicis ei filius extinctus nunciaret, ait, Cadauer ſit: nec voluit funus agnoſcere donec tẽpla dedicaret. Secũdum quem ritum etiam Æneas inducitur ante operam dare ſacrificijs: & ſic ad ſociorum & Pallãtis ſepulturam reuerti. ⸿ Præcipitant curẹ.) Vrgẽt. Longã enim dilationem ſepultura non patit. ⸿ Turbataq; fundere mens eſt.) Funere Pallantis. κατ' ἐξοχήν. nã hæc eſt conſuetudo apud poetas, vt à plebe ſegregent duces. Sic paulopoſt ait, Interea ſocios ĩhumataq; corpora terrẹ Mãdemus. & intulit, Meſtãq; Euãdri primus ad vrbem

Mezentij ducis exuuias, tibi magne trophæum
Bellipotens, aptat rorantes ſanguine criſtas,
Telaq́; trunca viri, & bis ſex thoraca petitum,
Perfoſſumq́; locis, clypeumq́; ex ære ſiniſtræ
Subligat, atq; enſem collo ſuſpendit eburnum.
Tum ſocios (nanq; omneis eum ſtipata tegebat
Turba ducum) ſic incipiens hortatur ouanteis.
¶Maxima res effecta viri, timor omnis abeſto, ÆNE.
Quod ſupereſt: hæc ſint ſpolia & de rege ſuperbo
Primitiæ, manibusq́; meis Mezentius hic eſt.
Nunc iter ad regem nobis, murosq́; latinos:
Arma parate animis, & ſpe prę́ſumite bellum.
Ne qua mora ignaros (vbi primum vellere ſigna
Annuerint ſuperi, pubemq́; educere caſtris)
Impediat, ſegnesq́; metu ſententia tardet.
Interea ſocios, inhumataq́; corpora terræ
Mandemus, qui ſolus honos Acheronte ſub imo eſt.

vrbem Mittatur Pallas. Sic dictum eſt, Relliquias Danaum, atq; immittis Achilli. Itē, Forſitan & Priami fuerint quæ fata, requiras. ¶Primo victor ſolebat Eoo.) Anteq̃; luctū ſubiret & funeſtaretur. Primo autem Eoo, ſubaudimus tempore. nā Græce ἠὼσ dicitur, quā nos Auroram vocamus. Homerus. ῥοδοδάκτυλοσ ἠὼσ: quod nomen Latini traxerunt per deriuationem, vt diceret, Et lætus Eois Eurus equis. Item, Eoasq; acies. Sane, vt etiā ſupra diximus, in hoc ſermone prima ſyllaba naturaliter producitur, ſed cum opus fuerit, corripitur: aut licentia nominis ꝓprij, aut quia eam vocalis ſequitur. ¶Conſtituit tumulo.) In colle: quia trophęa nō figebantur niſi in eminentioribus locis. Salluſtius de Pompeio, Deuictis Hiſpanis, trophæa in Pyrenæis iugis conſtituit. Ex quo more in vrbibus figebantur trophæa in arcubus exædificatis. Ideo autem nunc trophæum ponit Æneas, quia necdum plenam eſt victoriam conſecutus: ſed occiſo Mezentio fugauit exercitum. plenæ enim victoriæ, vt ſupra diximus, triumphus debetur. Et perſoluit vota vel propter tanti ducis interitum, vel quia fas erat etiam de primitijs ſacrificare. ¶Tibi magne Trophæum Bellipotens.) Hoc per Parentheſim dictum eſt. ¶Aptat.) Apte locat, & congrue. ¶Telaq; trunca viri.) Perfracta: ita enim in trophæis poni conſueuerunt. Iuuenalis, Et fracta de caſſide buccula pendens, Et curtum temone iugum, victæq; triremis aplauſtrę. ¶Et bis ſex thoraca petitum, perfoſſumq; locis.) Duodecim vulneribus appetitum: quia, vt ſupra diximus, totius Tuſciæ populus in duodecim partes fuit diuiſus: vt, Gens illi triplex populi ſub gente quaterni, qui ſingulis Lucumonibus parebant. Moris autem fuit vt interemptos duces omnis vulneraret exercitus. Sicut etiam de Hectore Homerus commemorat.

ἁι καὶ θηήσαντο φυὴν, καὶ εἶδοσ ἀγητὸν
ἕκτοροσ. οὐδ᾽ ἄρα οἵ τισ ἀνουτητί γε παρέστη.

Vnde eſt, Quæ circū plurima muros Accępit patrios. ¶Clypeumq; ex ære.) Figuratius, q̃; ſi æreum diceret. ¶Enſem collo ſuſpendit eburnum.) Vaginam eburneam. Sane ebur, eboris facit, non eburis: ſicut murmur, murmuris. Vnde quia in ꝑncipalitatis declinatione varietas inuenitur, etiam deriuatio varia eſt, nam eburnus facit ab eo quod eſt ebur: eburneus ab eo quod eſt ebor eboris. ¶Maxima res effecta viri.) Occiſo tāto duce: ſimul etiam trophęi oſtenditur cauſa. ¶Abeſto.) Abſit: nam tertia perſona eſt. Quod ſupereſt.) De reliquo: & eſt abſoluta elocutio. ¶Et de rege ſuperbo primitiæ.) Aut hoc dicit, primitiæ iſtę quas fecimus, non de plebe ſunt, ſed de rege ſuperbiſſimo. Aut certe ſuperbum regem Turnum accipiamus, nam de ipſo legimus, Ac Rutulum abſceſſu iuuenis cum iuſſa ſuperba Miratur: vt ſit ſenſus, Hæc ſpolia & hanc primam belli partem ſuperbo Turno ſuſtulimus. Nā hoc epitheton proprium Turni eſt, quod ei Virgilius pro ingenti ſcelere dat. Apud maiores enim ſuperbia ingens facinus fuit, adeo vt Tarquinius pro multis ſceleribus ſuperbi nomen accęperit. ¶Mezentius hic eſt.) Talis. vt, Hunc ego te Euryale aſpicio? ¶Murosq; Latinos.) Iam campeſtri ſuperauimus prælio: reſtat vt etiam obſidione vincamus. Credit enim quod ſibi iam aperte nullus occurrat, nec inaniter. nā & paulopoſt dicturus eſt Turnus, Furta paro belli. Et in duodecimo Latinus, Vix vrbe tuemur Spes Italas. ¶Arma parate animis.) Aut Hypallage eſt, ꝓ armis parate aīos, aut certe eſt mutanda diſtinctio, vt ſit, animis & ſpe prę́ſumite bellū, mente prę́occupate. vt ſupra Turnus, Et pugnā ſperate parari. Bene autē ait Præſumite, quaſi rem iam ſui iuris, vt ei deberi videatur iam certa victoria. ¶Vellere ſigna annuerint ſupbi.) Ne in mora ſitis, cum captatis augurijs ad bellum exire cœperimus. Vellere aūt ꝓprie dixit, quia romana ſigna figebantur in caſtris: & cum ad bellū eundum fuiſſet, captatis augurijs auellebātur è terra, nā alibi ea figi non licebat. Sed inter auguria etiā hoc habebat, ſi auellentē facile ſequerentur, adeo vt cū filio in Arabis Parthico bello ſu Craſſus occiſus, qui iturus ad prę́lium auellere ſigna vix potuit.

tuit. ¶Interea ſocios.) Donec tempus obſidionis adueniat. ¶Qui ſolus honos Acheronte ſub imo eſt.) Propter, centum errant annos, volitantq; hæc littora circum. Et bene Acheronte ſub imo, quia hęc res ad vmbras tātum pertinet. Nam apud prudentes homines nullius momenti ſunt iſta.

DONATVS.

OCeanum interea ſurgēs aurora reliquit.) Initiū diei dicit veniſſe, & eam horā, qua non dū ſole exorto prę́cedens iam apparet aurora. ¶Æneas q̃q̃ & ſo. d. te. h. Prę. cu. t. q; ſ. m. e. &c.) Duo habuit Æneas quæ faceret, humare occiſos, & dijs vota perſoluere. alterum. n. propter humanitatē fuerat curandum, alterum ꝓpter venerationem deorum, quibus iuuantibus multa proſpere geſſerat, debuit impleri. ſed quia diuina obſequia cæteris omnibus ꝑponēda magiſterio ſuo Virgilius monſtrat. & ipſum Æneam in deoꝝ cultu vult oſtēdere peritiſſimum, ſic cōſilia eius aſſignat. Licet enim Æneam ipſum tangeret cura humandi eos, quos bella deiecerāt, hanc tamē deorum cauſam non omiſit: ſed diſtulit negociorū ordinē veris tractatibus tribuens. Oriēte qppe aurora anteq̃; quidq̃ noſtrorum actuum moueamus, prę́teritorum recte geſtorū vota ſoluenda ſunt, & futurorum vel præſentium poſcenda ꝓſperitas. ¶Ingentem quercum.) Illic enim templum tum erat nullum, cuius faſtigio captiua arma ſuſpenderet, aut infigeret foribus. Elegit igitur oſtentationis cauſa tumulum multo alijs ditiorem: hic conſtituit ingentem quercū amputatis vndiq; verſum ramis, ne brachia arboris geſtandis indumentis obſtarent. Ingentē vero ideo, vt geſtandis omnibus, quæ magni ponderis fuerant idonea perduraret. Omnia hæc laudes Æneæ teſtantur, q erga deos pius, q humanitatis memor, q virtute præcipuus, q in tractantibus primus, q peritus in ſacris, & quidquid de hoſtibus manu eius occiſis præferendi genere dicitur, ipſius laudibus applicatur gloriæ. tunc enim apparet nomen meritumq; victoris, ſi dicatur potēs, qui ſuperatus aſſeritur, conſecrandi quoq; trophæi cauſam quam putamus fuiſſe? niſi quę tangeret deorum venerationē, Debuit. n. armis eius votum ſolui numinibus, qui ſacrilega mēte deos ſemper & vbiq; contempſit. ¶Fulgentiaq; indu. ar. Mezenti du. exu.) Mezenti, quum pronunciamus, nomen ipſum debemus extollere, vt in appellatione herois tanti intelligantur & facta victoris, fulgentiaq; induit arma Mezenti ducis exuuias, vt induto ſtipite cernerentur, quibus Mezentius floruit. ¶Tibi magne Trophæum Bellipo. Eſſentq; tibi addi.) Bellipotens mars, quorum te dominum cum cæteris numinibus contempſit, quantæ gloriæ inſtar extitit in morte Mezenti cecidit quippe totius exercitus dux, cecidit, q in Turni claſſibus magnæ ferebatur eſſe virtutis. cecidit, totius crudelitatis author, & ſcelerum princeps peremptus eſt ſub Ænę certamine, quem omnis ſuorū multitudo iuſtis odijs excitata necare non potuit, extinctus eſt, quē ſibi Turnus credidit neceſſariū, vindicatus eſt Euander: vindicati tyrrheni, quibus impune tot ſupplicia, & tot ſtrages inflixerat: inuētus Æneas, cuius occumberet manu, qui ſpreuerat ſemper deos. ¶Aptat rorātes ſ. c.) Scilicet adhuc ſtillantes ſanguinem: eo enim momento mactatus eſt. ¶Telaq; trunca viri.) Trunca, hoc eſt ſine domino: hæc aūt tela accipiēda ſunt, quę ſcuto Æneas excę́perat, atq; infixa fecerāt ſylua: & quę adhuc portabat Mezentius. itē poſſunt trūca intelligi, quę nec hoſtis necem perficere, nec dominū tueri valuerūt. ¶Et bis ſex thoraca pe.) Quantum vis fuit iſtius, qui duodecim plagis occidi non potuit? conſtat. n. dehinc iugulo confoſſum dediſſe terminū vitæ. aptat dixit, apte componit. Et hoc ipſum aptat, non ſemel accipiendū eſt, aptauit. n. criſtas galeæ, aptant tela, aptant & thoraca. ¶Clypeumq; ex ę́re ſiniſtre Subligat.) Subligat, & ſuſpēdit ſimile factum pulchre verbis diſſimilibus variauit, ſed ſcutum ſic apparebat, quaſi teneretur, tamen etiam ipſum pendebat ſiniſtræ ſubligatum: haſtam quoque conſtituit, quam viuo adhuc lauſo Mezentius miſerat. ¶Tum ſocios (nanque omnis eum ſtipata tegebat Turba ducum) ſic incipiens hortatur ouantes.)

Tum,

Tum, hoc eſt perfectis diuinis rebus ſocios ſuos incipit alloqui, illic.n. cum ducibus affuerunt frequentes cum plena lętitia, ꝙ tam pernicioſo hoſte caruiſſent, & in quo ꝑs Turni fuerat debilis reddita. Interea quanta occaſio loquendi lætis rebus & ſocijs vel maxime potioribus in vnum collectis: ſociorũ ſignificatio nõ ſolum Troianos, ſed eos, q in auxilio venerant, debet intelligi & q illis certaminibus interfuerũt. ⁋ Maxima res effecta viri.) Occiſo, inqt, Mezẽtio maxĩa pars belli cõfecta eſt, reliqua nõ ſunt metuenda, qdquid.n. ſupereſt belli, perempto iſto ꝓcliue perfectũ eſt, nullus cõgreſſionẽ metuat, in qua Mezentius nõ eſt, ac ne forte dubitetis occiſum, ipſe iſte eſt, de quo primitias feci: ipſe eſt, qui pẽdet in arboris trũco. Talis eſt redditus manibus meis, qualem videre maluiſtis, cætera dijs fauẽtibus nõ dubito poſſe cõpleri. quale.n. dedit iſte initiũ ſucceſſibus meis, talẽ reliqua ſortiẽtur effectũ, primitię ꝓprie dicũtur, quæ offeruntur dijs de fructibus nouis aut fœtibus gregũ. ⁋ De rege ſuperbo.) Sic, inquit, merentur occidi, q in regni poteſtate cõſtituti opprimũt potiusq̃ ſubleuant ſuos, qd de ſe ſpõdebat Æneas, cõiectare fecit, alienũ eſt, cui aliena mala tã grauiter diſplicebãt. ⁋ Nunc iter ad.r.n.) Dixit geſta, & agẽda pręnunciat. nũc, inquit, nobis ad regem dirigẽdũ eſt iter, & ad ipſam ciuitatem, quæ refugium eſt inimico, ſolum ſupereſt, vt conficiatur plena victoria: arma ſint inanimis veſtris, armaq; tractentur ſperate gerundum nobis eſſe certamẽ, & ſpem paratã eſſe vincendi: & dictis, quę neceſſario fuerant proferẽda, reddit rationẽ, oſtẽdẽs, quid fuerit cauſę, vt iſta p̃diceret. ⁋ Nequa, inquit, mora ignaros, &c.) Hoc, inquit, propterea ante tempus dixi, ne vos meæ diſpoſitionis ignaros turbaſſet repẽtina cõmotio, & opportunã faciendi celeritatẽ mora aliqua ex timore corrumpat: nec tunc conſilia capiantur, quũ vires requiruntur & facta. ⁋ Interea ſocios.) Interea, inqt, hoc eſt dum vacui certamine ſumus, noſtros ſocios ſepulturę mandemus: hãc.n. mortuis pręcipuã honorificentiã ſuperſtites debẽt, hoc exigũt manes in hmõi incertis ſolet poeta nõ interponere authoritatẽ ſuam: ſed dicere fama eſt, aut dicunt, aut perhibent, & alia hmõi: vt ſi falſa reperta fuerint, non aſſerẽtis ꝓfeſſione teneantur: ſed audita narrantis, hoc aũt loco quũ Æneæ perſonam loquẽtis induceret, ait, qui ſolus honos Acheronte ſub imo eſt, quod ipſum nõ dubitantis ſed ex aperto firmãtis eſt. ſi.n. eſſet incertus, dicere debuit: qui ſolus honos eſſe apud inferos fertur. hoc fieret, ſi non eſſet Æneæ perſona: aut quũ ipſum inducit, qui hęc apud inferos ꝓbauit, & vidit, recte confirmat exire mortuos è ſepultura, qppe in ſexto libro dictũ eſt. Hęc omnis, quã cernis inops inhumataq; turba eſt, portitor ille charon, hi quos vehit vnda ſepulti, Nec ripas datꝰ horrẽdas & rauca fluenta. Trãſportare, priusq̃ ſedibus oſſa quierunt, Centũ erant annos, volitãtq; hęc littora circum, Tum demũ admiſſi ſtagna exoptata reuiſunt. Hoc Æneas ſybilla exponẽte cognouerat. item palinurus hoc rogauit, vt quia inter inſepultos errabat, repertum ſepulturæ mandarẽt. Quod te, inquit, per cœli iucundum lumẽ, & auras, per genitorẽ oro, per ſpem ſurgẽtis Iuli, Eripe me his inuicte malis, aut tu mihi terram Inijce. Ecce dicta eſt cauſa, propter quã dixi, qui ſolus honos Acheronte ſub imo eſt.

ASCENSIVS.

❡ Oceanum interea.ſ.a.reliquit.) In hoc vndecimo vt dictum eſt libro varie tractantur res bellicę primumq; pius Æneas votũ de ſpolijs ipſius Mezentij ſuſpendit trophæum: vnde Donatus. Vota deum.p. Recte dijs conſecrat eius arma qui deos ſemper cõtẽpſit. Bis ſex quãta vis fuit iſtius qui.xij.plagis occidi non potuit: nam in aperto iugulo perijt. Nunc.i.a.r. non enim vult tunc eſſe conſultandum de bello cum prælium erit gerendum. Hæc ille.

❡ Ordo eſt. Aurora ſurgens interea.i. dum gererentur quæ dicta ſunt, & quę facta eſſe manifeſtum eſt, nam confecto prẹlio Æneã ſe cum ſuis in caſtra recẹpiſſe, & cuſtodiam adhibuiſſe notorium eſt: dum hæc fierent aurora ſurgens reliquit oceanum, ideſt mare quod totum circuit terræ orbem Æneas quãquã curę præcipitãt, ideſt præcipitanter vrgent dare tempus humandis ſocijs.ſ. interemptis, & quanquam mens ſupp. eius eſt turbata funere.ſ. Pallantis præcipue tamen ſup. quia neceſſitas vrgebat ipſe victor ſoluebat primo eoo.i. cum primo ortu ſolis, purgatus.ſ. flumine viuo vt in ſecundo dixit, vota deum.i. quæ dijs pro victoria habẽda vouerat & cõſtituit quercum ingentem.i. valde magnam ramis vndiq; deciſis.i. habentẽ ramos vndiq; deciſos tumulo.i. in colliculo, & induit.ſ. quercum arma fulgentia.i. radiantia, appoſitorie exũuias.i. quæ fuerunt exuuię. Mezenti pro Mezentij ducis: alia appoſitio tibi ò bellipotens.ſ. Mars trophæum.i. ſpolia detracta duci, & ad tuam gloriam ſuſpenſa aptat.i. ipſe, apte locat criſtas.ſ. galeæ Mezentij rorantes.i. diſtillantes, ſanguine.ſ. Mezentij: & tela viri trunca.i. truncata, & thoraca.i. munimen pectoris petitũ.i. laceſſitum, & perfoſſum bis ſex.i. duodecim locis, & ſubligat ſiniſtrę.i. ad ſiniſtram partẽ clypeũ ex ære, & ſuſpendit collo.i. ad collum aut ſuũ aut Mezẽtij: nam ſunt qui velint clypeũ & enſem de Ænea dici: ſed verſus à Mezentio intelligemus vt eius arma ad truncũ arboris ſic ſuſpẽſa dicamus: qũo ea dum viueret gerebat: ad ſiniſtrã ergo clypeum ſuſpẽdit & ad collũ enſem eburnum habentẽ capulum eburnum aut vaginam eburnã.i. ex ebore factũ. Tum.i. deinde Æneas hortatur ſocios ouantes.i. exultantes & iubilantes præ gaudio ſic.i. in modum ſequentẽ ſocios dicit: nanq; omnis turba ducũ tegebat eum ſtipata.i. denſe circunſtans, hortatur inq̃ ſic. O viri res maxima eſt effecta: quia primã victoriam, & eam inſignẽ cõſecutus erat omnis timor ſup. eius quod ſupereſt.ſ. de reliqua belli parte: abeſto.i. abſit poſt hac: hæc ſunt ſpolia & primitiæ.i. primæ exuuiæ: de rege ſuperbo.ſ. Turno aut Mezẽtio, & Mezẽtius eſt hic.i. hmõi.ſ. victus & occiſus meis manibus. Iter ſup. eſt aut reſtat nobis nũc ad regem ſup. Latinum & ad muros Latinos parate arma animis.ſ. veſtris & præſumite.i. p̃accipite ſpe bellũ ne qua.i. ne aliqua mora impediat vos ſup. ignaros.i. improuiſos & imprudẽtes vbi primum.i. ſtatim poſtq̃: vel vt primum: ſuperi annuerint.i. nutu conceſſerint: vellere.ſ. à loco ſuo vbi fixa erant ſigna.ſ. bellica: hoc eſt vexilla, & educere pubem.i. iuuentutem ſeu tyrones hoc eſt nouos milites caſtris.ſ. ſuis, & ne ſentẽtia, tardet vos ſegnes.i. pigros & ignaros quia imparatos tardet dico: metu.i. formidine. Mãdemus interea terrę ſocios & corpora inhumata.i. corpora inhumatorum ſociorum qui.ſ. humandi honos eſt ſolus ſub Acheronte imo, ideſt apud inferos, quia ſine ſepultura non traducũtur ad inferos, ſed centum errãt annos: vt in.vj. dictum eſt.

PIERIVS.

❡ Quanq̃ & ſocijs, dare tempus humãdis.) Sunt qui, & particulam ſummoueant, & quãq̃ ſocijs, legẽdum velint. Verum ſententiæ numeriq; concinnitas, & veterum omnium codicum conſenſus caſtiorem eſſe lectionem iudicãt, quãquã & ſocijs, & ita prius erat in Mediceo, nũc, & inde abtaſum. ⁋ Annuerint ſuper.) Romanus codex familiari quodam errore librarij, adnuerent legit i, litera in, e mutata, ſed adnuerint vera lectio. ⁋ Qui ſolus honos acheronte ſub imo eſt.) Pleraq; vetera exemplaria ſub imo, abſq; verbo eſt, legunt, nempe, quia verbum id quibuſdam tantum p̃uctis in codicibus manu ſcriptis nouari ſolitum, ſefellerit, melius enim ſub imo eſt.

SERVIVS.

❡ Egregias animas.) Ingenti arte laudat, potius q̃ miſereatur extinctos, vt pręſentiũ animos in bella ſuccendat. ⁋ Quẽ non virtutis egẽtẽ.) Ennij verſus eſt. ⁋ Funere merſit acerbo.) Immaturo. trãſlatio à pomis. ⁋ Qui parrhaſio euãdro.) Arcadico à ciuitate Arcadiæ, quam Donatus vult à Parrhaſio dictã: quod ꝓcedit, ſi Parrha nomen eſt Græcum: ſi aũt Latinum eſt, ſtulte ſenſit. nam Græcum nomẽ latinã etymologiã non recipit. ⁋ Ibat.) Procerat. ⁋ Alũno.) Alũnus eſt, qui Græce τρόφιμοσ dicitꝰ: quod nomẽ quia latinũ nõ eſt, vt ab eo quod eſt nutritor, inueniamus eũ q nutritus eſt, trãſit ad nomẽ aliud, & alumnũ dixit. ⁋ Iliades crimẽ de more ſolutę.) Has Ænẹę ancillulas intelligimus. nã oẽs honeſtas matres, hoc eſt mulieres nobiles in Sicilia remãſiſſe dixit, exceptа Euryali mr̃e: de q̃ legimꝰ, Quæ te ſola ꝑ tantis è matribus auſa Perſequitur. ⁋ Vt vero Æneas foribus eſſe extulit altis.) Naturale.n. eſt vt intermiſſa lamẽta repetantur, cum aliquis notus adueneret. Sic in Statio,

Ite (ait) egregias animas, quę ſanguine nobis
Hanc patriam peperere ſuo, decorate ſupremis
Muneribus, mœſtamq; Euandri primus ad vrbem
Mittatur Pallas, quem non virtutis egentem
Abſtulit atra dies, & funere merſit acerbo.
⁋ Sic ait illachrymãs, recipitq; ad limĩa greſſum, POE.
Corpus vbi exanimi poſitum Pallantis Acetes
Seruabat ſenior, qui Parrhaſio Euandro
Armiger ante fuit: ſed non felicibus ęque
Tum comes auſpicijs charo datus ibat alumno.
Circum omnes, famulumq; manus, Troianaq; turba,
Et mœſtæ Iliades crinem de more ſolutæ.

Vt verò Æneas foribus ſeſe intulit altis,
Ingentem gemitum tunſis ad ſydera tollunt
Pectoribus, mœſtoq; immugit regia luctu.
Ipſe caput niuei fultum Pallantis & ora
Vt vidit, leuiq; patens in pectore vulnus,
Cuſpidis Auſoniæ, lachrymis ita fatur obortis.
Téne (inquit) miſerande puer, cū lęta veniret, ÆNE.
Inuidit fortuna mihi, ne regna videres
Noſtra, neq; ad ſedes victor veherere paternas?
Non hæc Euandro de te promiſſa parenti
Diſcedens dederam, quum me complexus euntem
Mitteret in magnum imperium, metuenſq; moneret,
Acreis eſſe viros, quum dura prælia gente.
Et nunc ille quidem ſpe multum captus inani,
Fors & vota facit, cumulatq; altaria donis.
Nos iuuenem exanimum, & nil iam cœleſtibus vllis,
Debentem, vano mœſti comitamur honore.
Infelix nati funus crudele videbis.
Hi noſtri reditus, expectatiq; triumphi,
Hæc mea magna fides: at non Euandre pudendis
Vulneribus pulſum aſpicies: nec ſoſpite dirum
Optabis nato funus pater. hei mihi quantum
Præſidium Auſonia, & quantum tu perdis Iule,

Statio, Ingreſſis ducibus denuo deflet Archemorus. ¶ Niuei fultum Pallantis.) Late patet hoc epitheton. referri enim poteſt & ad candorem priſtinæ pulchritudinis, & ad pallorem ex morte veniētem, & ad frigus quod proprie mortuorum eſt: vt, Corpuſq; lauant frigentis & vngunt. ¶ Leui in pectore.) Pulchro, puerili, nōdum ſetoſo. ¶ Tene, inqt.) Iteratio eſt: nam ſupra dixit, Lachrymis ita fatur obortis. Sicut in quinto poſuit, Et fidam ſic fatur ad aurē. Et paulo poſt intulit, Dic ait. Sane ſciendum hanc elocutionem talem eſſe, qualis illa eſt vbi defletur Euryalus, nā locis omnibus commouet miſerationem, ab ætate, à tempore, à vulnere, à ſpe parentis. ¶ Cum læta veniret inuidit fortuna.) Ac ſi diceret, quātum noceret aduerſa, cum læta talem intulit caſum. Videtur autem dolere, ꝙ queri nō poteſt de fortunæ crudelitate, quæ ei vno eodemq; tempore & tanta cōtulit beneficia, & tale intulit damnum. ¶ Tene inuidit fortuna mihi.) Vt, Liber Pampineas inuidit collibus vmbras. ¶ Diſcedens dederam.) κατὰ τὸ σιωπώμενον hoc intelligimus. Nam abſcedens nuſquā eſt Euandrum allocutus Æneas. ¶ Cum dura pręlia gente.) Subaudimus fore. ¶ Fors & vota facit.) Forte etiam vota ſuſcępit, pōt & vnū eſſe Fors, ideſt forſitan. ¶ Cumulatq; altaria donis.) Et ſacrificat & ſuſcipit vota. Naturaliter autem queritur de errore mentis humanæ. ¶ Nil iam cœleſtibus vllis Debentem.) Viui enim, ſuperorum ſunt: mortui ad inferos pertinent. Vt in duodecimo. Vos ò mihi manes Eſte boni, quoniam ſuperis auerſa voluntas. Superis autem debemus omnia donec viuimus, ideo quia vt dicunt phyſici, cum naſci cœperimus, ſortimur à Sole ſpiritum, à Luna corpus, à Marte ſanguinē, à Mercurio ingeniū, à Ioue deſyderium, à Venere cupiditates, a Saturno humorē: quę oībus ſingulis reddere vidētur extincti. ¶ Vano Mœſti comitamur honore.) Inani, vt ſupra diximus, quantum ad viuos pertinet. ¶ Hi noſtri reditus) Tales ſunt: vt, manibuſq; meis Mezentius hic eſt. ¶ Hæc mea magna fides.) κατὰ τὸ σιωπώμενον: quā de reditu Pallantis ꝓmiſerat patri. ¶ Pudēdis vulneribus.) A tergo illatis: & eſt cōſolatio. ¶ Nec ſoſpite.) Antiptoſis, pro ſoſpiti: & hoc dicit, Si fuiſſet vulneratus à tergo, ipſi ei optares interitum.

DONATVS.

¶ Ite, ait, egregias animas,) Conſultorē talē q̄; libenter à circunſtantibus putamus auditum? quum ſic nominaret eos, quos belli certamē aſſumpſerat? qui proprio, inquit, ſanguine gloriam nobis & libertatē pepererūt, ſupremam merentur honorificētiam, hoc eſt exequiarū pompam, & funerum ſepulturam, hæc dicēdo audientium animos erigebat. ſi enim illi iam pepererant patriam qui perierant viui ſecuritate parta læti eſſe debuerant. præterea vnuſquiſq; ſe aut caſurum imminēti bello, aut præterito cadere potuiſſe conſiderans libenter audiebat pia & religioſa & humana tractantē. Patriam dicimus pro libertate poſitam, ideo quia quū quis ex ſeruo liber efficitur, ciuitatē dicitur Romanā cōſecutus, & hęc bellorū conditio eſt, vt victi libertas intereat, & efficiatur dn̄s is, qui victoriā fuerit conſecutus. Iccirco poſitū eſt, hic, & ſic ceciderunt tot ac tales, tamē abſtulit vltimus dies inflicta clade hoſtibus nobis vero ex maxima parte ꝓcurata victoria, & erepta periculis omnibus libertate, pōt & ſic intelligi, q ſanguine nobis hanc patriā peperere ſuo: vt ſic mortui videantur firmata penes Troianos poſſeſſiōe Italię. ¶ Mœſtamq; Euādri. p. a. v.) Gn̄aliter loquebatur de mortuis, potuit fieri, vt quibus mādabatur ſepulturę curatio, iſtū quoq; aut exurerēt flammis, aut terrę mandarēt, hunc igitur à cęteris ſeparat. regales. n. nunq̄; cōfuſę ſepulturę iunguntur, eo accedebat, ꝙ orbatus filio pater vel mortuū ſuſcipe debuit ſi nō quit videre victorē. ¶ Quē nō. vi. eg. Abſtulit. a. d.) Eſt in aduerſis ſolatiū, ſi mors ipſa habeat excuſationē, iſte q̄uo excuſatur?

non

non, inquit, vt imbellis cecidit ſed rapuit eū vltimus dies debebat. n. miſer i ipſo flore iuuētutis occumbere. ecce abſtulit gloriā Turno, qui eum in congreſſione proſtrauerat, quū dicit eū fataliter iteriſſe. ¶ Sic ait illachrymās.) Mox, vt Æneas ſepeliendorū curā, & trāsferendi pallātis ſollicitudinē poſuit recipit ſe ad limina. i. ad locū, in quo iacebat funus, quod ſeruabat acetes ſenior. Hic Virgilio fatoꝝ iniquitas diſplicet. ſeruabat. n. longæuus infeliciſſimū iuuenis funus, & obierat, qui per ętatē ꝓdeſſe rebus publicis potuit, incolumis vero fuerat, q Euādri comes tot euaſerat bella & Euādri filius iacebat occiſus, ſed nec ipſa p̄ris & filij paria eē auſpicia potuerūt, nā quoties acete comite Euander iuit ad bellū, vtriſq; toties laurea triūphiq; ceſſerūt, prexit cū miſerrimo pallāte nō reducturus incolumē, ſed reportaturus extinctū, ò diſpar pugnādi cōditio, ò fortuna diuerſis fauoribus currēs, alter iter arma & gladios pōt in ſeniū durare, cū ſocio alterius dies vna & pugna expectauit ad mortē. Poteſt ēt ſic intelligi. Corpus vbi exanimi pallantis poſitū acetes ſeruabat ſenior, quia iuuenes tenebat ſollicitudo pugnādi, quapropter vel quia ſenex perindeq; vacuus, vel qa viuenti appoſitus à patre recte funus ſeruabat occiſi. ¶ Circum oēs. f. m. q;. ma.) Serui dn̄i ſui caſum, & Troianæ m̄res infelicē iuuenem plena miſeratione plangebant, crinibus ſparſis. ¶ Vt vero Æneas fo.) Supra dixit, recipit ſe ad limina greſſum vt ſignificaret primū ingreſſum loci, in quo pallas iacebat exanimis nunc monſtrat eam partē, atq; id membrū, vbi reuera funus expoſitū plangebatur: vt, inqt, fores interiores ingreſſus eſt. ¶ Ingētem gemitū.) Moralitatē vt multis locis fecit, ac pene omnibus, etiam hoc loco euidēter expreſſit, nam grauius mugiunt, & plangunt, vbi affuerit, quē maior cā doloris exagitat, vt igitur Æneas ingreſſus eſt, tanti omnium gemitus & planctus emiſſi ſunt, vt etiam primas fores & ipſam regiam grauis luctus impleſſet. Regiam primum ingreſſus eſt. nam, quum latini veſtibulū deſcriberet, ſic dixit. Tectum auguſtum ingēs, cētum ſublime columnis, Vrbe fuit ſumma Laurētis regia pici. Ipſe caput niuei fulctum pallantis, & ora, vt vidit: Mortui corpus noua arte laudauit. Augēt enim dolorē, quæ poſſunt in defuncto laudari. tantę, inquit, pallas pulchritudinis erat, vt eum nec mors ipſa deformare valuiſſet, non pallebat, ſed niueus apparebat, quæ res augebat dolorē religioſi viri. quum in vno caſu multa fleret extincta, ſpem iuuenis, vota patris & pulchritudinem corporis. ¶ Leuiq; patens in corpore vulnus Cuſpidis auſoniæ.) Vt vidit, non ſemel accipiendum eſt, vt ſit, vt vidit caput fulctum niuei pallātis, vt vidit ora, vt vidit leuis patēs in corpore vulnus cuſpidis auſoniæ, non vacat locus iſte, quo plaga atq; eius magnitudo ſignificata eſt, nam in ſubiectis pro ſolatio eſt poſitus, illum nō pudēdo vulnere, ſed glorioſo interiſſe. ¶ Lachrymis ita. f. ab.) Vbi verus eſt dolor & penitus ſenſibus manet, lachrymę non meditatione plancturi cogūtur exire, ſed ſpōte ante verba fundūtur, inde Æneæ locuturi vocē præuenerunt veri fletus, & gemitum copioſæ lachrymæ præceſſerunt. ¶ Te ne, inquit, miſerande puer.) Quod dixit, te, vim p̃miſſi pronominis ipſe rurſus expoſuit. te, inquit, miſerabilē puerum. te, qui viuere debuiſti, vt noſtra regna conſpiceres, pleno affectu dixit noſtra, quaſi cōia eſſet habiturus cum eo, ſi illum incolumē fata ſeruaſſent. te, quē conuenerat ſoſpitē patri & victorem paternis ſedibus reddi: cur triūphos meos mecū nō potuiſti partiri? ſi mihi fortuna portabat dimicanti ſuffragium, cur morte tua fœdabat titulos meos? cur gratulationē tantā rumpebat tuo interitu? amica fuit, vt ſucceſſibus meis optatis lætitiā dimicanti conferret, an magis inimica dum fauet, ipſa præſtitit ipſa rurſus inuidet, cur tu obiectus es perfide? cur tu potius occurriſti fallaci, puerum iccirco intelligitur dixiſſe vt victoris minueret gloriā. Alio

enim

enim loco iuuenē dixit:ipſum quoq; intelligitur excuſaſſe,quaſi diceret,non ſe iactet,qui te puerum vicit. Nō hæc Euandro,&c.) Quid faciam tuo patri?cui diſcedens non triſtia ſed læta promiſi, ille me amplexus eſt diſcedentē officijs beneuolis pręmonens,& cautiorē monendo reddens.hi,inquit,habent imperium magnū, hoc eſt quod viribus magnis & ingētibus nititur,ibis contra fortes exitus,eſto cautus,diligens,eſto ſuſpectus.quid.n.ille nō metueret,qui tot bellis doctior redditus vno tempore bellorū incertis amicum ſimul cōmittebat & filium,& metuens hæc adderet, fortes eſſe hoſtes,& cū dura gente nobis certandū eſſe? acres eſſe viros,ad virtutē reuocandum eſt,duram gentem,immitem intelligendū eſt,hoc eſt,quæ miſereri neſciret.non enim hoc idem bis potuit dici,vt ſolius virtutis facta dupliciter commemoratio videatur:vt duo illi mala cauenda prædiceret,quę vehementer fuerant metuenda.quis enim feret hoſtem,in quo magna ſit virtus, & qui facile obtinere poſſet, & victo non norit ignoſcere? Vbiq; Italorum fortitudo laudatur, vt labore eius victoriæ felicitas eniteſcat. Et nūc ille quidem.) Spes inanis eſt,quum ſperat vnuſquiſq;,quod non eſt,vel optat incolumem,quem mortē conſtat oppreſſum. Fors & vota facit.) Forſitan,inquit, nunc hoc eſt, quum iam Pallas exanimis iaceret,p̄ces numinibus Euāder fundit,& exhibet munera. Nos iuuenem exa.) Ecce iuuenem dixit, quem aſſeruit ſuperius puerum,vt oſtēderet patrem grauius doliturum,differt quippe inter dolorem cauſas,ſi quis iuuenem filium amittat,an puerum.in altero enim ſpes incerta,in altero ꝓbata ingemiſcit. Et nil iam cœleſtibus vllis.) Et ille,inquit,forſan votis inanibus vacat:& nos irrita mortui curamus obſequia. quid.n.proficit deos rogare pro mortuo, aut defuncto præſtare quod neſcit? Infelix nati funus.) Ab his,quæ cum mortuo locutus eſt,ad eius partem,quaſi præſens eſſet,& quaſi quæ dicebantur,audiret,ſeſe conuertit.dum te,ait,inanis fallit ſperata proſperitas,videbis infelix,quod crudelius plāgas. Hi noſtri reditus.) Hinc crudelior ad te orbitas tua perueniet,hinc erit immanior luctus,quia dum promiſſa mea ſperas poſſe compleri,dum te excępturum exiſtimas triumphos,& glorias meas,non filij reditum, ſed inſperatum funus excipies.Omne hoc eo tendit,vt oſtendantur grauiora eſſe aduerſa,quę contra ſpem bonam repente naſcūtur,meditata contra leuius poſſe tolerari. At non Euādre.) Pro perſona Euandri conſolationis remedium repperit. qui enim ad ſenium duxit,exercitum nouerat virorum fortium,mortem eſſe glorioſam ſi aduerſis vulneribus cadant:ludibrioſam cōtra,ſi pudendis,hoc eſt ſi dorſo ſuſcęptis occūbant:quod in morte Pallantis non fuit,quia virtutē teli veniētis pectore potiusq̄; tergo ſuſcępit,ecce ventū eſt ad illud,quod ſupra perſtrinxit,quū diceret,leuiq; patens in pectore vulnus,cuſpidis auſoniæ,vt in illo non ſolum amicitię pignus perditū,verum etiam ſpem magnā prælian di doleret extinctam.nam qualis poſſet exiſtere,plagæ qualitate compertum eſt. Nec ſo.di.Opt.) Artificioſe poſitū,vt nō Æneæ culpa eſſet,ꝙ occiſus eſt Pallas:ſed præſagio patris putaretur oppreſſus.ſic.n.Euander proficiſcente filio ad incerta bellorum locutus oſtenditur,vt ſuſpectus nimiū optaſſe potius mala,q̄; timuiſſe videretur.ait igitur,nunc nec pudebit pulſum videre filiū,nec habebis vlterius,cui putes aduerſa, verba ipſa Euandri hoc loco ponenda ſunt,vt oſtendamus,Æneam recte ita dixiſſe,at vos ò ſuperi & diuum tu maxime rector Iupiter,Arcadij quæſo miſereſcite regis,Et patrias audite preces,ſi numina veſtra Incolumem Pallanta mihi ſi fata reſeruant.Si viſurus eū Iuno,& venturus in vnū Inuita,moriar,patior quēuis durare laborem. Sin aliquē infandum caſum fortuna minaris, Nunc nunc ò liceat crudelē abrumpere vitam,Dum cura ambigua,& dum ſpes incerta futuri, Dū te care puer mea ſola,& ſera voluptas Complexu teneo grauior,ne nuncius aures Vulneret.Ecce,vt dictum eſt,dū nimia eſt pater pietate ſollicitus, ſic filio interitū, quē accidere metuebat, incautus optauit. Hei mihi quātū pręſi.au.) Et præſens tēpus tetigit & futurū,ſuamq; perſonā,& Euādri & Pallantis quoq;,pierat.n.Pallas,Euāder vero ſenex non diu ſperabatur eſſe victurus, Ita efficiebatur,vt neq; Æneas Euādri vlterius ſperaret auxiliū, neq; Iulus Pallantis,quem conſtabat extinctum.

ASCENSIVS.

Ite ait.c.) Sicut in.vj.oſtenſum eſt in pijs operibus fuit Æneas primus quocirca & nunc ſummam de mortuis habet curā & maximopere de remittendo Pallante à Turno interfecto:cuius miſſionem deſcribit poeta:vnde eſt hoc ſolum Donati.puerum dixit Pallanta.vt victoris minueret gloriam nam alibi iuuenem dixerat.Hoc ille.

Ordo. Ordo igitur eſt.Æneas ſupp.ad ſocios ſuos ait:ite decorate ſupmis.i.vltimis muneribus.i.officijs animas egregias quæ peperere.i.acquiſiuere nobis:ſuo ſanguine hāc patriam.i.regionem:& facite ſup.vt Pallas mittatur primus.i.primum & primo loco ad vrbem Euandri mœſtam.ſ.ꝓpter mortem futuri regis:quem.ſ.pallanta dies atra.i.funeſta & inimica tempeſtas abſtulit & merſit.i.oppreſſit funere acerbo.i.acerbe tolerando:non egentem.i.plenum & abundantem virtutis.Æneas illachrymans ait ſic,& recipit greſſum ad limina.ſ.caſtrorum:vbi Acetes ſenior ſeruabat corpus pallantis exanimi.i.mortui & anima carentis:poſitum.i.repoſitum qui.ſ.Acetes fuit ante.ſ.q̄; pallāti armiger.i.miniſter qui arma gereret Euandro parrhaſio.i.arcadico, ſed ibat tū i.tunc datus comes charo.i.prædilecto alumno.i.filio.ſ.pallanti auſpicijs.ſ.inchoandi ominibus & fortunis:nō æque felicibus vt ſup.patri armiger fuerat.Omnis manus.i.multitudo famulū pro famulorum & turba Troiana & iliades.ſ.ancillæ in caſtris degentes:ſolutæ crinem mœſtæ.i.ipſe mœſtæ habentes crinem in ſignū mœſtitiæ diſſolutum:de more.ſ.patriæ & ſacrificij:ſup.erant aut ſtabant circum.i.in circumitu. Vero pro ſed,vt.i.poſtquā Æneas intulit ſeſe foribus altis,ipſi tollunt.i.erigunt ad ſydera ingentem gemitum & hoc pectoribus tunſis.i.percuſſis.& regia.ſ.Æneæ in caſtris immugit.i.intrinſecus mugit, &,reboat aut reſonat luctu mœſto.i.mœſtitię indice:ipſe.ſ.Æneas vt.i.poſtq̄; vidit caput pallantis niuei.i.albiſſimi fultum.i.ſuſtentatum:quia ſe ſuſtinere exanimum non potuiſſet,& vt vidit ora ſup.eius:& vidit vulnus patens.i.amplum & late apertū in pectore.ſ.eius cuſpidis Auſoniæ i.quod cuſpis Auſonia intulerat: ipſe fatur ita lachrymis obortis i.de repente præter opinionem ortis & ſup.inquit (nam aliter vacaret) ò puer miſerande.i. miſeratione digne inuidit ne fortuna mihi te cum ipſa veniret læta.ſ.parta victoria & obtento regno: vt iam futurum breui ſperat inuidit dicit:ne videres regna noſtra & ne veherere.i.veharis aut vehereris victor: ad ſedes paternas? q.d.iniquum eſſe ego diſcedens.i.cum diſcedere vellem:non dederam parenti tuo Euandro:hęc.i.huiuſmodi promiſſa de te.i.de incolumitate & eruditione tua cum.i.quando ipſe Euander complexus me euntem.i.abire volētem mitteret ſup.me in magnum imperium,& ipſe metuēs.ſ.tibi moneret viros.ſ.quibus cum bellandum eſſet:eſſe acres.i.ſtrenuos & prælia ſup.eſſe cum gēte dura.i.aſpera & laboris toleratiua:& ille.ſ.pater tuus Euander:quidem.i.certe:captus ſpe inani: facit fors.i.forte:&.i.etiam vota ꝓ ſalute & læto reditu tuo,& cumulat.i.cumulatim onerat altaria donis.ſ.oblatitijs:ſed ſup.cum ipſe de ſalute eius ſolicitus ſit nos mœſti comitamur.i.comitātes afficimus iuuenem exanimum.i. extinctum & mortuum,& nil debentem.i.non obnoxium ꝓ ſalute & vita conſeruanda:vllis cœleſtibus.ſ.dijs,quia iam in regione inferorum eſt:honore vano.i.nihil defuncto profuturo O Euādre (à nominatiuo Euandrus nam græce Euandros dicitur) infelix.i. disfortunate tu videbis funus nati, crudele.i.crudeliter affectū: ſunt ne,ſup.hi.i.hmōi noſtri reditus:& triumphi expectati.i.multum optati & eſt ne ſup.hæc mea magna fides:qua.ſ.promiſeram te incolumē reducendum.q.d.minime.At.i.ſed ò Euandre tu nō aſpicies pallanta filium tuum pulſum vulneribus pudendis.i.in tergum ſuſcęptis: nec tu pater optabis dirum funus.i.crudelem mortem nato ſoſpite.i.exiſtente incolumi vt.ſ.faciūt viri magnanimi quando audiunt filios aut in fugam turpem verſos,aut facinus deteſtabile perpetraſſe,hei mihi quantum præſidium.i.munimen & defenſaculum perdis ò auſonia aut ſup.perdit auſonia:& quātum perdis tu ò Iule.q.d.maximum cum talem iuuenē amicum amittas:qui & tibi & patriæ ſummo futurus ſit præſidio,& à teneris annis amicitia deuinctus.

PIERIVS.

Corpus vbi exanimi poſitum pallantis Acetes.) In veteribus quibuſdam codi.legere eſt,corpus vbi exanimum,vti etiam ſuperius.Exanimumq; auro corpus vendebat Achilles.Sed lōge melius eſt.Exanimi pallantis:quia poſitum corpus ſatis habet,abſq; alterius adiectiui inculcatione. Circum omnes famulumq; manus.) In antiquis codic.omnis legitur, vt ſit omnis manus, turbaq; omnis. Et mœſtę iliades crinem de mo.ſo.) In vulgatis codi.mœſtæ,nunc paſſim legitur. Sed in antiquis omnibus, quotquot habui,mœſtum legi.Eſt enim & in habitu mœſticiæ ſignificatum.Vt non videatur incongruum dicere,ſolutæ mœſtum crinem. Fors & vota facit.) Sunt aliquot codices,in quibus,forſit vota facit,legatur,quam lectionem Seruius non improbat,dum forſit, Vnum eſſe poſſe dicit. Sane Horatius ſermone primo ea vſus eſt dictionē.Quia non vt forſit honorem iure mihi inuideat quiſq̄.Sed enim Priſcianus hic,fors,agnoſcit,neque vno tantum loco carmen citat, aitq; nominatiuum eſſe, atque pro aduerbio. poſitum à Virgilio, Illud non ſubticebo,ſcriptum eſſe alicubi et, fors,

ſors, & Verum hoc inuſitatum eſt. ⸿Et iuuenem exanimum.) Vtrunque legitur & exanimum, & exanimem, vti paulo ante dictum grammaticis adquieſcentibus. ⸿Expectatiq; triumphi.) In Roma. codice, exoptati, legitur: quod non æque placet, quãuis non defuturi ſunt, qui locum ex Terentio tueantur, quod ille dixerit, teneo ne te Antiphila, maxĩe animo exoptata meo. Sed enim ibi quoq; expectata, legitur in antiquis codicibus, & maxime oĩum emẽdatiſs. ⸿Nec ſoſpite dirũ optabis nato funus pater.) In Mediceo, durum, habetur. Hei mihi quantum prȩſidium auſonia. In antiquis aliquot codicibus, heu habetur, grammatici malunt, hei.

⸿Hæc vbi defleuit: tolli miſerabile corpus POE.
Imperat, & toto lectos ex agmine mittit
Mille viros, qui ſupremum comitentur honorem:
Interſintq; patris lachrymis, ſolatia luctus
Exigua ingentis, miſero ſed debita patri.
Haud ſegnes alij crates, & molle pheretrum
Arbuteis texunt virgis, & vimine querno:
Extructoſq; toros obtentu frondis inumbrant.
Hic iuuenem agreſti ſublimem in ſtramine ponunt:
Qualem virgineo demeſſum pollice florem,
Seu mollis violæ, ſeu languentis hyacinthi,
Cui neq; fulgor adhuc, nec dum ſua forma receſſit,
Non iam mater alit tellus, vireſq; miniſtrat.
Tum geminas veſtes, oſtroq;, auroq; rigentes
Extulit Æneas, quas illi læta laborum
Ipſa ſuis quondam manibus ſidonia Dido
Fecerat, & tenui telas diſcreuerat auro.
Harum vnam iuueni ſupremum mœſtus honorem
Induit, arſuraſq; comas obnubit amictu:
Multaq; præterea Laurentis prȩmia pugnæ
Aggerat: & longo prædam iubet ordine duci.
Addit equos, & tela quibus ſpoliauerat hoſtem.
Vinxerat & poſt terga manus, quos mitteret vmbris
Inferias, cæſo ſparſuros ſanguine flammas:
Indutoſq; iubet truncos hoſtilibus armis
Ipſos ferre duces, inimicaq; nomina figi.
Ducitur infelix æuo confectus Acetes,
Pectora nunc fœdans puguis, nunc vnguibus ora,
Sternitur, & toto proiectus corpore terræ.
Ducunt & Rutulo perfuſos ſanguine currus.
Poſt bellator equus, poſitis inſignibus, Æthon
It lachrymans, guttiſq; humectat grandibus ora.
Haſtam alij, galeamq; ferunt (nam cætera Turnus
Victor habet) tũ mœſta phalanx, Teucriq; ſequũtur,
Tyrrheniq; duces, & verſis Arcades armis,
Poſtq̃ omnis longè comitum proceſſerat ordo,
Subſtitit Æneas, gemituq; hæc addidit alto.
⸿Nos alias hinc ad lachrymas eadẽ horrida belli ÆNE.
Fata vocant: ſalue æternum mihi maxime Palla,
Æternumq; vale. ⸿Nec plura effatus ad altos POE.
Tendebat muros, greſſumq; in caſtra ferebat.

SERVIVS.

⸿Hæc vbi defleuit.) Hoc eſt, poſtquam hȩc cum lachrymis duxit. Flere enim eſt cum voce lachrymare. Vnde habemus in ſexto, Continuo auditæ voces, vagitus & ingens: Infantumq; animæ flentes in limine primo. ⸿Toto lectos ex agmine.) Troianos, Tuſcos, Arcades. ⸿Exigua.) Quãuis enĩ magna ſint, orbitati patris ꝓdeſſe nõ poſſunt. ⸿Pheretrũ.) Græce φέρετρον dicitur. Vnde per diæreſim phertron pheretrum facit: nam latinȩ capulus dicitur. Vnde ait Plautus, Capularis ſenex, ideſt vicinus capulo. Et dictus eſt capulus, eo quod corpus capiat. ⸿Vimine querno.) Sũt aliquæ duræ deriuationes, tamen eis ſic vtimur, vt quernum vimen. Itẽ colurnum veru. vt, Pinguiaq; in verubus torrebimus exta colurnis. Ficulnum lignum. vt Horatius, Olim truncus eram ficulnus inutile lignum. Item, Aprugnum callum. ⸿Obtentu frondis inumbrant.) Veluti cameram quandam capulo ramorum extenſione fecerunt. ⸿Agreſti ſublimen ſtramine.) Hoc eſt ſuper frondes ponunt. Nã hic reddit quod omiſerat dicẽs, Extructoſq; thoros: nec addens vnde. ⸿Demeſſum.) Participium eſt veniens ab eo quod eſt metor. Sane ab eo quod eſt meto, præteritũ perfectum meſſui facit. ⸿Sua forma receſſit.) Propria pulchritudo. ⸿Oſtroq; auroq; rigentes.) Vnum que vacat: & eſt additum hiatus cauſa. ⸿Læta laborum) Figura eſt, lætus illius rei. Nam modo dicimus lætus labore. ⸿Diſcreuerat.) Depinxerat. ſimul amantis affectus oſtẽditur. ⸿Harũ vnã.) De duobus, & horum alterum & horum Vnum poſſumus dicere. nam artigraphi hoc tantum vetant, ne de duobus aliũ dicamus: quod de multis proprie dicitur. Sane figurate dixit, Veſtem induit, vt, Exuuias indutus Achillis: cum in vſu ſit, Induit illa re. vt, Indutoſq; iubet truncos hoſtilibus armis. ⸿Arſuraſq; comas obnubit amictu. ⸿Harum vnam induit iuueni, altera caput eius velauit, nam ſupra duas veſtes dixit eſſe prolatas. ⸿Obnubit autem, velauit: tranſlatio à nubibus, quibus tegitur cœlum. Vnde & nuptiæ dicuntur, quòd nubentium capita velentur. ⸿Laurentis præmia pugnæ.) Mittit præmia quæ de præda Laurentis pugnæ ſuſtulerat. Nam præda eſt quæ eripitur: prȩmium quod offertur. ⸿Equos & tela, quibus ſpoliauerat hoſtem.) Vel Pallas vel Æneas. Nam ambigue poſitum eſt. Spolia antem cum proprie illa ſint quibus hoſtis ſpoliari poteſt, vt lorica, veſtis, abuſiue iam ſpolium dicitur quicquid hoſtibus tollitur. Vnde eſt, Poſtquam illũ vita victor ſpoliauit Achilles. ⸿Vmbris inferias.) Proprie: nam inferiæ ſunt ſacra mortuorum. ⸿Cæſo ſanguine.) Pro cȩſorum. Vt ſupra, Captiuoq; rogi perfundat ſanguine flammas. ⸿Ipſos ferre duces.) ſuos ſcilicet, qui illis mille prȩerãt. Melius tamen eſt, Iubet truncos ferre ipſos duces, ideſt ducum ſpolia. vt trophæa, duces ipſos dixerit. Sic ſupra, Manibuſq; meis Mezentius hic eſt. ⸿Inimicaq; nomina figi.) Pro inimicorum, dicit autem affixos trophæis titulos cum nominibus occiſorum. ⸿Ducitur infelix æuo cõfectus Acetes.) Quaſi qui conſternatus nimio dolore ire non poterat. Et bene ex rerũ permutatione expreſſit doloris magnitudinẽ dicens, ita doluiſſe Aceſtem, vt pene carens humano ſenſu per ſe ire non poſſet, & equum ita ſenſiſſe interitum domini vt in humanum migraret affectum. nam & lachrymabat & ſpõte ſequebat cadauer. ⸿Fœdans.) Ideſt vel cruentans vel lacerans. ⸿Terræ.) In terra. ⸿Poſitis inſignibus.) Sine phaleris. Quod autem dicit equũ lachrymare, non mirum eſt, cum Homerus etiam diuinantem induxerit.

καὶ λίην σ᾽ ἔτι νῦν γε σαώσομεν, ὄβριμ᾽ ἀχιλλεῦ.
ἀλλά τοι ἐγγύθεν ἦμαρ ὀλέθριον· οὐδ᾽ ἔτι ἡμεῖς
αἴτιοι, ἀλλὰ θεός τε μέγας καὶ μοῖρα κραταιή. Et paulo poſt. ἀλλὰ σοὶ αὐτῷ
μόρσιμόν ἐστι θεῷ τε καὶ ἀνέρι ἶφι δαμῆναι.

Equos autem Achillis inducit Patroclum lugentes.

ἵπποι δ᾽ αἰακίδαο μάχης ἀπάνευθεν ἐόντες
κλαῖον, ἐπεὶ δὴ πρῶτα πυθέσθην ἡνιόχοιο
ἐν κονίῃσι πεσόντος ὑφ᾽ ἕκτορος ἀνδροφόνοιο.

⸿Æthon.) Nomen equi, quo & Auroræ equus vocat. ⸿Nã cætera Turnus victor habet.) κατὰ τὸ σιωπώμενον & alia eũ ſuſtuliſſe intelligamus, non tantũ baltheum: vt legimus ſupra. ⸿Phalanx.) Lingua Macedonum, legio. Quod aũt ait mœſta, Arcadas intelligimus. Vnde infert. ⸿Teucriq; ſequunt, Tyrrheniq; duces.) Et hoc eſt quod ait ſupra, Et toto lectos ex agmine mittit Mille viros. ⸿Verſis Arcades armis.) Lugentũ more mucronẽ haſtæ, non cuſpidẽ cõtra terram tenentes. Scuta etiã inuertẽtes ꝓpter numina illic depicta, ne eorũ ſimulachra cadaueris polluerentur aſpectu, vt nõnullis fruſtra placet. nam lugẽtũ mos, eſt prioris habitus ĩmutatio. ⸿Alias hinc ad lachrymas.) Ad aliam ſepulturam. ⸿Salue ȩternum mihi maxime Palla, æternũq; vale.) Varro in libris logiſtoricis dicit, ideo mortuis ſalue dici: non ꝙ aut valere aut ſalui eſſe poſſint, ſed quòd ab his recedimus, eos nunq̃ viſuri, hinc ortum eſt, vt etiam maledicti ſignificationem interdum obtineat, vt Terentius, valeant qui inter nos diſſidiũ volunt. hoc eſt ita à nobis diſcedant, vt nunquã ad noſtrum reuertantur aſpectum. Ergo cum mortuo dicitur Vale, non etymologia conſideranda eſt, ſed cõſuetudo, ꝙ nullis vale dicimus, niſi à quibus recedimus.

Donatus.

DONATVS.

¶Hæc vbi defleuit.) Quum talia dixiſſet, & tanta, tolli iam præcipit funus, & in eius pompam viros mille ex omnibus lectos iubet exire, qui ſupremum comitentur honorem. ¶Interſintq; patris la.) Dictæ ſunt cauſæ, propter quas hoc faciebat, vna quippe fuerat, quæ regale funus competenter efferret, quod obſequiũ genus ſupremum dicitur ideo, quia poſtea nullum eſt: altera ꝓpter ſolatium & lachrymas patris, vt aut ipſi dolorem mœrentis lenirent perſuaſionibus ſuis: aut ex congregatione tantorum leuaretur animo intelligẽs in tanta neceſſitate bellorum filij ſui cauſam fuiſſe potiorem, propter quàm tot lecti fuerãt viri: & Æneam ſaluti propriæ Pallãtis obſequia prætuliſſe. ¶Et ſolatia luctus Ex.) Non iccirco hæc fiebant, vt iniectus internis ſenſibus dolor, & illud inſanabile malum his generibus penitus tergeretur, neq; enĩ iſta ingentibus luctibus æquari potuerant: ſed vt magnus dolor exiguo ſaltem ſolatio præſentium leuaretur, debitum hoc & mortuo fuerat munus, & infelici patri cõuenerat exhiberi. ¶Haud ſegnes alij crates.) Humanitate ſimul & regis iuſſione cogentibus non erant ſegnes: hoc eſt properantes aggredi cœperant neceſſaria, alij parabant crates, quibus ſolennia portarẽtur, & molle pheretrum, quo funus ipſum ferri potuiſſet, arbuteis texunt virgis, & vimine querno, dixit lignorum genera, quæ præbuerat locus, aut funeris ratio: vel quia ligna ipſa in virgas creſcunt, & molles & longas. ¶Extructoſq; thoros.) Hæc quæ contexuerant virgis, inumbrabat frondis obtentu, hoc eſt tegebant frõde, & inumbrabant interiora, quæ ramis mollibus frõdibuſq; contexerant, quã pulchre poſuit, inumbrant. non enim illis aut penitus adempta lux fuerat, aut ad plenum tenebrarũ craſſitudo congeſta. ¶Hic.) Hoc eſt in pheretro. ¶Iuuenem agreſti ſub.) Agreſti ſtramine, hoc eſt quod agro herbis detractis ſternitur, ſuper hoc igitur poſuerũt ſublimem. ¶Qualem virgineo.) Duo genera ſunt violarum crocei coloris, & purpurei, quod ex his comparauerit Pallanti, hyacinthi cõmemoratione monſtrauit. eſt enim coloris etiã ipſe purpurei, inducitur igitur funus Pallantis retinens adhuc viui hominis ſpeciem. Itaq; iacens in ſtramine talem habuit colorem, qualem habet flos violæ, vel hyacinthi, quum lãguet abſciſus, & quũ illi adhuc naturalis permanet fulgor: & tamẽ vires ſolitas mater iam denegat terra. ¶Tum geminas veſtes.) Dicturus Æneam veſtem funeri contuliſſe, dicit eius pretium & meritum, duas, inqt, protulit veſtes ſpeciebus precioſis & pulchris ornatas. ¶Quas illi læta laborum, &c.) Quot veſtium enumerata ſunt merita? has, inquit, fecerat Dido, ecce vnũ manu ſua & labore proprio augmẽtum laudis, quum manibus ſuis & labore proprio perfecerat: illa, ſcilicet, quæ fuiſſet regina & haberet per quas hæc faceret fecit tamen Æneæ, quem dilexerat plurimũ vt verum & plenũ amantis demonſtraret affectum. Sydonia Dido fecerat, non fruſtra loci facta commemoratio eſt, quum enim dicit ſydonia, vult oſtendere faciendi artem ac ſubſtantiam non defuiſſe. Illic enim ſuppeditant ſpecies, quibus pretioſæ veſtes conficiuntur, & artis ſtudiũ plene ſuperfluit, & tenui auro diſcreuerat texturam ipſam. Pictura quippe non poteſt exprimi, niſi interpoſitis filis ſpeciei alterius facta fuerit aliqua ſeparatio, quantum laudatur author? qui confecit, quantumq; perferuntur ſpecies, quibus illæ confectæ ſunt: tantum creſcit libertatis Æneæ religioſus affectus, & eius meritum, cui partem mediam fuerat collaturus, magnum hic Æneæ amorem demonſtrauit exhibitum Pallanti. donauit tanti prætij ſpeciem reginæ manu confectam, donatam ſibi ab ea, quæ firmitatem manſuram coniunctionis per munera & meritum roborare cupiebat, cuius laborem operis illa non ſenſerat: fecerat enim libens, fecerat læta, non quemadmodum faceret, ſed cui faceret cogitans. ¶Harum vnam iuueni.) Tantæ igitur fœminæ tantum munus duarum veſtiũ cum defuncto diuiſit, mœſtus, non quia dabat, ſed quia impendebat exanimi. eſſet. n. notum ſi rem tantã Pallas incolumis ſumeret. quid. n. proderat contuliſſe? quod nec ſentiret mortuus, & cũ eo mox eſſet arſurus? Dabat mœſtus honorẽ ſupremum: non mœſtus, quia dabat, ſed quia nouiſſima honorificẽtia fuit. Optabat. n. ſoſpitẽ, vt plura ſentienti conferret ac ſæpe. Arſuraſq; comas obnubit amictu. Texit comas eius hac veſte, neq; eas vidẽret ardentes. Arſuraſq; comas obnubit amictu. Tantæ. n. pulchritudinis fuerunt, atq; honoris tanti, vt has nõ niſi aurũ & oſtrũ deberet incendere. ¶Multaq; præterea la. pr. p. Ag.) Vbi munus Æneæ & tanti pretij dixit, ſpecialitatẽ tenuit, vbi vero ad ea venit, quæ fuſis Italis rapta ſunt, interpoſuit generalitatẽ: Poſt talem. n. ſpeciẽ non debuit ſpeciatim inferiora coniungere, multa dixit Laurentis præmia pugnæ. eorum. ſ. quæ ſuperatis in bello detracta noſcebãtur armatis. Multa dixit, exaggeratq;, ipſa multarum ſpecierũ ſignificãt copiam. Longo aũt ordine prædam duci iubet, ne in globũ collecta ambitionẽ funeris ac pompæ minueret. Addit equos, & tela, qbus ſpoliauerat hoſtẽ. Et hæc quædã in intellectu colligendo confuſio, dubium quippe eſt, cuius dixit equos & tela, vtrũ ẽt ipſa hoſtibus retracta videantur, an quibus ipſe vſus videretur, meliorẽ arbitror intelligendi rationem, vt ẽt hæc hoſtiũ fuerint, quum captiua vel maxime conueniebãt pompæ funeris, & de hac re ẽt tũ loquebatur: & quæ ꝓpria ipſius Pallãtis fuerãt: ſequi vt factũ eſt debuerint, nõ captiuis ſpeciebus adiũgi. ¶Vinxerat & poſt terga manus.) Miſit & captiuos, atq; vt eorum conditio & fortuna euidẽtius appareret, vinciri præcepit ea ratione, vt rogi Pallantei flammas ſuo ſanguine ſpargerent. ¶Indutoſq; iubet trun.) Duces iubet trophæa portare cũ nominibus occiſoꝝ. ¶Ducitur infelix. æ. con. ac.) Acetes quoq; ducebatur nõ ea cauſa, qua alij: ſed ꝙ eſſet luctu atq; ætate confectus: vt trahi potiuſq; ambulare videretur. Ibat autẽ infelix ſenex in exequijs iuuenis, ibat tunc infelix, qui cũ Euandro felix remeare conſueuerat. ¶Pectora nunc. f. pu.) Sternitur plus eſt, q̃; ſi diceret cadit, deniq; ſequitur toto proiectus corpore terræ. Contunderat aũt pugnis os ſuũ, & pectus verũ dolorẽ in cruciatibus ſui pectoris indicans, quẽ ſenectus auxerat, & cumulauerat luctus. ¶Ducũt, & rutulo.) Currus. ſ. eoꝝ, quos ex rutulis Pallas ipſe deiecerat. ¶Poſt bellator equus.) Tanta acerbitas funeris fuit, vt etiam mutũ animal amiſſionẽ dñi ſentiret & fleret, ibat igitur non inſignis neq; phaleratus, vt ſolet, vt ipſe quoq; animo lugere videretur, & corpore, flebat cum hominibus equus, & bellator gemere videbatur ꝙ ad rogum dominĩ potiuſq; ſolitũ ducebatur ad campũ. Quũ hominũ dicãtur ora, ora dixit etiã cũ lachrymis humectaſſe. huic enim non ſolam faciẽ verũ etiã humanũ attribuit ſenſum, qui occiſum dominum ſentiebat & flebat. ¶Haſtam alij, galeamq; fer.) Cætera ſunt cingula, quæ Turnus occiſo ſuſtulerat. ¶Tum mœſta phalanx.) Iſti oẽs funeri obſequebantur, non tamẽ ſic, vt vſq; ad Euandrũ tenderent: ſed vt de proximo remearẽt: Verſis armis nõ ſolum arcadibus, ſed omnibus applicandum eſt. Non. n. ſoli Arcades ſic incedebant: ſed oẽs qui ex diuerſis gentibus fuerant cõgregati: vt ſit phalanx mœſta, quæ fuit congeſta ex Teucris tyrrhenis & Arcadibus, ibant verſis armis non bellantis ſed lugẽtis more. ¶Poſtq̃; omnis longe co. pro. or.) Vbi longe preceſſerunt funeris deductores, ijdem illi, qui vſque ad Euandrum fuerant deſtinati, Æneas ſuſtitit ſatis exiſtimans eſſe, quod pro neceſſitate rerũ fuerat factum. redeundum. n. fuerat propter bellum, & curã reliquorum funerum peragendam. Poſt ingẽtes igitur gemitus hæc addidit. ¶Nos alias hinc ad lach.) Nec deſerendũ eſt bellum, quod ꝓpter hæc videtur eſſe dilatum, quã pulchre poſuit nos? ne videretur ſolus ab obſequio funeris regis decedere: ad, non ſemel accipiendũ eſt: vt ſit nos hinc ad alias lachrymas fata vocãt, & ad alia incerta bellorum. ¶Salue æter. m. m. pa.) In æternũ ſalue, in æternũ vale, & in æternum maxime, quaſi illum merito tantæ virtutis inter illuſtres & ꝑmos eẽt habitura memoria: vel ipſe Æneas nullũ ſic eſſet animo retẽturus. Æternumq; vale, & ſalue, ſupremam compleuit defunctorũ ſalutationẽ, quæ inuenta eſt ideo, qa poſt eam videri non poſſunt. ¶Nec plura effatus.) Qui enim celerius remeare cogebatur, non debuit plurimis loqui.

ASCENSIVS.

¶Hæc vbi defleuit.) Recitat pompam funebrẽ cum qua Pallas ad patrem remiſſus eſt, duce Acete eius armigero, de qua re ſolũ eſt Donati. Quibus ſpoliauerat hoſtem. Ambigue dictũ vel quibus vſus fuerat dum hoſtes interimeret: vel quibus victor hoſtes ſpoliauit. Vltima tamẽ ſententia melior eſt. Hoc ille. ¶Ordo eſt. Ordo.
Vbi. i. poſtq̃; Æneas, ſup. defleuit. i. cum fletu dixit hæc ipſe imperat corpus. ſ. pallantis miſerabile. i. miſeratiõe dignum: tolli. i. erigi, & leuari, & mittit mille viros lectos ex toto agmine. i. oĩ exercitu qui comitentur. i. comitando exhibeãt honorẽ ſupremum. i. vltimũ videlicet funebrem & qui interſint lachrymis patris exiſtentes exigua ſolatia luctus ingẽtis: ſed debita patri miſero. i. miſeratione digno, ſcilicet Euandro. Alij. i. aliq ex ipſis: haud ſegnes i. gnaui & ſtrenui: texunt. i. contexunt crates. ſ. ſuper quas feratur cadauer & feretrũ. i. capſam qua feratur, molle, quia virgis arbuteis & vimine. i. virgulto flexibili, querno. i. q̃rcu detracto, & inumbrant. i. oppacant toros. i. lectos funebres: extructos. ſ. ad tale munus obtentu. i. circũtenſione & circumpoſitione frondis, ſcilicet funebris, & ponũt iuuenem, ſcilicet Pallanta: ſublimem, ideſt altum hic. i. ſuper huiuſmodi toros ſtramine agreſti. i. ſuper ſtramentum agreſte. ponunt dico iuuenem talem qualem tellus iam non alit. ſ. amplius exiſtẽs mater, vel tellus mater. ſ. prius iam nõ alit. ſ. amplius florẽ demeſſum. i. decerptum pollice virgineo: florem

rem dicit ſeu viole mollis ſeu hyacinthi languētis:cui,ſcilicet flo/
ri.i.à quo neq; fulgor.i.rutilantia : neque ſua.i.debita & propria
forma receſſit adhuc: ſed tellus mater non alit iam ,ſcilicet am/
plius & ſup.non miniſtrat,ſup.ei iam.i.amplius vires, Tum.i.de/
inde, Æneas extulit.ſ.ex ſcrinijs ſuis veſtes geminas.i.duas rigen
tes.i.denſe contextas vt ſtare poſſint:oſtro.i.purpura & auro:q̄s,
ſcilicet veſtes ipſa Dido ſidonia.i.ex phœnicia:læta laborum.i.de
laboribus aut laborū,ſcilicet ſucceſſu aut exercitio , fecerat olim,
ideſt cū eius amore capta eſſet ſuis manibus,ſcilicet proprijs:non
ancillarum:nec mercennariarum : & diſcreuerat,ideſt diſtinxerat
telas.i.tegmina,tenui.i.textili auro. Ipſe mœſtus induit iuueni.i.
ad honorem eius : vnam harum,ſcilicet veſtium appoſitorie ſu/
premum honorem.i.quæ res erat illi ſupremus honor ab Ænea
impenſus : & obnubit.i.velat amictu.ſ.congruo comas arſuras.ſ.
rogo funebri, Præterea ipſa aggerat.i.accumulat,& apponit mul
ta præmia.i.ſpolia victorum præmia,pugnæ Laurentis.i.obten/
ta in pugna,quę in agro Laurenti facta iam erat,& iubet prędā.ſ.
iuuenum quos Pallanti inferias rapuerat vt prius dictum eſt du/
ci longo ordine.i.pompoſe:addit equos , & addit tela quibus.ſ.
aut Pallas aut ipſe Æneas ſpoliauerat hoſtē,aut tanq̄; inſtrumen
to aut potius tāq̄; materia circa quam : & Æneas vinxerat,ſcilicet
pauloante manus,ſcilicet iuuenum poſt terga,ſcilicet ſua iuuenū
dicit,quos mitteret vmbris.i.ad manes & vmbras infernales in/
ferias.i.ſacrificia inferorū ſparſuros flammam.ſ.rogi funebris,ſan
guine.ſ.ſuo,& iubet ipſos duces ferre truncos indutos.i.ornatos
& accinctos armis hoſtilibus.i.ab hoſtibus detractis,& iubet no/
mina inimica.ſ.hoſtium quorum trophæa conſtituturi erant figi
ſcilicet ad truncos. Acetes.ſ.armiger olim Euandri: & nunc cuſtos
Pallantis,infelix.i.qui ſine culpa ſua talem dolorem referre coge
batur ducitur.ſ.cum funere:quia confectus æuo.i.ſenio decrepi/
tus:fœdans.i.cruentās aut dehoneſtans,nunc.i.aliquando,pecto
ra.ſ.ſua pugnis & nūc.i.aliquando ora.ſ.ſua vnguibus dilaceran/
do.ſ.ea ipſe ſternitur & pectus ſupp.eſt terrę.i.ſuper terram:aut
ſi eſt datiuus:ad terram toto corpore.ſ.ſuo:quia amens & impos
viriū effectus diriguit nec ſe continere potuit,& ſup.ductores du
cunt & .i.etiā currus perfuſos ſanguine rutulo.i.rutulorū, Æthon
equus.ſ.Pallantis cognominis equo auroræ bellator.i. belliger
quondā:it poſt.ſ.hæc omnia ,lachrymans & hoc inſignibus.i.pha
leris & cęteris ornamentis poſitis.i.depoſitis: & humectat.i.rigat
ora grandibus guttis.ſ.lachrymarū. Alij ferūt haſtam & galeam.ſ.
pallantis (nam Turnus victor habet cætera.ſ.ornamenta , vt bal/
thei & paludamentū) tum.i.deinde phalanx.i.ordinata multitu/
do arcadum.ſ.mœſta,& teucri,ſup.mœſti ſequūtur,& duces tyr/
rheni,& arcades armis verſis.i.obuerſis in ſignum luctus :poſtq̄;
omnis ordo comitum præceſſerat longe.i.longo ordine: Æneas
ſubſtitit & addit,ſcilicet ad prius dicta: hæc.ſ.ſequentia,ſupp.cum
alto gemitu: eadem horrida fata belli quæ.ſ.abſtulerant Pallan/
ta: vocans nos hinc.i.ab his lachrymis:ad lachrymas alias.i.alijs
impendendas:aut de alijs habēdas:ò Palla mihi ſalue æternum:
& vale æternum,nec.i.& non,& ipſe effatus non plura tendebat
ad altos muros,ſcilicet nouę Troiæ:q; pro,ideſt ferebat greſſum
in caſtra,ſcilicet ſua.

PIERIVS.

¶Et toto lectos ex agmine mittit.) Romanus codex ex ordine,
legit:ſed plus eſt,ex agmine. ⸿ Obtētu frōdis inumbrant.) Oblon
gus codex peruetus,obumbrāt,legit,in alijs inumbrant,vulgata
lectio . ⸿ Sublimem in ſtramine ponunt.) Antiqua omnia exem/
plaria,quotquot habuimus,ſublimem ſtramine,legūt,abſq; prę
poſitione,quę tn̄ pluribus placet interiecta, Vt quę neſcio quid nu
meroſius efficiat. ⸿ Auroq́; ortoq́; rigentes.) Ita legitur omnino
in veteribus aliquot exemplaribus. Sed enim vulgata lectio ma/
gis placet,oſtroq́;,auroq́;, vt epithetō,rigētis, vicinius ſit dictio/
ni,quæ cauſa ſit rigiditatis. ⸿ Cæſo ſparſuros ſanguine flammas.)
Romanus codex,flammam, vnitatis numero legit. Et aliquot alij
codices ſparſurus,ſingulari numero recto caſu legunt, vt ſuppoſi
tū ſit verbi mitteret. Sed longe melius eſt,ſparſuros. ⸿ Inimicaq;
nomina figi.) In Romano codice,fingi,legitur,quippe,vt res ali/
quanto amplior efficta,maiorem Euandro conſolationem affer/
ret,quum in geſtarū rerum narratione,multa veris vulgo ſuper/
addi ſoleant,& ex commodo fingi . Sed alienum eſt mendacium
à viro fortiſſimoq́; & ſapientiſſimo,qualē Virgilius Æneam paſ
ſim oſtentat. Quare longe magis placet eorum ſententia,qui affi/
xos trophæis titulos occiſorum aiūt. ⸿ Comitum proceſſerat or/
do.) Romanus codex,& Oblongus,& omnes deniq; antiquiores
præceſſerat,legunt,vt in antiquarum aliquot impreſſionum co/
dicibus habebatur. Qui funus enim ducunt,pręcedere ſolēt,ſub/
ſequi vero,qui lugent. Sed procedere in ſimilibus admodū vſita/
tum eſt, Ter. funus interim ꝓcedit ſequimur. ⸿ Salue æternū mihi
maxime Palla.) Romanus codex vocatiuum hunc nominatiuo
ſimilem facit, Pallas: ſed nomina in,as,deſinentia,quæ genitiuo
creſcente per,nt,pronunciantur,neq; ſynæreſin patiuntur, voca/
tiuū facere ſolēt extrema genitiui abiecta, thoantis,ò thoan, lao/
damātis,ò laodaman. Poetę tamen hmōi vocatiuū abſq;,n,lite/
ra proferre libētius ſolent, vt ò laodama,ò polydama, ſic ò palla.

SERVIVS.

¶Oratores.) Legati: à perorā
do pro republica noīati. ⸿ Vr/
be Latina.) Pro latini,ideſt de
Laurolauinio. ⸿ Velati ramis
oleæ.) Nō coronati (nec enim
lugētes decebat) ſed inſtructi,
& ornati,ideſt in manibus oli
uæ ramos ferentes. ſic Home/
rus. ςέμματ᾽ ἔχων ἐν χερσὶν ἑκηβόλου ἀπόλλωνος. Velati
autem , ornati: vt illo loco ſi/
gnificat, Victori velatum auro
vittiſq; iuuencum: cum vittis
non aut velentur aut coronen
tur victimæ, ſed ornētur. ⸿ Ve
niamq́; rogātes.) Beneficium.
⸿ Ferro quæ fuſa.) Fuſa mo/
do, iterempta: aliàs fugata, ſed
diſcernuntur epithetis: vt ſi di
cas, ferro fuſus , aut metu fu/
ſus. ⸿ Redderet.) Oſtendit iam
campos eſſe in Troianorum
poteſtate . ⸿ Et æthere caſſis.)
Vacuis. vnde & retia, caſſes di/
cimus , hoc autem bene addi/
dit , ꝙ victi poſſunt innouare
certamen. ⸿ Haud aſpernāda.)
Iuſta, non contemnenda , Se/
pulturæ enim beneficium ge/
neraliter debeť vniuerſis. ⸿ In
ſuper addit.) Accumulat ver/
bis beneficiū , dicens pacem ſe
etiam viuis velle præſtare, pa
cem autem ideo defunctis, qa
ait, Nullum cum victis certa/
mē, & mortuorum pax, ſepul
tura eſt . Vnde elegit verbum
vtriſq; aptū. ⸿ Quęnā.) Quan
ta & qualis. nā admirantis eſt:
nec enim dubitat cum ipſe di/
cat Indigna. ⸿ Implicuit.) In/
uoluit inuitos. ⸿ Nec veni.) ꝓ
nec veniſſem : tempus eſt pro
tempore. ⸿ Nec bellū cū gente
gero.) ſed cū Turno: per quod
eorum captat fauorē . ⸿ Huic
morti.) δεικτικῶς, q̄ſi oſten/
dat eos iacentes. ⸿ Si bellū fini
re manu.) Hoc eſt interēptio/
ne . poteſt enim & pace finiri.
⸿ Vixet.) Pro vixiſſet: & ē Syn
cope. ⸿ Deꝰ, aut ſua dextra de/
diſſet.) Victoria vel vita : quia
duplici ratione conſiſtit victo/
ria, aut virtute , aut voluntate
fortunæ . ⸿ Miſeris ciuibus.)
Quaſi aliena culpa peuntibus.
⸿ Obſtupuere ſilentes.) i. obſtu
pefacti ſunt, & ſilere cœperūt.
⸿ Tū ſenior.) Cui ab ętate præ
ſtabatur authoritas. ⸿ Odijs, &
crimine Drances infenſus iuue
ni Turno.) Aut per ſuū crimē,
ideſt inertiam, quā ſemper vir
tuti cōſtat eſſe cōtrariam. Aut

Iamq; oratores aderant ex vrbe Latina,
Velati ramis oleæ, veniamq; rogantes,
Corpora per campos, ferro quæ fuſa iacebant
Redderet, ac tumulo ſineret ſuccedere terræ:
Nullum cum victis certamen, & æthere caſſis:
Parceret hoſpitibus quondam ſoceriſq; vocatis.
Quos bonus Æneas, haud aſpernanda precantes,
Proſequitur venia, & verbis hæc inſuper addit.
⸢Quę nam vos tanto fortuna indigna Latini — ÆNE.
Implicuit bello, qui nos fugiatis amicos?
Pacem'ne exanimis, & Martis ſorte peremptis
Oratis? equidem & viuis concedere vellem.
Nec veni, niſi fata locum, ſedemq; dediſſent:
Nec bellum cum gente gero: rex noſtra reliquit
Hoſpitia, & Turni potius ſe credidit armis.
Æquius huic Turnum fuerat ſe opponere morti.
Si bellum finire manu, ſi pellere Teucros
Apparat, his decuit mecum concurrere telis:
Vixet, cui vitam deus, aut ſua dextra dediſſet.
Nunc ite, & miſeris ſupponite ciuibus ignem.
⸢Dixerat Æneas. olli obſtupuere ſilentes, — POETA
Conuerſiq; oculos inter ſe, atq; ora tenebant.
Tum ſenior, ſemperq; odijs, & crimine Drances
Infenſus iuueni Turno: ſic ore viciſſim
Orſa refert. ⸢O fama ingens, ingentior armis — DRAN.



UNIVERSITAT DE GRANADA

Vir Troiane, quibus cœlo te laudibus æquem?
Iuſtitiæ ne prius mirer, belli'ne laborum?
Nos verò hæc patriam grati referemus ad vrbem:
Et te, ſiqua viam dederit fortuna, Latino
Iungemus regi: quærat ſibi fœdera Turnus.
Quin & fatales murorum attollere moles,
Saxaq; ſubuectare humeris Troiana iuuabit.
¶Dixerat hęc: vnoq; oēs eadem ore fremebant. POE.
Bis ſenos pepigere dies: & pace ſequeſtra
Per ſyluas Teucri, mixtiq; impune Latini
Errauere iugis: ferro ſonat alta bipenni
Fraxinus: euertunt actas ad ſydera pinus,
Robora, nec cuneis, & olentem ſcindere cedrum,
Nec plauſtris ceſſant vectare gementibus ornos.

Turni crimine, q tot viris mortis cauſa extiterat. ¶Orſa refert.) Cœpta verba. ¶O fama ingens, ingentior armis.) Fruſtra ait Donatus hoc nomē de his eſſe quæ non recipiūt comparationem, nam quia augmētum recipit, & cōparatur, alia illa ſunt nomina in quibus eſt dubitatio vtrum cōparentur, vt eſt perfectus quod ſi velis cōparare, incipit perfectus nō eſſe perfectus. ¶Cœlo te laudibus æquē?) Pro his qui in cœlo ſunt. i. dijs: vt, Cœruleus tybris cœlo gratiſſimis amnis. ¶Iuſtitiæne prius mirer, belline laborum?) Figura græca. Miror illius rei, & regno illius rei, vt θαυμάζω ἐκείνου, καὶ ἄρχω ἐκείνου. Inde Horatius ait, Et qua paupere Daunus agreſtium regnauit populorum, pro agreſtibus populis. ¶Si qua viam dederit fortuna.) Bene cum exceptione pollicetur, dicens, Si voluntatem noſtram fortuna comitetur. ¶Fœdera Turnus.) Vel cōiugij, vel amicitiarum. ¶Fatales moles.) Quia audierat, Niſi fata locum ſedemq; dediſſent. ¶Saxa Troiana.) Ambitioſe ait, quaſi Troianis fataliter debita. ¶Pepigere dies.) Pacti ſunt. nam ab eo quod eſt paciſcor, & pepigi & pactus ſum facit: ſicut ab eo quod eſt parco, & parſi & peperci. ¶Pace ſequeſtra.) Media. Nam ſequeſter eſt medius inter duos altercantes, apud quem aliquid ad tempus ſe ponitur. Pacem ergo ſequeſtram, inducias dicit, ideſt pacem temporalem, & mediam inter bellum prateritum & futurum. ¶Miſtiq; impune Latini.) Apud maiores magna erat cura fidei, adeò vt inter Porſennam & Romanos factis inducijs cum ludi Circenſes in vrbe celebrarentur, ingreſſi hoſtium duces curuli certamine contenderent, & victores coronarentur. ¶Ferro bipenni.) Ad epitheton tranſtulit nomen proprium, nam bipennis per ſe plenum eſt, & ſecurim ſignificat. vt, Crebriſq; bipennibus inſtant. ¶Robora.) Modo genus ligni eſt, nam eſt inter ſpecialia nominatū. ¶Plauſtris gementibus.) Sub pondere ſonantibus.

DONATVS.

¶Iamq; oratores aderant.) Ecce cōtendit euentus fruſtra Æneā properatū reditum habuiſſe: nā quum remearet ad caſtra, veniebant ex vrbe latina miſſi, qui rogarent & veniam poſcerēt pręferentes ſigna pacis & fœderum in frondibus oleę. hæc. n. conſequi cupiebant, deniq; quid ferrent quid optarenr etiā taciti ſignificare cupere videbantur. Ita eorū deſideriū oſtendebatur aſpectu, & nunciabatur oleæ ramis, quibus fuerāt coronati, aduētus quoq; eorū dehinc alia ſubijcitur cā. ¶Corpora per cāpos fer. qu. ef. iac.) Quantū additur Ænee virtutibus? quūm ipſe enim ſuorū ſepulturam curari pręcęperit, quum mitteret Pallantem nullū rogandū cenſuit, nec metuit quenquam. Ecce latini rogantes inducūtur poſcentes veniam, vt poetæ qui primi arma ſumpſiſſent, & rei tenerentur vſurpatæ per temeritatem violentiæ etiam illud impetrare cupientes, vt corpora ſepulturæ mandari permitteret, quę per omnes campos videbantur eſſe proſtrata augmentum actum eſt laudi, quūm ij qui dicebantur occiſi, latos campos oppleſſent, & ille, qui reſiſtentes ſtrauerat, ſepeliri ſaltem iuberet exanimes, ac ſineret tumulo tegi, non dixit tumulus, ne cęſorum minueret numerum. quum enim pauci ſunt, poſſunt ſinguli ſuo quiſq; tumulo tegi, quūm vero magnus ſepeliendorum eſt numerus, vna ſimul congerie & aggere vno clauduntur. ¶Nullū cum victis cer.) Vtebantur argumētis ad perſuadēdū neceſſarijs, ne durarẹt odiū quo occidi meruerūt, certandū non eſſe cū mortuis, nec imputandū corporibus, ꝙ animę deliquerunt, parcendū his hoſpitij contemplatione, quod aliquando iunxiſſet, ſocerisq; vocatis, nōdū enī fuerat iunctus lauinię, ideo vocatis. Ecce expreſſit poeta quātum religiōis hoſpitibus quātū ſoceris debeatur, ꝙ ex hoſpite gener videretur eſſe ſuſcęptus. ¶Quos bonus Æneas.) Bonus, quia poſtulata cōceſſit, & multo melior, quia addidit ſponte, quę legatorū vota cumularēt. Quū dicit Æneā bonū, iam debemus intelligere non negaturū, quę fuerant quęſita, ſuadebat quippe ēt petitionis ipſius qualitas, quæ ſperni non debuit, quūm vero dicit, & verbis hęc inſuper addit, confirmat illū eſſe admodū bonum. Illius. n. reuera bonitas plena eſt, q petita prępſtat, & plusq; ſunt poſtulata largitur. Iam hic pro Ænee reſpōſione ſpectāda ſunt duo: vnum,

vnum, quod precibus aſſenſus eſt: alterum ꝙ ipſe deſiderata cumulauit. Loqui igitur acreſpondere incipit ſic. ¶Quæ nā vos tanto.) Sortem, inquit, veſtram latini & miror, & doleo & ſic vos īplicuit fortuna bellandi deſiderio, vt nō amicitiā noſtrā ſed vobis aduerſa ſectemini. Martis, ingt, forte perēptis, excuſatio eſt adhibita, vt nō Troianorū vitio, ſed conditione belli, quod ipſis authoribus motū eſt, videantur extincti. nulla eſt. n. culpa, ſicuti & Terētio placet, vlciſci aduerſarios: aut qua via te captēt illi, eadē ipſos capi, deniq; & viuis lenitatē ſpopōdit, ne ſimiliter pereant. Beneuola obiurgatio vſq; adeo vt quod delicti ipſorum fuit, diceret eſſe fortunæ, Nō arguit, non accuſat, ſed magis eorū defenſioni adhibet adiumētū. ſ. n. qui fidebat ſuos fore ſaluos potiusq; perditos cupiebat eſſe à peritia mea partē, qua cōijcere potuit, adhuc eos in eodē errore verſare: Vos, inqt, ſuperfluā petitis mortuis pcē, hoc indicat ēt nunc vos velle pugnare: quod ipſum vobis potiusq; mihi cōtrariū eſt. Equidē & viuis cōcedere vellē. Quācito oſtēdit ſepulturā mortuis ſe velle pſtare quū dicit, & viuis concedere vellē. magis, inquit, vellē & viuis præſtare bñficiū pacis: quia beneuolentiā meā exanimes ſentire non pñt. ¶Nec veni. n. f. l. ſe. q. de.) Hęc dicendo, oſtēdit cęſos pœnas dediſſe amiſſi ſacrilegij. Qui. n. cōtra eū fecerunt, qui dijs & fatis volentibus ad Italiā venit, deos potius expugnare, q; hoiem voluerūt. Hoc mō etiā iſtos oſtendebat daturas eſſe ſupplicia, ſi duraſſent, & manendo ducerēt in erroris ſui ſnīa aduerſa. Nec veni, niſi fata locum ſedēq; dediſſent. Nō inuaſi alienū imperiū ſponte in hæc loca: ſed fatis vrgentibus veni, eā mihi & locū & ſedē iſtarū deputauere terrarū, cur tenere phibeor, quod mihi ſnīa diuina & decreuit & tradidit? ¶Nec. b. c. ge. g.) Cōmendat ſe populis & in vnius perſonā oēm belli congerit cām. nolo, inquit, ęſtimetis ex his, quæ aduerſus me geſta ſunt in oēs vos eſſe cōmotum, ſolius regis hęc culpa eſt, qui ſuſcępti hoſpitis iura violauit & ſoluit, & Turni prætulit parti, nihil horū latinus effecerat: ſed qa hoc negocio prodeſſe nō potuit, fingitur, ne vnuſquiſq; amiſſam forte cōſiderās metueret pacis cōmoda, vtilitatēq; ſectari, quę ſolet de authoribus malorū pœnas exigere. Omne, ingt, malū non veſtra ſed regis culpa contractū eſt: in cuius fuerat poteſtate pferre meliorē. ipſe. n. me Turno poſtpoſuit, per eū ratus eſt melius defendi poſſe cōmoda ſua. ¶Æquius huic Tur. fue.) Qui ſi haberet integrū in diſceptatione conſiliū, ęquius fuerat Turnum morti ſupponi in negocio ſuo, q alium periclitantis caſibus iungi. ¶Si bellū finire manu.) Cum ſit ſuſcęptum duoꝝ cā certamē: duo tantum pugnare debuimus, cur periclis noſtris adiuncti ſunt cęteri? ¶Vix & cui vitā deus.) Probaret mox rerū exitus fortiorē. ¶Nunc ite, & miſe. ſ. c. i.) Supradixit fortuna indigna: in fine vero beneuolētiæ ſatiauit affectum, dicendo, miſeris, dicendo ciuibus. Miſer poteſt dici, quem innoxium premit aliena fortuna: bene ergo hic miſeros dixit, qui nō in ſuo ſed in negocio Turni perierant: ciues vero recte appellauit, vt oſtēderet ſe ita iam originē ducere, & eo redactū cum ſuis, vnde Dardanus fuit, & oratores intelligerent Æneam: cuius animum potius tenerent, q; læſi probarēt. ¶Dixerat Æneas.) Admiratione tantæ leuitatis quum plusq; optauerant, ſeſe aduerterent conſecutos, ſtupefacti ſunt, nec reperire valuerunt, deberent in reſpōſione complecti, & conuerſi inter ſe diu ſiluerunt, vnam retinentes intentionē luminum, eo more, qui deliberantibus familiaris eſt. ¶Tum ſenior.) Ex illis omnibus, qui aderant, & admirationis ſtupore fuerant fixi, ſolus drances, vel ꝙ eſſet ætate fortior cæteris, & exercitatior cunctis: vel ꝙ odiſſet iugiter Turnum, arrepta temporis occaſione, quæ grauaret eum, quem peroſum habuit, ita reſpondit. ¶O fama ingens.) Multa collegit, vt oſtenderet beneficia Ænee gratanter audita. Hoc enim & præmiſſa laus, & gratiarum actio euidenter oſtendit. non, inquit, immerito tibi tantas animi corporisq; virtutes fortuna conceſſit: habes deniq; tui corporis famam, quæ te beneuolum, fortem, prudentemq; teſtatur: quia in parte quum ſine admiratione laudari non poſſis: tum magis illa præferenda ſunt, quibus in bello præſtas, & te ipſum maiore ſubſtantia felicitatis exuperas in laboribus inde feſſus, & dimicandi

micandi ratione præcipuus, addit in vltima parte laudis, & genitalis meritum ſoli, dicens, vir Troiane, quaſi diceret talem generare potuit ſola Troia. ¶ Quibus cœlo te la. æq.) Quum laudibus cœlo merearis æquari, vbi eſt virtus omnis & vera iuſtitia. ¶ Iuſtitiæ ne prius mirer.) Quid potiùs mirari debeo? inquit, iuſtitiam tuam admirandam, an belli inclytos tuos labores & incomparabiles? cum in vtroq; mea verba aut ſenſus tua merita aſſequi nequeant? quaſi diceret, tantum iuſtitia & bellorum exercitatione viges, vt nunquam te ſatis laudare poſſim. ¶ Nos vero hæc patriam.) Quæ locutus es, vel quæ beneuolus præſtitiſti, grati referemus ad noſtros, atq; operã dabimus, vt ſuperioris erroris noſtri culpa ſubmota redeat rex latinus in concordiam tuam: ſitq; digniſſimo tibi firma religione coniunctus, Turnus vero ſi matrimonio iungi vult, aliud ſibi quærat, ac iungat: interea quũ hæc diceret Drances, addidit. ſiqua viam dederit fortuna, quod non eſt dubitantis, ſed hoc magis intelligitur polliceri, vt idipſum, qđ ſpondebat, quacunq; via poſſet, efficeret: Multas enim occaſiones poteſt reperire ac præſtare fortuna, vt iuuet audentes. Poteſt & ſic intelligi, iungemus te regi, ſi adhuc nobis non inuideat fortuna, quæ ſocietatem primam inimica æmulatiõe diſſoluit. Hoc ideo, vt oſtenderet culpam contracti belli fortunæ fuiſſe, nõ Italorum: quia hoc & Æneas ſupra complexus eſt. ¶ Quin & fatales mu. at. mo.) Tantum exhibebimus obſequij, vt quum muros, vel quid aliud volueris extruere, collo noſtra ſaxa iam Troiana libentiſſime perferremus paratiſſimus: nec erit oneroſum nobis, qđquid cenſueris faciendum. ¶ Dixerat hæc.) Talia, inquit, dixerat drances. ¶ Vnoq; ea. om. o. fre.) Eadem, quæ verbis ſuis complexus fuerat drances, quaſi vno ore omnes profitebantur ſe eſſe facturos. ¶ Bis ſenos pepigere dies.) Ita peractis omnibus receſſerunt: vt per duodecim dies ſepeliendorum funerum cauſa pax ſequeſtra teneretur. ſequeſtra pax eſt: quæ ſi interponitur, non terminet, ſed differat bellum. ¶ Per ſyluas Teucri.) Tantum valuit interpoſitæ pactionis fides, vt diuerſarum partium viri per ſyluas miſcerentur impune. ¶ Ferro ſonat al. bi. Fraxinus.) Alta fraxinus icta ferro, hoc eſt ictu ferreo percuſſa reſonabat. ¶ Euertunt actas ad ſy. p.) Actas ad ſydera, hoc eſt in tantam altitudinem porrectas, vt ſydera pulſare potuiſſent, hi omnes euertendis arboribus operam dabant. ¶ Robora nec cuneis.) Alij inſiſtebant roboribus ſcindendis, alij portãdis, ordinatur ſenſus ſic. Nec ceſſant robora, vel cedrum, aut ornos plauſtris imponere, ac transferre: aut cuneis ſcindere, ſed non omnes idem faciebant: nam diuiſerant opera.

## ASCENSIVS.

¶ Iamq; oratores aderant, &c.) Deſcribit aduentum oratorum à latino miſſorum petentium veniam corporum defunctorum ſepeliendi, quam eis lubens conceſſit Æneas, addens etiam viuos in gratiam recipere voluiſſe, quæ res oratoribus perplacuit vſq; adeo vt pollicitarentur ipſum regi ſuo latino reconciliaturos. De quibus omnibus habemus hoc ſolum per Donatum Miſeris: qui non in ſuo: ſed in Turni negocio perierant. ¶ Pace ſe. ſequeſtra pax eſt quæ ſic interponitur vt non tollat ſed differat bellum. Poſtq; ma. vel pro mulieribus poſuit: vel matres eorum qui cæſi fuerant. Hæc ille. ¶ Ordo autem eſt. Iamq; .i. & iam oratores, ideſt caduceatores quos & vulgus ambaſiatores vocat aderant ex vrbe latina. i. regis latini, velati in ſignum pacifici aduentus: ramis oleæ. i. arboris oliuæ quę etiam tempore Noe pacis indicium per columbam attulit: & rogãtes veniam, ideſt gratiam & cõceſſionem petitionis cuiuſdam. ſ. vt redderet corpora quæ iacebant fuſa. i. proſtrata ferro. i. armis ferreis per campos: ac vt, ſup. ſineret, ideſt permitteret ſup. ea ſuccedere tumulo terræ. i. humationi aſſerentes: ſup. nullum certamem, ſupp. eſſe debere cum victis. ſ. omnino: quia iam defunctis: & cum caſſis, ideſt priuatis æthere. i. aura vitali, & vt, ſup. parceret hoſpitibus. ſ. latinis vocatis quondam ſcilicet antequam Turnus fœdus inter latinum & Æneam diſturbarat. Quos. ſ. oratores præcantes haud aſpernanda. i. licita & honeſta Æneas bonus: proſequitur venia. i. cõfert eis veniam: & verbis. ſ. amicis aut addit inſuper verbis hæc. O latini quænam. i. qualis fortuna indigna, ideſt, aſpernanda implicuit. i. illaqueauit vos tanto bello, vtpote qui fugiatis nos amicos, ideſt amicitiam noſtram. Oratis ne pacem exanimis, ideſt defunctis & peremptis ſorte Martis. i. quam Mars ſibi vendicat, hoc eſt bellica? Ponitur autem ſecũdo loco tribrachus tis eq. aut pauſe gratia tis longe equiualet. Equidem. i. ego equidem vellem concedere. & i. etiam viuis ſcilicet pacem: nec veni. ſ. in Italiam, ideſt non veniſſem: ni. i. niſi fata dediſſent. ſ. mihi locum & ſedem. ſ. firmam nec gero bellum, ſcilicet volens & lubens cum gente, ſcilicet latina: rex, ſcilicet latinus reliquit noſtra hoſpitia. i. iura hoſpitalitatis inter nos contracta: & credidit ſe potius armis. i. virtuti bellicę Turni æquius. i. iuſtius & conuenientius fuerat Turno, ſcilicet violatori pacis: opponere, ideſt obijcere ſe morti, ideſt periculo mortis per bellum: ſi apparat, ideſt prætendit finire bellum manu, ideſt concertatione dextræ ſuæ: & ſi apparat pellere Teucros, ſcilicet ab Italia decuit, ſupple eum concurrere hic, ideſt in hoc campo mecum telis. Is, ſupple noſtrum vixet: pro vixiſſet cui deus aut ſua dextra dediſſet, vitam: nunc quia res ſe aliter habent: ite & ſupponite miſeris ciuibus. ſ. qui excoluerunt quæ non rapuerũt ignem. ſ. quo cremeutur priuſquàm cineres in vrnam condantur. Æneas dixerat, ideſt finiuerat ſermonem ſuum: olli. i. & tũc omnes illi, obſtupuere ſilentes, ideſt cum ſilentio: & conuerſi tenebant inter ſe oculos atq; ora, quaſi dicat tacite dicerent ecce qualem virum repellere conati ſumus. Tum, ideſt deinde Drãces ſenior. i. prouectioris ætatis. ſ. q; cæteri: aut ſenior, ideſt grandæuus. & infenſus. i. moleſtus & infeſtus ſemper Turno iuueni, odijs & crimine, ſcilicet Turni q pacem ruperat: aut crimine, ſcilicet inuidiæ: aut crimine, ideſt cauſa odiorum legitima: refert viciſſim ore: quia prius indicijs & geſtibus retulerant omnes: orſa, ideſt exordia ſermonis ſui viciſſim, ideſt per viciſſitudinem poſtquam elocutus erat Æneas ſic. O vir Troiane: ingens fama. i. per famam: & ingentior, ideſt longe maior armis, ideſt effectu ipſo, quibus laudibus æquem. i. ęquiparẽ, & æqualem cenſeam te cœlo. i. cœleſtibus dijs, quaſi dicat neſcio. & addit: mirer ne, ſupple in te prius. i. principalius iuſtitiæ, ſcilicet laudem à ſuperiori, nam nouum eſſet ſi nihil ſubaudias dicere mirer huius rei, &c. ne pro an: ſupple prius mirer in te laborum belli ſupple laudem vero. i. pro certo nos grati referemus hæc. i. humanitatis tuæ indicia ad vrbem patriam. ſ. Lauro lauinium & ſiqua, ideſt aliqua fortuna. i. fotuita occaſio dederit viam. i. modum & rationem: nos iungemus, ideſt conciliabimus & cõfœderabimus te regi latino, quęrat Turnus ſibi fœdera quin & . i. quinetiam: hoc eſt inſuper iuuabit, ideſt delectabit, ſupp. nos: attollere moles murorum fatales, ideſt fataliter promiſſas & iuuabit ſubuectare, ſcilicet ad conſtructionem murorum. ſaxa Troiana, ideſt ad Troiæ nouæ conſtructionem: humeris, ſcilicet noſtris: Dixerat hæc, ſcilicet Drances & omnes, ſcilicet reliqui oratores fremebant hæc eadem vno ore. i. pari cõſenſu. & ipſi pepigere. i. pacti ſunt bis ſenos, ideſt. xij. dies: & Teucri & latini mixti impune. i. paſſim & ſine punitione aut malo: erraucre, ideſt libere diuagati ſunt: iugis, ideſt in ſummitatibus ſub vertice montium: per ſyluas: & hoc pace ſequeſtra, ideſt interuẽtu pacis ſequeſtræ quæ inducias ad tempus concedit: fraxinus, ideſt arbor illa alta ſonat ferro bipenni, ideſt ſecuri duas pinnas habenti: &, ſupple ipſi euertunt pinus: actas. i. extenſas ad ſydera: nec ceſſant ſcindere, ideſt findere cuneis: robora, ideſt ligna querna, & cedrum olentem. ſ. præcipue vt fetorem cadauerum expellat: nec ceſſant vectare. ſ. ad pyram conſtruendam: ornos. i. tales arbores: plauſtris gementibus, ſcilicet præ magnitudine ponderis.

## PIERIVS.

¶ Veniamq; rogantes.) Romanus codex, precantes, legit: vt etiã inferius eſt. Quos bonus Æneas non aſpernanda precantes proſequitur venia. ¶ Et æthere caſſis.) Mediceus codex, & aliquot alij, aere, legunt, de inferiori enim & ſpirabili hac aura loquitur. ¶ Pacem ne exanimis.) Romanus codex, Mediceus, & antiquiores plerięq; alij legunt pacem me exanimis, quod mirifice placet. Habet enim emphaſin pronomen illud, pluſq; in receſſu præſtat, quàm fronte polliceatur. ¶ Equidem & viuis concedere vellem.) In antiquis aliquot codicibus, mallem, legitur: quod magis explet oratorum vota, magisq; ſibi eos conciliat, vellem, tamẽ receptũ. ¶ Nec veni niſi fata locũ ſedemq; dediſſent.) Fieri per modos ſolœciſmõ cõminianus ait, hoc loco citato. Nec veni, pro nec veniſſem, indicatiuus ꝓ coniũctiuo. Indignatur vero Fab. Quintilianus huiuſmodi elocutionum ſpecies nunc ſolœciſmi, nũc barbariſmi nuncupatiõe appellitari vbi ait, exempla barbariſmi quidam fere in iactationem eruditionis ſumere ex poetis ſolent, & authores: quos prælegunt, criminantur. ¶ Æquius huic Turno fuerat ſe opponere morti.) Antiqua omnia exẽplaria, quotquot verſare contigit, Turnum, accuſatiuo caſu legunt, vt ordo ſit æquius fuerat Turnum opponere ſe huic morti. Nam & Seruius. Huic morti legit δεικτικῶς quaſi iacentes oſtendat. ¶ His decuit mecum concurrere.) In Romano codice, & aliquot alijs ad euitandam cacophoniam, quæ in pede quarto fieret, cum con, ſcriptum eſt tranſpoſitis dictionibus, his mecum decuit concurrere telis. ¶ Olli obſtupuere ſilentes.) In veteribus codic. pene omnibus ſcriptum obſeruaui, illi obſtipuere. ¶ Iuſtitiæ ne prius mirer belli

belli ne laborem.) Sane Seruius. Miror genitiuo iunctum, grœca ait figura, θαυμάζω ἐκείνου, καὶ ἄρχω ἐκείνου, vt apud Hora. agreſtum regnauit populorum. legitur, In Roma. tamē cod. & aliquot aliis perueteribus poſita hæc ſunt in caſu ſeptimo, iuſtitia ne prius mirer belli ne labore, in quo illud etiā obſerues, iuſtitia, per t, in pene vltima ſcribi, vt ex antiquis inſcriptiōibus, & nomiſmatis approbauimus: ſed eſt & vbi, belli ne laborē eſt, vbi iuſtitiam, & laborem, Accuſatiuo caſu legas. Neq; mirum lectionem hāc ita nunc variare, quum variæ ſuper ea fuerint olim etiam grammaticorum ſententiæ. Nam Priſcianus, vbi ait, coniunctionē dubitatiuam, vel interrogatiuam ſimiles caſus exigere, locum hūc Virgilii citat,

lii citat, in quo ſcriptum ſecus aſſerit, neq; pręceptioni hmōi poetam paruiſſe, qui ſcripſerit ablatiuo caſu, iuſtitia ne prius mirer, mox genitiuū adiecerit, belli ne laborum, quippe propter ancipitē dictionum conſtructionē, quod vtrūq; bene dicatur, miror iuſtitia, & iuſtitiæ, inueniri tamen in codicibus etiam iuſtitiæ, genitiuo caſu, idq; aptius eſſe, non inficiatur, quod & alibi cōfirmat gręcę conſtructionis exemplo poſito, θαυμάζω τῶν πόνων. ⁋ Ferro ſonat alta bipenni fraxinus.) In aliquot antiquis codicibus acta, legitur: quod minime placet, quia ſtatim ſequitur, euertunt actas ad ſidera pinus. Si quid vero immutandum fuerit ex lectiōe vulgata, placeret, icta quod in antiquiſſimo codice obſeruaui.




Et iam fama volans tanti prænuncia luctus,
Euandrum, Euandriq; domos, & mœnia complet:
Quæ modo victorem Latio Pallanta ferebat.
Arcades ad portas ruere, & de more vetuſto
Funereas rapuere faces: lucet via longo
Ordine flammarum, & late diſcriminat agros.
Contra turba Phrygum veniens plangentia, iungit
Agmina, quæ poſtq̄ matres ſuccedere tectis
Viderunt, mœſtam incendunt clamoribus vrbem.

SERVIVS.

ℭ Quæ modo victorem latio pallāta ferebat.) Bene Modo. Vno enim eodemq; die & fortiter fecit & periit: vt, Hæc te prima dies bello dedit, hęc eadem aufert. ⁋ Arcades ad portas ruere.) Eos dicit qui intra ciuitatem ſunt. ⁋ De more vetuſto.) quia antea per noctem cadauera pro funere ferebātur cum faculis. ⁋ Rapuere faces.) Raptim

Raptim & feſtinanter tulerūt. ⁋ Diſcriminat.) Diuidit. Vnde & diſcrimen capitis muliebris dicitur. ⁋ Incendunt.) Implēt vt, Clamore incendūt cœlum Troesq; Latini. ⁋ Vis vlla.) nec ætatis imbecillitas, nec ſeueritas regia. ⁋ Pheretro pallante repoſito.) Ideſt poſito Pallantis pheretro. Nam Antiptoſis eſt. ⁋ Non hęc ô Palla dederas promiſſa parenti, Cautius vt ſæuo

At non Euandrum potis eſt vis vlla tenere,
Sed venit in medios, pheretro Pallanta repoſto,
Procubuit ſuper, atq; hæret, lachrymanſq;, gemenſq;:
Et via vix tandem voci laxata dolore eſt.
¶ Non hæc ò Palla dederas promiſſa parenti, EVAN.
Cautius vt ſæuo velles te credere Marti.
Haud ignarus eram, quantum noua gloria in armis,
Et prædulce decus primo certamine poſſet.
Primitiæ iuuenis miſeræ, belliq; propinqui
Dura rudimenta, & nulli exaudita deorum
Vota, preceſq; meæ: tuq; ò ſanctiſſima coniux
Felix morte tua, neq; in hunc ſeruata dolorem.
Contra ego viuendo vici mea fata, ſuperſtes
Reſtarem vt genitor: Troum ſocia arma ſecutum
Obruerent Rutuli, telis animam ipſe dediſſem:
Atq; hac pompa domum me non Pallanta referret.
Nec vos arguerim Teucri, nec fœdera, nec quas
Iunximus hoſpitio dextras, ſors iſta ſenectæ
Debita erat noſtrę: quod ſi immatura manebat
Mors natum, cæſis Volſcorum millibus ante,
Ducentem in Latium Teucros cecidiſſe iuuabit.
Quin ego non alio digner te funere Palla,
Quàm pius Æneas, & q̄ magni Phryges, & quàm
Tyrrheniq; duces, Tyrrhenumq; exercitus omnis.
Magna trophæa ferunt, quos dat tua dextera leto.
Tu quoq; nunc ſtares immanis truncus in armis,
Eſſet par ætas, & idem ſit robur ab annis,
Turne. ſed infelix Teucros quid demoror armis?
Vadite, & hęc memores regi mandata referte,
Quod vitam moror inuiſam, Pallante perempto,
Dextera cauſa tua eſt, Turnum gnatoq; patriq;,
Quam debere vides (meritis vacat hic tibi ſolus,
Fortunæq; locus) non vitæ gaudia quæro,
Nec fas, ſed gnato manes perferre ſub imos.

¶ ſæuo velles te credere Marti.) Duplex expoſitio eſt: aut enim hoc dicit, Non mihi talia promittebas vt crederem te cautius dimicaturum, vt intelligamus proficiſcentem Pallantē promiſiſſe patri victoriam, cædem hoſtium, plurima ſpolia. Qui enim hęc cogitat, cautelę obliuiſcitur auiditate vincēdi: aut certe Non, pro nempe accipiamus. vt in Terentio. Nō tu húc rus hinc produxe aiebas? id eſt nonne, pro nēpe, vt nunc ſit ſenſus, Nēpe mihi dederas promiſſa diſcedens, quia cautius fueras dimicaturus. ¶ In armis.) Apud armatum, cuius conſilium cupiditas victoriæ plerunq; cōturbat. ¶ Vota, pręceſq; meę.) Supra, Fors & vota facit. ¶ Felix morte tua.) Ea re felix qua cæteri dolent. ¶ Viuendo vici mea fata.) Diu Viuendo. Vt in Bucolicis, O Lycida viui peruenimus. Vici aūt mea fata. i. naturalē ordinem vita longiore ſuperaui, nanq; hic ordo naturalis eſt, vt ſint parentibus ſuperſtites filij. Fata ergo generalia dixit, referēs ſe ad naturalem ordinem, non ad fatū propriū. Nam fata ſuperare nemo hominum pōt. Vnde multi ſic diſtingunt, Cōtra ego viuēdo vici vitā. ſ. filij. Nam hoc eſt, Superſtes reſtarē vt genitor, vt mea fata, per exclamationem dictum ſit. Sciēdum tamen etiam irrationabilia dolētibus dari. ¶ Reſtarē.) Eſſem. ¶ Dediſſem.) Reddidiſſem. ¶ Pōpa.) Exegalis. ¶ Nec vos arguerim.) Exonerat eorū pudorem, ne videantur ei cauſa orbitatis fuiſſe, dicens ſibi hoc fataliter debitum. ¶ Senectæ.) Deeſt ætatis: nam ſenecta ætas dicitur. Salluſtius, Senecta iam ætate. Per ſe autem plenum eſt, ſi ſenectus dicamus. ¶ Ducentem in Latium Teucros cecidiſſe iuuabit.) Lucrum quodammodo putat, impendiſſe pro amicorum felicitate filium, qui morti fuerat acerbo funere fataliter debitus. ¶ Nō alio digner te funere Palla.) Latenter hic Æneæ oſtenditur pietas qui in amici funus tanta contulit, vt pater amplius præſtare non poſſet. ¶ Tu quoq; nunc ſtares immanis truncus in armis.) Sicut iſti duces de quibus hæc ſunt trophæa, nam ſupra ait, Indutoſq; iubet trūcos hoſtilibus armis ipſos ferre duces. ¶ Eſſet par ętas.) Vel mea, vel filij, nam ad vtrunq; poteſt referri. ¶ Teucros qd demoror armis?) Ab armis: & hoc videtur dicere, Dimittendi ſunt Troiani, vt morte Turni ſatisfiat doloribus meis, quod etiam poſteriora ſignificāt. ¶ Meritis vacat hic tibi ſolus, fortunęq; locus.) Nihil eſt aliud quod poſſit vel virtus tua, vel fortuna pręſtare (nā his rebus victoria cōtingit) niſi vt occiſo Turno, & vindices filiū, & patrē cōſoleris orbatū. ¶ Sed gnato manes perferre ſub imos.) Ac ſi diceret hanc ſolam eſſe cauſam, quæ eum cogat ad vitæ patientiam, vt filio Turni nuncietur interitus.

DONATVS.

¶ Etiam fama volans.) Quum Troiani & Latini hæc agerent, iam mortem Pallantis ad Euandrum, atque eius domos, & totam vrbem fama nunciuſq; peruexerat, occiſum eſſe aſſerens Pallantem, quæ fama apud latinum ferebat eſſe victorem, quàm grauis fuerat luctus accipiendus de eo? cuius ante momentum victoriæ nunciabantur & gloriæ? Egregiam moralitatem hoc loco ſeruatam debemus aduertere. nanque, vt fit, feralis nuncius ad aures Euandri primo peruenit: dehinc ad domos eius, poſtremo ad omnem ciuitatem. ¶ Arcades ad portas ruere.) Proprie dixit, ruere. feſtinabant enim commoti inſperato malo, vt irent obuiam funeri, nec ambulare iam ſed in modum ruētium congeri videbantur ad portas. ¶ Et more vetuſto.) Ruere & rapere plenam ſignificant feſtinationem, funereas faces iccirco dixit, qa ſunt votorum. ¶ Lucet via longo Ordine flammarum.) Diſcriminare eſt ſpeciem à ſpecie immēſa ſeparare. Ecce vna fuit facies terræ interfectis, tamen facibus videbatur in partes eē diuiſa. ¶ Contra turba phrygum.) Quum dicimus contra turbam phrygum veniēs, moram debemus interponere, & ſic dicere plangentia iungunt agmina, vt non ſoli phryges ſed & Arcades phrygibus mixti agmina iunxiſſe videbantur, cæterum turba iungunt agmina, faceret mala diſtinctio vitium, quod poeta non fecit. ¶ Quæ poſtquā matres.) Quæ agmina, poſtquam viderūt matres intra portas. ¶ Mœſtam incendūt clamoribus vrbem.) Matrum ſignificatione vel mulieres generaliter accipere poſſumus: vel eas, quarum filij cum Ænea perrexerant: vt ſimilitudine caſus cōmotæ, & propter regis filium dolere viderentur, & ſuorum periculum tractare cum animo. ¶ At nō Euandrum.) Quū grauis eſſet apud cæteros luctus tum magis animum patris, mētemq; percuſſerat, deniq; non illum tardauit doloris violentia, non ætas cohibuit, corpus ſenectute defeſſum: nec expectauit donec filij corpus baiulis curādis perueniret: ſed ipſe occurrens in medios venit. ¶ Pheretro pallante repoſto.) Atque ita, vt Pallas iacebat depoſito pheretro ꝓcubuit Euander ſupra, & inhæſit ipſi corpori cum gemitibus & fletu. ¶ Et via vix tandem.) Tantus fuerat dolor infelicis patris, vt vix, & interpoſito tempore loqui potuiſſet, dolor diſtulerat, vnde reddidit vocem, vox enim qua loqui poſſet, dolore loquendi præſtitit laxamentum. ¶ Non hæc ò Palla.) Magnus error dolentis, obiurgat mortuum, quaſi non emendaret male geſta, aliqua ratione potuiſſet: & cum mortuo interrogationibus loquitur, quaſi audire exanimis poſſet, aut geſta narrare. non talis, inquit, extiterat fili promiſſio tua: nec ſic abieras, vt talis infelicem remeares ad patrem, circunſpectum te promiſeras fore, & omni cautela ſuſpenſum, quo abierunt iſta? quis te caſus præcipitem dedit? vt mandatorum mei, timoris oblitus duram improuidus properaris in mortem? In certaminibus belli redundant copioſa diſcrimina, tantumq; illic procliue eſt mori, quantum ſupereſſe difficile eſt. ¶ Haud ignarus eram.) Prior, inquit, ipſe peccaui, primus conſilium perdidi, meos inter initia tractatus inimica fortuna confudit, ignorationis excuſatione defendi non poſſum, debui miſer cauere, quod noueram. Per hæc quippe ad hanc infelicem ſenectam mihi tranſitus fuit. ſciebam, quid poſſet nouitas rerum, & inexperta pericula quemadmodum decipiant rudes exemplis præcedentibus noueram, ſolam gloriæ viam tractant, & ſolo laudis amore raptantur: Cumq; ſic aguntur improuidi, incognitam diſcriminum partem vitare non poſſunt. O iuuenis mei duræ primitiæ, & incaſſum fuſæ cunctis numinibus preces: nec filius mandata retinet patris: nec voto ſupplicis deorum fauor accedit. Vbi ſunt illa, quæ pro incolumitate filij miſerandus exolui, cur ſurdis auribus iuuenis metuenda commiſi? Sera cautio eſt, poſt orbitatem meam tractare, quæ tunc integris rebus curari conuenerat, nihil dicerem filio, nullam deo precem ſupplicans funderem: non ſoluerem vota: tenerem miſerum iuuenem, fauerent dij omnes tutiori conſilio, nec vo-

tis aliquibus,nec precibus inuitari. ¶ Tuq́; ò ſanctiſſima coniux.) Gemui aliquando vxor mortem tuam,quum te conſtaret felicia perdidiſſe: ſola es,cui profuere contraria, mors tibi beneficium fuit,non vides noſtræ prolis interitum, nec ruinam noſtri generis plangis. ¶ Contra ego viuendo.) Totum dicit in contrarium verſum,vt mori commodum fuiſſet ei, vixiſſe tormentum, deceſſiſti ſuperſtitem filium relinquens, contra ipſe miſerrimus viuo non filium ſed filij funus amplectens: viuo poſt eum, ante quem debueram mori. ¶ Troum ſocia arma ſecutum.) Sic peccaui, quia fœdera iunxi cum Teucris, ego debui rutulis pœnam, ego debui ſolus extingui,& dare animam volens, finiret cruciatus meos vltimus dies,mihi fierent iſta,tu plangeres ſenem, me tolerabilius videret patria cecidiſſe,quam te. ¶ Nec vos arguerim teucri.) Præſentes Troianorum aliqui ne arbitrentur,cauſari Euādrum,quòd per illorum amicitiam Pallantem perdidiſſet:Iccirco ait,non arguerim vos Teucri in cauſa orbitatis meæ,nihil mihi amicitia veſtra nocuit,nihil datæ dextræ attulerunt,quod poſteritatem meam funditus verteret,& menſarum communicatio nullam partem infelicitatis inflixit. ¶ Sors iſta ſenectæ.) Debebantur hæc diuturno ſeni fatis inimicis aduerſa. Vixi vt duram exciperem meæ fortunæ ſententiam. Compleuit illa inuidiam ſuam, non poſſum animis veſtris aſcribere,quod vos certum eſt accidere noluiſſe. ¶ Quia ſi immatura.) Nititur probare Troianis,quòd nō ipſos occiſi filij afferat cauſam. Si,inquit, immatura mors debebatur filio meo, vtinam de volſcis facta prius victoria cecidiſſet,eſſet quippe occiſi glorioſa memoria,ſi manu eius Taucri ducerentur in latium. ¶ Quin ego.) Nihil addam ad pompam funeris tui. nihil enim factum eſt minus,quàm conuenerat fieri. Oſtendit Æneas officia ſua: eadem quoque cum Tyrrhenis complere Troianos. ¶ Tyrrhenumq́; exercitus omnis.) Hęc ad conſolationem pertinent. Eſt enim quoddam in doloribus temperamētum, quo acerbitas ipſa minuatur. Leniebatur igitur doloris ipſius aſperitas, quod & ſi mortuus Pallas videbatur, virtutis tamen eius multa monſtrabantur,& magna: Ibat quippe tyrrhenorum exercitus cæſorum trophæa portans:& in illa multitudine fuerat nullus,qui pallanteæ virtutis teſtem non geſtaret in ligno. ¶ Tu quoque ſtares) In hoc,inquit,trophæorum numerum etiam tu eſſes Turne,ſi ætas filij mei ætati tuæ congruiſſet,aut robur corporis eius tuo robori membriſq́; conueniret: Recte in doloribus ſuis deformationē inſerit Turni,& quaſi ita peragit cauſam, vt quod ille præferebat in ſeſe, id iſte facta victoris & victi comparatione deijceret. Si vna,inquit, vos eademq́; ætas, & robur corporis habuiſſet,trophæo tuo iſtorum numeris cumulares: atque ille viueret, ac de tuo quoque interitu triumpharet. ¶ Sed infelix Teucros.) Ipſe reprehendit multiloquia ſua, quæ dolore cogente vrgebatur effundere: & reuera quum in patre breuis eſſe deberet ſermo,ipſe quoque non miſit breuitatem, ſed iccirco videtur multa dixiſſe,quia multas partes tetigit,multaſq́; perſonas: quæ ſi ſeparantur,inuenietur breuem in ſingulis habuiſſe ſermonem. Dixit quippe non hæc ò Palla dederas promiſſa parenti, tu quoque ò ſanctiſſima coniux, & contra ego viuendo vici mea fata. Item nec vos arguerim Teucri,rurſum redijt ad filij perſonam dicens, Quin ego non alio digner te funere Palla. Dehinc ad Turnum fecit apoſtropham. Tu quoque nunc ſtares immanis truncus in armis,ſi eſſet par ætas & idem robur in annis Turne: tandem igitur intellexit diutius ſe vagari non debere per multa, ne tantos & electos ex omnibus numeris viros, atque vltioni ſuæ neceſſarios, ſuperfluo morarum ſpatio retineret. Quid, inquit adhuc demoror Teucros? quia ſi infelicitatem meam ſit illorum, leuatura præſentia, pergant potius,& repetant arma. hoc eſt dicere, quòd hic vacui remorantur, eant,dimicent, & orbitatem meam vltione compenſent. ¶ Vadite,& hæc memores.) Vadite, hoc loco hortantis eſt potius,quàm iubētis: & mandata mea regi perferte, ¶ Quod vitam moror.) Quod viuo poſt pallātis mortem, ſolam eſſe cauſam, vt eius mortis authorem perſequatur fortis dextera tua. Intelligis enim te hoc debere meritis,vt per te contingat Turnum videre proſtratum,hoc Pallas exigit, hoc ego infeliciſſimus pater. Erat commodum vixiſſe poſt filium, ſi ſub armis tuis Turnus occumbat, & lachrymas meas interitus eius conſumat,& tergat. ¶ Vacat hic tibi ſolus.) Reddendæ viciſſitudinis locum ſolum iſtum fortuna tibi ſeruauit, expecto euentum atque exitum necis hoſtilis. ¶ Non vitæ gaudia quæro.) Neque enim delectatione lucis iſtius viuo: aut fas eſt ſupereſſe orbatum tali filio patrem: ſed vt nuncius ad inferos pergam, ac pallanti referam optatam ab hoſte ſumptam eſſe vindictam. Viuant, quibus iocundum eſt viuere, viuant qui non habent in vita, quod plangant, viuant, quibus deſunt tormenta, quæ viuentes excrucient: mihi tantum optata ſuccedant, vt filio referam confoſſum virtute hoſpitis Turnum, ego illius interitum ei nunciem, cuius cauſa mori potius malo, quàm miſerabilem vitam iugibus ſeruare tormentis. Quod dixit ſupra meritis vacat hic tibi ſolus fortunæq́; locus: non ab eo, quod eſt meritum, & merita declinauit, ſed ad perſonas retulit, ab eo quod eſt his meritis, vt fœminini generis ſit,& faciat has meritas perſonas,aut maſculini generis, & ſit,his meritis hominibus,non tamen generis neutri,vt hæc merita,& his meritis dixiſſe videatur. Terentius ſic. Quid meritis huic dicto reſponſum eſt,crucem.

ASCENSIVS.

¶ Et iam fama,&c.) Proſequitur lamentationem, & vt in argumento dictum eſt affectus paternos Euandri in Pallanta filium vnigenitum. Vnde cum nihil recæptum ſit Donati. ¶ Ordo eſt. Et fama (ſcribitur etiam phama nam,& à græco & latino deduci poteſt,ſed obſeruatum fere eſt, vt quoties poetice pro perſona ponitur, filia videlicet terræ per ph ſcribatur) volans: quia in rebus aduerſis vnde in quarto. Fama malum quo nō aliud velocius vllum Mobilitate viget, vireſq́; acquirit eundo, exiſtens prænuncia tanti luctus. quantus, ſcilicet eſſe ſolet in nece vnigeniti regis, replet iam Euandrum,& domus,& mœnia Euandri, ſupple luctu aut ſermone de morte Pallantis, fama dicit, ſupple ea que ferebat ideſt afferebat, modo, ideſt pauloaote, Pallanta victorem ſupple eſſe, latio, ideſt in agro Latino quia multos priuſquam occumberet ſtrauit, eaq́; res ad Euandrum ſubito perlata eſt. Arcades ruere, ideſt ruebant, aut potius cœperunt ruere, ideſt effuſim currere ad portas,& rapuere more vetuſto, ideſt ex antiquo inſtituto, faces funereas, ideſt funeribus aptas, via lucet longo ordine flammarum,& diſcriminat, ideſt diuidit diſcrimina ponens: agros late, ideſt in latum. Turba phrygum, ideſt Troianorum ab Ænea cū funere miſſorum, veniens contra, ideſt ex aduerſo, iungit agmina plangentia, quæ, ſcilicet agmina plangentia poſtquam matres ſcilicet arcadum, viderunt ſuccedere tecto, ideſt ad tectum regiū, ipſi incendunt vrbem mœſtam clamoribus, ideſt vlulatibus. At, ideſt ſed vlla vis non eſt potis, ideſt non poteſt tenere Euandrum: ſed venit in medios, ſcilicet pompam ducentium,& procubuit ſuper Pallanta,& hoc feretro, ideſt capulo quo ferebatur repoſto, ideſt repoſito, aut feretro, ſupple cum Pallante repoſito procubuit, ſuper, ideſt deſuper, atque hæret ſupple in eo,& lachrymans & gemens,& via, ideſt meatus & arteria, eſt vix, ideſt cum difficultate laxata tandem, ideſt poſt multam moram, dolore.i. propter dolorem nimium conſtricta voci, ideſt ſermoni,& ſupple dixit. O Palla tu non dederas parenti, ſcilicet mihi hæc, ideſt huiuſmodi promiſſa, ſed ſupple vt velles credere cautius, ideſt prudentius ſæuo Marti, ideſt bello te. Ego haud ignarus eram, ideſt bene ſciebam, quantum noua gloria,& prædulce decus primo certamine poſſit in armis, ideſt apud armatum cuius (inquit Seruius) conſilium cupiditas victoriæ plerunq; conturbat. Primitiæ, ideſt auſpicia aut principia iuuenis, ſcilicet cuiuſcunq;, aut tua ò Palla: ſunt ſupple miſera, ideſt infelicia,& rudimenra, ideſt eruditiones belli propinqui, ideſt ad bellum propinquum à iuuene rite gerendum ſunt ſup. dura, ideſt difficilia eruditori,& nulli, ideſt non vlli & vota & preces meæ nō ſunt exauditæ vlli deorum & tu ò coniunx, ſcilicet mater Pallantis, ſanctiſſima, ideſt cuius vita integerrima hac caruit moleſtia, felix ſupp. es tua morte, ideſt quo mortua es neque ſeruata in hunc dolorem Ego contra, ideſt econtrario vici mea fata, ideſt tempus vitæ fatale, viuendo, ſcilicet vltra illud quod profuerit, non vltra id, quod fata inſtituerunt vt ego ſuperſtes.i. ſuperuiuens gnato, reſtarem, reliquus eſſem genitor.i. cum ſim genitor, quem, vt prius natū ita prius deceſſiſſe decuit, & quē ſup. ſecutum arma ſocia troum.i. troianorū, rutuli obruerēt.i. obruere debebant, telis.ſ. ſuis ipſe.i. ego dediſſem.i. dare debuiſſem, animam.i. vitā, atq; hæc pompa referret.i. referre deberet domū me non Pallanta. nec ò teucri ego arguerim.i. reprehēſos velim vos nec fœdera.ſ. veſtra aut vobiſcū icta, nec dextras q́; iunximus hoſpitio.i. nec fidem iure hoſpitalitatis mutuo datā & acceptā. Iſta ſors.i. hoc infortuniū, & miſera conditio debita erat noſtræ ſenectæ.ſ. ætati, hoc eſt fataliter nobis p̄ſcita: quod ſi mors immatura.i. præcox & ante debitos annos veniēs manebat.i. certe expectabat natū.i. filium iuuabit.i. delectabit meipſum ducentē teucros in latiū: cecidiſſe.i. oppetiſſe & hoc millibus volſcorū cæſis.i. occiſis ab eo. ante.i. priusq̄; caderet: quin.i. quinetiam ò Palla ego non digner.i. dignū cenſeam aut faciā te alio funere.i. pompa funebri, q̄; ſup. dignatur pius Æneas, & q̄; dignātur phryges magni.i. magnifici, aut in magnum imperiū vocati, & q̄; duces tyrtheni.

rheni.& q; omnis exercitus tyrrhenum pro tyrrhenorum ſup.dicuntur. Nam ferunt.ſ.tecum: magna trophæa.i.ſpolia, ab hoſtibus ſuperatis, aut in fugam verſis detracta, eorum.ſ.quos tua dextera dat pro dedit leto.i.morti: tu quoq;.i.etiam tu ô Turne ſtares nunc immanis truncus.i.detruncato capite, aut alijs mẽbris in armis.ſ.tuis, ſicut in Mezẽtij trophęo viſum eſt, ſi ſup.par ętas eſſet.ſ.mihi, & fuiſſet filio, & ſi idem robur eſſet ab annis.i.ſi Pallas non fuiſſet iunior q; vt tecum contenderet, & ſi ego nõ eſſem ſenior. Sed quid.i.ad quid ego infelix demoror.i.detineo teucros armis.i.ab armis.i.cur eos non remitto, vt Turnum cædant, vadite ô Teucri, & vos memores referte regi.ſ.veſtro Æneę: hęc mandata, tua dextera eſt cauſa quod ego moror.i.ſuſtineo vitam inuiſam.i.moleſtam & odioſam mihi. Pallante perempto.i.dicite regi veſtro. Euander dicit quod nõ amplius vellet viuere, niſi dextera tua eſſet in cauſa. quam.ſ.dextram: tu vides debere, & nato, & patri, Turnum.i.necem Turni: hic ſolus locus vacat.i.reliquus eſt tibi, & fortunę, meritis.i.merendi de Euandro.i.dicite quod ſolũmodo vnus eſt bene de me merendi locus, reliquus.ſ.vt Turnum occidat. ego non quæro gaudia vitę.i.voluptatẽ in viuendo amplius: nec fas ſup.eſt me gaudia vitæ, quærere perempto filio: ſed quęro ſup.i.deſydero perferre.ſ.nunciũ nece Turni, ad imos manes.i.ad inferos, vbi ſunt manes Pallantis.

PIERIVS.

Euandriq; domos, & mœnia complet.) Impreſſores pleriq; librarij complet. vt ſonorius eſſet, poſuere. Antiqua tamen omnia exemplaria, replet, legunt, vti etiam in vulgatis prius codicibus habebatur. Quæ poſtquam matres ſuccedere tecto viderũt.) In codici.aliquot antiquis, ſuccedere muris, legitur, In Mediceo & pleriſq; alijs tectis numero multitudinis. Procubuit ſuper atq; hæret lachrymanſq;, gemenſq;.) procubuit. pręterito tempore, non ſine quorundam codicum veterum teſtimonio ſcribi video. Romanus tamen: procumbit, præſenti tempore legit, quod prius in vulgatis etiam habebatur, placet vero, procumbit, quia ſubſequitur, atq; hæret. eodem tempore, remq; ipſam actu eſſe, magis mouet. Et via vix tandem voci laxata.) In Roma.codice vocis, quod non ita placet. Nec vos arguerim teucri.) In codicibus aliquot antiquis. arguerem, græcanica figura legitur, nec tamen diſplicet, arguerim. Sors illa ſenectæ debita erat noſtræ.) Antiqua omnia exemplaria. iſta legunt, vt olim etiam imprimi ſolitum. Cecidiſſe iuuabit.) In Romano codice, iuuaret, eadem figura, qua arguerem ſuperius dictum notabamus, quippe ꝑiuuare poterit. Tyrrheniq; duces tyrrhenumq; exercitus omnis.) Quum ita legerent vulgati omnes codices. q; particula duplicata, putabam hunc quoq; verſum ex ijs eſſe, qui communes ſcanſionis regulas tranſgrediuntur, Poetis interdum laſciuire volentibus. Poſtea vero quam veteres omnes codices, quos prę manibus habui conſentire in vnam eandemq; lectionem animaduerti: iam nonnullorum ſuperſtitione repudiata, legendum aſſeruerim, tyrrheniq; duces tyrrhenum exercitus omnis, abſq; ea particula, quãuis ea deſyderari videatur. Magna trophæa ferunt.) In antiquis aliquot, tropęa, & in Romano, & aliquot alijs, ferant, quod luculentius videtur. Eſſet pars ætas, & idem ſit robur in annis.) Legendum. Et idem ſi robur, ex antiquiorum omnium codicum lectione. Quibus addam robor, vtraq; ſyllaba per o, ſcribi ſolitum in antiquis aliquot codicib. Neq; deſunt veterum grammaticorum obſeruationes, robor, in eorum ordinem redigẽtium, quæ, or, finiunt, vt marmor, æquor, & ita ſemper apud Soſipatrem Cariſiũ obſeruaui, in codice lris Lõgobardicis ſcripto. De hoc vero Quintilianus ait, ebur, & robur, ita dicta, ac ſcripta, in ſummis authoribus in o, literam ſecundæ ſyllabæ transferunt quidam, quia ſit roboris, & eboris. Addit & alios fuiſſe, in qbus Antonius gniſo memoratur, qui non ſolum robur, ebur, murmur, verum etiã ex his robura, ebura, marmura, & ſcriberent, & enunciarent, quum tamen ipſe literarum citet affinitatem, ob quam ita robur roboris dicamus, veluti etiam limes limitis. Turnum natoq;, patriq;, quam debere vides.) Alias ex Victorino, gnato, legendum oſtendimus, g, litera prępoſita quod vocabulũ Fortunatianus tã poeticum exiſtimat, vt minime oratori adcõmodatũ putet. Huic vero ſcriptioni Cariſium ſubſcripſiſſe loco præcipue teſte manifeſtũ ait enim ille, vbi de figuris. Prothesis eſt, quũ primæ parti dictionis, aut litera adijcitur, aut ſyllaba, litera, vt Turnum gnatoq;, patriq;, ſyllaba, vt retulit, toties apud Catullum, cuius hoc loco verſum, concitũ rettuli gradum. Cariſius ex poemate de Vere, quod deſyderamus, citat, vt illis etiam ſit reſponſum, qui ferre gradum latine dici negant.

POETA

Aurora interea miſeris, mortalibus almam
Extulerat lucem, referens opera, atq; labores.
Iam pater Æneas, iam curuo in littore Tarchon
Conſtituere pyras: huc corpora quiſq; ſuorum
More tulere patrum: ſubiectiſq; ignibus atris
Conditur in tenebras altum caligine cœlum.
Ter circum accenſos cincti fulgentibus armis
Decurrere rogos, ter mœſtum funeris ignem
Luſtrauere in equis, vlulatuſq; ore dedere.
Spargitur, & tellus lachrymis, ſparguntur & arma,
It cœlo clamorq; virum, clangorq; tubarum.
Hinc alij ſpolia occiſis direpta Latinis
Coniiciunt igni, galeas, enſeſq; decoros,
Frenaq;, feruenteſq; rotas: pars munera nota
Ipſorum clypeos, & non felicia tela.
Multa boum circa mactantur corpora morti,
Setigeroſq; ſues, raptaſq; ex omnibus agris
In flammam iugulant pecudes: tum littore toto
Ardenteis ſpectant ſocios, ſemuſtaq; ſeruant
Buſta: neq; auelli poſſunt, nox humida donec
Inuertit cœlum ſtellis ardentibus aptum.
Nec minus & miſeri diuerſa in parte Latini
Innumeras ſtruxere pyras, & corpora partim
Multa virum terra infodiunt, auectaq; partim
Finitimos tollunt in agros, vrbiq; remittunt,
Cætera confuſæq; ingentem cædis aceruum,
Nec numero, nec honore cremant, tunc vndiq; vaſti
Certatim crebris collucent ignibus agri.
Tertia lux gelidam cœlo dimouerat vmbram:

SERVIVS.

Extulerat lucem.) Aſinius Pollio inducit vbiq; Virgiliũ in diei deſcriptione ſermonem aliquem ponere aptum pręſentibus rebus, vt hoc loco: quia funerum & ſepulturarum res agitur, dixit extulerat. Item in quarto, quia eſt nauigaturus Æneas, & relicturus Didonẽ, dicit: Tithoni croceũ linquens aurora cubile, quod licet ſuperfluum ſit, in multis tamen locis inuenitur. Miſeris mortalibus.) Qui ſunt ſubiecti tot caſibus. Homerus, δειλοῖσι βροτοῖσι.i. miſeris mortalibus, non timidis. Opera atque labores.) Hoc opus & hæc opera tunc dicimus quando negociũ ipſum quod geritur ſignificamus. ſi autẽ fœminino genere dixerimus operas, ipſas perſonas quæ aliquid faciunt ſignificamus, ſicut cuſtodia dicitur quæ cuſtodit, vt, Cernis cuſtodia qualis. nam vt hi qui cuſtodiũtur, cuſtodia dicatur, vſurpatum eſt. Vnde male eſt in vſu, cuſtodię audiũtur. Cõſtituere pyras.) Pyra eſt lignorum cõgeries. Rogus, cum ardere cœperit dicitur. Buſtum vero iam exuſtũ vocatur. Quẽ ordinem ſeruat poeta, dicens, Conſtituere pyras. Itẽ, Subiectiſq; ignibus atris Ter circũ accenſos decurrere rogos. Itẽ poſtea, Semuſtaq; ſeruant Buſta. More tulere patrũ.) quia apud varias gẽtes, diuerſa fuerunt genera ſepulturæ. Inde eſt quod alij obruuntur, alij exuruntur, alij proprias remittuntur ad patrias: alij per diẽ, vt nunc iſti: alij per noctem, vt ſupra Pallas. Et perite has varietates Virgilius poſuit. Nam Heraclętus qui omnia vult ex igne conſtare, dicit debere corpora in ignem reſolui. Thaleſius qui confirmat omnia ex humore ꝓcreari, dicit obruẽda corpora, vt poſſint humore reſolui. Ignibus atris.) At qui ignes atri non ſunt, ſed epitheton traxit de negocio, vt atris diceret, hoc ẽ funebribus: vt paulopoſt, Mœſtum funeris ignem.i. funebrem. nam mœſtus eſſe non poteſt ignis. Conditur in tenebras altum caligine cœlum.) Ideſt aer fumi obſcuritate cõpletur. Cincti fulgentibus armis.) Fruſtra hoc epitheton notant Critici, quaſi circuneuntes rogos alia arma habere debuerunt. Cincti.i.inſtructi. Decurrere rogos.) Pro circum rogos currere. Bene autem ait Decurrere, non Decucurrere. Nãq; verba quæ in pręterito perfecto primã ſyllabã geminãt, vt curro cucurri, tendo tetendi, cum compoſita fuerint, geminare

Mœrentes altum cinerem:& confuſa ruebant
Oſſa focis:tepidoq; onerabant aggere terræ.

non poſſunt,nãdecurri & de/tendi dicimus,non decucurri neq; detetendi:exceptis tamẽ duobus,do & ſto. ¶ Clãgorq; tubarum.) Ante enim mortui ad tubã deducebantur. Vñ Perſius, Hic tuba cãdelæ:tandemq; beatulus alto cõpoſitus lecto. ¶ Hinc alij ſpolia occiſis direpta Latinis.) Secundum ſuæ gentis ritũ:alij hoſtilia arma,alij peremptorum cremabant. Feruentesq; rotas.) Nimio ſcilicet curſu.alibi, Volat vi feruidus axis. Horatius, Me/taq; feruidis euitata rotis. ¶ Et non felicia tela.) Quibus ſe defen/dere nequiuerunt. ¶ Mactantur corpora morti.) Aut in morte, aut Morti ipſi deæ. Statius, In ſcopulis mors ſæua ſedet. Luca/nus, Ipſamq; vocatam quam petat e nobis tibi mortem coge fa/teri. Circa autem,ideo quia vt Homerus dicit,in morte Patrocli circa corpus extincti,tam homines quàm pecora immolabãtur. Vnde eſt in ſexto,Oſſaq; lecta cado texit Corinæus aheno. Homerus ἐν τοῦ ψ,ad Patrocli pyram.

ἐν δὲ τίθει μέλιτος καὶ ἀλείφατος ἀμφιφορῆας
πρὸς λέχεα κλίνων, πίσυρας δ' ἐριαύχενας ἵππους,
ἐσσυμένως ἐνέβαλλε πυρῇ μεγάλα στεναχίζων.
ἐννέα τῷ γε ἄνακτι τραπεζῆες κύνες ἦσαν.
καὶ μὲν τῶν ἐνέβαλε πυρῇ δύο δειροτομήσας.

¶ Raptas.) Raptim aduectas.nã poſt inducias rapere nõ poterãt: aus certe raptas,belli.ſ.tempore. ¶ Stellis aptum.) Coniunctum. ¶ Nec minus.) Etiã. ¶ Innumeras ſtruxere pyras.) Hoc loco mul/tis rebus oſtẽdit immẽſam cædẽ factam eſſe Rutulorum. ¶ Finitimos tollunt in agros.) Qui enim è longinquo venerant,referri nõ poterãt. ¶ Vrbiq; remittunt.) Deeſt vnicuiq;,& meminit anti/quę conſuetudinis,nam ante etiã hoĩes in ciuitate ſepeliebantur. Quod poſtea Duelio conſule ſenatus prohibuit,& legauit ne quis in vrbe ſepeliretur. Vñ Imperatores & virgines Veſtæ,quia legi/bus non tenentur,in ciuitate habent ſepulchra. Deniq; etiã nocentes virgines Veſtę licet viuæ,tamen intra vrbẽ in Campo ſcelera/to obruebãtur. ¶ Nec honore.) Quia nec numero,nã aliud verbũ pendet ex altero. ¶ Cõfuſa ruebãt Oſſa focis.) Aut quia dixit multos crematos. Aut ſi ad honoratorum cadauera referas,vt ſupra diximus, Confuſa propter ſimul animalia concremata. ¶ Rue/bant.) De cineribus eruebant. ¶ Tepidoq; onerabãt aggere terrę.) Hypallage,hoc eſt oſſa tepida.

DONATVS.

¶ Aurora interea miſeris mo.al.) Multis locis poeta luceſcentes dies deſcribit:de noctibus tacet,cõſulẽs breuitati dictiõis,quæ legentibus familiaris eſt.quid.n.opus erat confligi ſermone,quod ex diei nouo ortu ꝓbare potuit extitiſſe?orta igitur fuerat lux al/ma quidẽ,hoc eſt illuſtris & clara,ſed ĩportuna hominibus:quo/ties.n.exiſtit,refert opera,& labores,nec finit in otio eſſe morituros. ¶ Iam pater Æneas.i.) Confecta narratione interpoſita,quæ ad funus Pallãtis pertinebat,redit ad ordinatã diſpoſitionẽ,vt cæterorum quoq; deſcribat exequias. Æneas,inquit,& Tarchõ in ipſo lucis exortu ſtruxerant pyras,hoc eſt loca,quibus incendi funera potuiſſent. ¶ Hic corpora quiſq; ſuorum.) Suorum corpora,an ſuo/rum patrum more incertum eſt:ſed melius eſt ſic intelligere,vt ſuorum corpora vnuſquiſq; tuliſſe videatur ſecundũ patrũ ſuorũ morem,quãuis etiã ſic poſſit intelligi,vt ſuorum non ſemel acci/piatur.ſ.vt ſuorum corpora ſingulæ partes tulerunt ad rogos pa/trum ſuorum more:quod ſi ita placet intelligi,conſequens eſt,vt in exportandis funeribus diuerſus partiũ fuerit mos,atque aliter Teucri,aliter tyrrheni vexiſſe videantur. ¶ Subiectisq; ig.at.) Nõ natura ſua ignis fuerat niger,ſed ex viridibus lignis emiſſo ingẽti fumo fruſtatus,vſqueadeo,vt cœlum quoq; videri non poſſet. Hæc quippe craſſitudo tenebroſa confuderat. ¶ Ter circum accen ſos.) Rogos omnes ſune eorũ more ſacrorum ter circumiere currentes,& inſidẽtes equis ter eos luſtrauere. ¶ Vlulatusq; ore de.) Et hoc ter factum intelligendum eſt. ¶ Spargitur & tellus lachry/mis,ſparguntur & arma.) Hoc faciebat doloris immanitas. quis enim non moueretur amiſſione inflicta tantorum? ¶ It cœlo cla/morq; virum,cl.q;.tu.) Alterum pertinebat ad gemitus animi, alterum ad exequias bellatorum. ¶ Hic alijs ſpolia occiſis.) Tradebant igni,quæ rapuerant hoſtibus,& dicit quæ. ¶ Galeas,enſesq; deco.) Addidit etiam in quibus ſpeciebus fuiſſent. ¶ Ipſorum clypeos,& non felicia tela.) Quia dominorum vitam non defende/rant,feruentes rotas accipere poſſumus aut veloces ſatis,aut ad/huc feruentes ex curru. Ex tritura enim axis & rotæ magnus fer/uor exoritur. In his ſpeciebus,licet eſſent multæ ob pulchritudi/nem ſeruandæ,tamen promiſcue omnes mittebantur in flam/mam. Hoc enim exigebat memoria defunctorum,vt quæ occiſis

latinis

latinis detraxerant,cum ipſis funeribus verterentur in cine/rem. ¶ Multa boũ circa.) Circa multa hominũ funera,mul/ta boum corpora mactantur. ¶ Setigerosq; ſues,raptasq; ex om/ni.a.) Quo circa diſtinguendũ eſt,multa boũ circa mactantur cor/pora morti,& ſeparatim pronunciandum,ſetigerosq; ſues,& ra/ptas ex omnibus agris in flammam iugulant pecudes:vt ſingula diuerſis animalium generibus aptentur:Et ſit ſicut eſt,plena locu/tionis integritas. Boues intelligamus eſſe mactatos,iugulatã ve/ro porcorũ & pecudũ multitudinẽ in flammã poſitam. ¶ Tum littore toto.) Perfectis rite ſolẽnibus ſtabant ſpectantes ſocios per omne littus ardentes. ¶ Semuſtaq; ſer. Buſta.) Buſta ſunt loca,in quibus iam corpora arſerunt. Primo enim pyræ dicuntur,& ro/gi:vbi vero arſerũt,buſta vocãtur. Spectabant ergo donec ſemiuſta hoc eſt non plene vſta pleniſſima conſumerentur. ¶ Nec auelli poſ.) Hoc eſt recedere inde non poterãt,donec ignis partes expleret. ¶ Nox humida donec.) Vſq; eo ardentia funera ſeruauerũt,donec die cõſumpto nox veniret. ¶ Nec minus & miſeri.) Vbiq; mi/ſeros dicit latinos & hic vel maxime,quũ eorũ curabãt exequias: qui in aliena cauſa innocentes perirent:ipſi quoq; ſimiliter peritu/ri:diuerſa in parte,in parte.ſ.ſeparat. ¶ Innumeras ſtru.py.) Dicendo innumeras,oſtendit eos multo maiori clade eſſe affectos,q̃ fuerant alterius partis afflicti. ¶ Et corpora partim Multa.) Stra/gem de iſtis factam,q̃ late deſcribit?poſuit innumeras pyras:& quam non poſſet flãma oẽs exurere,multos,inquit,congeſta cor/pora mole terræ mandabant:alios portabãt ad finitimos agros: alios ad vrbẽ demitebant,imitati exemplũ Æneæ in Pallãtis ca: quanta fuit copia corporũ?vt hęc locus ferre nõ poſſet?Cęteros, quũ multi fuerint,non facili cognitiõe diſcerni potuerunt.hoc facto vaſti agri hoc eſt latiſſimi vndiq; atq; ex oĩbus partibus col/lucebãt. ¶ Tertia lux gelidã.) Primam lucẽ deſcripſit,& tertiam, compendio etiã ſecundam extitiſſe ſignificans. ¶ Mœrẽtes.)i.tri/ſtes,quis enim in curatione tot funerum triſtis non exiſteret? ¶ Altum cinerem,& co.ru.Oſſa focis.) Separata oſſa atq; exempta cineribus tepido aggere,quoniã tanta vis fuit incendij,vt eius vim etiam exemptum triduum non valuiſſet excludere.

ASCENSIVS.

¶ Aurora inter.&c.) Extulerat lu.&c. Recitat quomodo per in/ducias & pacem ſequeſtram mandata ſint ſepulturæ interfecto/rum vtrinq; corpora.de qua re nihil extat Dona. ¶ Ordo autem eſt. Aurora extulerat interea,ſcilicet dum hęc apud Euandrum fierent:mortalibus miſeris,quia lucis egentibus,& conſeruationis, & ſuæ virtuti.ſi derelinquatur pereuntibus lucem almam,ideſt altricem,& conſeruatricem vtrinq; vitę,ideſt referens opera,id/eſt exercitia,atque labores. pater Æneas &,Tarcon,ſcilicet Hetruſcorum rex conſtituere in littore curuo pyras,ideſt ſtrues ligno/rum vt incendantur in formã ignis aſcendentis extructas,quiſq;, ideſt quilibet tulere huc.i.ad has pyras corpora ſuorum.ſ.amico/rum notorum neceſſariorum,aut familiarium more patrum.i. ex vetere patrum inſtitutione,& traditione,& hoc ignibus atris, i.funebribus aut fumoſis futuris ſubiectis.ſ.ſub pyras,cœlũ con/ditur altum.i.alte & profunde in tenebras:caligine.ſ.fumi:aut q̃ non niſi noctu incendebantur pyrę & ſup. teucri & hetruſci atq; Arcades cincti armis.ſ.gladijs fulgentibus:decurrere.i.decurre/runt ter circum rogos.i.congeries lignorum,accenſos,quia tunc rogi ſunt cum incenſi,& luſtrauere,ideſt circunierunt more luſtrantium in equis ter ignem funeris mœſtum,ideſt mœſtitiam afferentem.& dedere ore vlulatus,ideſt eiulatus lamentabiles:& tellus ſpargitur,ideſt conſpargitur lachrymis,& arma ſupple eo/rum ſparguntur lachrymis,Clamor virum pro virorum & clan/gor tubarum,it,ideſt diffunditur cœlo.i.ad cœlum hinc.i.deinde alij conijciunt igni.i.in ignem ſpolia direpta latinis occiſis,arma dicit videlicet galeas,& enſes decoros,& frena,& rotas.ſ.curruũ feruentes.i.feruide actas pars.i.partim:aut alij ſupp.conijciunt in ignem:munera nota ipſorũ.i.arma ipſis occiſis nota & chara q̃ viui illis oblectati erant,videlicet clypeos.i.arma defenſiua & te/la non felicia.i.quibus infeliciter vſi erant,cum non ꝓſtrauerint, ſed proſtrati ſint. Multa corpora boum mactantur morti.i.deæ morientium circa.ſ.corpora vrenda aut per circuitum,& iugulãt in flammam.ſ.proijciendos ſues ſetigeros.i.apros:& pecudes ra/ptas ex omnibus agris tum,ideſt deinde:ipſi ſpectant,ideſt pro/ſpectant toto littore,ideſt per totum littus,ſocios ardentes:& ſer/uant buſta ſemuſta,ideſt ad dimidium exuſta.(Buſtum autem dicitur quaſi bene vſtum:& eſt vbi vſtorum cineres quaſi in vrnam quę ab vrẽdo quoq; dicitur conduntur)neq; poſſunt auelli do/

nec

nec nox humida inuertit coelũ apertum.i.cõiunctum ſtellis ardẽtibus,ideſt donec nox ingruit.Nec minus.i.& nihilominus miſeri latini ſtruxere in diuerſa parte innumeras pyras: & infodiunt multa corpora virum.i.virorum partim terræ, ideſt in terrã ſupquam iacebant,& tollunt partim corpora auecta in agros finitimos & remittunt ſup.partim: vrbi.i.ad vrbem ſup.eorum qui illic oriundi erant:nam cremant cętera ſcilicet corpora,& ingentẽ aceruum cædis.i.ſtragis cæſorum confuſe.i.cõmixte: quia ignobilium & plebeiorum:nec numero.i.& ſine numero,ideſt nõ numerando eorũ corpora nec honore,ideſt & ſine honore, ideſt ſine odoribus & inſignibus.Agri vaſti collucent tunc certatim,ideſt cum certamine vtriuſq; partis:ignibus crebris.Tertia lux.ſ.ſolis dimouerat cœlo vmbram.ſ.terræ gelidam.i.noctem humidã & ſubfrigidam cum ſup.ipſi mœrentes ruebant.i.diruebãt altum cinerem & oſſa confuſa ſocis.i.vſtrinis & onerabant ſup. ea aggere terræ tepido:quia ipſa erant tepida.

PIERIVS.

Stellis ardẽtibus aptum.) Sunt codices aliquot antiqui,in quibus adſpiratum eſt huic vocabulo,haptum, nẽpe quia παρὰ τὸ ἅπτο dictũ crediderint,atq; haptum ita incenſum, aut inflãmatum ſignificare, vel ſi ἀπὸ τοῦ ἅπτομαι,quod coniungere,cõpaginare,& coaptare ſignificat,nihilominus adſpirationẽ admittere.Sed enim eã latini nõ vſquequaq; recępere, vt oĩbus ijs adſpirent,quibus græci ſolent. Ingẽtem cædis aceruum.) In Ro.co.legere eſt,ingentem ſtragis aceruum. In alijs,cædis.

Iam vero in tectis prædiuitis vrbe latini
Præcipuus fragor,& longe pars maxima luctus.
Hic matres,miſeræq; nurus,hic chara ſororum
Pectora mœrentum,puericq; parentibus orbi
Dirum execrantur bellum,Turniq; hymenæos:
Ipſum armis,ipſumq; iubent decernere ferro:
Qui regnum Italiæ,& primos ſibi poſcat honores:
Ingrauat hæc ſæuus Drances,ſolumq; vocari
Teſtatur,ſolum poſci in certamina Turnum.
Multa ſimul contra varijs ſententia dictis
Pro Turno,& magnum reginæ nomen obumbrat:
Multa virum meritis ſuſtentat fama trophæis.
Hos inter motus medio flagarante tumultu,
Ecce ſuper mœſti magni Diomedis ab vrbe
Legati reſponſa ferunt:nihil omnibus actum
Tantorum impenſis operum,nil dona,nec aurum,
Nec magnas valuiſſe preces:alia arma Latinis
Quærenda,aut pacem Troiano ab rege petendum.
Deficit ingenti luctu rex ipſe Latinus:
Fatalem Ænean manifeſto numine ferri
Admonet ira deum,tumuliq; ante ora recentes.
Ergo concilium magnum,primoſq; ſuorum
Imperio accitos alta intra limina cogit.
Olli conuenere,fluuntq; ad regia plenis
Tecta vijs:ſedet in medijs rex maximus æuo,
Et primus ſceptris haud læta fronte Latinus.
Atq; hic legatos Ætola ex vrbe remiſſos,
Quæ referant,fari iubet:& reſponſa repoſcit
Ordine cuncta ſuo,tunc facta ſilentia linguis:
Et Venulus dicto parens,ita farier infit.

SERVIVS.

Prędiuitis.) More Gręco epitheton incongruũ huic loco poſuit. Longe pars maxima luctus.) Valde:& hoc eſt melius quam qđ legat. Lõgi.Hic matres. Quia ſcit hæc nomina ad aliqđ ptinere,non addidit deflebant filios, aut maritos,aut frẽs. Iubent.) Volũt,expoſcũt. Ingrauat.) Maiorẽ inuidiã cõcitat. Teſtatur.) Teſtificatur ẽt legatorũ fidem qui cum eo fuerant. Obũbrat.) Subaudis Turnũ: tuetur:defendit: & eſt tranſlatio ab arboribus.Hoc autẽ dicit,Amor reginę ad fauorem popularem plurimum proderat Turno. Meritis ſuſtentat trophæis.) Quia multos occiderat,vt etiam ipſe dicturus eſt. Ecce ſuper.) Inſuper, ad cumulationẽ malorũ. Mœſti.) Hoc ſermone eos nihil egiſſe ſignificat. Magna Diomedis ab vrbe.) Legit & magni. Nil dona,nec aurũ.) Ordinem legatiõis exequitur dicẽs,inaniter perfecta oĩa eſſe quæ poſſent efficaces legati pficere auro,precibuſq;, pmiſſione. Pacem troiano ab rege petendũ.) Sicut etiã ſuprà diximus,cum per gerũdij modum aliquid dicimus, per accuſatiuũ elocutionem formemus neceſſe eſt. Lucretius, Æternas qm̃ pœnas in morte timendum. Itẽ Sallu. Caſtra ſine vulnere introitũ.nam caſtra accuſatiuus pluralis eſt,q multis errorẽ facit, vt videatur eſſe noĩatiuus:quia neutra triptota ſunt, & ſimilis eſt nominatiuus accuſatiuo. Rex ipſe Latinus.) Qui aut conſolari debuit,aut defendendæ reipublicæ aliud inire conſilium. Fatalem Æneam manifeſto numine ferri.) Non pernicioſum omnibus Æneã. Manifeſto numine.) Id eſt manifeſto deorũ iudicio ad Italiã veniſſe,numina ira teſtatur:quã cognoſcimus tantorũ cęde ſociorũ. Alta ĩtra limina cogit.) Quęritur cur ad priuatam domum cõuocetur ſenatus,qui non niſi ad publica & augurato condita loca cõuenire conſueuit. Sed ſcimus domũ Latini augurato conditã,& eandẽ tam tẽplũ fuiſſe quàm curiã, nãq; in ſuperioribus legimus tectum auguſtum, id eſt augurio conditum. Item paulò pòſt, Hinc ſceptra accipere,& primos attollere faſces Regibus omen erat,hoc illis curia templum. Merito ergo ad domum regis,quaſi ad locũ publicum conuocatur ſenatus.nam vt ait in ſeptimo, Tali intus templo diuum, patriaq; Latinus Sede ſedens. Idcirco etiam in Palatij atrio, quod augurato conditum eſt,apud maiores conſulebatur ſenatus: vbi etiã arietes immolabantur. quod (vt in ſeptimo diximus) Virgilius ad Latini tranſtulit domum. Multi dicunt perite Virgilium nec templi nec curiæ hoc loco feciſſe commemorationem: ſed tantum dixiſſe intra tecta regia, vt oſtenderet conſilium quod initur,nõ eſſe cõplendum:qa nec ritę eſt inchoatum. Et eni quæ dicet Latin⁹, effectu carebũt. Olli.) Illi, ſecũdum Enniũ. Fluunt.) Feſtinanter incedũt. Et primus ſceptris.) Primus inter ſceptriferos. nãq; apđ maiores, oẽs duces cum ſceptris ingrediebantur curiã. Poſtea cœperunt tantũ ex cõſulibus:& ſignũ erat eos fuiſſe cõſules. Ætola ex vrbe remiſſos.) Quã condiderunt hi q de Ætolia venerunt, Græcię puincia. Vnde Diomedes habuit ſocios de tribus eiuſciuitatibus, quas habet Ætolia, Pleuron, Olenon, Calidona. Sic ergo Ætola dixit ex vrbe: vt, Et tandem Euboicis Cumarũ allabit̃ oris. Et rñſa repoſcit.) Mire ait repoſcit. Antè enim rex ſolet à legatis vniuerſa cognoſcere,& ſic eos pręſente populo iterum oĩa iubere narrare. Vnde eſt, Ordine cuncta ſuo. Nam nihil licet prætermittere. Vnde & ſuperflua narrari conſueuerunt.

DONATVS.

Iam ve.in te.) In tectis latini prædiuitis, & in vrbe.in enĩ bis debemus accipe. duo, inqt,gerebant̃ in duobus locis,præcipuus fragor,& lõge pars maxima luctus. Singula ſingulis locis dedit,fragorem tectis latini,in quibus agebatur conſilium,& luctum ciuitatis. Fragor eſt fractæ ſonitus vocis, qui naſcitur tunc, quum multi turbantur. Fragor igitur fuit in latini domo non leuis:ſed maxima pars luctus propter ſalutis communis cauſam,& propter latini diuitias. Longe autem,hoc eſt valde pars maxima luctus in ciuitate. Fecit comparationem propterea,quia & troianis inflicta fuerat clades.non enim ſine amiſſione aliquorum potuerunt ſuperiores exiſtere:ſed in latinorũ parte lõge maximus fuerat luctus. hoc eſt pluſq̃; grauiſſimus. Interea quum tres gradus ſunt, inuenit̃ iſta cõparatio ipſe ſuperlatiuo ſuperior.exponit iam per partes, q̃lis eſſet luctus,vel per quas pſonas cucurriſſet: Hic matres.) Scilicet,quæ perdiderant filios: Miſeræq; nurus:) Quarũ mariti ceciderant: Hic cara ſororũ Pect.mœren.) Quæ gemebant interitũ fratrum: Puericq; paren.or.) Ideſt,qui perdiderant patres: Dirum execrant̃ bel.tur.himen.) Omnes in vna ſententia conſtituti execrabantur belli acerbitatem,& nuptias turni.Bellum quippe nullum exiſteret,ſi turni pro nuptijs improbitas quieuiſſet. Deſcriptio in bellis ſexus ætatis tantum ponderis habet ad exprimẽdam partem luctus longe maximam, vt oſtendatur extincta omni iuuentute ſolos,qui conſilio intererant,& mulieres tantum ac pueros ſupereſſe. Ipſum armis,ipſumq; iubent decernere fer. Qui reg.ita.) Oẽs iuſtis vocibus exclamabãt, vt in cã ſua ipſe vel ferro dimicationis ſubiret incertum,qui primatum ſibi vindicaret & regnũ. Ingrauat hæc ſæ.dran.) Ipſe eſt,qui ęneæ dixerat, Et te,ſi qua viam dederit fortuna,latino Iungemus regi,quærat

ſibi fœdera turnus. Ecce inuenit viam, quam dedit cupienti fortuna. nociturũ quippe vrgebat naturalis feritas, iuſta quoq; cauſa, occaſio temporis, & vniuerſorũ vnus idemq; conſenſus adiuuabat ardentem. facile. n. poterat obtinere, quod ſi ante cuperet implere nõ poſſet. Qñ enim perſuaderet inuitis? qua arte, quoue ſermone ſingulorum aĩos concitaret in odium turni? Ecce oĩa compendio tenuit. ⁋ Properanſq; grauabat Toni. od.) Ne quo caſu inuidia tanti fremitus debilitata langueſceret: ⁋ Solumq; vocari Teſta.) Grauabat cãm turni conſentiendo cæteris. cæterum ꝓ voto ſuo eadẽ dicebat eſſe facienda, quæ ex illis audierat. Grauabat ergo confirmando, quod ſenſerant alij. ⁋ Multa ſimul contra.) Erant in illa cõgregatione nõnulli, qui turni fauore ducerent̃. faciebat hoc reginæ gratia, cuius nomẽ vmbra quadã illã extenuabat inuidiam, & eundẽ virum ſuſtentabat aliquantulum ſuperioris temporis fama, & numerus trophæorum obumbrat & ſuſtẽtat. magnam in turni partibus deſperationem monſtrat. nam obumbrat nihil validum ſignificat. ſuſtentat autem nullum ſubſtantiam ſecuritatis admittit. nam vbi aliqd eſt, quod per ſe ſtare non poſſit, adminiculis ad tempus fulctum ſuſtentat̃, & regitur: quæ ſi detracta fuerint, cadit & deſertum auxilijs terræ proſternitur. ex quarum conflictu & vario ac diuerſo ſententiaꝝ metu magnus fragor oriebatur: ⁋ Hos inter motus.) Inter hos, inquit, motus. quos ſupra deſcripſit, eorũ ſcilicet, qui ex publicis cladibus fuerant fracti: accreuit aliud malum, quod cumularet clades inuentas. flagrante, inquit, tumultu. flagrat quidquid vi maioris doloris accenditur. ecce ſuper. Ecce nonnullis in locis, quid ſignificet, expoſuimus. nam inopinatum nuntiat malum & graue ſatis ac vehemens. Vt ecce autem a tenedo gemini tranquilla per alta. Et ecce autem elapſus pyrrhi de cęde polytes: & Ecce furens animis aderat tirinthyus. nunc quoq; non dubitatur non iam noua aduerſa vel ſola, ſed illis, quę iam fuerant, vel quę tractatus habuit, deteriora ſuperueniſſe. nõ enim vacat, quod dixit ecce ſuper, quũ cladibus tantis non remedium, ſed augmentum videretur allatũ. Magna mœſti diomedis ab vrbe legati reſponſa ferunt. qđ tam infeliciſſimum, q̃ ab eo & ex ea vrbe expectatum periſſet præſidium. vnde plena fiducia ſperabatur eſſe venturum. negat diomedes auxilium vetus, & pertinax troiani nominis, inimicus negat magna fulctus opulentia: veniamq; laborantibus & in tanto tumultu conſtitutis pro armorum auxilijs. verba & legatio inefficax redit belli tẽpore, non vires adducens, ſed inanes fabulas portans triſtis. Præterea, vt etiam tacita, quid mali ferret euidenter vultus ſui teſtimonio demonſtraret. ⁋ Nil omnibus actum Tanto. impen. ope.) Referebant legati omnia, quæ humanitate vel cõmodo flectere homines ſolita eſſent, eſſe contempta. Primum dona, quæ meritum procurare debuiſſent, & offerentes gratos efficere. Dehinc aurum quod humanũ ingenium etiã nulla interueniente odij cauſa ſæpe tranſducit. Vim dicti huius ſiquis volet aduertere, conſideret hoſtem veterem nõ eſſe permotum. vnde corrupti q̃ plurimi patrias ſuas cum ciuibus vendiderunt. vnde fides caſtitatis abrupta: vnde ſoluta amicitia: vnde affinitatis iura violata: vnde prodita imperia ipſo in plurimis teſtante virgilio. ⁋ Dixit quippe,) Vendidit hic auro patriam. Et quum de polydoro loqueretur, hęc poſuit. Fas omne abrumpit, polydorum obtruncat & auro vi potit̃. in pygmalionis & ſichei fabula hoc modo aſſeruit, aurum fuiſſe cauſam ſceleris perpetrandi. Ille ſicheũ Impius ante aras, atq; auri cæcus amore. Clam ferro incautũ ſuperat. Poſtremo, vt aurum aſſereret ſcelerum cauſam, ita concluſit. Quid non mortalia pectora cogis auri ſacra fames, vt oſtẽderet vniuerſas criminum formas auiditate auri eſſe ſuſceptas, & incitari poſſe, ſi auri prouocentur ardore. Hæc æneæ laudem ſpectant, vt diomedes non aurum contempſiſſe, ſed ipſum ęneam timuiſſe videatur. Nec magnas valuiſſe preces, nouiſſimo loco poſuit magnarum meritum precum, non quo maior eſſet impetrãdi ſpes verbis ſupplicibus, q̃ in corruptione materię: ſed vt oſtenderet contempto præmiorum & munerum cõmodo, gratuitum officium etiam fuſis precibus facilius pernegari: ⁋ Alia arma latinis Quæren.) Hæc fuit ſumma reſponſi. qui enim nihil petẽtibus præter conſilium dederat, non debuit plurimis loqui, quippe ne in totum beneficio vacuo reuocaret, mandatis inſtruxit, vt aliũde auxilium quærerent: aut ab eo poſcerent pacem, quẽ nõ poſſent ſuperare certamine. ⁋ Deficit ingenti luctu.) Præclare ipſi latino dedit luctus maximam partem. In omnibus enim bellis regum eſt periculum maximum, quum ipſorum cauſa pugnatur: conſiderabat iſte ſtatum imperij ſui ſpem filię patriſq; reſponſa, contra quæ fuerat factum. ⁋ Fatalem ęneam manifeſto numine ferri Admonet.) Inueniebat æneam reuera diuinis nutibus regi. probari autem hoc ipſum ex eo, ꝙ irata numina propter contemptum diſpoſitionis ſuæ pro tantis, quorum buſta & tumuli ſub oculis erant, pœnas exegiſſent: firmabat hæc diomedes in actus, quem conſtabat ſalutem ſuam odio veteri, donis, auro & precibus prætuliſſe: ⁋ Ergo conſilium ma.) De ſumma reip. tractaturus, quũ præſentia diſcrimina videretur, cõſilium nõ leue vt in leuibus cauſis fieri ſolet, ſed pro negotij qualitate magnum, latinus contrahere geſtiens, primos quoq; non honore ſolum ſed conſilio etiam & authoritate præſtantes, neq; alienos ſed ſuos: quorum tractatibus inſtrui fideliter poſſet, iuſſit acciri, poterat enim id facere, qui cogebatur neceſſitate publica, & qui regiæ poteſtatis culmine ferebatur. Alta, inquit, intra limina cogit. Interiorem domus ſignificat partem, cum dicit. alta intra limina. Oſtendit poeta ſe immemorem ſui, & deſcriptione veſtibuli regiæ domus ſe dixiſſe in curiam ſolere congregari. ſed tali tempore, & in tali cauſa non ille locus fuerat neceſſarius: qui pacis more conſilijs proſperis celebrari conſueuerat: ſed multo ſecretior & ſuſcipiendę præter ſolitum multitudini ſatis aptiſſimus. Certe quum concilium, non curia ingrueret. non loci ſolẽnitas, ſed capacitas fuerat neceſſaria. Cogit, inquit. in eo quod dixit cogit, duplex poteſt intellectus occurrere, videtur eñi ideo dictum cogi, quia regis imperio non ſponte veniebant: poteſt videri & cogit quum concilio habendo multitudo hominum cõmuni neceſſitate hominum vrgente congregabatur. ⁋ Olli conuenere, fluuntq; ad regia plenis Tecta vijs:) Moralis deſcriptio. venerant, inquit, acciti & plenis vijs, hoc eſt vicis confluebant ad latini regia multitudo inæſtimabilis: vt non hominum congregatio, ſed vndarum in tecta ipſa defluere videretur. faciebat hoc periculorum communium moles, & humana curioſitas. vocatis enim patribus intelligebatur eſſe aliquid magnum, & magis pro temporis ratione ſuſpectum, ꝙ prudentum conſilia flagitaret. ⁋ Sedet in medijs.) Dixit duas cauſas, quarum merito latinus vniuerſis extrinſecus ſtantibus ſolus adeſſet in medio: & ętate, inquit, pręcedebat omnes, & poteſtate regali. aduerſa omnia etiam tacitus nuntians mœſtitia contractę frontis & ſui vultus aſpectu. ⁋ Atq; hic legatos.) Nouerat latinus aduerſa relaturus, & hęc putauerat ipſe ad cunctos afferre. ſed aliter multitudini, quæ fauore turni ducebatur, perſuaderi non poſſet, quod de ænea ſentiebatur, niſi ex ipſis audiſſet, qui ab vrbe diomedis fuerant regreſſi. Ait igitur, atq; hic, hoc eſt in illa congregatione conuentus legatos ętola ex vrbe remiſſos. Remiſſos, vt oſtenderet diomedem quoq; ad vicem legationis ſuæ, legationem aliam per eos, qui miſſi fuerant remiſiſſe. ſic ergo audiendi fuerant, vt miſſi. ſic rurſum, vt remiſſi: vt officium duplex, & duplicis muneris ſarcinam ſuſtinere viderentur. vnam quippe legationem peruexerant mandantibus italis, retulerant alteram ex ſententia diomedis, qui dixit, alia arma latinis quærenda, aut petendam pacem ab ænea quę referebant, fari iubet. Loqui. n. in conſpectu publico nõ poſſent, niſi rex primo iuſiſſet, quę referebant, hoc eſt qualia reportent, & cuius ſpei quantęq; ſubſtantię. Et reſponſa repoſcit, ordine cuncta ſuo. Præuenit legatos, ne vſi relationis compendio ſupprimerent ea, quæ ſopiendo bello fuerant neceſſaria: quanto enim ex aduerſis relationibus deijciebatur animus populi: tanto proficere poterat, quod optimo ſtudio pro ænęę partibus cupiebat impleri. ⁋ Tum facta ſilentia linguis.) Curioſitatis hoc fuit, & regalis reuerentiæ. nam quum rex iubet aliquem loqui, eadem iuſſione cæteris inducit ſilentium: Accedebat ad publica, ꝙ vnuſquiſq; erat in propria ſalute ſollicitus: iccirco ſilentium præbebat, vt quid ſibi ſpei supereſſet, poſſet audire. ⁋ Et venulus dicto parens.) Atq; ita venulus, qui potior legatis cæteris fuit, iuſſis obtemperans ſic inſtituit loqui.

ASCENSIVS.

¶ Iam vero in tectis &c.) Deſcribit ſtatum domus latini in qua variæ de bello habitæ ſunt ſententiæ, alijs Turnum accuſantibus, alijs propter amatã Reginam protegentibus: docetq; aduentum legatorum quos ad Diomeden qui turpitudinem cõiugis ſuę fugiens in Apuliam profugerat latinus, diffidens iam armis, & auſpicijs Turni legauerat: docetque ad reſponſa per eos recitanda varie concurſum. Circa quam rem ſunt verba Donati. Ecce, ſuper mœſti, Ecce inopinatum pronunciat malum hæc dictio & graue ſatis ac vehemens. Neq; aurum. quod quidem etiam qui nullo odio commoti ſunt: in præliũ excitat, & ad iniurias vt probauit in Pygmalione & in Polimneſtore Alta ad limina interiorem partem domus intelligit, & non curiã quam deſcripſerat, in qua de rebus lętis agebatur. Olli cõuenere, oſtẽdit quã cupide propter magnitudinem periculi omnes concurrerent.

cõcurrerent. Hæc ille. ¶ Ordo eſt. Iam vero.i.iam ad verum aut præcipue ingens fragor.i.cõcrepitus obſtrepentium & murmurantium, erat ſup. in tectis appoſitorie: vrbe latini p̄diuitis.i. habẽtis latá familiá vnde ingens oriebat̃ fragor: non eſt ergo ĩpertinens vt Ser. vult epitheton: qa alterum pẽdet ex altero, ideo.n. ingens erat fragor: & longe maxima pars luctus erat in tectis & vrbe latini: quia prædiuitis.i. præter cæteros diuitis, & latam familiam & multos ciues habẽtis, Nam matres quæ liberos lugebãt, & miseræ nurus quę maritos ac ſponſos lugebant, & chara pectora ſoroꝝ mœrentum.i. mœrentium propter necem fratrum, & pueri orbi parentibus: execrantur, ideſt cum execratione deteſtãtur hic bellum dirum, ideſt cum deorum ira accæptum: & hymenęos.i.auſpicia nuptialia Turni, & iubent, ideſt volũt & expoſcũt aut cẽſent: ipſum Turnum, ſcilicet decernere ſup. debere armis & ipſum decernere ferro: ip̄m inquam qui poſcat ſibi regnũ Italiæ & primos.i. regales honores Drãces.ſ. hoſtis ipſius Turni, & ideo ſęuus ingrauat.i.in malũ Turni augmẽtat & grauiora hoc eſt maioris momẽti facit hęc, & teſtat̃.i.affirmat ex legatione ſolũ Turnum ſcilicet vocari, ideſt ꝓuocari ab Ænea in ſingulare certamẽ & ſolum Turnum poſci, ſcilicet ab Ænea in certamine Simul, id eſt pariformia, multa ſententia varijs dictis pro Turno contra.ſ. Drancen facit & magnum nomen.i.magna authoritas, amatæ.ſ. reginæ obumbrat ideſt quaſi vmbra ſua ꝓtegit Turnum: & multa fama ſuſtentat ideſt contra aduerſarios & deprimentes ſtãtem protegit virum.ſ. Turnum, trophęis: meritis, ideſt claris facinoribus per quæ trophæa figere meruerat, Ecce.q.d. de repẽte & præter ſpem, legati mœſti, ferunt.i.afferunt a magna vrbe Diomedis quam.ſ.in Apulia conſtruxerat: ſuper.i.inſuper: hoc eſt medio tumultu flagrante.i.ardente inter hos motus.ſ.in vrbe concitatos: ferunt autem reſponſa.ſ. nihil actum ſup. eſſe: omnibus impenſis tantoꝝ operum.i.tam ſumptuoſę legationis. dona nihil valuiſſe nec aurum valuiſſe: nec magnas preces valuiſſe.ſ. apud Diomeden contra Ænean: & alia arma quęrenda ſup. eſſe latinis: aut (vt Seruius legit) petendum ſup. eſſe.i. petere oportere, pacem ab rege Troiano: quia non dicit arma quærendum ſed quęrenda: credo conſimiliter per gerundiuum nomen dicat, pacem petendam vt ſit, & ferunt pacem petẽdam ſup. eſſe a rege Troiano.ſ. Ænea. Ipſe Rex latinus: deficit.ſ. viribus & quaſi exanimus defuit: ingẽti luctu.i.præ dolore: ira deum.i. deorum: hoc eſt pugna infelix quæ dijs iratis videtur commiſſa admonet Æneam fatalem.i. fatis conceſſum: ferri.i. duci ad regnum Italię: manifeſto numine, ideſt nutu deorum id manifeſte indicante: & tumuli, ſcilicet occiſorum recentes ante ora ſup. id admonent. Ergo quia, ſcilicet ita perſuaſum habet cogit magnum concilium, ideſt conuocatorum cœtum, & primos ſuorum, ideſt primores & ꝓceres: accinctos, ideſt aduocatos: imperio, ideſt mãdato regio. intra alta limina.ſ. regię domus, Olli, ideſt omnes illi qui vocati erant conuenere.i. comparuerunt, & fluunt.i.confluunt: hoc eſt celeriter accurrunt vijs plenis.i.opplẽdo vias ad tecta regia, rex.ſ. latinus: maximus æuo.i. annoſiſſimus & primus ſceptris.i.intra ſceptra tenentes: aut ſedet primus in medijs: vt.ſ. omnes audire poſſet: ſupp. cum ſceptris.i.inſigni regio: fronte haud lęta, ideſt mœſta & triſti. Atque iubet, hic ideſt in hoc loco & tẽpore, ideſt cum ſic ſederet legatos remiſſos, ſcilicet a Diomede: ex vrbe Ætola, ideſt quã Ætoli hoc eſt ex Ætolia profecti conſtruxerant in Apulia. fari quæ referant, ideſt reportent a Diomede & repoſcit.i.exigit reſponſa, ſcilicet Diomedis cuncta ſuo ordine, ideſt vt cuncta recitent̃ ſuo ordine: tum.i. deinde ſilentia facta ſunt linguis: & Venulus.ſ. princeps legationis parens.i.obediens. dicto.i.mandato regio: infit.i. incipit: fari ita.i. ad inſequentem modum.

PIERIVS.

¶ Et longe pars maxima luctus.) In Romano codice, longi, habetur quippe luctus, quam lectionem improbat Seruius, quẽ bona inde librariorum pars ſequuta eſt. ⸢Ingrauat & ſæuus Drances.) Ex codici. antiquis, ingruat hæc, omnino legendum, & ſi placeat, ſæuos, ex Romano. ⸢Solum poſci in certamina Turnũ.) Quãuis poſci in certamina. Vetera aliquot habeant exemplaria, minime tamen diſplicet, quod in antiquiſſimis aliquot legitur, in certamine. Æneam quippe iam paratum in campo opperiri, vt Turnus in duellum icto fœdere deſcendat. Nam quod alibi, ſolũque, duci, quippe Ænee vocari Turnum legitur, nequaquam placet. ⸢Hos inter motus medio flagrante tumultu,) Vetera omnia, quæ verſauimus exẽplaria: medio inflagrante, legunt, vti prĩus ĩprimi cœptum fuerat. ⸢Ecce ſuper mœſti, magni Diomedis ab vrbe, legati reſponſa ferunt,) Et magni, & magna, legi Seruius atteſtatur, idque impreſſores in diuerſum egit, magni vero Diomedis, Legitur in Oblõgo codice, ſed in Romano & aliquot alijs vetuſtate ipſa venerabilibus codicib. magna, habetur, & meo quidem iudicio magnificentius videtur legatos, veniſſe ab vrbe magna, quod ipſius etiam Diomedis amplitudinem oſtẽdit, & eius opes. Magnus vero eſſe poſſet Diomedes rebus geſtis, & præclaro nomine, exiguis tamen opibus. Sed ſi dominus magnæ vrbis ſit, dubio procul etiam potentem eſſe cõſitendum. ⸢Aut pacem Troiano ab rege petendum,) Librarij porro omnes chalcographi Seruij grammatici authoritatem ſecuti, petendum, figura gerundij ſcribendum curauere, vt pœnas in morte timẽdum, apud Lucretium, & caſtra introitum, apud Salluſtium. Cæterũ codex Roman. anti. & alter peruetus in vaticana bibliotheca repoſitus, & plerique alij minime contẽnendi, legunt, pacem Troiano a rege petendam, figura participij. Sed vtrum ex his magis placeat. non laboro. ⸢Fatalem Æneã manifeſto numine ferri, Admonet ira deum,) Seruius. fatalem, loco, hoc, omnibus pernicioſum ſignificare dicit. Sed cur non obſecro potius exponamus: fatis certo aduectum. Argumentoque eſſe, nos dum Æneæ reſiſtimus, grauem deorum iram concitaſſe. Tot mortalium ſtrages immiſſas. pugnarique a nobis infeliciter manifeſtum, quia contra deorum imperia arma ſumpſerimus, mihi enim religio eſt, Ænean tam inhoneſto epitheto notatum aſſeuerare. ⸢Alta intra limina cogi.) Intra limina, paſſim legitur, idque & Seruio, & alijs negotium faceſſit. Cæterum in antiqu. codi. Roma. intra mœnia legitur, vt adluſio ſit ad veterum mores, qui vicatim habitabant. Nõ tamen diſplicet, limina, neq; ea quę ſuper hoc Seruius comminiſcit̃. ⸢Sedet in medijs rex maximus ęuo, et primus ſceptris haud læta fronte latinus.) In antiquis omnibus exempla. legere eſt, & maximus æuo & primus ſceptris, & ita recte in antiqoribus erat editionibus priorum impreſſorum.

⸢Vidimus o ciues Diomedẽ. Argiuaq; caſtra, VENV.
Atq; iter emenſi caſus ſuperauimus omnes,
Contigimusq; manum: qua concidit Ilia tellus.
Ille vrbem Argiripam patriæ cognomine gentis.
Victor Gargani condebat Iapygis agris.
Poſtquam introgreſſi, & coram data copia fandi,
Munera præferimus, nomen patriamq; docemus,
Qui bellum intulerint, quæ cauſa attraxerit Arpos.
Auditis ille hæc placido ſic reddidit ore.
[O fortunatæ gentes, Saturnia regna DIOME.
Antiqui Auſonij, quæ vos fortuna quietos
Sollicitat? ſuadetq; ignota laceſſere bella?
Quicunq; Iliacos ferro violauimus agros.
[Mitto ea, quæ muris bellãdo exhauſta ſub altis,
Quos Simois premit ille viros) infanda per orbem
Supplicia, & ſcelerum pœnas expendimus omnes.

SERVIVS.

¶ Vidim⁹ o ciues Diomedẽ.) Aut Diomedem legẽdum, vt ſit Latinus accuſatiuus, & admittit̃ Ecthlipſis, vt, Multum ille & terris iactatus & alto. Aut ſi Græcum accuſatiuũ facere voluerimus, Diomede legatur, vt poſſit fieri Synalœpha: ſicut, Euryale infœlix q̃ te regione relinqui? Si autem Diomedẽ dixerimus, nec Latinũ eſt, nec Grçcũ: aliter nec verſus conſiſtit. Nunquam.n. Ecthlipſis fit per n literam. Tñ melius eſt vt Diomede legat̃, vt ſit Grec⁹ accuſatiuus. noía enĩ Gręca in ης exeũtia, quæ genitiuũ in εος mittunt, ꝑ plenam elocutionẽ, cum eundẽ caſum per Synæreſim in ους miſerint, accuſatiuũ in η mittant neceſſe eſt: iõ quia cũ naturá ſuá ſeruant, accuſatiuum in vocalẽ mittunt, nõ in cõſonantẽ: & debet Synæreſis plenitudinis ſeruare rõnem. Vt ecce ὁ διομήδης, plena declinatio eſt: τοῦ διομήδεος, τῷ διομήδει, τὸν διομήδεα. Per Synæreſim aũt facit τοῦ διομήδους, τῷ διομήδει, τὸν διομήδη. Ergo hic accuſatiuus ideo in e, exit, non in en: quia cum integrum eſt hoc nomẽ in εος exit: & creſcit eius genitiuus. Si enim ἰσοσύλλαβος ſit nominatiuus, accuſatiuum in ην mittit: nec habet s ĩ genitiuo, vt θουκυδίδης, θουκυδίδου, θουκυδίδην. nã Diomedes ideò in genitiuo s habet, quia & cum integrum eſt, & διομήδεος facit, habet:

Vel priamo miſeranda manus, ſcit triſte Mineruæ
Sydus, & Euboicæ cautes, vltorq; Caphareus:

habet s conſonantē. ¶Caſus omneis.) Itineris.ſ. Et bn̄ vtilitatem ſingulaꝝ reꝝ generalitate vitauit, ne diceret Flumina latrones. ¶Qua cōcidit Ilia tellus.) ἐμφατικῶς dixit, ꝓ vrbs Ilia. nā terra non concidit, ſed ciuitas. ¶Argiripam.) Diomedes fuit de ciuitate quæ Argoſippion dicitur: de qua Homerus ἄργος ἱππόβοτον. Horatius, Aptum dicet equis Argos. Hic in Apulia cōdidit ciuitatē, quam patriæ ſuæ noīe appellauit, & Argoſippion dixit. quod nomen poſtea vetuſtate corruptum eſt, & factum vt ciuitas, Argiripa diceretur: quod rurſus corruptum, Arpos fecit. ¶Gargani condebat Iapygis agris.) Iapygia pars eſt Apuliæ, in qua eſt mons Garganus: qui per Calabriam vſq; in Adriaticū tenditur mare. Lucanus, Apulus Adriacas exit Garganus in vndas. Gargani autē Iapygis figura eſt. pro Gargani Iapygij. & hæc eſt Iapygia Apuliæ, à qua & Lapyx ventus eſt nominatus. nam Iapidia Venetiæ regio eſt ab oppido dicta. vnde eſt, Tunc ſciat aerias Alpes & Norica ſi quis Caſtella in tumulis & Iapidis arua Timaui. ¶O fortunatę gentes.) Qui habitatis regna Saturnia, ideſt, o viri ſemper pace gaudentes. nam legimus, Aurea, vt perhibent, illo ſub rege fuerunt Sęcula, ſic placida populos in pace regebat. Et bene hoc laudat, quod eis perſuadere deſiderat, ¶Antiq auſonij.) Quia q primi Italiā tenuerunt, Auſones dicti ſunt. ¶Quietos.) Quibus eſt amor pacis à maioribus traditus pp regnum Saturni. ¶Ignota laceſſere bella.) Scilicet Troianorum: nō oīa generaliter bella. Nā legibus, Captiui pendent currus, curuæq; ſecures. ¶Suadet.) Vobis ſubaudis. nā vos à ſuperioribus nō pōt ſubaudiri, qa nō te, ſed tibi dicimus ſuadeo. ¶Violauimus.) Quaſi ſacra. Nā violare de religionibus dicimus. Et ingenti arte dixit, ne aut victoriā ſuā ſileat, aut nō ꝓcedendo contra eos, quos vicit, cōfiteatur ignauiam, dicens nō eſſe cōtra eos pugnādum, quos vincere ꝑniciosiſſimū eſt. ¶Quos Simois premit ille viros.) Id eſt toto orbe celebris. Alibi in primo, Vbi tot Simois correpta ſub vndis Scuta viꝝ, galeaſq;, & fortia corpora voluit. ¶Sceleꝝ pœnas expendimus oēs.) Id eſt luimus omnes pœnas, q̃ ſunt ſtatutę ſceleribus. Alij ſceleris oīs legunt. nam oēs non poteſt ad Græcos referri, quia non omnes pertulere ſupplicia. ¶Vel priamo miſeranda manus.) Etiam Priamo. vt, Carmina vel cœlo poſſunt deducere lunam. Eſt autem Pacuuij qui dicit, Si Priamus adeſſet, & ipſe eius cōmiſereſceret. ¶Scit triſte Mineruæ Sydus. (Fabula hoc habet, ꝓpter Caſſandræ ſtuprū, Græcis iratā Mineruā: vel quòd ei victores ꝑ ſupbiam ſacrificare noluerunt. Vn̄ eos redeuntes grauiſſima tempeſtate fatigatos ꝑ diuerſa diſperſit. Horatius, Cum Pallas vſto vertit iram ab Ilio. Re vera autē cōſtat Græcos tēpeſtate laboraſſe æqnoctio vernali, qn̄ manubiæ Mineruales. i. fulmina, tēpeſtates grauiſſimas cōmouent. Vnde perite dicendo Sydus, vtrunque complexus eſt. Nā ſydus & tempeſtatē ſignificat: & re vera ſydus. Hæc autē numina q̄ inter ſydera non videmus, licet ſua ſigna propria non habeant, cū alijs poteſtate ſunt ꝑmiſta: vt Ophiucus ipſe eſt Æſculapij: Gemini, Apollinis & Herculis eſſe dicunt. Sic Mineruę Aries eſſe dignoſcitur. ¶Vltorq; Caphareus.) τὸ αὐτὸ eſt cautes Euboicæ. Nam Euboea inſula eſt in qua mons Caphareus, circa quem Græci periere naufragio. Vltor autem ideo dixit, quòd Nauplius Palamedis pater dolens filium ſuum factione interemptum, vt in ſecundo cōmemorauimus, cum videret Græcos tempeſtate laborare, montem Caphareum aſcendit: & elata facula ſignum dedit vicini portus. Qua re decepti Græci inter aſperrimos ſcopulos naufragium pertulerunt.

DONATVS.

¶Vidimus o ciues diomedem.) Mira arte venulus tuetur pſonam ſuam, & fideliter impletam legationem magno nixu conatur oſtendere. quis enim crederet conuentum cōtra veteres amicos diomedē auxilia negare potuiſſe? quæ res quū ſatis impoſſibilis eſſet, nec illud potuit admitti viſum illū, vel vſq; ad illius ſedē euicto labore peruentum. quapropter omnibus quæ fuerant ſuſpecta, prouidenter occurrit dicendo. Vidimus o ciues diomedē: addidit quoq; vidimus, & caſtra graiorum. potuit. n. fieri, vt diomedem legatio ipſa in alienis regionibus repperiſſet. Iccirco & ipſum præſentem, & copias, quas daret, ſi vellet, præſto, ait, inuentas, vt oſtenderet voluntatem ſolam, non etiam iuuentutis ſubſidia defuiſſent? affectu vero legationis implendæ ſic animatos, vt caſus omnes, & viaꝝ longiſſimos tractus aſſereret eſſe tranſmiſſos. Noluit caſus longioris itineris ſpecialiter dicere, quū generalitas tanta complectatur, quanta ſibi æſtimatio voluerit vindicare, & cōmendando laborum merito ipſa potiuſquā ſpe/
cialis

cialis enumeratio cōgruebat: Accedebat ad hęc, ꝙ mora nō erat facienda vere neceſſarijs, & mature perueniri debuerat ad ea, quæ populus cupiebat audire. Contigimus, inquit, & manum qua concidit ilia tellus. ſolēnitatē ſalutationis mutuæ oſtēditur tetigiſſe, vt tenuiſſe ſe aſſereret manum, qua ipſa troianę regionis terra monſtraret eſſe ſubuerſa: qui poſt hoc factum crederet auxilia nō datuꝝ, qui dexteras iunxerat. Hęc oīa propter fidē rerum congeſſit dicendo, vidimus, vidimus & caſtra graiorū, & ad hęc magno labore peruenimus, & contigimus manum, qua concidit troia, vt oſtenderet ad impetrationem auxiliorum non legationis ſollicitudinem, ſed diomedis defuiſſe conſenſum. dehinc adhibetur maior fides ex actibus diomedis, quo magis conſtaret viſum. ¶Ille vrbem argiripam.) Quis non crederet viſum diomedem, quum & actus eius legatio cauta diligenſq; narraret, & adiungeret plurima, quæ fidem facerent vniuerſis. nam & condi patriam, & nomen eius, & vnde id nomen traheretur & fortunā condentis dixit. ¶Poſtq̄; introgreſſi. Introgredi eſt hoc loco, ꝙ introgreſſi fuerunt ad diomedē gradiendo, vt dexteras iungerent: & factum eſt, quod eſt ſignum ſuſceptę amicitiæ, vt in octauo congreſſi iungunt dextras, medijſq; reſidunt ſedibus. Ergo poſtq̄; introgreſſi, inquit, ſumus. ¶Et coram da. co. ſan.) Et data eſt poteſtas cum præſente loquendi. ¶Munera præferimus.) Præcedere enim obſequium & commoditas munerum debuit, vt ſecuturus ſermo aures diomedis gratanter intraret. ¶Nomen, patriamq; docemus.) Diximus, qui eſſemus, & vnde, q bellum intulerint. ſubtilitatem narrat, qua vſus eſt apud diomedem, vt diceret troes bellum intuliſſe, quod non fuerat factum. de forma re quippe eos licet, falſo conuenerat, ꝙ in ſuis ſedibus, victiq;, ꝙ peregrini, ꝙ naufragi ciues bello per inſolentiam prouocaſſent. ¶Quę cauſa attra. arp.) Quanta breuitas relationis quam ſic proferri conuenerat? vel quia alia vrgebant, vel quia ſciētibus loquebatur? nam narrare vnicuique quod nouit, ſatis vitioſum eſt. Interea ſemel poſitum docemus, ſæpius debemus accipere. vt ſit, nomen docemus, patriā qui bellū intulerint docemus, quę cauſa attraxerit arpos. ¶Auditis.) Hoc eſt acceptis, quę diximus arbitrabant̄ cōtinuo eum poſtulata factuꝝ. ¶Ille hæc.) Exponamus quā vim iſta duo pronoīa tenerent. ille troianorum. ſ. hoſtis antiquus. ille, ad quem magno labore peruentum eſt. ille, quem fidebamus deſiderata facturum. ille, qui nec muneribus, nec gratia, nec deprecatione cōmotus eſt. hæc, hoc eſt. inſperata atq; contraria a perſona ſua, & inimicis ſuis potiuſq̄; nobis largis & ſupplicibus profutura. ¶Placido ſic red. o.) Quin placida eſt mens, nec aliqua commotione turbatur, qualis ſermo proferri poſſit, non dubitatur. non poteſt enim de placido aliquid exiſtere turbulentum. quod magis pro negotij qualitate fuerat neceſſariū: ac per hoc dicendo, placido ore, nuntiat diomedem longe alia dicturum, q̄; legatio poſtulauerat. ¶O fortunatæ gentes). Quia ſatis durum & inhumanum fuerat, manum non porrigere pugnaturis. cauſam ipſam voluit tollere propter quam petebatur auxilium. Cur enim daret? qui ſuaſurus fuerat non eſſe pugnandum? in quo ſe beneuolum docet. cum tutiore conſilio errantes reuocat ad ſalutem, plus collaturus q̄; rogabatur efficere. non igit̄ vt inhumanus negat poſtulata: ſed petitionem ipſam conſilio regit: atq; ita certandi affectum diuerſa perſuaſione frangēdo, nec dat auxilium, nec decipit deprecantes: magiſque fore commodū monſtrat, ſi legati remeantes ad vos quærenda potius afferant fœdera, quam putarent laceſſendos quos ſuperare non poſſent, cœpit ergo a latinarum gentium laude partibus miſerationis ammixtis, nam præfert ipſarum fœlicitatem, & dolet erroribus perituram. ſolet, īquit, bonos curſus retinere felicitas veſtra. hūc locum ſic debemus accipere, diomedem ingreſſum, vt felicitatē ipſam non aliquibus hominibus vel temporibus, ſed ipſis gentibus fatorum voto in perpetuū datam videatur aſſerere. deniq; is a ſaturni regno vſq; ad pręſentē diem replicat geſta, nihilq; iā dudum oſtendit extitiſſe conſilijs ſcilicet ītegra pacis obſeruatione currentibus. reprehēdit ergo latinoꝝ tractatum, ꝙ relicto veteris pacis cōmodo, ad funeſtam & ſuis partibus inimicā bellādi cupiditatem ſęua diſpōne trāſducti ſunt hoc deterius, ꝙ laceſſerent eos, quoꝝ virtutem fatūq; neſcirent. Interea perſiſtit in eo, & admirari ſe euidēter oſtēdit, quo illoꝝ felicior fortuna migraſſet, vnde e contrario aduerſa ſucceſſiſſent. renitentis vox iſta videtur eſſe, at nō eſt, ſed potius obiurgantis. nouerat quippe ex his, quę petebant̄. intelligat illos affectum retinere pugnandi. nā q auxilium petit, proculdubio quid cogitet, vel quid paret, oſ̄dit.

Iſta

Iſta tamen obiurgatio beneuola magis q̄ iniurioſa eſt, nō enim decuit aſpere reprehendi, quos ſine affectu optati deſiderij fuerat remiſſurus. cōpletis breuiter principijs, probandū fuit incōmoda poſtulari. qđ ipſum tanta virtute aſtruit, vt hoc non diſputatione fabuloſa ſed exemplis ſuis & veritate cōfirmet. quid aūt pōderis habeat deſuaſio ab eo propoſita, qui paſſus eſt, haud difficile eſt noſſe. Suſcepit igitur hanc partem, & hoc primum dicit, cuius fiducia ducebant. ¶ Quicūq; iliacos.) Reor, inquit, vos didiciſſe fama currente me bello acerrimo in aſia certauiſſe: & forſitan hac ducti ratione veniſtis: ſed procliue eſſet aduerſus veteres inimicos largiri ſubſidium: non illud bellum, ſed ſacrilegium fuit quippe violationem illam non debellationem regionū troię tunc fuiſſe cunctorum, qui ſcelerata arma ſumpſimus diuerſa, & vniuerſo orbi cognita ſupplicia docuerunt. poſſet hoc videri euētus attuliſſe non deorū iudiciū. hoc ne diceretur occurrendo præuenit. ait enim quicūq;, vt oſtenderet in omnes cucurriſſe vindictam, qui in troia pugnauerant. quod factū non caſus attulit, ſed irrogata atq; inflicta dijs vltoribus poena: nam ſi eſſet euentus, nec interirent alij, nec in reliquos eſſet diuerſis vltionum generibus vindicatum: iliacos ferro violauimus agros, non ſolum ciuitatem vult ſacratam fuiſſe numinibus, ſed omnes agros ad eam pertinentes. Mitto ea, quæ muris bellando exhauſta ſub altis, quos ſimois premit ille viros. ſtrictum tranſijt, quod adſcribi potuit fortunæ bellorum. non, inquit, de illis aliqd dicam, qui pugnando conſumpti ſunt: non eorū meritū tangam, qui ante ipſos muros proſtrati iacuerunt. non memorem quales quantoſue ſimois premit. Infanda per vrbē ſupplicia, vt ſcelerum poenas expendimus omnes. Confirmationis verba ſunt iſta quæſita ideo, vt probaretur legatis nec leues poenas poſt excidiū troiæ cōſecutos græcos ſed infandas, nec vno in loco, ſed p totum orbē, nec aliquo p id malum fuiſſe, ſed oium. tantus in hac relatione terror eſt, vt omne criminū genus incurrere videatur, quiſquis troianos bello pulſauerit. poſtremo ſic orbi ſuū ſuorūq; exemplum vult videri propoſitum, vt oēs ſcirēt, qd conſeq eos poſſet ſi aduerſus troianos vlterius arma ſuſciperēt. huius loci ordinatur ſenſus ſic. quicūq; iliacos ferro violauimus agros infanda per orbē ſupplicia & ſcelerum poenas expendimus oēs. omnes ad homines pertinet non ad poenas, vt ſit oēs nos ſcelerum poenas expēdimus. media quippe ſic poſuit quaſi non dicta, qui in troia pugnauerāt. potuerunt quippe, vt dictum eſt, contraria diſputatione diſſolui. cum victoria bello quęſita vacua eſſe luctibus non pōt: tamē ēt ſic latini deterrentur ab effectu bellandi, q & in ipſo bello interire poſſunt, & poſt finem belli ſi extiterint, nulli eſſent euaſuri ſupplicium. ¶ Vel priamo mi. ma.) Admodum dicit ſæuitum in teucros, quū græci nec priamo pepercerunt, & regi, & ſeni. incipit iā enumerare, quæ ſummatim propoſuit, vt oſtendat, qui quæ paſſi ſunt, & in quibus locis, vel per quos illis ſupplicia inflicta ſint. ¶ Scit triſte miner. ſy.) Quo aiax perijt & ſocij. ¶ Et euboicæ cautes.) Vbi ſimiliter plurimi naufragio laniati ſūt. ¶ Vltorq; caph.) Vltorem dixit caphareum cum tam aſperum littus pereuntibus præbuit. vt veluti irati aīo cunctos peſſundediſſe videat.

### ACENSIVS.

¶ Vidi. In hac parte recitatur reſpōſio Diomedis quā oratorib⁹ latinis dederat, & in qua mira cōtinetur Ænee laus vtpote quæ ab eo qui quondā hoſtis erat, fiat, id. n. glorioſum eſſe ſignificauit Dido in primo dicens. Ipſe hoſtis teucros inſigni laude ferebat. De qua re cum totus deſyderetur Donatus. Ordo eſt. O ciues nos vidimus Diomeden aut Diomede ſecundum grecam declinationem vt Seruius docet & caſtra argiua. i. caſtella ab argiuis in Italia conſtituta atq; nos emenſi iter ſuperauimus omnes caſus. ſ. itineris. i. perfecimus legationem noſtram: & contigimus manum ſ. Diomedis qua. i. per quam tellus ilia, ideſt regio iliaca concidit, ideſt deſolata eſt & ruinam fecit ilium. nā ipſe Diomedes cū Vlyſſe Palladium ſuſtulit: eūdemq; Æneas fortiſſimū appellauit dicens in primo. O Danaum fortiſſime gētis titide, &c. Ille, ſcilicet Diomedes ad quem legati ſumus victor. i. voti compos: condebat in agris gargani. ſ. montis, iapygis pro iapygij, hoc eſt ab iapygia quæ eſt apulia in mare adriaticum protendentis: vrbem argirippam cognomine, ideſt cognomento gentis patriæ. ſ. ab Argoſippo ciuitate quæ poſtea Argirippa denominata dicitur ab eqs Hipolyti: & vtrūq; nomen formatum ab argos & hippos quod eſt equus & equa. Fuit aūt triplex argos theſſalicum, Achaicū, in peloponneſo & ætolicū, vnde prius dixit argiuaq; caſtra: Iapyx aūt fuit filius Dedali a quo plurima pars Apuliæ iapygia dicta ē. Poſtq̄ nos introgreſſi ſup. ſumus & copia. i. facultas fandi corā. i. in præſentia eius data ſup. eſt nobis. nos preferimus munera. & docemus nomen. i. nobilitatem & genus noſtrū & patriam & docemus qui. ſ. vir intulerit nobis bellum, quia antiquus ipſius hoſtis Æneas, & quæ cā attraxerit ſupp. nos arpos, vbi. ſ. ipſe erat in apulia, Ille auditis. ſ. nobis reddidit hæc ore placido. i. benigno: o gentes fortunatæ, regna ſaturnia. i. in quibus Saturnus olim regnauit cum Iano & aurea condidit ſecula. Auſonij antiqui q. ſ. primi Italiam tenuiſtis: quę. i. qualis. q. d. nimirū inimica fortuna ſollicitat vos, & ſuadet ſup. vobis laceſſere. i. puocare, bella ignota. i. incognita quę ſi noueritis longe fugeritis, qa nos quidem victores ſumus ſed nos oēs quicūq; violauimus ferro. i. deuaſtauimus agros iliacos. i. Troianos expendimus. i. perſoluimus & luimus per orbem. i. per varias partes mundi: ſupplicia infanda. i. q̄ effari nequeā pre magnitudine, aut quæ effanda nō ſunt pre turpitudine, & expendimus poenas ſcelerū. i. de ſceleribus in Troianos cōmiſſis: exiſtentes manus. i. multitudo armata: miſeranda vel. i. ēt Priamo. mitto. i. ptermitto & dicere nolo ea quę exhauſta. i. tranſacta ſunt bellando ſub altis muris. ſ. Troię, hoc eſt quot ſtrages de nobis illic editæ ſint quāuis fuerimus victores: & mitto. i. omitto dicere: quos viros Simois ille. ſ. notiſſimus fluuius Troię: premat. ſ. obrutos aquis. i. imerſos contineat. q. d. plurimi ſuccubuerunt prius q̄ vinceremus & victores oēs infanda ſupplicia expendimus. Sydus. i. aut cōſtellatio ſeu tempeſtas verna, cui Minerua dominatur, aut aries ſydus Mineruæ qa ei addicit: triſte. i. inimicum & triſtitiam afferens ſcit ſup. quales poenas dedimus: vt in primo dictū eſt de Aiace Oilei filio: & cautes euboicę. i. quę ſunt in euboea: hoc eſt caphareus vltor. ſ. iniurię Minerue illatę aut nauplio ppter mortem Palamedis vt in ſecūdo dictum eſt: ſcit aut ſciunt quas poenas dedimus: quia plurimi illic naufragium paſſi ſunt & alij in diuerſa exilia acti.

### PIERIVS.

¶ Vidimus o ciues Diomeden argiuaq; caſtra.) Qui videbāt. Diomedē, vltimā producere, Diomeden, latino declinatu ſcribēdum pcurarunt, vt colliſioni locus eſſet. ſed. n. obſeruaui ego in antiqs codicibus pleriſq; Diomede, legi, græco declinatu. διομήδεα διομήδη ἀττικῶσ. quam lectionē Seruius ēt agnoſcit. ¶ Gargani cōdebat Iapygis agris, (In antiquis aliquot codicibus, aruis, legitur, quod vero Seruius iapygiam ab iapydia diſtinguit, quid alij tradunt auctores oſtendimus eo verſu, Et iapydis arua timaui, huc addemus iapygiam ex Strabone, vocatā eſſe ab iapyge Dædali filio, quem de cretenſi muliere ſuſcæperat. ¶ Poſtquā introgreſſi, & corā data copia fandi.) In Ro. cod. legere eſt poſtq̄ congreſſi, ſed, introgreſſi, quod agnoſcit a peritis, magis placet. ¶ Ferro violauimus agros,) In Roma. codi. populauimus, legitur, ſed cur, violauimus, ſit legendū, non leuem Seruius rōnem affert, populauimus vero forte ſumptū ex paraphraſi. ¶ Quos Simois premit ille viros,) Romanus codex atq; ēt Oblongus, & Mediceus, & aliquot alij, premat, legunt, elocutionis modo non inuenuſto, & ita prius in vulgatis exemplaribus habebatur.

Militia ex illa diuerſum ad littus adacti,
Atreides Protei Menelaus adusq; columnas
Exulit, Æthnæos vidit Cyclopas Vlyſſes.
Regna Neoptolemi referam? verſoſq; penates
Idomenei? Libycóve habitantes littore Locros?
Ipſe Mycenæus magnorum ductor Achiuum
Coniugis infandæ prima intra limina dextra
Oppetijt, deuicta Aſia ſubſedit adulter.
Inuidiſſe deos, patrijs vt reditus oris,

### SERVIVS.

¶ Atrides Prothei Menela⁹.) Agamēnon & Menelaus vno qdē fataliter fuerāt ſupplicio deſtinati. nāq; Atreus & Thyeſtes fratres fuerunt in ſe inuicē ſæui, adeò vt Thyeſtes cū Merope fratris vxore concūberet. quod dolens Atreus, liberos eius epulandos ei appoſuit. Sed cū Thyeſtes poſt cognitū facinus requireret vltionē, ei Apollo rñdit poſſe alio ſcelere illius facinoris vindicē naſci, ſi cū Pelopeia filia cōcūberet. Quo facto nat⁹ eſt Ægyſthus fatalis in Atrei geminam ſobolē. Sed Iupiter Menelai fata miſeratus eſt ppter Helenę iugale cōſortiū: & eū per diuerſa errare maluit, quā Ægyſthi manibus interire. Hic errans ad Ægyptum vſque peruenit, vbi Protheus deus marinus regnauerat: cui aliqñ rapta à Theſeo Helena

dē

Coniugium optatum,& pulchram Calydona viderem
Nunc etiam horribili viſu portenta ſequuntur,
Et ſocij admiſſis petierunt æthera pennis
Fluminibusq; vagantur aues(heu dira meorum
Supplicia)& ſcopulos lacrymoſis vocibus implent.
Hæc adeo ex illo mihi iam ſperanda fuerunt
Tempore,cum ferro cœleſtia corpora demens
Appetij,& Veneris violaui vulnere dextram.
Ne vero ne me ad tales impellite pugnas.
Nec mihi cum Teucris vllum poſt eruta bellum
Pergama,nec veterum memini lætor ve malorum.
Munera,quæ patrijs ad me portaſtis ab oris,
Vertite ad Ænean:ſtetimus tela aſpera contra,
Contulimusq; manus,experto credite,quantus
In clypeum aſſurgat,quo turbine torqueat haſtam,
Si duo præterea tales Idæa tuliſſet
Terra viros,vltro Inachias veniſſet ad vrbes
Dardanus,& verſis lugeret Græcia fatis.
Quicquid apud duræ ceſſatum eſt mœnia Troiæ:
Hectoris,Æneæq; manu victoria Graium
Hæſit,& in decimum veſtigia rettulit annum.
Ambo animis,ambo inſignes præſtantibus armis,
Hic pietate prior.coeant in fœdera dextræ,
Qua datur:aſt armis concurrant arma,cauete.
Et reſponſa ſimul quæ ſint rex optime regum
Audiſti,& quæ ſit magno ſententia bello.

dr cōmendata.Vnde quidam dicunt,qđ ad eā petendā Menelaus ad Ægyptum profectus ſit poſt bella Troiana. Sunt q volunt nec raptā eſſe à Paride Helenā:ſed aliā cām Troiani belli fuiſſe, Illā.ſ.qđ Herculē quærentē Hylam ſuſcipe noluerunt. Qui aūt volunt eā raptā à Paride,hoc dicunt,qđ recepta à Protheo,p Theſeum ad Menelaū trāſitū fecerit,&ſic eā Paris rapuerit. Scđm qđ vt ſuprà diximus, Menelaus ad Ægyptū Iouis voluntate puenit.ſ.ne ab Aegyſtho poſſet interimi. Quod autē ait Prothei colūnas, rōne nō vacat. Nā colūnas Herculis legimus & in pōto & in Hiſpania. Hunc autē Protheū fortiſſimum & inuictū cōſtat fuiſſe. Nouimus autē qđ oēs fortes, Hercules dicebantur. vnde vr̄ hoc affectaſſe Virgilius,vt pro finib⁹, Prothei colūnas diceret,q̄s habuit Hercules:vt oſtēderet eum etiam Herculē dictum. ¶ Aduſq; colūnas Prothei.) Vſq; ad fines Aegypti:hoc eſt vſq; ad Pharō antè inſulā, nunc partem Alexandriæ. Lucanus, Nunc clauſtrum pelagi cœpti Pharon,inſula quondam In medio ſtetit illa mari ſub tempore vatis Protheos,at nunc Pellæis eſt pxima muris. Prothei autem, Latinus eſt genitiuus conſtrictus per Synæreſim. Aduſq; autē ſic eſt dictum,quēadmodum. Siculo proſpexit abuſq; Pachino. Nā cum prępoſitio præpoſitioni nunq̄; cohæreat, Aduſq; & abuſq; licenter admiſſum eſt. ¶ Exulat.) Proprie:nā exulare dicuntur q extra ſolum eunt. Sane ſciendum quia quo tpe Menelaus iuit ad Ægyptum,perdidit Canobum gubernatorem,à quo vicina ciuitas nomē accepit,q̄ hodieq; mutata lr̄a, Canopos noiatur. ¶ Cyclopas.) Gręcæ declinationis accuſatiuus eſt:vñ Græcum habebit accentum.nā Latine cyclopes diceret:ſed ſic verſus ſtare non poterat. ¶ Regna Neoptolemi referā? Subaudis euerſa.) Quod ex ſuperioribus intelligitur. Pyrrho autem qd contigerit,manifeſtū eſt. Nā vt in tertio legimus,cum vellet ducere Hermionem,Oreſti antè deſponſatam,ab eo eſt inter aras Apollinis interemptus. Vñ eſt, Et ſceleꝝ furijs agitatus Oreſtes Excipit incautū, patriasq; obtruncat ad aras. ¶ Verſosq; penates Idomenei?) Idomeneus rex Cretenſium fuit:qui cum tempeſtate laboraret,vouit ſe ſacrificaturum de re quę ei primum occurriſſet. Caſu cum ei filius primus occurriſſet,& eum,vt alij dicunt,imolaſſet:vt alij, imolare voluiſſet:ob crudelitatē regno à ciuibus pulſus eſt. Vnde eſt, Fama volat pulſum regnis ceſſiſſe paternis Idomenea ducem. Alij dicunt quòd abſcedens cuidam ſuum cōmendauerat regnum, q per eius abſentiam occupauit impium & reuerſum pepulit. Ergo verſos penates,aut reuerſos & funditus dirutos accipiendū: aut certe in aliena iura cōuerſos. ¶ Libycó ve habitantes littore locros?) Vt etiam in tertio diximus, Locri ſocij Aiacis Oilei fuerunt Epizephyrij & Ozoli. Sed hi tempeſtate diuiſi ſunt,adeò vt Epizephyrij tenerent Brutios,de quibus ait in tertio. Hic & Naritij poſuerunt mœnia Locri. Ozoli verò deferentur Pentapolim, de q bus nunc queritur,dicens, Libycó ve habitantes littore Locros? ¶ Deuicta Aſia ſubſedit adulter.) Legitur & deuictam Aſiam. Qđ ſi eſt ita,intelligimus vt ſubſedit,ſit dolo poſſedit. Vnde & ſubſeſſores dicūtur,qui inſidijs tauros interimunt: & hoſtium dolos ſubſeſſas vocamus. vt ſit ſenſus, Ab Agamēnone deuictam Aſiā adulter Ægiſthus factione poſſedit. Melius tamen eſt vt deuicta Aſia legamus:ſecundum quod ſubſedit,erit remanſit: vt, Extremus galeaq; ima ſubſedit Aceſtes. vt ſit ſenſus, Aſia propter adulterium pertulit bella,quæ remanente adultero finita eſſe nihil p fuit. vt cum indignatione ſit dictum, Dum primum adulterium vindicatur,aliud rurſus emerſit. ¶ Prima inter limina.) In ipſo limine iperij,ideſt in littore:q ſecundum Homerū Clitemneſtra

Agamemnoni

Agamemnoni occurrit ad littus:& illic eū ſuſceptum ſubmiſſo adultero inter epulas interemit.

ἀλλά μοι ἄιγισθος τεύξας
θάνατόν τε μόρον τε
ἔκτα σὺν ἰουλομένη ἀλόχῳ
οἶκον δὲ καλέσας
δειπνίσας ὥς τίς τε κατέκτανε βοῦν ἐπὶ φάτνῃ

Quod & Iuuenalis tangit,dicens, Quippe ille dies authoribus vltor Patris erat cęſi: media inter pocula. Alij autem dicunt quod in ipſo regreſſu,id eſt prima die,qua domus ſuę limen igreſſus eſt, cōſilio Aegiſthi ab vxore veſtem accepit clauſo capite:qua implicatus adulteri manibus iterijt. ¶ Inuidiſſe deos.) Stheneli filius Cylabarus Aegialem aliā Diomedis vxorem eſſe cognouit adulterio:quo comperto Diomedes reuerti noluit, ſed i Apuliæ partibus condidit ſibi ſedes,quod Veneris dolo dicitur eſſe perfectum, quam in bello Troiano vulnerauerat. Vñ ait, Inuidiſſe deos. ¶ Pulchrā calydona viderē.) Vnam de ſupradictis ciuitatibus quibus iperauit. ¶ Nunc ēt horribili viſu.) Hoc loco nullus dubitat fabulæ huius ordinem à Virgilio eſſe conuerſum. Nam Diomedis ſocios cōſtat in aues eſſe cōuerſos poſt ducis ſui iteritum, quē extinctum ipatienter dolebāt hę aues,hodiēque latine Diomedeę vocant̃ Gręci eas erodios dn̄t. Habitant autē in inſula Electride ſiue Febra,q̄ eſt haud longe a Calabria in cōſpectu Tarētinæ ciuitatis. Quinetiā de his auibus dr̄,qđ Gręcis nauibus lætæ occurrant: Romanas,id eſt Latinas vehementer fugiant,memores originis ſuę,& quòd Diomedes ab Illyricis interemptus eſt. ¶ Portēta.) Re vera.n.portentum eſt,hoies in aues eſſe conuerſos. ¶ Et ſocij amiſſi.) Legunt nōnulli & Admiſſis pennis. ſed melius eſt amiſſi. ¶ Lachrymoſis vocibus.) Dolētes vel ſuam mutationē,vel regis interitum. nāq; hoc tangit latenter. ¶ Speranda.) Pro timenda: vt, Hunc ego ſi potui tantū ſperare dolorē. ¶ Cœleſtia corpora.) Martis & Veneris numina vulnerauit in bello. ¶ Veneris violaui vulnere dextram.) Artificioſe agit. nam ſciens ea quæ dicunt̃ in fine,animis inhęrere:ſuos caſus vltimos memorat. Perite etiā Venerē tm̄ vulneratā à ſe dicit, Martis ſupprimens nomen,quod ei poterat eſſe glorioſius: vt videatur omnia q̄ pertulit,odio Veneris pertuliſſe,cōtra cuius filium nunc vocat̃ ad pugnam,vt negans etiam nunc paria formidare videatur. Dextram autē ſecundū Homeꝝ dicit,qui ait ἐπὶ καρπῷ. ¶ Tales impellite pugnas.) Quaꝝ eſt periculoſa victoria. ¶ Nec mihi cū teucris vllum poſt eruta bellum Pergama.) Ne ei obijciatur illa cōiuratio , quā apud Aulidem Græci inierunt, dicit in Troiæ excidio ſacramentum cōiurationis eſſe cōpletū. Nāq; in Troiam,nō in Troianos coniurauerant Grȩci. huc enim ſpectat quod dicit, nullum ſe cum Troianis habere bellum poſt dirutā Troiā. ¶ Nec veterū memini,lætór ve malorum.) Nec meminiſſe volo victoriarum mearum , quarum nullus obliuiſci conſueuit: nec lætor Troianorum maloꝝ,pro Troianis malis,quæ nobis bellantibus pertulerunt. non enim poteſt de ſuis malis dicere , cum & mala ſua nullus obliuiſcatur : & ea ipſe paulò antè memorauerit. Lætor autem malorum,figura Græca eſt : ſicut Horatius, Agreſtium regnauit populorum,pro Agreſtibus populis. ¶ Munera quæ patrijs ad me portaſtis ab oris. (Hinc iam ſuaſio eſt & conſilium:nam finita eſt auxiliorum negatio. Vnde & paulò poſt Venulus ita diuidit dicens, Et reſponſa ſimul quæ ſint rex optime regis Audiſti,& quæ ſit magno ſententia bello, ſcilicet Audiſti. Et quemadmodum negauerit auxilia,& quod nobis dederit de pace conſilium. ¶ Stetimus tela aſpera contrá: Contulimuſq; manus.) Id eſt & cominus,& e lōginquo iter nos bella tractauimus. ¶ Quātus in clypeū aſſurgat.) Aut quātus ē quotiēs in hoſtem

ſtẽ pgens erigit ſcutũ:aut pugnãdi executus eſt genus. Qui.n.ſcri pſerunt de arte militari,dicũt ſũmũ genus eſſe dimicãdi, quoties calcato vmbone aduerſarij ſe in hoſtilẽ clypeũ erigit miles, & ita cõtra ſtãtis vulnerat terga.¶Si duo ꝑterea.) Hoc eſt alios duos. ¶Dardanus.) Pro Dardanius populus:& poſuit principale pro deriuatiuo:ſic Homerus, τόνδ᾽ ἔκτανε δάρδανοσ ἀνὴρ.¶Ceſſa tum eſt.) Tardatũ.&mite:qa nõ habet quos ĩputet Troianis triũ phos,vult eis excidij tarditatẽ ꝑ victoria cedere.¶Hæſit.) Tar/da eſt.¶Veſtigia rettulit.) Retro acta eſt,& repulſa.¶Hic pietate prior.) Id in Ænea plus laudat,quod Latinis pacẽ petituris eſt vtile,vt eũ ſe credãt facilius poſſe exorare.¶Prior.) Præſtantior, melior.¶Qua datur.) Qua põt,quacũq; rõne permittitur.

DONATVS.

¶Militia ex illa.) Ideſt,poſtquam de troia diſceſſum eſt.¶Di/uerſum ad lit.ada.) Quia dicitur,non venit,quo vult:ſed eo,quo neceſſitas ipſa compulerit.quid vero ſit diuerſum littus,ipſe enu merando exponit.nam eſt longe ab altero ſeparatum.¶Atrides prothei.) Iſti oẽs non ſoli,ſed cum ſocijs ſuis hæc perpeſſi ſunt. ¶Ipſe mycenæus magnorum ductor achiuum.) Dicendo perſo/nam potioris voluit demonſtrare,quod non intelligeretur.my/cenæus,inquit,&magnorum ductor achiuum,ideo magnorum, quia accedebat ad laudem ducis eorum meritum quos regebat. ¶Coniugis infandæ pri.in.limi.dex.) Indignitatem & acerbita/tem rerum multis modis oſtendit,vt ille vir ortus ex vrbe incly ta mycenarum,qui achiuorum nobilior ductor eſſe cõmeruit, vxoris nefariæ manu in ipſo domus ſuæ primo limine, qđ poſt decẽnale bellum victor ingredi cœperat,incongruo vitæ fine in/terceptus eſſet & qui euaſiſſet virtutis merito tot tantaq; pericu la inde nactus eſſet interitum,vnde ſperabat affectum, vt interi/ret vxoris ictu,qui troianorum manus euaſerat.Tãta fuit vis di uinæ ſententiæ in eum,qui violauerat troiam,vt adulteriũ con/iugis pateretur,& dextera mactaretur vxoris, euaderet reus, & poſt impunitatem admiſſi adulterij teneret & regnum.¶Inuidiſ ſe deos.) Venit ad ea,quæ ſpecialiter paſſus eſt.vt non tantũ loca extra verumetiam patriam ſe aſſereret perdidiſſe.bene iũxit duo exempla intra ſe contraria,perit innocens maritus,& qui perue/nerat ad patriam & domum ſuam,in primo limine mactatus eſt nefariæ vxoris manu,& per mariti cædem euaſit pœnam,quam propter admiſſum adulterium etiam metuebat:ipſe cõtrario cõ queritur vxorem optimam ſe videre nequiſſe.nec ad patriam re/meare potuiſſe.duo,inquit,mihi inuiderunt dij, quæ videre cu/piebam,vt ingrederer domum,& in ea viderem deoꝝ penatium veneranda altaria,viderem coniugem omni laudis genere perfe ctam.hoc quoque iccirco inſertum eſt,vt inane non eſſet,ꝙ cõ debat nouam ciuitatem.perdiderat enim ſuam,ad quam dolore amiſſæ coniugis pulchræ remeare noluerat. pulchram cõiugem non tantum corpore verumetiã honeſtæ pudicitiæ & vitę debe mus accipere,vt duobus exẽplis malæ vxoris & bonæ plene vi/deatur eſſe reſponſum.¶Nunc etiam horribili viſu.) Nec definiũt, inquit,mala mea.nam multis portentis exiſtentibus aduerſa ſu/perefſe nuntiantur: & ſocij mei amiſſo humano corpore in aues ſunt repente conuerſi ſaluo ſcilicet hominum ſenſu,vt ſine perpe tuis cruciatibus non ſint.de portentis potuit eſſe ſimulatum: ſed huic partĩ iunxit veritatem.vt vtramq; oſtenderet verã.denique hanc ſatiat dicẽdo,fluminibus q; vagant̃ aues (heu dira meorum ſupplicia) & ſcopulos lachrymoſis vocibus implent. Initiũ fuit humani remanentis ſenſus,ꝙ in alitum forma,vti hoĩes fleret ꝙ erraret per flumina,& ſedes illis eſſent in ſcopulis. Interea dum non valuit cõtinuare dolorem ſuũ,interpoſuit, heu dira meorũ ſupplicia:vt inde magis facti indignitas creſceret,ꝙ iram eſſent paſſi.¶Hæc adeo ex illo.) Multi ſentiunt vulcanum & venerem violatos eſſe diomedis manu.ideoq; virgilium dixiſſe cœleſtia corpora hoc ſi eſſet etiam vulcani nomen poſuiſſet. ego tamẽ ſic arbitror intelligendum,& puto hoc eſſe melius, vt quod habet poeta,ſentiatur,potius q̃ id tenere,quod dictum nõ eſt,magis q; redeundum ad dicendi artẽ,iunctumq; eſſe veritati medaciũ: vt ſacrilegij cõmiſſi in venerẽ ex generalitate cumularet̃ inuidia:q̃ſi non ſolã,ſed aliquot deos violauiſſe videret̃. generalitate itẽ fides accedere:ex eo ꝙ cõſtabat venerem telo diomedis eſſe percuſſam.Hęc adeo ex illo mihi iam ſperanda fuerunt Tẽ/pore,quũ ferro cœleſtia corpora demens Appetij. Ipſe ſe arguit, ipſe ſe defendit,accuſat quippe factum ſuum,& iure commotos deos aſſerit.quis.n.dubitet deberi ſuperis pœnas,quum ferro & humanis manibus appetuntur.defendit tñ hoc ipſum extenuan/do,& aſſerit veniam dari debuiſſe,ꝙ non ab eo,qui eſſet integræ mentis,ſed dominante dementia conſtaret admiſſum.pñt enim

haberi pro innocentibus,qui furore impulſi in ſua voluntate pec cauerint.ex illo mihi iam ſperanda fuerunt,tempore.ſperanda q; dam quaſi metuenda intelligunt,quum vere ſperãda virgilius in telllexiſſe videatur.nam qui aliquid criminis vel ſceleris admiſe/rit,conſideratione habita facti ſperat ſine dubitatione ſuppliciũ. quod fuit reo diomedi manifeſtiſſimum:vel maxime in ea cã,in qua diuinum corpus mortali manu violauerat.¶Ne vero ne me ad ta.impe.pu.) Quum dicit ad tales pugnas, oſtendit ſe auxiliũ dare potuiſſe,non contra troianos,ſed ſi contra alios poſtulaſſet. ¶Nec mihi cum teucris.) Quod arbitrati ſunt latini mãſiſſe odiũ vetus in animo diomedis,hoc ipſe aſſerit eraſum ex ſenſibus ſuis poſt excidium troiæ.ex quo,iquit,ſuperauimus troiam, & opes eius euertimus,omnes inimicitias cum affectu pugnandi depo/ſui vſqueadeo vt malis eius gratulari non audeam hoc eſt,quod ait.¶Hoc veterum memini,) Vt vere probaret non ſe lætari,oſtẽ dit nec memoriam quidem facti ipſius in ſuis ſenſibus remãſiſſe. ¶Munera,quæ patrijs.) Qui auxilium non dabat, inſtruit lega/tos conſilio:vt meliori vna conſulerent.negat quod petebant,ac ne ſpreuiſſe pro vilibus munera videretur,aſſerit hæc talia eſſe, quibus placari poſſit hoſtis,& nomen hoſtile deponi: facilius eũ ſic ſuperari poſſe,ſi cum eo ſic ageretur,q̃ ſi prouocaretur in cã/pum.¶Stetimus tela aſpera contra,Contulimuſq; manus.) Me tuendum certamen eius probabat ex ſeſe.qualis,inquit,ille ſit in armis,non audiui,ſed probaui oculis meis.congreſſi quippe pa/riter ſumus,vidi hominis,& expendi virtutem.¶Experto credi te.) Sunt qui ſic iſtum locũ exponant,quaſi diomedes ſe dicat ex pertum,cuius eſſet ille virtutis,ſibique credendũ,quod dixiſſet, ſtetimus tela aſpera contra,contulimuſque manus.meliorem ta men dico eſſe intellectum,ſi diomedes legatis ita dixiſſe videat̃, experto credite,vt,quæ dicebantur,ipſe experiundo comproba/uerit,& ex eiuſdem ęneæ bellicis actibus colligerent,quantus eſ/ſet,aut qualis:quaſi diceret,hoc,quod vobis refero, veſtris ocu/lis probare poteritis, quum videritis eum, quantus aſſurgat in clypeum,quo turbine torqueat haſtam:turbinis, vis, quæ fit ex repentino tempore ęſtatis exortu.q̃ violenta ſit,q̃ fortis,omni/bus notum eſt.Turbinis rurſum,quo pueri vtuntur,quanta mo/bilitas & volubilitas quãta ſit nec hoc vniuerſis incognitum eſt. Ex appellatiõe igitur turbinis cognoſci potuit,qualis eſſet ęneas in certaminibus bellicis:ideo non nomẽ accipi debet experto ſed aduerbium vel maxime,qui etiã illud,quod dixit torquet, non præteritum,ſed præſens tempus oſtendat.hoc eſt non illud quo in troia pugnatum eſt,ſed quod gerebat̃ in italia.¶Si duo præte rea.Hoc eſt præter ipſum.¶Tales idęa tuliſſet Terra viros.) Vt tres eſſent cum ipſo.¶Vltro inachias.) Dardani appellatione gen tem non vnum hominem dixit. dardanus enim ęneę tempori/bus,& illis,quibus in troia pugnatum eſt,iam fuerat mortuus: põt tamẽ & ſic videri dixiſſe,ꝙ ſi aſia tales tres viros habere po tuiſſet,dardanum primo gręcis potuiſſe inferre perniciem:& cõ uerſa conditione fatoꝝ gręcia plangeret, quod ingemit troia. ¶Quicquid apud duræ.) A tpis ratione ſumpſit probationis ar/gumentum.ait enim, vt in annum decimum differretur nr̃a vi/ctoria,ęneę virtus & hectoris fecit.¶Ambo animis, ambo inſi/gnes pręſtantibus armis.Hic pietate prior.) In exercitatione ar/morum & virtutis robore æneas atq; hector pares fuerunt: ſed ęneas prior pietate.Multum laudauit ęneam aſſerendo eum me liorem eſſe,q̃ fortis eſſet,pręſtãs pietate,quum vtrumq; in vno hoĩe fuiſſe ſatis difficile eſt.qđ alteꝝ venit ex ſubſtantia corporis, alteꝝ ex animi lenitate.fortis eſt,inquit,ęneas,ſed cito flectit̃ pie tate.vtrũq; iõ dedit,vt legati & qđ metuerẽt,hẽrent,& qđ ſpe/rarent pro cõmodo ſuo poſſent quippe dicere,quid ſi non nobis ignoſcit,nec concedit pacem.virtute igitur amicitię ęquauit, æ/neam vero,vt dictum eſt,prætulit pietate.quia hæc ſuit ſecundũ diomedis conſilium legatis neceſſaria.hectori negauit hanc par/tẽ profuiſſe.ſæuus vbi eacidę telo iacet hector. Illum quippe ſæ/uum nõ forte dixit,vt alij volunt,ſed nulli hoſti parcẽtẽ:q̃ſi dice ret,ſi hector eſſet rogãdus,nõ tale vobis conſiliũ datuꝝ,qa ſæuus fuerat,pindeq; vobis rogata pſtare nõ poſſet.Cõcludit pſuaſionẽ ſuã dicẽdo.¶Coeant in fœdera dextrę.) Quærite,inqt,qbuſcũq; pactis & remedijs pacẽ: vitare piculũ belli.danda fuerunt ob ipe trationẽ pacis pmia,& pces cũ omni ſupplicatione fundẽdę: Iõ qua datur,dixit.nam & ſupra ait.Munera,q̃ patrijs ad me porta tis ab oris Vertite ad ęneam,quo loco & pcum partes vr̃ tetigiſ/ſe.munera enim huiuſmodi ſine pcibus offerri non poſſunt.¶Et reſponſa ſimul.) Simul neceſſario poſuit.non enim ſola reſpon/ſa retulerat.dixit enim labores itineris ſuperatos: & cætera, quæ ſuperius dicta ſunt, & quæ eſſet eius de bello ſententia,

ſtia eſt,quia profertur qcquid de vna quaq; re ſentimus,& pnū/
tiamus.ecce quanta de æneæ virtutibus laudanẗ.animi eius bo/
na laudanẗ,& corporis,& fortuna proſperior etiā ab hoſte pfer
tur:denique in alienis terris potior inuenitur,turbaẗ italia,& po
tius contracta coniuratio.diomedes non audet auxilia largiri ad
uerſus ipſum,& vbi de victoria ſua gratulari debuit,pœnas ſuos
dediſſe teſtatus eſt.ſuadet quoque concordiā & in alieno pericu/
lo conſilium contradere formidat,in eius cauſa etiā dona renuū
tur,& auri cupiditas contēnitur,quo fides,quo ſolet omnis etiā
neceſſitudo corrumpi.laudes animi eius & corporis proſequitur
inimicus,& fatetur metum,qui putabatur extitiſſe ſuperior.præ
ponitur deorū & fauni & latini iudicio cūctis petitiōibus gener,
& prælatus ciuibus cunctis ipſe dignior iudicatus:iuuenis odia
deuicta ſuccumbunt,factioniſque eius commenta ſoluuntur.ex/
citatum in eius perniciem mare,nihil commotū ſæpe valuit,cœ
lum,nec profuit ab inferis reuocatam furiam. Contra omnia ob
tinuit felicitas viri,& virtuti eius ceſſit,qui ſuperauit ilium, & nō
tantum victoriam ſe in eo quæſiſſe,ſed piaculum admiſiſſe teſta
tus eſt.Hæc loci cauſa dicta ſunt.cæterum per omnes libros quā
materiam ſcripſit,poeta euidenter oſtendit,totum enim carmen,
vt inter initia diximus,laudatiuum eſt:vt ille,de quo dixit, Na/
ſcetur pulchra troianus origine cæſar,digno autore videreẗ eſſe
progenitus,quum pio,forti,&felici principe romanum imperiū
conſtaret exortum.

ASCENSIVS.

¶Militia ex illa, diuerſum ad littus abacti, Atrides Protei &c.
Proſequitur reliquam partem reſpōſionis Diomedis qua recitat
pœnas quas ipſi græci dederint.vnde Donatus.Munera quæ pa/
trijs,qui auxilium non dat,dat cōſilium.Hic pietate prior:vt fa/
cile ſit impetrare pacem.Hoc ille.¶Ordo autem eſt.Nos abacti
ſumus ad diuerſum littus,ſcilicet longe a patria noſtra:ex illa mi
litia,ſcilicet infauſta quam geſſimus apud Troiam:Menelaus A/
trides, ideſt Atrei filius habitus quāuis non ſit:exultat ad vſq;.i.
vſq; ad columnas Prothei,ideſt ad Pharon ac fines Ægypti:quo
Iouis voluntate ne ab Ægyſto occideretur peruenit: Vlyſſes vi/
dit Cyclopas Æthneos.i.in Æthna Siciliæ monte habitantes vbi
a Polyphemo Cyclope intercæptus erat vt in tertio viſum eſt:
Vultis ſup.aut ad quid referā regna. Neoptolemi,ſcilicet Pyrrhi
ab Oreſte occiſi,& penates,ideſt deos domeſticos Idomenei Re
gis Cretenſiū verſos,ideſt euerſos ipſo pulſo, ve pro vel: locros
ſocios Aiacis Oilei.ſ.ozolos:habitantes ſup.in littore libyco,ſcili
cet iuxta pentapolim,quaſi dicat fruſtra de ijs dicā cum maiora
ſint dicenda.Nā ipſe Myceneus,ſcilicet dominus ductor magno
rum Achiuum pro Achiuorum,ſcilicet Agamemnon: oppetijt.ſ.
terram,ideſt occiſus eſt.dextra coniugis,ſcilicet Clytemneſtrę,in
fandum.i.quæ res infanda eſt intra prima limina.i.cum primum
domum ſuam ingredereẗ adulter.ſ.Ægyſthus ſubſedit.i.reman/
ſit inhabitās,Aſia,quia Troia deuicta,quaſi dicat Aſiā potuit vin
cere ſed non adulterum pellere.Et vultis ſup. vt referam deos in
uidiſſe ſup.mihi.i.noluiſſe quaſi per inuidiā,vt ego redditus oris
patrijs viderem cōiugium optatum.i.caſtum cū priſca cōiuge,&
Calidona.ſ.ciuitatem meā: pulchrā.i. impollutam adulterio con
iugis.q.d.fruſtra id fieri cum notoriū ſit,multo aliter eueniſſe:qa
pp adulterium coniugis auditum,coactus erat patriam ſuam fu
gere,& alienas terras petere.Nunc ēt.i.inſuper portenta ſequun/
tur ideſt perſequuntur me viſu ideſt viſione & monſtro horribi
li,& ſocij amiſſi.i.quos amiſi,petierunt æthera pennis.i.auolaue
runt in aues quæ Diomedeę dicunẗ,mutati,ſed vt Seruius dicit
poſt mortē Diomedis,de quibus dicit Lādinus ſic,Ariſtoteles in
libro de mirabiliū auditu ait,Diomedē ab Ænea occiſum & loca
in qbus imperauerat occupata. Interfecto illi honores diuini in
inſula ab eo Diomedæa appellata,& tēplum cōſtitutum eſt:eius
aūt ſocij in aues conuerſi iſulam illā incolunt Diomedeæq; a La
tinis a Græcis Erodij vocanẗ: Græcis illuc adnauigantibus læte
applaudunt cæteros oēs infeſtant, Sunt q dicant hoc idcirco ita
fictum eſſe φ magna celeritate nauigantes Pyraticam exercebāt,
& ſolis græcis parcebant.Theodontius aūt author eſt,illas ſingu
lis annis aquā roſtris in templum illud inferre & ſic luſtrare, So/
linus vero ſcribit has aues nuſq; alibi niſi in inſula Diomedea ap/
parere,quæ a regione Cāpaniæ eſt.Formā aūt ijs eandē, quę ſu
ſcis eſſe,colorē candidū,igneos oculos,roſtra dentata, ac grega/
tim volitare duobus ducibus altero q a fronte agmen ducat alte
ro qui a tergo vrgeat.Præterea eas in cauernulis a ſe effoſſis nidi
ficare duplici relicto aditu: vno ab oriente,quo egredianẗ,alrero
ab occidente quo regredianẗ,Gręcis veluti conciuibus applaude
re:reliquis inimicari.Quotidie ædem celebrant alijs madidis,q/
bus

bus excuſſis aquā illam luſtrant.Refert Strabo qđ in Venetis oris
Diomedi diuinos ſtatuunt honores & candidum equū illi imo/
lant.In fine aūt.vj.lib.& multa alia refert de Heroe.& duas eſſe
inſulas in mari ppinquo Lucerię Diomedeas appellatas quaꝝ al
tera habiteẗ,Altera ſit deſerta:& in qua Diomedē quidā diſparuiſ
ſe aiunt comiteſq; in aues eſſe cōuerſos.Quæ hodie quoq; man/
ſueſcant:& humanā quodāmodo vitam agere,& erga benignos
manſuetudine vti a malignis & ſceleratis refugere.Hæc ille.Sed
ad Ordinē redeo.Et ſocij aues.i.in aues verſi vaganẗ fluminibus,
id eſt per flumina & iplent ſcopulos vocibus lachrymoſis φ qa
præ dolore cōtinuo dicere non potuit interpoſuit.Heu dira.i.exe
crabilia & procurata deoꝝ ira ſupplicia meoꝝ.ſ. ſubditorum aut
ſocioꝝ.Hæc.ſ.dicta mala fuerunt mihi adeo.i.oino ſperanda.i.ti/
menda ex illo tpe cum ego demēs appetij ferro.i.vulneraui:cor
pora cœleſtia.ſ.ipſius veneris,& cū ego violaui vulnere.i. vulne/
raui dextram Veneris.ſ.Æneam ptegētis vt ſcribit Homerus,ve
ro pro ſed ne me inquit impellite.i.ne impellatis me ad tales pu
gnas.ſ.contra deoꝝ gentem & Veneris filium Æneam nec vllum
bellum ſup.eſt aut erit mihi cum Teucris:poſt pergama eruta,ad
me eruenda oēs ſe in Aulide iureiurando aſtrinxerant Græci,nec
ego memini ve pro vel lętor veterum malorum.i.non recordor
cum voluptate & delectatione maloꝝ quę Teucris itulimus ver
tite ad Aeneam munera quæ portaſtis ad me ab oris patrijs;nos
ſtetimus cōtra aſpera tela.ſ.Æneæ,& cōtulimus.ſ. cū eo manus
credite experto.ſ.mihi qui periculum feci:quātus.i.q; magnus &
grauis aſſurgat in clypeum vt.ſ.deſuper irruat: & quo turbine.i.
quo ipetu cū gyro ipſe torqueat haſtam.ſ.quam ipellit. Si idæa
tellus idęa.i.phrygia:tuliſſet.i.produxiſſet duo (vbi nūc dicimus
duos) viros tales:prętere a.i.pręter hos,aut ſic prętere a.i.inſup
ſi idæa tellus tuliſſet duos viros tales ipſe Dardanus.i.populus
Dardanius,aut ipſe Æneas veniſſet vltro ad vrbes inachias.i.ar/
golicas quas inachus olim poſſederat:& Græcia lugeret fatis ver
ſis.i.imūtatis ita vt quę modo victrix eſt victa eſſet. Quicqd ceſ/
ſatum eſt.ſ.ab expugnatione apud mœnia,Troię duræ.i.difficul/
ter expugnabilis.Victoria graium.i.græcorū:hæſit.i. imorata eſt
manu Hectoris atq; Æneæ & rettulit.i.extendit veſtigia.i.dilata
eſt in decimum annum:ambo.ſ.tam Æneas q; Hector iſignis ani
mis atq; armis pręſtātib⁹.i.magnanimitate & virtute bellica pa
res erant:qđ fere Homerus quoq; prędicat comparans Aeneam
Hectori:ſed ſup.hic.i.de quo loquor.ſ.Æneas prior.i.pręſtantior
ſup.eſt pietate.& ideo dextrę ſup.veſtrę coeant in fœdera.i.feriāt
fœdus cum Ænea & ineant pacem ſup.ea via qua datur.i.quacū/
que ratione poteſtis aſt.i.ſed cauete,arma ſup.veſtra concurrant
armis.i.cum armis.ſ.illius:hæc eranr verba Diomedis quę nunc
refert Venulus cōcludēs,o rex optime.ſ.latine tu audiſti &.i.ſi/
mul quæ reſponſa ſup.ſint nobis data aut quę.i.qualia ſint reſpō
ſa Diomedis & quæ ſententia ſit ſup.Diomedi magno bello.i.de
bello hoc magno,quia ſuadet vt pacem ineamus.

PIERIVS.

¶Militia ex illa diuerſum ad littus adacti,) Antiqua omnia,quę
verſauimus exēplaria,abacti,legunt.Vt antiqores ēt habent im/
preſſiones.Ordo.n.eſt,abacti ex illa militia ad diuerſum littus.
¶Libycove habitantes littote locros.) Vetera oīa, quæ legimus
exemplaria,libycone,legunt,per interrogatiuam particulā,non
per diſiunctiuam.¶Deuicta aſia ſubſedit adulter.) Ita prorſus eſt
in impreſſis codicibus,& aliquot veteribus. Longe vero aliter in
antiqſſimo codice Vaticano,vbi eſt,deuictam aſiā poſſedit adul/
ter.Sed enim,poſſedit,ex paraphraſi,contextui eſt inſertum.Sub
ſidere enim,ex inſidijs occupare ſignificat.vel dolo poſſidere,vt,
ſubſidere regnum chalcidos euboicę,apud Lucanum. Præterea
Aruſianus Meſſus inter elocutionum exempla,ſubſedit, agno/
ſcit,& accuſatiuo caſui recte iungi dicit,vt ſubſedit illam rem.Lo
cumq; hunc Virgilianum citat.deuictam aſiam ſubſedit adulter.
Quod vero alio ſignificato, deuicta aſia ſubſedit Seruius magis
approbare videtur,hoc eſt reliquus fuit in inſidijs. Nō negat idē
Aruſianus vtrūq; eleganter dici,& vtraq; figura vſum eſſe Virgi
lium,galeaq; ima ſubſedit Aceſtes.hoc eſt relictus eſt. Ita poſtea
quam Agamemnon bellum difficillimū confecerat,ſubſedit adul
ter,qui eum interficeret.¶Patris vt redditus oris.) In dictione,
oris,antiqua variant exemplaria. In Oblongo enim, oris. In Ro
mano in Mediceo,& aliquot alijs,aris. Nōnulli codices ipſi quo
que admodum veteres,argis,habent,de ſe enim loquitur Diome
des.¶Et ſocij amiſſi petierūt ęthera pennis.) In aliquot antiquis
codi.admiſſis pēnis,legi. Vtroq; vero modo Seruius non negat
inueniri.Sed amiſſi.omnino eſt in probatioribus, pinnis vero in
Rom.de more ſuo.In Med.alliſi,eſt quod alij viderint.¶Ex illo
mihi

mihi iam ſperanda fuerunt.) in nōnullis codic.antiquis,ſuperandi,legitur,quod non ita placet,ſperāda,vero caſtior omnino lectio eſt,& elocutio ipſa figuratior,vt illud ſperare dolorē.Γ Poſt eruta bellū pergama.) In Romano co.& aliquot aliīs, diruta,ſed eruta,nō diſplicet.Γ Munera q̄ patriīs ad me portaſtis ab oris.) In Roma.codice,in Mediceo,& aliquot aliīs,quod delicatius ſonat,portatis.præſenti tempore ſcriptum eſt.Γ Si duo prǫterea tales.C.Iulius Romanus in libello de analogia rectam ponit decli nationem,hos duo,Attius in epinauſimache Martes armis duo cōgreſſos crederes.Ter.in adelphis.tu illos duo pro re tollebas tua.vbi bellenius Acron,pro duos ait amat enim bellenius, ambos,duos,dici,per.ſ.Γ Victoria Graium hęſit & in decimum veſtigia rettulit annum.) In Oblongo codice victoria tantum, legere eſt pro,graium,quam lectionem nuſq̄; alibi reperi,prǫterea vetuſti

ſti quidem codices,in decimum,cuiuſmodi rationem ſcripturæ non in plautinis tantum codi.inueni,verum etiam,vt alibi adnotauimus in Ciceronianis,decumum,maritumum. In monumētis autem veterum plerūq;,vt illud.

D M

QVARTIONIS. DECVMI. AVG. LIB.
EVPHEMIANT. A. MANV. FIDELIS.
CONLIBERTVS. FRATRI.

B M

¶Et reſpōſa ſimulq; ſint rex optime regum audiſti.) In Ro.co. in Med.& qbuſdam aliīs antiqs,nō regum,ſed regis,legit̄ vnitatis numero,vt ſit ordo,o rex optime audiſti q̄ ſint reſponſa regis Diomedis & quę ſit eius ſnīa.Adulatio enim illa, optime regum quæ inferius in drance quadrat,nunc importuna videretur.




SERVIVS.

¶Per ora turb.) Per ora turbatorū.Γ Clauſo gurgite.) Saxo obiectione p̄cluſo. Γ Præfatus diuos.) More antiquo. nā maiores nullā orationē niſi inuocatis numinib⁹ inchoabāt:ſicut ſunt oēs orōnes Catonis & Gracchi. nā generale caput in oībus legimus. Vnde Cicero p̄ irriſionē ait, Si quid ex vetere aliq̄ orōne, Iouem ego optimū maximū. Et Demoſthenes

Γ Vix ea legati, variuſq; per ora cucurrit POETA
Auſonidum turbata fremor,ceu ſaxa morantur
Cum rapidos amnes,clauſo ſit gurgite murmur,
Vicinęq; fremunt ripæ crepitantibus vndis.
Vt primum placati animi,& trepida ora quierunt;
Præfatus diuos,ſolio rex inſit ab alto.
[Ante equidē ſumma de te ſtatuiſſe Latini LATI.
Et vellem,& fuerat melius,non tempore tali
Cogere concilium,cum muros obſidet hoſtis.
Bellum importunum ciues cum gente deorum

Virg.

moſthenes i orōne cōtra Aeſchinem, πρῶτον μὲν ὦ ἄν/δρεσ ἀθηναῖοι τοῖσ θεοῖσ εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαισ. Γ Antè equidē ſumma de te ſtatuiſſe Latini.) Latenter arguit Turnū,qd̄ ſibi non obtēperauerit, vt fœdus fieret:in ſeptio ſcilicet,vbi ait, Te Turne nefas,te triſte mācbit Supplicium.nam modo hoc tēpus reuoluit. Γ Vellem ſtatuiſſe. Olim eſt qd̄ volui, his malis terminū

TTi

Inuictisq; viris gerimus, quos nulla fatigat
Prælia, nec victi poſſunt abſiſtere ferro,
Spem ſiquam accitis Ætolum habuiſtis in armis,
Ponite, ſpes ſibi quiſq;, ſed hæc quam anguſta, videtis.
Cætera qua rerum iaceant perculſa ruina,
Ante oculos, interq; manus ſunt omnia veſtras.
Nec quequam incuſo, potuit quæ plurima virtus
Eſſe, fuit: toto certatum eſt corpore regni.
Nunc adeo quæ ſit dubiæ ſententia menti
Expediam, & paucis (animos adhibete) docebo.
Eſt antiquus ager Thuſco mihi proximus amni,
Longus in occaſum, fines ſuper vſq; Sicanos,
Aurunci, Rutuliq; ſerunt, & vomere duros
Exercent colles, atq; horum aſperrima paſcunt.
Hæc omnis regio: & celſi plaga pinea montis,
Cedat amicitiæ Teucrorum, & fœderis æquas
Dicamus leges, ſociosq; in regna vocemus.
Conſidant ſi tantus amor, & mœnia condant.
Sin alios fines, aliamq; capeſſere gentem
Eſt animus, poſſuntq; ſolo decedere noſtro:
Bis denas Italo texamus robore naues:
Seu plures complere valent, iacet omnis ad vndam
Materies, ipſi numerumq; modumq; carinis
Præcipiant: nos æra, manus, naualia demus.
Præterea, qui dicta ferant, & fœdera firment,
Centum oratores prima de gente Latinos
Ire placet, pacisq; manu prætendere ramos,
Munera portantes eborisq; auriq; talenta,
Et, ſellam regni, trabeamq;, inſignia noſtri,
Conſulite in medium, & rebus ſuccurrite feſſis.

terminum dare. Vellē aūt ſtatuiſſe ſic dixit, vt vellē feciſſe. & cōpēdioſa elocutio cū q̄rimur nō eſſe factū qd' fieri debuit. ☞ Bellū ĩportunū.) Cōcepit grauē iracūdiā, & ſic ĩ hęc verba ꝓrupit. Importunum aūt, eſt qd' caret portu. i. gete, vbi nullus eſt portus. Nā hoc quodāmodo dicit, in naufragium fertur iſta contentio: qa ſuprà audierat periculum eſſe ēt ſuperare Troianos. ☞ Cum gente deoꝝ.) Qui à dijs originē ducunt. ☞ Inuictis.) Atqui ſuprà legimus, Bis capti Phryges. Sed inuictos ideò dicit, quia ſeqtur, Nec victi poſſunt abſiſtere ferro. ☞ Poſſunt autē abſiſtere,) mire ait. ac ſi diceret. Etiam ſi velint à bellis diſcedere, natura non patitur. ☞ Accitis.) Euocatis, adiūctis. ☞ Spes ſibi quiſq;.) Subaudis Sit. Ideſt, Vnuſquiſq; ĩ ſeipſo tantū ſpē habeat. ☞ Cætera.) Abſolute dixit: ideſt exercitū, auxilia, vires imperij: quę, qa ſic videtis afflicta, quid reſtat. niſi vt pacē petamus? ☞ Ante oculos, interq; manus ſūt oīa veſtras.) Acſi diceret, nō egēt narratiōe. Inter manus πρόχειρα. ☞ Nec quēquam incuſo.) Incuſatio hæc oſtēdit obliquam eſſe in Turnum orationē Latini. ☞ Fuit.) Exhauſta & conſumpta eſt. ☞ Toto certatum eſt corpore regni.) Imperij omnibus viribus. ☞ Dubiæ menti.) Meę. ſ. cogitāti. ☞ Eſt antiquus ager tuſco mihi proximus amni.) Hoc loco Donatus errauit dicēs, agrum quē Latinus donatuꝝ ſe diſponit, eſſe in Cāpania iuxta Vſentem fluuium, cuius terras vicinas Tuſci aliquando tenuerunt: vt inde dictū ſit, Tuſco mihi proximus amni. Agit ēt hoc argumento, quod illic eſt locus, qui hodieq; Pinetum vocat. Sed conſtat illa loca omnia eſſe cāpeſtria, nec procedit quod dicitur, Celſi plaga pinea montis. Vnde ſequenda eſt potius Liuij Siſennæ & Catonis authoritas. Nam pene omnes antiquę hiſtoriæ ſcriptores in hoc conſentiunt. Cato enim in originibus dicit Troianos à Latino accepiſſe agrum, qui eſt inter Laurentum & caſtra Troiana. Hic etiam modum agri cōmemorat, & dicit eū habuiſſe iugera. DCC. ☞ Tuſco mihi proximus amni.) Tyberino. ☞ Longus in occaſum.) Ea parte qua in occidentem tenditur, longior. ☞ Fines ſuper vſq; ſicanos.) Vſq; ad fines quos Siculi aliquando tenuerunt, id eſt vſq; ad ea loca in quibus Roma nunc eſt. hæc enim Siculi habitauerunt. Vnde eſt, Et gentes Venere Sicanæ. ☞ Aurunci rutuliq; ſerunt.) Subaudis à ſuperioribus. ☞ Mihi.) Nam & ſupra ait, Eſt mihi antiquus ager. Ergo ſuū agrū pollicetur, aut quem tanquam ſtipendiarium habebant Rutuli & Aurunci, aut ad quem colendum quaſi regi operas dabant. Vnde ſuperfluum eſt quod ait Donatus, nō potuiſſe fieri vt præſente Turno ager Rutulorum à Latino donaretur Æneæ. ☞ Duros exercent colles.) Extenuat agri meritum, quo vile videatur eſſe quod donat. hinc etiam eſt, Atq; horum aſperrima paſcunt. Et ſupra, Aurunci Rutuliq; ſerūt, id eſt nec operis ſuis excoluit. ☞ Cedat amicitiæ.) In pretium concedat amicitiarum. ☞ Æquas dicamus leges. Vt pari inter nos ſocietate verſemur, Id eſt, vt ſit neuter inferior. ☞ Socioſq; in Regna vocemus.) Non ſtipendiarios, vt in quarto, Cuiq; loci leges dedimus. ☞ Poſſuntq; ſolo diſcedere noſtro.) Scit eos ad Italiam fataliter veniſſe. nam audijt à Fauno, Externi venient generi. Et ab Ilioneo, Sed nos fata deum veſtras exquirere terras, Imperijsque egere ſuis. Tamen propter Turnum ſimulat ignorantiam, vt ſe etiam circa eum æquū præſtare videatur. Multum eſt autem quod ait. ☞ Poſſunt. Iacet oīs ad vndam materies.) Iterum extenuat. ☞ Naualia demus.) Naualia dicimus loca vbi naues ſunt. Sed modo de Græco tranſtulit. Et Naualia poſuit pro trabibus, de qbus naues fiunt. nā Homerus νηὸν dicit nauale lignum. ☞ Prima de gente.) Et ex numero & ex nobilitate legatoꝝ intelligitur negotij magnitudo. ☞ Et ſellam regni, trabeamq; inſignia noſtri.) Bene Noſtri. Romanoꝝ. n. imperatorū inſigne fuit ſella curulis & trabea. nā diadema velut aliaꝝ gentium reges non habebāt. Et ſciendum ſellā curulē à curru dictam, ꝙ hi tm̄ ea vtebātur, qui triumphali curru vecti fuiſſent. Sicut ēt palmata dr̄ toga, quam merebātur hi qui reportaſſent de hoſtibus palmam. ☞ In mediū.) In cōmune. vt, In mediū quęrebant ipſaq; tellus.

DONATVS.

☾ Vix ea legati.) Mox. vt ea legati dixerunt. ☞ Variuſq; p ora cucurrit Auſo. turba. fre.) Et turbati ſunt oēs, qui aderant varia ſentientes. ☞ Ceu ſaxa morantur.) Sic, inquit, fremebant vniuerſi, conceſſerat concilij peragendi neceſſitas, vt fractus obiectu ſaxoꝝ rapidorum amnium curſus & arcatus in gurgitē ſolet vicinitatē riparū emittere per fragores & ſtrepitus. ☞ Vt primum placati animi.) Poſteaq̄ ſiluerunt omnes, qui diuerſis aiorum motibus fuerant excitati. ☞ Præfatus diuos.) Hoc eſt primum ad deos locutus. ☞ Et ſolio rex inſi. ab al.) Locuturus ad populum, orationem futuram dijs primo cōmēdauit & alto ſolio inſidens ſic inſtituit loqui. hoc. n. exigebat longęui regiſq; perſona, vt ſedens loqueretur. quare & illud dixit ex latini eiuſdem perſona in libro ſeptimo, dij noſtra incœpta ſecundēt, Auguriūq; ſuum, & ſic legationi reſpōdit. Dabitur troiane quod optas. ☞ Ante equidem ſūma.) Legitur & velle, quū prius ait ſtatuiſſe, vt audientum perſonam per totum latinus reuocauerit, non ad ſuam, & ſi ante debuiſtis & velle, & ſtatuere, q̄; nunc cupitis definire. ☞ Et fuerat melius.) Ex iſtius perſona dat hominibus poeta conſilium, quod in rebus dubijs aſperisq; ſectentur: aſſeritq; quod reuera probandum eſt. vitanda eſſe anteq̄; veniant mala, neq; expectanda, dum ſerpant. quid enim melius? quid tutius? quid poteſt reperiri prętantius, q̄; vt tractatus cōmode ſalubriterq; voluantur? & integris adhuc rebus atq; in ſuo ſtatu manentibus præuideatur? quemadmodum ingruentia mala declinētur, & plus metuatur dimicationis incertum, q̄; fidatur ſolis proſperis rebus: tractandumq;, ne pareat tēpus: vt prolixiore die, dum ſuffragatur otium, & procul eſt hoſtis, vtiles exitus tractatus inueniat. ad hæc noſcenda non fuit ſegnis latinus. præuenit quippe oīa, atq; in ipſis exordijs belli, quid mali futurum eſſet, oſtēdit. homines quinetiam deoſq; teſtatus eſt, ſe ab eo ſcelere, quod gerebat alienum, illos omnes & turnum ni quieuiſſent grauiſſimum interitum ſecutuꝝ. deniq; in libro ſeptimo complexus eſt iſta: vt pute, qui ſciret quid oſtenderint apes, quid nuntiaſſent infinita portenta, quid vatis fauni reſponſa ceciniſſent: quantū valuiſſet cuſtoditæ beneficium pacis, & regni ſui temporibus longo æuo ſeruata trāquillitas. Vox eius eſt, Frangimur heu fatis, ferimurq; ꝓcella, ipſi has ſacrilego pēdetis ſāguie pœnas, O miſeri, te turne nefas, te triſte manebit Supplicium votiſq; deos venerabere ſeris. Nā mihi parta quies, omniſq; in limine portus. Hæc poſſet latinus iterum cōmemorare, ſi obiurgationem tempus admitteret. In hac enim inſultatio potiuſq̄; commonitio potuit æſtimari. Vtitur miti & tranquilla oratione. perturbatos enim multitudinis animos non poſſet in eas quas tunc quoq; non potuit partes adducere. niſi parentis animo & ſermonibus vteretur pro cauſa facientibus. Subtili tamen vtitur increpatione, ꝙ tunc non eſſet auditus.

ditus.nunquã,inquit,de ſumma reip.rectius in deſperatione tra
ctat:quaſi diceret,tũc potuit,quum ego prohibebã bella, & vos
rapti aduerſo furore nec audire nec auerti ab iniquo conſilio vo
luiſtis.Proueniſſet igitur melius,ſi iſtud ab initio fuiſſet affectũ,
quum omnia eſſent in noſtra poteſtate.nunc hæret hoſtis mœni
bus noſtris,& inter nos & ipſum ſolum muri diſcrimen eſt.cogi/
mus conſilium,quid rebus perditis in obſidione facturi conſiliũ
nitimur reperire?cum ab his,quæ cõmoda eſſe poſſent,nos exa/
ctum in contrarijs tẽpus excluſiſſe noſcatur?Quid ꝓderit clau/
ſis inane quod gerimus?in quam nitimur partem? qui pugnare
non poſſumus?nec audemus?& quorũ afflicta penitus ſubuerſa/
que fortuna eſt?¶Bellum importunũ.)Cõceſſit oĩa, quæ diſſua
ſioni congruebant.Bellum,ait,importunũ gerimus. importunũ
eſt,qđ defenſionis non habet portum, & quod nõ inuenit pericu
lorũ rõne ſuffugium.Quũq; bella omnia aut iuſta aut iniuſta di
cantur,huic tale nomen impoſuit,quo vniuerſi terrenť. exponit
tam ipſe,cur dixerit importunum bellum , & ob quã cãm culpa
ſceleris eius purgari non poſſit.Cum gente,inquit,deorum,quæ
põt inueniri defenſio?quũ in troianis eorum pulſentur violentur
que maiores.tantũ poeta troianis attribuit,vt ſacrilegij crimẽ ad
mittat,ſiquis eos bello crediderit laceſſendos . inuictiſque viris
gerimus.quod ſi contẽnendos crederent deos & pœnam pro ad/
miſſo ſcelere non timerent,ſcirent cũ his ſibi eſſe certamen,quos
prouocare crimen eſſet,& de quibus victoria negareť.quos nul/
la fatigant prælia,nec victi poſſent abſiſtere ferro: quia potuit di
ci tandiu duremus,donec illi deficiant,aut cedãt. Prior occurrit.
aſſerens eos nec laſſari poſſe certando,nec vinci.& tãdiu, inquit,
in labore perſiſtunt,donec victoriam conſequantur,& obtineant
gloriam:hoc eſt dicere,nõ diſcedunt de cãpo niſi ad plenũ ſupe/
riores extiterint.¶Spem ſiquã accitis.)Adhuc facit cõmemora/
tionẽ auxiliorum a diomede negatorũ, vt oſtendat ẽt ipſum ti/
muiſſe,& eius exemplum eſſe retinendũ.deficientibus aũt ſubſi/
dijs debere vnumquẽq; gerenda curare per ſeſe.quia dici potuit,
ſi auxilia deneganda ſunt,aderimus nobis noſtra virtute:iõ dixit
ſpes ſibi quiſq;:ſed & hoc ademit eis ſubdendo.¶Sed hæc quam
anguſta videtis.)Et ſi,inquit poſſet prouenire,vt ſua quemq; vir
tus defenderet a periculis belli,iam nõ põt.videtis enim afflicta
oĩa,& probatis oculis veſtris,ꝙ aliorum ruina res noſtrę noſcã/
tur oppreſſę.ſi,inquit, aſſertioni meę fides non adeſt,quid aga/
tur,probate ipſi luminibus veſtris . quæ maior confirmatio eſſe
potuit?quam vt ipſe eſſe teſtis,cui veritatem neceſſe fuerat ocu/
lis proprijs comprobari?¶Nec quẽquam incuſo.) Sub imagine
illius laudis omnes probantur in orationis fine. deſperationem,
inquit,incuſo.fecit quippe vnuſquiſque,quod debuit. impleuit ve
ſtra virtus officia ſua,& omne regnum in arma conuerſum eſt;
quaſi diceret.quid faciemus pauci,& feſſi? qui quũ totius regni
viribus recenti virtute certantes,nec obtinere potuimus,& affli/
cti diſceſſimus?hæc dicendo,& illud ſatiauit,ſpẽ non eſſe adden/
di aliquos ex proprijs viris:quum vniuerſos,quos latini regebat
imperium,congregauiſſet furor armorum:hoc eſt, toto certatũ
eſt corpore regni.quod alio loco ait.ſimul omne tumultu coniu
rat trepido latium.¶Nunc adeo quæ ſit dubi.ſen.men.)Venit ad
ea,quę fuerant pro rerum & temporis neceſſitate facienda : hæc
non vacue cõmendat:ſciebat enim ſe anxijs loqui etiam audien/
do aduerſa fractis animis intereſſe.His igitur ſpondet breuitatẽ,
& eos facit attentos,quum calamitatis ipſius remedia fuerat ꝓ/
baturus.ordinatio ſenſus talis eſt.nunc adeo quæ ſit ſententia du
biæ menti,hoc eſt in deliberatione conſtitutæ,expediam,& do/
cebo vos paucis,vos tamen animos adhibete.nunc non ſemel ac
cipiendum eſt,vt ſit nunc expediam,nunc docebo,nunc animos
adhibete,nunc hanc habet hoc loco virtutem.quũ in rebus vrgẽ
tibus profutura omnibus & cunctis vtilia proferuntur.¶Eſt an/
tiquus ager,)Conſilij huius duplex reperitur eſſe tractatus . fuit
quippe vna pars eius,ſi cõmorari troes in italia maluit. altera,ſi
abſcedere in vtraq; aſſerit,ſe velle eſſe liberalem.quod ſciret ho/
ſtes ſine cõmodo ſuo,non eẽ receſſuros ab affectu pugnandi, vt
pote qui eſſent ſupiores:ſpecies autẽ,quas ſedare velle dicturus
eſt,ſic extenuat,vt ſine detrimento dari poſſint,& ſumi pro ma/
gnis.cur ergo non fieret,quod non lęderet dantem?& libẽter ac
cipiens ſumeret.Eſt mihi,inquit,antiquus ager:hoc eſt ꝓprius &
olim ſine q̃one poſſeſſus.agrũ quũ dicit,oñdit,nullis ſurculis cõ
ſitum.thuſco mihi ꝓximus amni. In longinquis regionibus inco
gnitus cunctis,perindeq; ob longinquitatẽ inutilis regno. vſque
adeo ignotum vult eſſe vniuerſis ex ſupradicta cã,vt ipſe indicet,
vbi ſit,& in qua parte terraꝝ,& qualis iſte diffuſus eſſe videatur.
¶Aurunci,rutulique ferunt.) Quæ eſſent æquæ fœderis leges,

ipſe expoſuit:ait enim:¶Socioſq; in regna vo.)Vt in ſocietatem
recepti nec potiores italis eſſent,nec inferiores ciuibus.¶Conſi/
dant,ſi tantus amor,& moenia condant.) Si regio illis iſta pla/
cuit,iſtorum amore locoꝝ ducuntur.& hic conſidere volunt,cõ/
ſidant,mœnia condant,dixit vnã tractatus ſui & ſententię ꝑtem,
vt accipiant agros conſidant,ciuitatem ſibi,ſi voluerint,cõdant.
ſubnectit alteram,hoc modo.¶Sin alios fines.)Sin vero illorum
animis ſederet tranſire ad alia,atq; alias gentes,& populos occu
pare:pro cõmodo ad longinqua pergentis,texamus viginti na/
ues,vel ſi maiorem numerũ cõplere poſſunt,impigre præpare/
mus.Incipit dicere hoc ipſum factu eſſe facillimum,& poſſe ſi/
ne detrimẽto cõpleri.¶Iacet oĩs ad vn.Materies.)Qđ ait,iacet,
oſtendit ſpeciei ipſius ex abundantia vilitatem:nec abſcindendi
aut exportandi laborem eſſe neceſſariũ,quũ ad ipſum littus eſſe
videretur omnis materies,hoc eſt omne genus lignorũ,qđ na/
uium fabricis congruit:¶Ipſi nu.q; mo.q; cari.Præci.)Ipſi iu/
beant quantæ prępararentur,& quales.dicendo pręcipiant,oſtẽ
dit ſe de potioribus loqui.¶Nos ęra,manus.)Quę ſunt neceſſa/
ria perficiendis nauibus nos miniſtremus,æra.ſ.& manus, & na
ualia.aliqua ſpecialiter poſuit ex his , quæ fabricandis nauibus,
ſunt neceſſaria.aliqua vero generaliter tenuit,ne plurimum tem
poris contereret.longa.n.eſſet ſpecialis in omne opus enumera/
tio,aut multa viderenť,quæ perquirerent explicatiõis effectus.
Et quid opus fuit,ſingillatim perſequi oĩa?quũ eſſet vniuerſis au
dientibus cognitum?quid eſſet parandis nauibus neceſſarium.
¶Pręterea,qui dicta ferant.)Oratorum centenarium numeꝝ, &
eorũ,qui eſſent inter italos nobiliores,conſtituit mittere.hoc.n.
põt videri ab ænea didiciſſe:qui ad eum centũ legatos miſit:plu
rimum.n.negotijs proficit,ſi ꝑ eius effectum plurimi mittanť,
& magni.decreuerat igitur latinus centum legatos ad æneã mit
tere,quæ dicta ferant,hoc eſt,qui ad eum perferant,quæ ſupradi
cta ſunt de agro dando,de condendis mœnibus, & nauibus con
ſtruẽdis.¶Et fœdera firment,ipſe.n.fuerat cã mittendi,vt remo/
to bellandi affectu firmæ pacis otia tenerenť.¶Paciſq; manu ꝑ/
ten.ra.) Et præferant ramos pacis in manibus ſuis. Pacis rami
ſunt decerpti de arboribus oliuaꝝ,& plurimi locis poſitum eſt.q
iccirco quaſi prænuntij monſtrantur,vt adhuc tacente legatiõe,
quid velit,vel quid ſit petitura,prænoſci poſſit,& libenter audi/
ri.¶Munera portantes.)Hæc ad cõmodum familiaris rei & vti
litatem.¶Et ſellam regni,)Hęc ad meritum & honorẽ regiæ po
teſtatis:deniq; iccirco addidit,regni inſignia noſtri,vt aptaret ſel
lam & trabeã ſolis eẽ regibus attributã.miſſa ſunt iſta , vt alia au
gerent opes,oſtenderent alia dignitatem.ecce aĩus optantis pa/
cem miſit,munera,& regalis ptãtis inſignia:vt ex his intelligeret
ęneas latini voluntatem,& italorũ ſe in regnũ eſſe ſuſceptũ.¶Cõ
ſulite in medium,)Conſulere eſt in mediũ conſilio reperire , qđ
oĩbus proſit.pulchre concluſit.ſi,inquit,quæ dixi non videntur
eſſe faciunda,vos in cõmuni periculo prouidete,quid feſſis reb⁹
valeat ſubuenire.clauſit oȓonem ſuam.De turni tñ vel ænee aut
de filiæ nuptijs nihil dixit:feruentibus.n.cunctis bellorum cãm
nominare non debuit.fuit.n.ipſi latino inuidioſa,& non decuit,
vt filiam quoq; per legatos offerret.dedit tamen cęteris viã tra/
ctandi de ipſa,dum rogandum ęneam dicit, & placandam mu/
neribus. Ex his quippe potuit aduerti, quid ille ſentiret de nu/
ptijs filiæ.

## ASCENSIVS.

¶Vix ea le.&c.)Cõmoto ex tali relatione populo conſultat La
tinus de pace ineunda cũ Ænea,& mittendis ad eum centũ ora/
toribus cum muneribus,& cõditione pacis,quæ eſt vt ſi omni/
no manere velit habeat locũ edificãdę vrbis,& recipiatur in par
tẽ regni : ſin abire velit,habeat claſſem impenſis latini reparatã,
& cõmeatum opesq; ad profectionẽ neceſſarias, de hac autẽ re
dicit Dona.ĩportunum,qđ defenſionis nõ habet portum & qđ
periculorum non inuenit rõnis ſuffragium.Cũ gente deorũ,cau
ſa quare importunũ ſit.Quæ enim põt inueniri defenſio : Nec vi
cti poſſunt abſiſtere ferro,q̃a potuiſſet dici tã diu durabimus vt
ſuccumbant.Hoc ille addit ꝙ centũ oratoꝝ numerũ ab Ænea la/
tinus didiciſſe videať,tot.n.miſerat Æneas ad eũ vt in ſeptimo
viſum eſt.¶Ordo autẽ eſt. Legati vix ſupple retulerãt.ſ.quę præ
dicta ſunt & varius fremor cucurrit per ora.Auſonidum.i. auſo/
nidarum turbata.ſ.q̃a pectora erant de conditione belli , aut per
ora turbatorũ,ceu.i.quẽadmodum murmur ſit gurgite.i. impe/
tu aquarum clauſo.i.pręcluſo obiectiõe ſaxorum:cum,ideſt quã
do ſaxa morantur ideſt immorantur amnes rapidos ideſt impe/
tuoſos:& cum ripæ vicinę fremunt vndis crepitantibus ſcilicet
ex confractione,vt primum ideſt vbi primum animi placati ſup.

fuerunt,& ora trepida.i.trepidantia timore & ira quierunt ideſt quieuerunt, Rex.ſ.Latinus infit.i.incipit loqui ab alto ſolio, præfatus.i.prius allocutus diuos, o Latini.ſ.populi: equidem.i. ego quidem,&.i.ſimul vellem,& fuerat melius.i. præſtantius ſtatuiſſe de ſumma re.i. de ſalute reipu. ante.i. priuſq̃ ad hunc ſtatum perueniret,& ſup.non cogere.i.compellere in vnum aut congregare conſilium.i.multitudinem ad conſilium conuocatorũ, ſup. tunc cum hoſtis obſidet muros,quaſi dicat cum ſerum eſt: o ciues nos gerimus bellum importunum,ideſt cõtra id quod oportebat,& non ſuo tempore ſuſceptum cum gente deorum.i.a dijs oriunda,& cum viris inuictis.quos nulla prælia fatigãt.i.laſſant, ſaltem non defatigant nec victi.i.q̃uis ſuperati:non tamen poſſunt abſiſtere ferro ideſt ẽt quando vincuntur & inferiores ſunt viribus adhuc rebellant ſi vos habuiſtis quam .i. aliquam ſpem in armis Ætolum ideſt Ætolorum qui cum Diomede in Apuliam venerant:ponite.i.deponite ſup.eã & quiſq; ſup.ſit tibi ſpes i.ſperet in virtute ſua,& non in auxilio alieno,ſed videtis quã anguſta ſit hæc.ſ.ſpes,quam in ſe quiſq; locet.cætera.ſ.præter ſpem qua ruina rerum iaceant perculſa.i.ad quam ruinam minent,aut quomodo iam labefacta ſunt omnia ante oculos veſtros & inter manus veſtras.i.videtis & tractatis res bellicas,& ita noſſe poteſtis in quam fragili ſint ſtatu.Nec ego incuſo.i.arguo,aut damno quẽq̃ virtus,quæ aut q̃ potuit eſſe plurima,fuit.i.quicquid virtutis erat impartitũ eſt,& exhauſtũ,quia certatũ eſt toto corpore regni.Nunc adeo.i.ad id oĩno deueniens expediam.i.expedite & paucis dicã quæ ſentẽtia ſit mẽti dubiæ.i.quid ſentiã in hac re dubia faciendũ & adhibere aĩos ego docebo paucis.ſ.quid ſentiam. Ager antiquus.i.diu a meis nõ inouatus.q.d.inutilis mihi,eſt mihi proximus amni thuſco.i.tyberino,longus.i.longe protẽſus in occaſum.i.occidentem verſus vſq; ſuper fines:ſicanos.i.ſicilieſes i.ad Siciliã,quem ſup.agrum Aurunci.i.antiqſſimi illi populi Italię & Rutuli ſerunt.q.d.ſine cõmodo meo, & exercent vomere duos colles atq; paſcunt.i.paſcuis deputant & depaſcũt p greges ſuos aſperrima.i.incultiſſima horum.ſ.colliũ omnis hęc regio,& plaga.i.regio pinea.i.pinis conſita,montis celſi.i.alti cedat.i.concedat amicitiæ Teucrorũ aut cõuertatur ad amicitiã Teucrorum obtinẽdam,& dicamus.i.afferamus eis æquas leges fœderis vt neq; victi plane,neq; victores cenſeant & vocemus ſocios in regna.i.in partẽ regni,conſidant.i.ſimul ſedẽ capiant mãſuri, & cõdant mœnia ſi tantus amor ſup.conſidẽdi in Italia eſt ſup. ipſis, ſin.i.ſed ſi animus eſt ſup.eis,capeſſere.i.ire cæptũ alios fines, & aliam gentem & ſi poſſunt.ſ.fatis pmittentibus,decedere noſtro ſolo,texamus.i.ędificemus & conſtruamus naues bis denas.i.viginti,tot.n.a Troia primũ exierãt:robore.i. ligno roboris ſciſſis: Italo.i.in Italia creto.ſeu.i.ſi valẽt cõplere plures.ſ. naues.texamus ſup,eas oĩs materies iacet ſup.parata ad vndã.ſ.tyberinã ipſi.i.ad nutũ,& libitum pcipiant numerũ & modũ.i.formã carinis.ſ.ędificãdis nos demus ęra.ſ.ad roſtra facienda,manus.i.operarios:atq; naualia.i.trabes & loca atq; cætera ad cõſtructionẽ nauium neceſſaria. Præterea placet centũ oratores latinos de pria i.pricipali & nobiliſſima gẽte.i.progenie:ire.i.pficiſci ad Æneã.ſ. qui ferant.i.afferant & dicant dicta & firment ſup.cũ eo, fœdera ideſt pacis pacta,& placet centum oratores latinos ptendere manu ramos paciſq;.i.oliuę paciferę,portantes munera & talẽta.i. pondera,& auri,& eboris.& ſellã.ſ.curulem & trabeã.i. veſtẽ auguralẽ inſignia noſtri regni,O ciues ſupp. conſulite in mediũ.i.in rẽ cõmunem & nõ ad ſuum quiſq; cõmodũ. & ſuccurrite rebus feſſis.i.debilibus & extenuatis belloq; depreſſis.

PIERIVS.

Clauſo ſit gurgite murmur.) In codicibus aliquot antiqs legere eſt tráſpoſito verbo.ſit clauſo. In aliquot alijs it clauſo Gurgite murmur.vt etiam verbo reſpondeat cõparatio.cucurrit fremor,ita ẽt,it murmur,ſed & ſit murmur,vt ſit gemitus, non eſt pręter vſum. Et trepida ora quierunt.) Nõ placet,qđ in codicibus aliquot antiquis rabida legitur,quod in ſexto recte eſt. Cogere conſilium cum muros obſidet hoſtis.) In Ro. co. adſidet,legitur. In Mediceo.aſſidet.vt proximius iminere periculum oſtẽdat,plerunq; enim ſine periculo obſidemur,& in veteri exẽplari,quo Donati cõmentaria continẽtur,adſidet habetur,eſt etiam in aliquot cod.cõcilium,ſed grãmatici hic,conſiliũ malũt. Nec victi poſſunt abſiſtere ferro,) In Oblongo cod.decedere ferro,legitur,quam lectionem ſi admittas,dicẽdum erit,aut victi ferro, aut decedere ferro,quippe ſibi temperare,ne arma reſumerent,quibus ſe victos negarent,ſed enim abſiſtere, haud quaq̃ diſplicet. Spem ſiquam accitis.) In Roman.codi.adſcitis,quod parui refert. Cætera qua rerum iaceant perculſa ruina.) In quodam antiquo cod.quæ iaceant:legitur,ſed magis placet,qua ruina, vt digito velut intento ruinam indicans,magis moueat,ſunt etiã vetuſti cod.qui,percuſſa,legant,ſed,perculſa.omnino melius,quia vt nonnulli volunt conſternationem etiam animorum cõtinet. Centum oratores pría de gẽtes latinos Ire placet.) In pleriſq; cod.antiquis,prima de gente latini,legitur:ſed oratores latinos, caſtior lectio. Munera portantes eboris q;,auriq; talenta.) In antiquis cod.legere eſt,auriq;,eboriſq;,nempe vt reſpondeat eorum ordini,quæ ſtatim ſubijciuntur,talenta,& ſellam,vt ſit,auri talẽta,& eboris Sellam.Tam & ſi Ser.aurum,ebur,& ſellã diſtincta internoſcit munera. Mihi vero Virg.ad ea dona reſpicere videtur,quæ Romani regibus mittere conſuerunt,ſellam eburneam, pateras aureas,tunicas,clamydes, Pallas pictas,& alia veſtimenta purpurea,vt ad ſiphacẽ,togam,& tunicam purpureã, ſellam eburneã,& paterã ex quinq; auri pondo factã,olim miſſa. Ptolemeo regi,togã tunicam purpuream cũ ſella eburneã. Cleopatræ reginæ Pallam pictam cum amiculo purpureo portata, quę darentur. Quare lectionem ita pũctis diſſitam eſſe placet,vt munero portantes auriq;,eboriſq;, vno legatur mẽbro, Inde qđ ex auru quidq; ex ebore conſtaret,ſubijciatur. Talẽta,& Sellam, Quiuis etiam nihil offendat,ſi legatur.eboris q;, auriq;. Talenta,& Sellam. Cuiuſmodi χιασμὸν & Hermogenes apud Demoſthenem,& alij apud Home.& Theocritum inter elocutionis ornatus obſeruarunt,id ita figurantes.

Eboris Auri,<br>
Talenta Sellam.

SERVIVS.

Obliqua inuidia.) Hoc eſt qui non ex aperto ipugnabat Turnum:ſed eũ reipublicę ſimulata defenſione lacerabat. Largus opum.) Abundans opibus,diues:non qui multa donaret. Nõ futilis author.) Non inanis.nã futilis,vas qđ dã ẽ lato ore,fundo anguſto, quo vtebãtur in ſacris veſtæ. quia aqua ad ſacra hauſta ĩ terra non ponitur:qđ ſi fiat,piaculũ eſt.Vnde excogitatuʒ eſt vas quod ſtare non poſſet:ſed poſitum ſtatim effunderetur. Inde & homo cõmiſſa nõ retinens,futilis dr̃.contrà,nõ futilis,bonus in cõſilijs, nõ inanis. Seditione potens.) Præpotens,non in mouenda, ſed in comprimenda ſeditione. Incertũ de patre ferebat.) Non ignobile,ſed penit⁹ ignoratũ.

Tum Dráces idem infenſus,quẽ gloria Turni **POE.**<br>
Obliqua inuidia,ſtimuliſq; agitabat amaris:<br>
Largus opum,& lingua melior,ſed frigida bello<br>
Dextera,conſilijs habitus non futilis author,<br>
Seditione potens:genus huic materna ſuperbum<br>
Nobilitas dabat,incertum de patre ferebat:<br>
Surgit,& his onerat dictis atq; aggerat iras.<br>
Rem nulli obſcurã,noſtræ nec vocis egentẽ **DRAN.**<br>
Conſulis o bone rex,cuncti ſe ſcire fatentur,<br>
Quid fortuna ferat populi,ſed dicere muſſant.<br>
Det libertatem fandi,flatuſq; remittat:<br>
Cuius ob auſpicium infauſtum,moreſq; ſiniſtros<br>
(Dicam equidem,licet arma mihi,mortẽ q; minetur)<br>
Lumina tot cecidiſſe ducum,totamq; videmus<br>
Conſediſſe vrbem luctu:dum Troia tentat<br>
Caſtra,fugæ fidens,& cœlum territat armis.<br>
Vnum etiam donis iſtis,quæ plurima mitti<br>
Dardanidis,duciq; iubes:vnum optime,regum

Onerat dictis.) Hoc ſermone oſtendit eũ ẽt ex oratione grauatũ Latini. Rẽ nulli obſcurã.) Callide & oratorie agit:& in oĩbus adulatorie rñdet dictis Latini. ſuprà enĩ ille dixerat, Ante oculos, interq; manus ſunt oĩa veſtras. Sanè quaſi pręclictũ oratorẽ exprimit:quia ſuprà de eo dixit,Et lingua melior. O bõe rex.) Bene addidit bone,& auxit epitheto dignitatem. Rex enim mediũ eſt: nã & bonus eſſe & peſſimus poteſt. Muſſãt.) Modo verenẽ ſignificat. aliàs dubitant:vt,Muſſat rex ipſe Latin⁹ Quos generos vocẽt. Interdum ſuſurrant:vt de apibus dicit.Et pprie muſſare,eſt obmurmurare, & muto eſſe vicinũ. Flatuſq; remittat.) Aut ponat ſupbiam: aut nr̃os flatus remittat.i.nobis

Adijcias:nec te vllius violentia vincat,
Quin gnatam egregio genero dignisq́; hymenæis
Des pater,& pacem hanc æterno fœdere iungas.
Quod ſi tantus habet mentes,& pectora terror
Ipſum obteſtemur,veniamq́; oremus ab ipſo:
Cedat ius proprium regi:patriæq́; remittat.
Quid miſeros toties in aperta pericula ciues
Proijcis?o Latio caput horum,& cauſa malorum
Nulla ſalus bello:pacem te poſcimus omnes
Turne,ſimul pacis ſolum inuiolabile pignus.
Primus ego inuiſum quem tu tibi fingis,& eſſe
Nil moror,en ſupplex venio:miſerere tuorum:
Pone animos,& pulſus abi:ſat funera fuſi
Vidimus,ingentes & deſolauimus agros.
Aut ſi fama mouet,ſi tantum pectore robur
Concipis:& ſi adeo,dotalis regia cordi eſt:
Aude,atq; aduerſum fidens fer pectus in hoſtem,
Scilicet vt Turno contingat regia coniux:
Nos animæ viles,inhumata,infletaq́; turba
Sternamur campis:etiam tu,ſi qua tibi vis,
Si patrij quid martis habes,illum aſpice contra,
Qui vocat,

bis reſpirare cōcedat.¶ Cuius ob au.) Inuidioſe Turni auſpicijs imputat,quòd tantus perijt exercitus:ac ſi diceret, Si malis tuis oībus non egrederent,poſſent forſitan ſuperare virtute. Sanè ſciendum hunc exprimere qcqd verecūde celauit Latin⁹. ¶ Moresq́; ſiniſtros.) Cōtrarios: quia in principio, Latino obtēperare noluit.¶ Lumia ducū.) Ideſt proceres.vt, O lux Dardaniæ. ¶ Conſediſſe vrbē luctu.) In luctū eſſe demerſam. ¶ Fugæ fidens.) Illud reſpicit qđ bella deſerit, Iunone faciēte. Fugæ aūt figurate dixit, pro, Fuga fidens.¶ Cœlū territat armis.) Dictū qdē, Virgilij grauitati nō congruit: ſed perite Dranci hæc data verba ſunt,q tumida vti orōne inducit.Vnde ei paulò pōſt Turn⁹ dicit, Quæ tuto tibi magna volāt. Item, Ventoſa in lingua, Itē, Proinde tona elogo. Deinde dicimus Drancem librare ſe ad orōnem Latini.vnde nunc dicit,Et cœlum territat armis.quia audierat, Bellum importunum,ciues cum gēte deorum.¶ Mitti Dardanidis,dicique.) Mitti aurum:& cætera dici de nauibus vel agro. ¶ Egregio genero, dignisq́; hymenæis.Ergo Turnus videtur īdignus.¶ Æterno fœdere iungas.) Natæ ſcilicet coniunctione.nam munera & contēni poterant:generis vero coniunctione in ęternū pacis fœdera firmabant.hoc aūt dicto latenter etiam latini pudorē exonerat: q Turno etiā ſuam promiſerat filiā,dicens cauſam reipublicæ præponderare debere,& propter pacem ciuium Turno Æneam nec eſſe præferendum.¶ Terror.) Terror eſt proprie qui alijs infertur;vt ſi dicas,ille habet terrorem:id eſt timēdus eſt. Vnde & terribilis dicitur.Metus autē eſt quem habent timentes. Sed nunc vſurpatiue terrorem pro metu poſuit.Nam hoc dicit, Quòd ſi tātum Turnum timemus.¶ Veniamq́; oremus ab ipſo: Cedat.) Aſper hic diſtinguit.¶ Quid miſeros totiēs in aperta pericula ciues Proijcis?) Quaſi viles & abijciendos.ſed ingenti pondere vniuerſa verba ſunt poſita.¶ Latio.) Non vni ciuitati.¶ Caput.) Principium.Et eſt antiquum.Terentius,Nam ſi hic mali eſt quicquā, hem illic eſt huic rei caput.¶ Nulla ſalus bello.) Plus eſt quàm ſi ſpes diceret.¶ Pacem te poſcimus omnes.) Te poſcimus, qui ſolus es cauſa bellorum.nam Æneas iam pacem promiſit. ¶ Solū inuiolabile pignus.) Ideſt Lauiniam. Et hoc eſt quod ait ſuprà, Pacem hanc æterno fœdere firmes. ¶ Inuiſum quem tu tibi fingis.)Bene quem tu fingis,ne ei tanquā inimico minime credat. & hoc dicit, Non ſum quidem inimicus:ſed ſi velis eſſe, non recuſo.nam hoc eſt.¶ Et eſſe nihil moror.fuſi.) Fugati. ¶ Deſolauimus agros.) Vel dum occiduntur, vel dum coguntur ad militiā. nam legimus,Et latos vaſtant cultoribus agros. ¶ Dotalis regia cordi eſt.) Hoc eſt regnum Latini.Sic alibi, Non hæc dotalis regia amatæ.¶ Scilicet vt Turno contingat regia coniux.) Hæc cū quadam irriſione dicuntur.¶ Inhumata,infletaq́; turba.) Atqui ſepulti ſunt omnes qui in bello perierant, vt legimus ſupra. Sed hoc factum eſt Æneæ beneficio, qui ſepulturæ eorum reddidit ſocios. Ergo quantum ad Turnum pertinet inſepulti ſunt: nam campos ſua poteſtate retinebat Æneas.¶ Etiam tu.) Eia.Nam eſt hortantis aduerbium hoc loco.alias Adhuc ſignificat,& eſt temporis.vt etiam currus,etiam arma.Apud maiores.¶ Etiam) conſentientis fuerat.quod tamen in his recentibus idoneis authoribus non inuenitur.¶ Vis.) Virtus.

DONATVS.

¶ Tū drances idē infenſus &c.) Drances,inqt,idē iō,qa & ſupra de ipſo dixerat, Ingrauat hęc ſęuus drāces,ſolūq́; vocari Teſtat, ſolū poſci in certamina turnū.quū idem drances turno fuerit infenſus,& hunc vrgebat inuidia gloriaꝝ eius,obliq̄ tn̄ nec in apertam profeſſionē ducta,ꝙ fuiſſet ſeditioſus & diues,quēq́; extollebat materna nobilitas,nec reuocabat hūc à natura ſua pudor, aut frangebat q̄uis potentis ludibrium matris,quæ illū incerto patre protulerat, ſurgit: ecce diuerſum pſonaꝝ meritū: rex loquutus eſt ſedens, iſte vero ſurrexit,vt loq poſſet,& oneraturus turnū ſic inſtituit loq: expſſit poeta hoīem ſæuū & factioſum.quo.n.pria odia excitare laborando non potuit:nunc qđ facile fuit, augere nitebatur inuenta,ne perderet occaſionem tēporis:& opportunitatē regiæ voluntatis amitteret:vel ne exiſteret qſquam,qui latini ſtudium pro æneæ partibus ad vtilitatem turni cōuerteret. Interea quū hyperbaton poſſit quandam obſcuritatem intellectui dare. ordinatio ſenſus addenda eſt ſic.Tum drances idem infenſus,quē melior gloria turni obliqua inuidia ſtimulisq́; agitabat amaris,ſurgit. & his onerat dictis , atq; aggerat iras. Medij verſus de genere de fortuna,de moribus, de artificioſa eloquentia, & ꝙ eſſet imbellis, iccirco videntur interpoſiti,vt conſtaret illū verſuti animi ſuperbia quoq; materni ſanguinis largiendo atq; loquendo,quæ vellet,explicare potuiſſe.¶ Rem nulli obſcurā.) Ex ſacro & verbis probat poeta,quod dixit.Aſſeruit enim drancem inimico turno propterea ꝙ virtuti eius inuideret.quū ipſe drances eſſet imbellis , ſupbus propter nobilitatē materni ſanguinis, & propter ſubſtantiā rei familiaris verſutus,callidus , eloquens, ſeditioſus.ecce primus & ſolus loquitur,& non conſultorū negotij publici,ſed vnius hoīs inimicus.& quum nullum habuiſſet cū cæteris tractatum:loquitur quaſi inſtructus ab oībus:atq; vt accederet dictis eius maior autoritas ex omnium ſe memorat veni re conſenſu.Magnum quippe inuentū eſt,quod licet ab vno exortum eſſet,cuncti approbant & vniuerſi cōfirmant: occultauit priuatas inimicitias,nè non publicū ſed ſuum negotiū agere videretur:aperuit tamē odium,quod obliqua exercebat inuidia.idoneā quippe nocēdi inuenerat cām.rem,inquit,omnibus manifeſtam locutus es.ecce quaſi omnes idem vellent , atq; idem ſentirent, ſic exorſus eſt. Laudat ſententiam regis,& hanc,quod melius fuerat,laudando confirmat.non enim debuit poſt regis arbitriū ipſe quoq; tanquā de cauſa indicans loqui:pręferendo tn̄ atq; approbando plus agit,q̄ volebat impleri: vſq; adeo,inquit , rex optie tantum cunctis placet ſnīa tua, vt laudari potius debeat, q̄ de ea tractari.ſic conſulunt,quibus imperio poteſtas eſt,& nomē regale cōmittimus & qui bene cōmiſſam ſibi rēp. regunt, boni regis officium cōples,nulli contra publicum cōmodum præſtādo gratiam,nullumq́; metuendo.quod ipſum probatur ex eo , quia id ſenſiſti,quod nos cuncti ſcire fatemur.¶ Sed dicere muſſant.) Sed metuunt loqui,& mala noſtra preſſi formidine contegunt: ne diceretur,cur ſolus quæris? & illi tacent?iccirco ait , volunt loqui vniuerſi,ſed timent.¶ Det libertatem fandi.) Satis inuidioſa ſeditio,& altiſſimis dolis inſtructa.fingit enim ſe metuere , & omnē in turnum inuidiam congerit.quumq́; eum aſſerit plurimū poſſe,& ab omnibus metui,odia ei maiora conquirit:det , inquit,libertatem fandi,flatuſq́; remittat,quaſi nulli fas eſſet loqui , aut anhelare ſaltem,niſi voluiſſet turnus,& rogatus præcepiſſet. Incipit iam erūpere in ea,quæ olim proferre cupiebat: vt compleret,quæ apud æneam ſe profeſſum eſſe meminerat,dixerat quippe.& te ſi qua viam dederit fortuna latino Iungemus regi,quærat ſibi fœdera turnus,vtitur igitur occaſione oblata fortunæ,& opportunitatem temporis retinet,qua meliorem aut talem poſtea repperire non poſſet:& quaſi ſub metu poſitus nō obliquas iam ſed apertas inimicitias profitetur. Cuius,inquit, ob auſpiciū infauſtum,deteſtabile ſcilicet atq; funeſtum . vbi loqui cœpit in ſeditionibus excitandis artifex,interpoſuit aliud,quo mouerentur vniuerſi,& vnuſquiſq; ſalutis ſuæ commodum tractans,qdquid de turno aſpere ageretur , libenter acciperet,& audiret. dicam equidem,licet arma mihi mortemq́; minet. quod ait mihi, hoc intelligi poteſt.mihi,quia commodum publicum ſalutemq́;

cunctorum quæro,interitum parat proculdubio,& paribus aliȷs
& fortunę ratione ſequentibus.dirum ſpondet ſua deſperatione
ſupplicium,lumina tot cecidiſſe ducum,totamq; videmus con/
ſediſſe vrbē luctu,dum troia tentat caſtra.Hoc eſt quid faciemus
cæci?qui ſpei noſtrę tot ꝑdidimus lumina,& nō aliquā partē no
ſtræ vrbis,ſed totam ciuitatis faciem luctib⁹ videmus opp̄ſſam.
Colligitur totū ſic,infauſta turni auſpicia quantas inflixerint cla
des,vident omnes,& gemunt:nihil eſt,quod non luctibus redū
det,& lachrymis periere tot duces,lumina.ſ.cæterorum,periere
plures de multis,periere meliores.faciendo totius ciuitatis com
memorationē,ad omnes,qui concilio intererant dolorē funerū
pertinere monſtrauit:vt reuera non odiȷ ſui cauſam,ſed publicū
tueri commodum videretur.quis enim in illa multitudine fuit?
qui non doleret amiſſum?quum aliȷ patres,aliȷ filios,nonnulli
fratres aut propinquos vel familiares fidiſſimos gemerent.dum
troia tentat caſtra fugę fidens,& cœlū territat armis.& hoc dice
bat inflictū,dū ille troiana caſtra tentaret,& nō iā hoīes,ſed cœlū
pulſare cōtēderet.tentat,inquit,nō expugnat.deniq; addidit,fu
gæ fidens.tentare quippe eſt ad vnam quāq; rem diffidenter ac/
cedere.videbatur ergo turnus tentaſſe certamen,& euaſiſſe fugiē
do.Proinde deſertiones & crimina obiectat:quia in decimi libri
parte dictus eſt aufugiſſe.tenere cœlum videt,qui in armis exul/
tat,& cum nullo congredit.Proprietas tamē illa eſt dicti,vt tro/
iani cœlo cōparati videātur:ꝙ non poſſent mortalium aggreſſio
ne terreri troia caſtra,ſic pronuntiare debemus,vt troia nō duas
ſed tres ſyllabas faciat tro.i,a,ſeparatim,& vocales.i,&,a,ſepa/
ratim:caſtra quoq; non ſolum parietes,ſed exercitum dictum de
bet intelligi.huius loci ſenſus ſic ordinatur,licet arma mihi,mor
temq; minetur,cuius ob auſpiciū infauſtū,moreſq; ſiniſtros Lu
mina tot cecidiſſe ducum totamq; videmus Conſediſſe vrbē lu/
ctu,dum troia tentat Caſtra,fugæ fidens,& cœlū territat armis.
¶ Vnūq; ēt domus iſtis.)Dixit placuiſſe omnib⁹ ſniām regis:ſed
addidit drances,quod ille conſulto & verecūde tranſmiſerat.fi/
nis enim bello poſſet accedere,ſi tolleretur cauſa certaminum.
ait igitur vnum,quod tantam habuit perſuadendi conſtantiā,vt
hoc rurſum neceſſario reperiſſet.qui,inquit,troianis miſiſti mul/
ta,multaq; mandaſti,adde vnum,quod poteſt fœderum ſacra/
menta firmare,quū magnum fuit,quod nitebatur efficere,vt faci
litatem oſtenderet.vnum dixit,vt ex quātitate numeri extenua/
tio naſceret,quaſi nec difficile nec graue,ſed vnum diceret eſſe fa
ciendum,& reuera vnum fuit,ſed maximum,& quod omnē ne
gotiȷ ſubſtantiam cōtineret:nec te vllius violentia vincat.ſuppreſ
ſo nomine turnū tetigit,qui in eo,quod drances fuerat ſuggeſtu/
rus,poterat lædi.¶ Quin gnatam egregio genero,) Laus vnius
dicta eſt,& in ea alterius obliqua vituperatio.quum enim egre/
gius dicitur,cui munera mittebantur,& affinitati latini digne cō
ueniens:alter nomini egregius iudicatus eſt,& minus cōueniēs,
qui regis filiam duceret.dicebat autem pleniſſime rebus publicis
profuturum,ſi hoc fieret:remota cauſa bellādi,pacem plena ęter
nitate manſuram.Patris,inquit,officium eſt,vel maxime in cau/
ſa coniunctionis filiæ prouidere.ꝙ ſi in cæteris melius & perpen
ſius ſciret deligere digniorem,non erat quis hoc fecerit.in pater/
no quippe pectore primum ſibi locum liberorū debet pietas ven
dicare.¶ Quod ſi tantus habet.)Redit ad inuidioſam dictionem:
aut ſi tanto,inquit,ducimur metu,tantaq; in nobis turni formi/
do eſt.ipſum rogemus,& ab ipſo deprecemur,quod poteſt pro/
uenire per te.dicit quomodo id turnus poſſet pręſtare.¶ Cedat.)
Cedere eſt locum dare meliori.¶ Ius proprium regi.) Et patiat
regem ac patrem vti iure ſuo,& ſinat propria libertate definire
vniuerſa,ac ſequi,quod ſibi commodum tranctando perſpexit:
¶ Quid miſeros toties.)Magnum factioſi hominis inuentum,vt
relicto eo,qui ſummam malorum tenebat ad eum ſeſe conuerte
ret,quem volebat opprimere.¶ Quid,ait,miſeros,) Miſer eſt,q
quum ſit innocens & alieni impetum fati poſſit effugere,cogitur
tamen infelicis hominis extremam communicare fortunam.qđ
vero toties dixit,hoc fuit quod iam non poterat tolerari,vt qui
iniuſte atq; incommode pugnare ſæpe compulſus eſt,& contra/
rium meruit,rurſum cogeretur exire in aperta pericula.eſt qui/
dem viri fortis incertum pugnę non timere.ſicuti enim in eo ſpe
rantur aduerſa,ita poſſunt etiam ſecunda melioribus prouenire
ſucceſſibus.in pericula autem manifeſta vnumquēq; improui/
dum ruere ſumma dementia eſt. Ciues,inquit,proȷ̈cis,nomen
ſanctum & religioſum,quod ille habuit vile,& quod non ſine/
bat euadere multos ſæpe innumeroſq; perdendo.nouiſſimum
fuit,proȷ̈cis,omni ſcilicet iniquitate deterius.proȷ̈citur enim,
quod vile eſt,quod neceſſarium non eſt,quod quum perierit nō

adſcribitur

adſcribitur incommodis:ſed iſte plus ſentitur dixiſſe,proȷ̈cis,q̄ſi
ipſis in pericula manifeſta coniectis,turnus expectatur qui alie/
ni imperiȷ in otio remanere conſueſſet.Erumpit iam in aperta cō
uitia,fiduciam gerens omnium,quos artificioſa dictione fecerat
ſuos:O latio caput horum & cauſa malorum.Malorum omniū,
quæ latium premunt,quæ præceſſerunt,tu es,inquit,caput &
cauſa.hoc vere obiectum eſt.per ipſum enim turbatum eſt latiū,
ꝙ latinus cum troianis fuerat collocutus:¶ Nulla ſalus bel.)Si
pugnatū vlterius fuerit,nulla iā ſperanda eſt reliquis vita,& qa
ad id deducti ſumus,vt ſpes remanſerit nulla.¶ Pacem te poſci.
om.Turne:)Omne,inquit,quum à ſolo dicatur,non ab omni/
bus pacem te poſcimus,non vt hanc daret,ſed vt cedendo pate/
retur illi coniugem dari,quem conſtabat eſſe potiorem:¶ Simul
pacis ſo.in.pig.)Et recedas ab affectu eius,per quā nobis poteſt
æternæ atq; inuiolabilis pacis ſubſidium procurari.¶ Primus
ego,inuiſum.)Ego,inquit,primus,& quem tu tibi fingis eſſe in/
uiſum,ecce ſupplex tibi ſum,& te pro ſalute omnium rogo.ma/
gna nocendi calliditas,ſupplicem ſe efficit inimicus,vt hoc mo/
do deſiderata perficiat,atq; vt maiorem inuidiam compleat,ro
gat omnium nomine:¶ Miſerere tuorum.)Tangat te aliquando
tuorum miſeratio,& infelicibus parce,ne intereant reliqui,dum
te adhuc inconſideratus error exagitat.¶ Pone animos,) Conſi/
lium dare debuit,qui quærebat in tanta neceſſitate beneficium.
deferueat,inquit,inconſideratio tua.& quod hauſiſti animo vel
extructus exclude,victus es:tuæ iam acquieſce fortunæ:prouiſu
rus etiam tibi,ſi cedendo efficias,quod perſeuerando vitare non
poteris.ecce & beneuolū ſe fingit,dum ipſius quoq; ſaluti vult
eſſe veluti conſultum,quem perſequebatur odio,& quem cupie
bat oppreſſum:¶ Sat funera fuſi Vidi.) Satis ſit,ꝙ cæſorum ca/
daueribus plena ſunt omnia.quanta mala in noſtros exercita,nō
accepimus referente fama,ſed videmus.¶ Ingentes & deſolaui/
mus agros.)Bene poſuit deſolauimus,quia de agris hoc eſt de ſo
lo,querebatur,quod factum fuerat deſertum.addidit etiam in/
gentes,vt non parua ſed ingens atq; immenſa poſſeſſio nudata
videretur,viduataq; cultoribus.deſolare quippe eſt auferre agri
colam ſolo.alio loco virgilius multo euidentius hoc ipſum po/
ſuit,quū diceret.ductores primi meſſapus & vfens,Contēptorq;
deum mezentius vndiq; cogunt Auxilia,& latos vaſtant cultori
bus agros.Non ſolam camporum voluit monſtrare ingentem ſo
litudinem factam,ſed per immenſum agrorum modum ingen/
tem hominum multitudinem eſſe mactatam.¶ Aut ſi fama mo/
uet.)Aut ſi erubeſcis cedere,& te tui nominis exagitat fama,tan/
tumq; in te bona exiſtimas ſupereſſe virtutis,& ſi adeo dotalis
regia cordi eſt:& ſi tantum cordi tuo regalis coniugiȷ cupiditas
fixa eſt,vt auelli non poſſit.¶ Aude,atq; aduerſum.) Si aliquam
virtutis tuæ fiduciam geris.aude,& certamen cum ſolo ſolus ag
gredere,atq; otio te præſtanti virtute confiſus hoſtem pete.¶ Sd
licet vt turno.)Neceſſario poſita in fine exclamatio eſt,quæ pro/
poſita conditione certaminis,& duri poſt certamen exitiȷ,tene/
ret vniuerſos in ſocietatem voluntatis ſuæ.hoc loco nomen tur/
ni,vt abiecti & humilis debemus accipere:pro animo eius,qui
iratus & vt inuidus loquebatur.talis luctus eſt iſte,qualis eſt,tro
ianas vt opes & lamentabile regnum eruerint danai.nam & illic
nomen gentis gręcorum,pro conuitio poſitum eſt. Contingat
regia coniux,mori pro republica,pro patria,pro penatibus,pro
vxore,pro liberis,pro parentibus glorioſum eſt.Iſte vero & per
ſonam deformauit,& cauſam deſeruit,idoneam non eſſe exiſti/
mans quæ merito poſſet exigere auxilium publicum.vt,ille,in/
quit,quam non poteſt regiam conſequatur vxorem.ducere vxo
rem ſpeciale vnius eſt votum.& commodum facti ad vnum ſpe
cialiter non ad populum pertinet.quum igitur non publica,ſed
priuata ſit cauſa,cur dimicet,cui pericula ſunt aduerſa,& ſecun/
da non proſunt.nos item innoxȷ̈,& extra negotium poſiti,re/
gnoq; ꝓprio neceſſariȷ aīæ viles.non vere viles dixit,ſed pro vi/
libus ſternemur campis,per oēs cāpos iacebimus fuſi. Inhuma/
ta infletaq; turba.non hn̄tes ſolatium lachrymarū aut beneficiū
ſepulturæ.Quam vim habet humationis detrimentū,aliȷs locis
poeta perdocuit.Vno,quū euryalum mater doleret occiſum.aliti
bus,inquit,linquere feris,aut gurgite merſum Vna feret,piſceſq;
impaſti vulnera lambent,Heu terra ignota canibus data pręda la
tinis Alitibuſq; iaces,nec te tua funere mater Produxi,preſſiue
oculos aut vulnera laui Veſte tegens.Hæc ſi omittantur ad cor/
poris iniuriam pertinent.altero aſſeruit,qui mali accedat etiam
animæ eius,qui humatus nō ſit.non.n.fluuiū tranſit infernum,ſi
cut in ſexto lib.lectum eſſe meminimus,loquēte ſibylla ad ęneā,
& docente hoc mō.Hæc oīs,quā cernis,inops inhumataq; tur/
ba eſt,

ba eſt, Portior ille charon:hi,quos vehit vnda ſepulti, Nec ripas
datur horrendas & rauca fluenta Tranſportare, priuſq; ſedibus
oſſa quierunt. Centum errant annos,volitantq; hæc littora cir/
cum. Hæ ſunt inhumatorum pœnæ, vt eorum corpora laniētur,
& diuerſis ſubiaceant beſtijs,& eorum animæ quum ad inferos
venerint,fluuium ſolēniter tranſire non poſſunt. Hæc paulo am/
plius euagati,quia locus ſinebat,tradidimus latius. Cæterū ama
ritudo drances hoc ſenſit,vt perituros ſi adhuc pugnaretur dice/
ret vniuerſos,nec ſuperfuturum aliquem,qui cęſos ſepeliret,aut
plangeret. ℾ Etiam tu ſiqua tibi vis.) Si tu fiduciam geris roboris
& generis tui,illum debes intueri ſolum,quem habes in tua cau
ſa contrarium.

ASCENSIVS.

❡ Tum Drances. Poſt concionem latini addit ſententiam Drācis
qui admonuit Lauiniam quoq; cum cæteris donis Æneæ cōce/
dendam:aut Turno ſi eam ſibi vindicare velit cum Ænea ſingu
lari certamine congrediendum eſſe, vñ Donatus ſic dicit, Ciues
proijcis,homines omni charitate ampleꝺendos. vt rē vilem abij
cis. In aperta,manifeſta,quod non fortis eſt,ſed temerarij. Sup/
plex magna nocēdi caliditas,qua inimicum ſumma inuidia one
ret. Animos quandam feruentem cōſiderationem, Deſolauimus
agros:nam de ſolo certabatur quod factum eſt deſertum. Scilicet
vt Turno,neceſſario poſita eſt in fine exclamatio,vt demonſtret
cauſæ priuatæ ipſius Turni non eſſe admiſcēdum publicum peri
culum, Hæc ille. ❡ Ordo eſt. Tum ideſt deinde poſtquam conti/
cuit Latinus,idem Drāces.ſ.de quo prius meminit,infenſus ideſt
multum offenſus,& moleſtus Turno quem gloria Turni agita/
bat inuidia obliqua.i.occulta,& non aperta:& ſtimulis.i.punctu
ris inuidię latentis amaris,ideſt acribus,& moleſtis, exiſtens lar/
gus.i.largiter diues.opum,& melior, ideſt abundantior lingua,
ideſt ſermone facūdo,ſed dextera ſupple eius,erat ſup.frigida bel
lo,ideſt ad bellum tarda,& inutilis,quę res vſu venire ſolet,nam
raro prꝫter cęteros diſerti boni ſunt bello,nam & bene dicere,&
fortiter agere raro in vnum coeunt.habitus author non futilis.i.
non inanis nec profuſus verborum,conſilijs.i.in conſilijs dandis
potens ſeditione,ideſt per ſeditionem,aut ad ſeditionem concitā
dum valens. Nobilitas materna dabat huic genus ſupernum, ſed
ferebat.i.efferebat incertum.i.penitus ignotum de parte,quia ne
ſciebatur quis eius eſſet pater : vnde pulchre fingitur loquacita/
tem a matre,non virtutem a patre habuiſſe. Surgit (tunc tandem
verbum affert,nam ordo eſt tum Drances ſurgit) & onerat,ſcili/
cet Turnum his dictis atq; aggerat,ideſt accumulat iras. O bone
rex tu conſulis rem nulli obſcuram.i.omnibus manifeſtariā nec
egentem noſtræ vocis.i.declarationis,cuncti populi fatenť ſe ſci
re quid fortuna ferat.i.pacē petendam eſſe,ſed muſſant.i.nō au/
dent dicere,ideſt palam mutire:ſed intra dentes murmurāt,& in
aures fidas ſuſurrant,det libertatem fandi, atq; remittat.flat⁹.i.
ventoſas minas,det dico is ob cuius auſpiciū,& mores ſiniſtros,
ideſt prauos & infauſtos nos videmus tot lumina ducum cecidiſ
ſe,& totam vrbem conſediſſe luctu,ideſt in luctu. Quia vero La/
tinus dicere poſſet ſi Turnus libertatē dicendi adimeret Dranci
non ei tantam audaciam in eum inuehendi interſerit per paren/
theſim equidem,ideſt ego quidem dicam,ſcilicet quod verū eſt
& quod reipu.conducere ſentio,licet minetur mihi arma & mor
tem) ob cuius dicit auſpicium nos videmus vrbem conſediſſe.i.
demerſam eſſe luctu dum ipſe fidens fugæ,quia putabatur ꝑ fu/
gam ereptus pugna tentat quaſi congredi non audens caſtra tro
ia.i.troiana,& territat cœlum.i.multum minatur armis. O optiē
regū,

regū,q tā bene tuis conſulis adijcias iſtis donis,quę tu iubes mit
ti,& dici plurima Dardanidis etiā.i.adhuc vnum, adijcias inquit
vnum.ſ.donum,nec violentia vllius vincat te quin.i. quominus
& vt nō o pater des genero egregio,& hymenæis dignis.ſ. Ænei
externi generi,& deorum prolis,gnatam.i.filiam tuam Lauiniā,
& quin iungas hanc pacem.i.concordiam ęterno fœdere.ſ. affini
tatis matrimonialis:ꝙ ſi tantus terror.i.metus de Turno : habet
mentes & pectora noſtra,ideſt ſi tantum ipſum timemus, vt nō
audeamus quod reipub.conducat facere. Obteſtemur ipſum Tur
num.i.obſecremus ipſum per ſalutem patriæ,& oremus ab ipſo
veniam.i.hanc gratiam vt.ſ.cedat,ideſt concedat regi proprium
ius:quod eſt ex ſententia facere & remittat,ideſt cōcedat hoc pa/
triæ,ideſt propter ſalutem patriæ quid o caput,& cauſa horum,
ſcilicet tātorum malorum Latio,ideſt Italię,hoc eſt o Turne,ꝓij
cis toties ciues miſeros in pericula aperta? Nulla ſalus eſt,ſup.bel
lo & nos oēs poſcimus te o Turne.i.exigimus a te pacē,& poſci/
mus ſimul pignus pacis.ſ. Lauiniam ſolum' inuiolabile.i. q̄ ſola
eſt inuiolabile pignus pacis. Ego quē tu ſingis tibi īuiſum.i.odio
ſum & infenſum,& ſup.qui nil moror.i.non recuſo eſſe.ſ. inuiſus
tibi dum reipu.conſulam.en ego primus venio ſupplex miſerere
tuoꝶ,& pone animos.ſ.magnos & elatos & abi.ſ.ab īſtituto,pul
ſus.ſ.a fortiori nos fuſi.i.fugati & proſtrati vidimus ſat funera.i.
ſatis funerum & deſolauimus.i.vaſtos dereliquimus agros ingē/
tes,aut ſi fama.ſ.nominis tui mouet.i.incitat te ad audiendum,
& ſi concipis.q.non habes quidē:ſed ſi concipis pectore tantum
robur.i.tantam fortitudinem.& ſi regia dotalis.i.quæ tibi in do/
tem detur cū Lauinia eſt adeo.i.vſq; adeo cordi.i.placito tuo.i.tā
tum tibi placet,aude atq; tu fidens fer pectus in hoſtem.ſ. Æneā,
aduerſum.ſ.i.ſcire licet cur id facias,vt.ſ. coniux regia contingat
Turno. Aut ſic per amaram irriſionē. Scilicet.i.nōne ita dignū eſt
ꝙ vt regia coniux cōtingat Turno,nos animæ viles,& turba in/
humata & infleta ſternemur campis.i.ſtrati ſiamus turba inhuma
ta & infleta ēt.i.ſed & tu ſi qua vis eſt tibi & habes qd.i. aliquid
Martis.i.animi virilis & bellicoſi patrij.i.patris tui hoc eſt q̄lis ē
in patre aut in patria tua eſſe ſolet,aſpice cōtra.i.ex aduerſo illū.ſ.
Ænean,qui vocet.i.prouocet te ad ſingulare certamen.

PIERIVS.

❡ Non futilis author.) Antiqui aliquot codices,actor,quod.nō
placet. ℾ Incertum de parte ferebat.) In Romano codice,ferebāt
numero multitudinis legitur: vt id ad famam referatur, Sed Do
natus,ferebat ſingulare agnoſcit. ℾ Fugæ fidens.) Quanuis Ser/
uius,fugæ,figurate pro,fuga,dictum aſſerat.) In Romano tamē
codice,fuga,eſt. At fugę,in antiquiſſimis eſt Donati commenta/
rijs. Fido enim datiuum caſum minime reſpuit, teſte Priſciano,
hoc eodem citato verſu,quod verbum tamen ablatiuo etiam iū
gi probat. ℾ Quę plurima mitti Dardanidis duciq; iubes.) Roma
nus codex Mediceus & alter peruetus in Vaticana bibliotheca &
aliquot alij,dici,legunt. Idq; Seruius admiſiſſe mihi videtur, dū
ait,mitti aurum,ebur,& ſellam. Dici de nauibus vel agro, qđ.ſ.
conſilium ſit initum,& quod optio ad Ænean pertineat. Idē eſt
in veteri Donati Commentario. ℾ Et pacem hanc æterno fœde/
re iungas.) Romanus codex,& aliquot alij legunt,firmes,iuncta
enim ſemel fuerat,ſed non firma fuit, huic igitur errori conſulit
occurrendum,quāquam id etiam huic ſentētiæ ſatis facit, quod
dictum eſt. Æterno fœdere. ℾ Sternamus campis.) Ti. Donatus
futuro indicatiui,ſternemur,legit,adiecta paraphraſi,ꝑ oēs cam
pos iacebimus fuſi,locumq; hūc eodem tempore repetit in duo
decimo,& ita ſcriptum eſt in codice Mediceo.

SERVIVS.

❡ Imo pectore voces.) Moſ
ſuo habitū futurę oꝛonis oſtē
dit. ℾ Larga qdē ſemꝑ Drance
tibi copia fandi, Tum cū bella
manus poſcunt.) Sunt multa
ſua vi optima,quæ qm̄ per ſe
nō pn̄t vituperari,ab acciden
tib⁹ vituperanť:vt hoc loco.
qm̄ eloquentia per ſe eſt opti
ma,eam culpat ex tꝑe, dicēs,
Tunc incūbis eloquētiæ cum
manus bella depoſcūt. ℾ Patri
buſq; vocatis Primus ades.)
Bella penit⁹ ignorās atq; for/
midans,primus es inter ſenes
ad dāda cōſilia. ℾ Magna vo/
lant.)

ℾ Talibus exarſit dictis violentia Turni, POETA
Dat gemitum,rumpitq; has imo pectore voces.
ℾ Larga quidē ſemper Drāce tibi copia' fandi, TVR.
Tunc cum bella manus poſcunt:patribuſq; vocatis
Primus ades:ſed non replenda eſt curia verbis,
Quæ tuto tibi magna volant:dum diſtinet hoſtem
Agger murorum,nec inundant ſanguine foſſæ.
Proinde tona,eloquio ſolitum tibi,meq; timoris
Argue tu Drance,tot quando ſtragis aceruos
Teucrorum tua dextra dedit:paſſimq; tropheis
Inſignis agros:poſſit quid viuida virtus,
Experiare licet:nec longe ſcilicet hoſtes

lant.) Homerus ἔπεα πτερόεντα προσηύδα. ℾ Diſtinet.)
Arcet,repellit:& ꝓprie extra
tenet.nā dis ſeparantis eſt.vñ
& diduco & diſtraho dicim⁹.
ℾ Meq; timoris argue tu Drā
ce.vt, Cantādo tu illum? Ar/
guo autē genitiuum regit: vt
arguo te cędis,inſidiarum: &
eſt de Gręco.nam ita dicunt,
κατηγορῶ σε φόνοιο, ἐλέγχω
καὶ φόνου ἢ κλοπῆς. ℾ Qn̄.)
Siquidem. Et per irriſionē in
illum confert laudes. ℾ Inſi/
gnis campos.) Nobilitas,cla/
rificas.nam verbū eſt īſignio,
ſed dicit ex authoritate ei⁹ de/



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

Quæ tendi nobis, circunſtant vndiq; muros.
Imus in aduerſos? quid ceſſas? an tibi Mauors
Ventoſa in lingua? pedibusq; fugacibus iſtis
Semper erit?
Pulſus ego? aut quiſquam merito fœdiſſime pulſum
Arguet, Iliaco tumidum qui creſcere Tybrim
Sanguine, & Euandri totam cum ſtirpe videbit
Procubuiſſe domum, atq; exutos Arcadas armis?
Haud ita me experti Bitias, & Pandarus ingens,
Et quos mille die victor ſub Tartara miſi
Incluſus muris, hoſtiliq; aggere ſeptus.
Nulla ſalus bello: capiti cane talia demens
Dardanio, rebusq; tuis: proinde omnia magno
Nec ceſſa turbare metu, atq; extollere vires
Gentis bis victæ, contra premere arma Latini.
Nũc & Myrmidonũ proceres Phrygia arma tremiſcũt,
Nunc & Tytides, & Lariſſeus Achilles:
Amnis & Adriacas retro fugit aufidus vndas.
Vel quum ſe pauidum contra mea iurgia fingit
Artificis ſcelus, & formidine crimen acerbat.
Nunquam animam talem dextra hac (abſiſte moueri)
Amittes, habitet tecum, & ſit pectore in iſto.

bere ſnĩam, quòd de bello cogitat virtutis ignar⁹. ¶ Iſtis.) δεικτικῶσ. ¶ Pulſus ego?) Quia ille dixerat, Pone aĩos & pulſus abi. & agit coniectura. nã hoc vult intelligi nõ poſſe dici, merito pulſum eũ qui inſequẽdo bella deſeruit. aperte aũt hoc dicit, poteſt merito credi, quòd pulſus ſit is cuius tot extant trophæa. ¶ Cũ ſtirpe.) Occiſo.n. Palante, interijt ei⁹ cũcta poſteritas. ¶ Bitias.) Bis ſubaudis. ¶ Ingens) à conſequẽtibus. ¶ Mille.) Finitus numerus pro infinito. ¶ Aggere ſeptus.) Vt, Veſtris o ciues vndiq; ſeptus Aggerib⁹. ¶ Nulla ſalus bello (capiti cane talia demens Dardanio.) Quotiẽs argumentũ nõ poſſumus ſoluere, aut cõtraria abiectione, aut risu, aut maledictio, vt hoc loco, aduerſario reſpondemus. ¶ Cane.) Pro diuina. ¶ Proinde.) Itaq;: Et ẽ ordo, Nulla ſalus bello, ꝓinde oĩa magno ne ceſſa turbare metu. cætera per Parentheſim dicta ſunt. ¶ Atq; extollere vires Gẽtis bis victæ: cõtrà premere arma Latini.) Hæc eſt virtus eloquẽtiæ. Arma aũt Latini inuidioſe dixit. nã debuit mea dicere. ¶ Myrmidonũ proceres.) Græcorũ pricipes. Dicit aũt Patroclũ & Achillẽ. nam licet ipſi aliunde fuerint, tamen Myrmidonibus imperauerunt. hæc autẽ ponit inter impoſſibilia, & vtitur Græco ꝓuerbio, ἄνω ποταμῶν ῥέουσι πηγαὶ. Sic Horatius, Et antè Padus matutina lauerit cacumina. Et ſic eſt modo dictum, vt in quarto, Nunc Lyciæ ſortes, nunc & Ioue miſſus ab ipſo. ¶ Retro fugit Aufidus vndas.) Apulię fluuius cadens in Adriaticũ pelagus. ¶ Vel cũ ſe pauidũ contra mea iurgia fingit.) Contra illud quod ait, Det libertatem fandi, flatusq; remittat. non hoc dicit, Timorẽ ſuum naturalẽ inuidioſe in meam cãm retorquet, vt meæ præſentiæ, nõ illius naturæ, quod timet, eſſe videatur. hoc eſt enim quod planius iterat dicens, Et formidine crimen acerbat. ¶ Artificis ſcelus.) Nam ſceleratorum eſt ſimulare formidinem. ¶ Habitet tecũ, & ſit pectore in iſto.) Peſſima & vilis anima habitet in membris congruis. nam talem vilem & peſſimam accipimus, quam nefas eſt perire ea dextra, quæ viros fortes tantum conſueuit occidere.

DONATVS.

¶ Talibus exarſit dictis. Dat gemi. rump. q; has imo pecto. vo.) Ardens ante magis exarſit in drancem talibus dictis maledicis ſcilicet & iniurioſis: quod ægre portabat, euomuit. Rupit, inquit, vocem, & imo pectore gemitũ dedit. Gemitus inde veniebat, qa vim drancæ ferre non poterat præſentibus tantis, & rege. quod tamen locus & tempus admiſit & præſentia tanti conuentus in vocem rupit, quamdiu patiens oppreſſerat dolor. ¶ Larga quidẽ ſemper.) Præpoſtera es. inquit, drance eloquentia tua. nam quũ neceſſitas viros in arma compellit, tu cõcurris ad verba, & te delectat rhetorum mos, quia murorum munimento ſecurus es. nõ ſic docuit ars militaris, vt ſermone vincatur, nec verbis debemus vti pro iaculis. Interea dum patres aliquid, tractare deſiderant, primus aduentas, & tunc lingua placere contendis, quum tempus non loquaces ſed armatos expoſcit. ¶ Sed non replenda eſt cur. verb.) Docebo te, inquit, ſua temporibus dare. Pacem quęrit loquacitas tua, quam putas eſſe, quum non ſit. Fallit te conuentus iſte maiorum, fallunt te murorum ſepta, quę à nobis paululum ſeparant hoſtes. non ne vides per foſſas ſanguinem fundi? ¶ Proinde tona elo.) Tona, inuidioſe poſuit, quaſi cœleſte regnũ portaret in lingua: vt nõ iam loqui, ſed tonare videretur ſolitus, tibi talis ſemper fuiſti. nihil tibi niſi loquacitas ſubeſt. Loquere antequã totum tibi adimat clangor tubarum, fortium virorum ſtrepitus, & fragor armorum. ¶ Meq; timoris Argue.) Accuſa, inquit, timorem meum. ſed tu ſolum drance gloria mea es, qa non noſti pugnantes. Triumphos tuos & ſtrages in hoſtem tuis manibus factas elatus enumera. oſtende agros, quos tua virtus trophæis effecit ingentes. Hęc omnia inſultanter proſecutus eſt,

quaſit

quaſi diceret, ſi nihil egi pugnando. quis tãtas ſtrages troianis inuexit? an tu q̃nũq̃ pugnæ vidiſti certamẽ? ¶ Poſſit quid vi. vir. Ex. li.) Hoc iõ, qa drances obiecerat fugę fidẽs. Aude atq; aduerſum fidens fer pectus in hoſtẽ, ẽt tu ſi qua tibi vis, ſi patrij quid martis habes, illũ aſpice cõtra, qui vocat. Et latinus in oratione ſua dixerat. Non tp̃e tali cogere cõcilium cum muros aſſidet hoſtis. Ad omnia iſte varia ordinatione reſpondit. Poteſt, inquit, comprobari facilius, qs quanta virtute confidat. haud procul eſt hoſtis, & muros obſeruat. Hoc ita dixit, quaſi obfidium fretus ſua virtute conteneret, quod apud illos graue videbat. ¶ Imus in ad aduerſos?) Vſus eſt verbo drances qui dixerat, Atq; aduerſũ fidens fer pectus in hoſtem. ego, inquit, ibo in hoſtem aduerſus ſecundum voluntatem tuã: ſed tu quoq; veni mecũ, vt videas ac probes, q̃lis ſim, quid ceſſas? ¶ An tibi mauors Ventoſa in lingua.) Quid eſt, quod ad campum non audes exire, & potes? quia bellatoris officiũ cõples, ſi loqueris, aut fugias. ecce obijcit ei, quia ipſe magis fugax eſt, nec aliquando concertat: Drances quippe dixerat de tumo, q fugæ fiduciam gereret. ¶ Plus ego.) Supra enim dictum eſt, pone animos, & pulſus abi: huic obiecto ita reſpondit. ¶ Haud quiſq̃ merito ſidiſſi. pul.) Magna pompa verborum propria extulit geſta: ſed veris falſa permiſcuit. nam tybrim humano ſanguine cumulatum dixit. quod contra naturam eſt rerum, & non potuit eẽ poſſibile. dehinc aſſeruit omnem ſe euandri penitus eraſiſſe ꝓgeniem: quum non plures occidiſſet, qui ſolum peremerat pallantem: licet in vno ſpes omnis euandri generis fuiſſet conſtituta. de arcadibus autem quantos occiderat? vt tantum ſibi crederet arrogandum? Quis, inquit, dicit me turpiter pulſum? quum ponere ante oculos cœperit tyberim maxima fluẽtem celeritate & pręcipiti, ſuperbum verticibus inundaſſe, atq; auctum eſſe troianorum ſanguine: quos hac dextera effudi, atq; mactaui: domum quoq; euandri & omnem ſpem poſteritatis eius extinctam virtute mea, atq; exercitum iuuentutis arcadiæ in trophæa infinita cõuerſum: vltra modum extulit laudem ſuam. Hoc autem ſuadet reſpondendi neceſſitas, in vno ſolo non eſt, qui euandri poſteritatem ſubuerterat. Vnicus quippe fuerat pallas, & euander iam ſenex, pater nouæ ſobolis eſſe non poterat: ¶ Haud ita me experti bitias.) Iſtorum necis vera relatio eſt. Hos autem ideo dixit ingentes, ne abiectos & humiles ſuperaſſe videretur. Ingens, bis accipiendum eſt. vt ſit bitias ingens, & pandarus ingens. ¶ Et quos mille die.) Hoc partem habet veri, partem aliam falſi. nam vere multos occidiſſe dictum eſt. non tamẽ mille. ¶ Incluſus muris hoſtiliq; aggere ſeptus.) Et vici, inquit, iſtos & ſub tartarũ miſi; hoc eſt bitiam pãdarum & mille alios, quos ſe aſſeruit vna die occidiſſe. Interea his addidit, quod egregium factum laudis cumulo poſſet augere, incluſus muris, hoſtiliq; aggere. ac perfecit, inquit, hæc ſeptus hoſtili aggere & muris inimicis incluſus: põt videri, ideo iſta dixiſſe, vt ex his oſtenderet quę feciſſet liber in cãpo, q multifariã clauſus expedire ſe potuit, & victor exire. ¶ Nulla ſalus bello:) Verba repetit drance. ¶ Capiti cane ta. dem. Dar.) Proinde, quia hęc canis, ceſſa turbare terroribus oĩa, & laudare eos, qui non vinci conſueuerunt: Bis victos, dixit vt oſtenderet in illis nullã eſſe virtutem. qui enim ſemel vincitur, poteſt euentum aduerſum imputare fortunę. qui vero non tantum primo congreſſu, verum etiam ſecundo ſuperator, ipſum ſe fatetur ſuis partibus, & commodis defuiſſe. ¶ Contra premere arma lati.) Extollis imbelles: & deprimis bellatores, illos ire in ferrũ dicis, & latinos commemoras certamina formidare, quibus acre bellorum ſtudium eſt, & amor ſine trepidatione pugnandi. Laudis loco latini dixit: propterea quia alio loco ꝓpoſitum eſt. belloq; frementẽ italiam regere. ¶ Nunc & myrmi. pro. Nunc & tydi.)

Dic

Dic nunc tu, qui contraria firmare contendis, videre arma latinos, & tremere metu phrygum, duci myrmidonum nomẽ. Hũc & tydides & nunc Diomedes in Italia contremit, quos ſuperauit in Troia, & lariſſæi Achillis. Et ſi Achilles ſupereſſet, etiam hunc diceres timuiſſe, & qui hæc falſis roborare contendis: hic aufidũ fluuium immenſum & magnum retro poſſe refluere, & quòd in vndas adriatici maris formidet exire. Ecce hic ſubtiliter tangit, qđ legati ad Diomedem miſſi nullum viderint, & falſa profeſſi fuiſſent. ⸿Vel quum ſe pauidum.) Certe ait quale illud ſcelerati commentum eſt, timorem fingere, accuſationes duras exercere. ⸿Nunquam animam talem.) Eſto ſecutus drance, parcam tibi licet merearis interfici, nunquam enim dextra mea imbelles occidit, ſit magis tecum anima tua, habitetq́ꝫ in tuo pectore. melius enim de te ſupplicium dabitur votis meis, ſi diutius viuas, & pœnas iugiter liuoris expendas.

ASCENSIVS.

❡Talibus, &c.) Subinfert rñſum Turni multum in Drancẽ commoti, qui tamen prudenter & callide reſpõdet, nã cum inficias ire nequiret oĩa dicta Drancis, perſonã vituperat, docetq́ꝫ importunam eius facũdiam nec vſqꝫ quaqꝫ verã, nam ſe fugiſſe pernegat, oſtẽditq́ꝫ paratum in hoſtes prodire multamq́ꝫ ſtragem edidiſſe: nec per ſe ſtare quo minus ſit pax cum non illator ſed defenſor ſit iniuriæ: deinde confutatio Drance ad latinum placide reſpondet, vt in ſequentibus videbimus Donati autem verba ſunt, Violentia Turni, Ante ardens magis exarſit. Oſtendit aũt Drancem vti præpoſtera eloquentia cum eo tempore manibus & nõ verbis ſit vtẽdum. Iliaco tumidum tybrin ſangui. Magna pompa infert ſua facta. Hæc ille. ❡Ordo eſt. Violentia Turni exarſit. i. excanduit talibus dictis. ſ. ipſius Drãcis: dat gemitum. i. ingemuit & rumpit aut rupit: ſed rũpit verius vt prius exarſiſſe ẽt rumpere intelligatur, vnde dixit dat nõ dedit gemitũ rumpit ergo. i. violẽter exprimit pectore imo. i. alto ſtomacho & ex intima intẽtiõe & ſumma indignatione has voces. O Drance ſeu Drances, larga. i. abundans & torrens copia fandi fuit, ſup. ſemper tibi. i. tunc cum bella poſcunt manus. i. operationes non verba & patribus vocatis ades primus ſ. in conſultando: ſed curia non eſt replẽda verbis quæ Verba volant. i. effutiuntur tibi tuto. i. extra periculum poſito magna. i. ampullata & inflata: dum. i. interea dum agger muroꝝ diſtinet. i. diuiſum & ſeorſum à te tenet hoſtem: nec foſſe inundant, ideſt adhuc ſanguine. ſ. in oppugnatione interemptorum. Proinde, ideſt ideo tona, ideſt alte ſona eloquio ſolitum, ideſt q̃ res eſt ſolita tibi aut tona ſolitum, ideſt rem ſolitam tibi. ſ. verboſam ſine re: & ò Drance tu. ſ. qui meticuloſiſſimus es nec vnq̃ꝫ quicq̃ꝫ pulchri geſſiſti, argue me. ſ. qui ſemper audẽtiſſimus habitus ſum timoris. i. meticuloſitatis. q. d. id iniuſte & inepte facis. Nã dic mihi, quãdo tua dextera dedit tot aceruos ſtragis. i. ſtratoꝝ hoſtium, & quãdo dedit, ſup. tot aceruos ſtragis. i. ſtratoꝝ hoſtium: & quãdo dedit, ſup. tot agros inſignis. i. inſignitos paſſim trophæis. ſ. à te in fugã verſoꝝ, aut ſpoliatorũ, ac, ſup. mea dextra. q. d. id nõ poteris dicere. Et ſi dicas tibi nõ fuiſſe facultatẽ cum hoſte dimicãdi vt mihi licet. i. licitum eſt tibi, vt ſupp. experiare: qđ virtus. ſ. tua viuida poſſit. ſ. nec hoſtes quærendi ſunt nobis longe: quia circunſtãt vndiqꝫ muros ſ. ciuitatis noſtræ, Imus in aduerſos? & cum illum videret imparatum inquit quid ceſſas. i. differs exire in hoſtẽ: an mauors. i. mars hoc eſt animoſitas bellica erit tibi ſemper in lingua ventoſa. i. vaniloqua, & iſtis. ſ. tuis pedibus fugacibus. i. aſſidue fugere ſolitis. Pulſus ego. i. dicis ne ꝙ ego pulſus ſum, aut ò fœdiſſime. i. nugator arguet quiſq̃ꝫ merito. i. ꝓ merito & iuſte pulſum. i. in fugã verſum cum. i. quãdo videbit tybrim tumidum. i. inflatũ & craſſum creſcere ſanguine Iliaco. i. Troiano & cum videbit totam domũ Euandri procubuiſſe cum ſtirpe. i. propagine, quia vnicum filium interemerat, aut cum videbit arcadas exhauſtos. i. effetos & euacuatos ita vt nihil amplius poſſint armis Bitias & Pandarus ingens. i. troiani illi duo maximi qui aperientes portas caſtrorum, ſtabãt turribus, & à Turno interempti ſunt, vt in nono viſum eſt: & mille, ſupp. viri quos ego victor incluſus mũris & ſeptũs. i. circundatus aggere hoſtili miſi ſub tartara. i. ad inferos die. ſ. vno. i. ſpacio vnius diei experti ſunt me haud. i. non ita. i. talẽ vt pulſum dicas. Et ꝙ, ſupp. dicis. Nulla ſalus bello, non eo inficias ſed tu demens. i. qui qđ iuſtũ ſit non conſideras: quia bellũ non eſt imputandũ defenſori: ſed ꝓuocatori qualis eſt Æneas: qui pactã mihi è gremio auferre contẽdit, & ideo cane. i. prædica talia capiti Dardanio. i. Æneæ, & rebus tuis quibus. ſ. nulla ſalus eſt per bellũ: quia eas protegere non audeas proinde. i. & ideo quia ſine rõne loqueris: ne. i. non ceſſa turbare oĩa magno metu atque extollere vires gẽtis bis victæ. ſ. ſub Laomedõtẽ, & ſub Priamo, & ꝑmere. i. deprimere & vilipendere cõtra. i. ecõtrario arma latini. Proceres. i. ꝓmi ductores myrmidonũ. i. illorũ populorũ theſſaliæ hoc eſt Achilles & Patroclus tremiſcunt nunc. ſ. ſm iudiciũ tuum, arma phrygia quæ tamen ſuperauerunt Tytides. i. Diomedes Tydei filius & Achilles lariſſeus. i. theſſalus ex Lariſſa theſſaliæ oppido tremiſcunt, nũc phrygia agmina. i. non vereris dicere victos victoribus eſſe terrori & ſi tibi qui vires troianas nimiũ extollis credere velimus perſuaderes: qa aufidus amnis fluuius ille apuliæ rapidiſſimus oĩa aufindens & ſecum trahens, retro fugit, ſup. vndas adriacas. i. fugit retrorſum præ timore linquens mare adriaticũ, vel. i. ẽt cum ſcelus artificis. i. ipſe ſceleſtus artifex fingit ſe pauidum cõtra mea iurgia. i. fingit ſe non audere verũ dicere, & acerbat crimẽ formidine. i. innuit crimẽ meum multo maius eſſe ſi auderet: qui. n. cum timore loquuntur credũtur de re minus loqui q̃ꝫ ſit. O Drance abſiſte moueri. i. conturbari, tu nunq̃ꝫ amittes talem. i. tam vilẽ & meticuloſam animam dextra hac, ideſt mea qua tam egregia geſſi. q. d. indignus es, qui tam nobili dextra occidaris, & ergo habitet anima tua tecum tanquã indigno ergaſtulo, & ſint in iſto. ſ. tuo tam vili pectore.

PIERIVS.

❡Larga quidẽ ſemper Drãce tibi.) In codicibus aliquot antiquis Larga quidem Drance ſemper tibi, quod parui refert. ⸿Dum diſtinet hoſtem agger murorum.) Seruius quidem, Diſtinet agnoſcit. Sed in veteribus codicibus aliquot. Dum detinet hoſtis aggere murorum. Vbi ſubaudiendum eſſet. ſe, vel quid huiuſmodi, vt accingunt operi, ſuperius. Apud Priſcia. quoqꝫ in antiquis codicibus variat ipſa lectio, aliꝭs detinet. aliꝭs diſtinet. legentibus. Sed reliquum eodem exemplo legitur. hoſtes agger murorum: quod in vulgatis exemplaribus hoſtem, ſingulari habetur numero. ⸿Nec inundãt ſanguine foſſæ.) Apud Pricianum. foſſæ accuſatiuo caſu legitur. Inundo enim ait ille modo abſolutam, modo actiuam habere ſignificationem inuenitur. Virgilius. Dum det hoſtes agger murorum, nec inundant ſanguine foſſæ. Eſt enim, Hoſtes replent foſſas, vel inundare faciunt foſſas. ⸿Tona eloquio ſolitum tibi.) In pleriſque codicibus antiquis, ſolito legitur. Sed ſolitum recæptum, elocutione admodum eleganti. ⸿Circunſtant vndique muros.) In codicibus aliquot circundant, ſed circunſtant, magis recæptum. ⸿Nunc & myr. Proceres phyr. Arma tremiſcunt.) vt alibi ſæpius obſeruatũ in Romano codice in Mediceo, & veteribus pene omnibus. Tremeſcunt legitur media ſyllaba per, e, vocalem ſecundam notata. Eadem enim analogia tremor, pauor, calor. Tremebam, pauebam calebam. Tremeſco, paueſco, caleſco, bam in ſco, mutata. ⸿Et formidine crimen acerbat.) In Oblongo codice, in Mediceo & quibuſdam aliꝭs admodum vetuſtis. aceruat, legitur per v, digammon. forte, vt ſoriten argumenti ſpeciem, qua plurimum vtuntur oratores innuat. Sed enim acerbat per. b. mutam cum ſtatio Virgilꝭ metaphraſte conuenit. Facinusq́ꝫ relatu aſperat Iliacum. & apud Claudianũ. Crimenq́ꝫ feri rectoris acerbat. Præterea Tibe. Donati paraphraſis. acerbat, legendum oſtendit: tam & ſi ætatis vitio, v, conſonantem. b. literæ ſono proferentis. Aceruat in eius antiquo codice ſcriptum eſt, ait vero. Quale illud ſcelerati commentum, videlicet timorem fingere accuſationes duras exercere. Durum enim cum acerbo congruere videtur. Vt mollia etiam mitia nuncupamus.

SERVIVS.

❡Conſulta reuertor.) Conſultor eſt qui cõſulit: cõſultus qui conſulitur: cõſultum vero res ipſa de qua quis cõſulitur. ⸿Si nullã noſtris vltra ſpem ponis in armis.) Inſinuatiõe vtitur, ideſt callido & ſubtili aditu ad perſuadẽdũ. vult n. dicere melius eſſe interire, quã pacẽ rogare, quod quia aperte nõ audet dicere, latẽter paulatim ad hoc ſerpit. Nãqꝫ inter ꝑncipiũ & inſinuationem hoc intereſt, ꝙ principiũ eſt aperta rei enũciatio. Inſinuatio aũt, vt diximus, eſt callida & ſubtilis oratio. ⸿In armis.) Aut meorũ, aut Latinorũ omniũ gñaliter. ⸿Si tam deſerti ſumus.) ꝓpter Diomedem

Nunc ad te, & tua magne pater conſulta reuertor,
Si nullam noſtris vltra ſpem ponis in armis,
Si tam deſerti ſumus, & ſemel agmine verſo,
Funditus occidimus, nec habet fortuna regreſſum:
Oremus pacem, & dextras tendamus inermes.
Quanq̃ ò, ſi ſolitæ quicquam virtutis adeſſet,
Ille mihi ante alios, fortunatusq́ꝫ laborum,

Egregiuſq; animi, qui ne quid tale videret,
Procubuit moriens, & humum ſemel ore momordit:
Sin & opes nobis, & adhuc intacta iuuentus,
Auxilioq; vrbes Italæ, populiq; ſuperſunt:
Sin & troianis cum multo gloria venit
Sanguine, ſunt illis ſua funera, parq; per omneis
Tempeſtas: cur indecores in limine primo
Deficimus? cur ante tubam tremor occupat artus?
Multa dies, variuſq; labor mutabilis æui
Rettulit in melius: multos alterna reuiſens
Luſit, & in ſolido rurſus fortuna locauit.
Non erit auxilio nobis Ætolus & Arpi:
At Meſſapus erit, felixq; Tolumnius, & quos
Tot populi miſere duces: nec parua ſequetur
Gloria delectos Latio, & Laurentibus agris.
Eſt & Volſcorum egregia de gente Camilla,
Agmen agens equitum, & florenteis ære cateruas.
Quod ſi me ſolum Teucri in certamina poſcunt,
Idq; placet, tantumq; bonis communibus obſto:
Non adeo has exoſa manus victoria fugit,
Vt tanta quicq̃ pro ſpe tentare recuſem.
Ibo animis contra, vel magnum præſtet Achillem,
Factaq; Vulcani manibus paria induat arma
Ille licet: vobis animam hanc, ſoceroq; Latino
Turnus ego, haud vlli veterum virtute ſecundus,
Deuoueo: ſolum Æneas vocat? & vocet, oro.
Nec Drances potius, ſiue eſt hæc ira deorum,
Morte luat: ſiue eſt virtus & gloria, tollat.

Diomedem qui ſolus negauit auxilia. ¶ Neq; habet fortuna regreſſum.) Omnia quæ ſibi poſſunt obijci ponit, ſed cũ ſolutionibus ſuis, nam & fortuna non eſt immutabilis: & qui ſemel pellitur, iterum in prælium poteſt reuerti: & ab auxilijs nõ ſunt penitus deſtituti, & in eorũ exercitu eſt adhuc plurimum ſpei. Eſt autẽ ſyllogiſmus. ¶ Quãq; ò, ſi ſolitę q̃c quã virtutis adeſſet.) Nõ ſe inertiæ arguit: ſed q̃ritur de virtute omiſſa per negligentiã. O aũt, dolentis eſt exclamatio, & intelligimus immoderatã eſſe illic eius orationem. nã exarſit dolore, quia aperte nõ potuit dicere morientium potius eẽ, q̃; hoſtes rogandos: quod tamen dixit cõferens ſe ad alias perſonas, & laudans eos q̃bus contigit perire ne iſta conſpicerent. ¶ Ante alios.) Melior oĩbus præferendis. ¶ Fortunatuſq; laborum.) Sicut, Lęta laboꝝ: & eſt Gręcum, ἐυτυχὲσ τῶν πόνων. ¶ Tale videret.) Vel hoſtes rogare: vel, quod latenter inſinuat, tradi alteri ſibi ante deſpõſatam. ¶ Semel ore momordit.) Cito, confeſtim: ideſt qui tota mortis celeritate conſumptus eſt. Vulnerati aũt ſolent vel terrã vel arma mordere, ne dolorem eorum indicent gemitus. Lucanus de Pompeio, Timuit ne quas effundere voces Vellet, & æternam fletu corrumpere famam. ¶ Vrbes Italæ.) Quia Diomedes peregrinus fuerat, nam hoc dicit, Habemus robur Italum, non Græcum militem, inertem & diſſolutũ. ¶ Superſunt.) Superabundãt, adſunt vltra quam bella depoſcũt. ¶ Sin & Troianis cũ multo gloria venit Sanguine.) Mire agit poſt confirmatas partes ſuas, Troianoꝝ vires imminuens. Quid.n. proderat dixiſſe ꝙ ſupereſſent Latinis auxilia, ſi etiam Troianorũ integræ vires eſſe ꝓbarentur? ¶ Cum multo gloria venit Sanguine.) Ac ſi diceret, Non eſt iudicanda victoria, quæ per immenſa detrimenta cõtingit: & hoc eſt vnde laudat Salluſtius duces qui victoriam incruẽtato exercitu reportauerunt. ¶ Sunt illis ſua funera.) Ideſt Troianis. Legitur & illi: & aut Æneæ intelligimus, aut aduerbium loci eſt pro illic: vt in ſecundo, Patet iſti ianua leto, pro iſtic. ¶ Parq; per omneis tempeſtas.) Sic alibi, Quanta per Idęos ſęuis emiſſa Mycenis Tẽpeſtas ierit cãpos, nã bello crebro comparat tempeſtatẽ. ¶ Indecores.) Decor decoris facit, ſicut author authoris: decus decoris, ſicut pectus pectoris, ſimiliter facit & in compoſitione, indecor indecoris, indecus indecoris. Ergo in neutro, co, breuis eſt, in maſculino producitur. Vnde apparet Syſtolẽ feciſſe Virgilium, nam indecores nominatiuus pluralis eſt à maſculino, ab eo quod eſt indecor, nam non poteſt hic indecus dici: neutrum enim in us terminatum, maſculinum ex ſe nõ facit. Aut certe dicamus indecores, declinationem eſſe, cuius nominatiuus ſingularis non inuenitur. ¶ In limine primo.) Quaſi in ipſo initio & aditu iufelicitatis, & ad illud reſpexit quod ſupra dixerat, Et ſemel agmine verſo Funditus occidimus. ¶ Multa dies.) Illi rei vehementer incumbit, quia dixerat, Neq; habet fortuna regreſſum: dicens fbrtunam tam labores quàm felicitatem pro temporum qualitate mutare. ¶ Dies.) Tempus. ¶ Luſit.) Decepit: vt, Quid natum toties crudelis tu quoq; falſis Ludis imaginibus? ¶ Et inſolido rurſus fortuna locauit.) Subaudis multos: & eſt ſenſus, In ſolidum reuocauit oppreſſos, & paulo ante derelictos: luſit vero: & decepit felices. ¶ Nõ erit auxilio nobis Ætolus, & Arpi.) Redit ad rem: quia occurrebat, Sed negãtur auxilia. Ætolum aũt dicendo, eius vires ex Græcæ gentis commemoratione debilitat. ¶ At Meſſapus erit, felixq; Tolumnius.) Bene duo iunxit quæ quęruntur in bello, fortitudinem, & felicitatem. Nam de Meſſapo iam legimus, Quem neq; fas igni cuiquam, nec ſternere ferro. Vtrunq;
autem

autem contra Diomedẽ dixit, quẽ dicendo Græcum, inertẽ ſignificauit. Infelicitatem autẽ eius ſupradicta legatorum verba teſtãtur. ¶ Nec parua ſequetur gloria.) liptotes figura. minus enim dixit q̃; voluit. nam hoc ſignificauit, Latina pubes celerrime victoriam adipiſcitur: quam Græci vix poſt decennium ſunt adepti. ¶ Eſt Volſcorum egregia de gente Camilla.) Vt in ſeptimo, ſegregat eam à virorum multitudine, & quoniam à ſexu non poteſt laudat ex gente. ¶ Quod ſi me ſolum Teucri in certamina poſcunt.) Quia audiuit, Illũ aſpice contra Qui vocat, etiam vtitur ductu, nam oblique ꝓmittit ſe ſingulari certamine dimicare velle, cum nolit. Similiter etiam in duodecimo ait, dicẽs irriſorie, Sedeant ſpectentq; latini. ¶ Tantumq; bonis cõmunibus obſto.) Et intantum obſum commodis publicis, vt niſi ſolus dimicauero, concidat vniuerſa reſpublica. ¶ Nõ adeo.) Non multum, nam verecunde dicit aſſuetam manibus ſuis eſſe victoriam. ¶ Tanta ꝓ ſpe.) Vt ſolus dicatur ſeruaſſe rẽpublicam. ¶ Ibo animis contra.) Ac ſi diceret, Deſunt corporis vires. ¶ Vel magnũ pſtet Achillẽ.) Et pſto illũ.i. melior illo ſum: & pſto illi dicimus. Cicero in Cęſarianis, Tãto ille ſuperiores gloria vicerat, quãto tu oĩbus pſtitiſti. ¶ Vulcani manibus paria induat arma.) Bene addidit Paria nã ẽt Æneas habuit arma Vulcania, licet poſſumus dicere quod hoc Turnus ignoret: non tamen hoc valde idoneum cõprobatur. ¶ Vobis animam hanc, ſoceroq; Latino. Bene ſibi & fauorẽ conciliat, populi & à ſoceri nominis prẹiudicio Latini implicat voluntatẽ. ¶ Vlli veterũ virtute ſecundus.) Dicimus & ſecundus illi, & ſecundus ab illo. ¶ Nec Drãces potius ſiue eſt hęc ira deorũ, morte luat: ſiue eſt virtus & gloria, tollat.) Senſus obſcure quidem dictus, ſed facilis & qui de vſu nũq̃; recedit. Nã ita irati de inimico dicere cõſueuimus, Abeat, nec bonis meis nec malis rebus interſit: nolo ſit aut meæ pticeps gloriæ, aut mihi inuidiã ex infelicitatis cõmunione cõmoueat. Sicut nunc de Drance dicit, Siue eſt hæc ira deorũ, morte luat, ideſt, Si pereundum eſt iracundia deoꝝ, nolo inuidiã ſuſtinere, ſi Drances forte pariter moriatur. Si vero me virtus & gloria comitabũtur, nolo ignauus felicitatis alienæ ſit particeps: ſi dum meis pugnat auſpicijs, forte ſuperaret.

DONATVS.

¶ Nunc ad te, & tua ma. pa.) Ex oratiõe turbulenta, quã pro ratiõe perſonę protulit, ad mitẽ atq; humilẽ repẽte conuerſus eſt: vel quia cũ rege inſtituerat loqui, vel cũ eo, quem ſocerũ ſibi eſſe cupiebat. Plus tamen oſtendit, ſe ſocero deferre, q̃; regi, dicendo, Magne pater, alioqui diceret magne rex. In ipſa tamen tranquillitate ſermonis eſt quædam conſiliorũ talium atq; diſpoſitionum occulta vituperatio, nunc ad te ait magne pater redeo, & ad conſulta tua: patrẽ videtur dixiſſe, quaſi honorificẽtiæ loco, vtpote, qui loquebatur vt gener, vt oſtẽderet, quod diximus, plus ſe ſocero deferre, q̃; regi. Sed alia loquẽtis intentio eſt. ſumma enim diſpoſitionum Latini diſplicebat Turno: deniq; poſt appellationẽ patris ſecuta propoſitio eſt: qua oſtendit ſe de illius conſilijs tractaturũ: vt oſtẽderet improuidum patrẽ, ergo appellatiõe magni patris irriſionẽ induxit obliquam, quaſi diceret, qualis pater es, qui nõ recte conſulis filię tuæ? qualis pater, cui ſuaſum eſt facile, vt amiſſa affinitate ciuis, nudo, peregrino, naufrago filiam tuam dare feſtines? ¶ Si nullam noſtris.) Quatuor poſuit cum varietatę mirifica, quę tamen latini & cæterorum deſperationem deſtruere potuiſſent. Si, inquit, armis noſtris ſpes nulla eſt. Si omnia nos ſecunda deficiunt, & ſic concidimus, vt ſurgendi facultas vlterius

rius

rius non ſit, & fortuna noſtra ſic abijt, vt remeare non poſſit, aut nolit. ¶ Oremus pacem.) Oremus indignū & depoſitis armis tendamus vacuas manus. Hæc nō ſic ꝓſequitur, vt fiant: ſed vt oſtēdat concilij illius quaſi iners fuiſſe factū. Diſputat quippe repetito certamine ſuperari poſſe contraria, non ſic, inquit, pugnatū eſt, vt defectio grauis videatur extitiſſe: nec ſic concidit dimicatiōis conuentus, vt exhibeat vrgente deſperatione ſuccumbi: poteſt iterū, vnde abijt, felix redire fortuna, orandam videlicet pacem, & inermes dexteras eſſe tenendas, ironicos poſitum, quaſi reuera oranda eſſet pax, & adijcienda his generibus virtus: & quę in hoſtis iugulum armatæ tendi debuerant, inertes ad eorum genua dexterę verterentur. ¶ Qnāq; ò ſi ſolitæ.) Multi totum iungunt, & quod generaliter optauit, & quod cœpit ſignare per ſpecies: quod fieri ditionis natura nō patitur. Proinde ſeparatum eſt, quod ait, quāquam ò ſi ſolitæ quidquam virtutis adeſſet. Hoc enim optātis eſt illud vero, quod ſecutum eſt, hoc fuit, quod optabatur. Ille mihi ante alios. ille, inquit, vel maxime cui profuit, quod fortiter cecidit, ne tale dedecus cerneret, qui fuerat felix magni animi, & in laboribus patiens. Laudat fortunam viri fortis, & non dicit nomen, omnes tamen Mezentium ſentiunt, qui cum ſua felicitate procubuit, nec ad illa concilij ludibria referuatus eſt, vt ſumeret pręmia, qui non vicerat, & qui vinci potuerat, rogaretur. Qui nequid tale videret procubuit moriens. Sic poſitum eſt, quaſi nō victus cecidiſſet, ſed volūtate ſua. Hoc ideo, vt victoris minueretur gloria, & præueniſſe talium conſiliorum turpitudinem crederetur, qui neceſſitate potiusq̄; voluntate conciderat. ¶ Sint & opes nobis.) Affuit partibus ſuis, & ea qbus grauabatur extenuationis artibus releuauit, inducta, ſcilicet comparatione. Nos, inquit, ſi priores opes perdidimus, habemus alias, primum intactam iuuentutem: iuuentus intacta eſt, quæ dum interfuit bellis perindeq; robore integro & ab omni certaminum fatigatione diſcreta monſtratur, ſunt & auxilia multarum vrbium multorumq; populorum, totum falſum aſſerebat, cæterum ſi verum eſſet, oſtenderet expreſſe vrbium nomina, & vocabula gentium, vel hominum demonſtraret. Hæc fuerunt pro partibus Turni, dicit iam alterius partis incommoda grauia ſatis & pernicioſa, vt parem oſtendat vtriuſque partis extitiſſe fortunam, ſi conſtat, inquit, etiam Troianis non ſine infinitorum cæde, gloriam proueniſſe ac perdidiſſe infinitam iuuētutem, quam illorum putamus extitiſſe victoriam? Vicit ille, qui ex congreſſione belli ſine clade diſceſſit. At iſti & amiſerunt ſuos, & pari certaminum tempeſtate ſubuerſi ſunt, quæ quum ita ſint, cur in ipſis initijs deficimus? & ante ſonitum tubæ grauiter contremiſcimus? Et ante ſolitus eſt, vtcunque releuare malorum apertorum inuidiam, & vera falſis obruere, nam non æqua vtriuſque partis calamitas fuit, nam in ipſis vis gtauior magis & non initium fuerat belli, quando iam conſtabat ſæpe & male pugnatum: tremorem autem non repentinum fore ex tubarum clangoribus, ſed vſitatum & ex aduerſis malis antiquum. Interea quia potuit in mendacio conuinci, addidit etiam iſta conſentiens ſubtiliter veris. ¶ Multa dies variusq; labor.) Certe, inquit, ſi aduerſo euentu pugnauimus, detrimenta ſuperioris tempoiis futuris poſſumus ſucceſſibus reparare: Ludit enim homines fortuna, & ſuperiores deijcit aliquando, & erigit aliquando deiectos. Multa dies hæc præſtat, & indefeſſa laboris inſtantia: venient meliora poſterius, & noſtra commoda prouentu meliore firmabunt, reſpondet & illi parti, qua Diomedes dictus eſt auxilia denegaſſe. ¶ Non erit auxilio nobis.) Inde, inquit, conſilio & mente defeciſtis, quia Diomedis ſocietas vobis prodeſſe noluit. ¶ At Meſſapus erit.) Qui vere fuerant, hos proprijs nominibus deſſignauit: quos falſo aſſerebat, generaliter tetigit, quos velut tot populi duces miſerant: non, inquit, parua ſequetur gloria, quos habemus ex ciuibus lectos latio & Laurentibus agris. Laudis loco eſt poſitum, vt natura fortes intelligantur, quos Italia generat: quorum præcipui, qui meruerant deligi, hæc falſa aſſerebat, ſed his adiunxit veritatem, vt totum videretur eſſe credibile. ¶ Eſt & volſcorum.) Ecce poſitum eſt nomen quia plena laude præferre non potuit, applicat, & per quæ poſſet iure meritoq; laudari. Volſcorum, inquit, de gente eſt, quaſi apud volſcos non tantum viri verumetiam fœminæ fortes eſſe videantur. Egregia de gēte. In magno quippe populorum numero ſunt nonnulli, qui cæteros nobilitate præueniant. Agmen agens equitum, creſcit laudis augmentum, meruiſſe enim exercitum ducere, quantæ eſt felicitatis? & florentes ære cateruas, ne ignobilibus applicata videretur, nec eorum quantitas definitur, vt æſtimatio incerti numeri fidem veritatis excedens ducis meritum cumularet, plena volſcorum prædicatio. Multi, inquit, fuerunt inſtructi equis, & fortes, atque armis ſplendidos ac refulgentes, qualis illa gens fuit, quam fortes viri? quando fœminæ ipſorum & ire ad bellum non dubitant, & præficiuntur armatis. ¶ Quod ſi me ſolum teucri.) Conſenſus iſte non ex voluntate Turni, ſed ex neceſſitate veniebat, nam verba eius ſic prolata ſunt, vt volentem potius demonſtrarent. ſi, inquit, ſolus petor, qui cum Ænea congrediar, & hoc putatis conducere commodis veſtris, vt ex vnius fortuna pendeat vtilitas veſtra, & ego impedio, quod prodeſſe omnibus poteſt, cupiens vobis pro voluntate veſtra eſſe conſultum, conditionem propoſitam non recuſo, ne autem de ſe diffidere videretur, ait. Nō adeo me deſeruit fortuna proſperior, vt recuſem, quod mihi afferre poſſit decus & gloriam. ¶ Ibo animis contra.) Ibo magis obuius, nec expectabo dum veniat, oſtēdam cunctis totum poſſe, qui plenis animis peragenda ſuſcæperit. ¶ Vel magnum præſtet Achillem.) Licet ille Achillem virtute præueniat: licet ille Vulcani donis armetur, ibo contra prouocaturus potius ſegnem, quàm expectaturus hoſtis arbitrium. Paria arma, inquit, quia & ipſe habuit aliqua, quæ Vulcanus fecerat. ¶ Vobis animam hanc.) Qualitas iſta verborum miſerationem potius ſignificabat, quàm pugnaturi audaciam. Ego, inquit, vobis & ſocero deuoui animam meam, licet comparatione virtutis ſecundus veteribus non ſimilem nec ſe veteribus æqualem fecit, quaſi cum arrogantia diceret ſe eſſe meliorem. ¶ Solum Æneas vocat.) Verba repetit drance, quia ſupra dixit, illum aſpice contra qui vocat: reſpondit ipſe. ¶ Et vocet oro.) Opto, inquit, & rogo vt Æneas me vocet ſolum. vtraque enim conditio pro me eſt. Si vicero, erit gloriæ meæ, ſin alius certaminis exitus fuerit, ſequetur memoriam meam ingens fama, quòd ceſſantibus vobis ſolus certare contendi. ¶ Nec drances potius.) Vnum tantum non dicat drances, quia ipſius cauſa aut occubui, aut vici, neue ex aduerſis meis gaudeat, aut ex proſperis aliquam ſibi vendicet partem. ſ. ne dicat, ego hūc in periculū, miſi, aut impulſu meo factum eſt, vt certaret & vinceret.

ASCENSIVS.

¶ Nunc ad te,) Poſtquam acerbe reſpondit dictis Drancis reuertitur ad dicta latini, ad quæ placide reſpondet, non tamen ſi Donato credimus ſine ironia quadam: vnde Donati verba ſunt, Nunc ad te. Ex turbulenta oratione ad mitem redit. Magne pater. occulta ironia eſt, quaſi dicat quomodo magne pater qui nō recte conſulis filiæ tuæ. Ille mihi ante. Multi de Mezentio intelligūt. Procubuit moriēs, quaſi intelligat non victum: ſed ſua voluntate cecidiſſe. Deuoui qualitas iſta verborum miſerationē potiusq̄; pugnaturi audaciam demonſtrat. Hæc ille. ¶ Ordo eſt. O magne pater. ſ. latine, ego reuertor. i. venio (nam nondum fuit) ad te, & ad tua conſulta. i. concilia aut res de quibus conſultum eſt. Si nullam ſpem ponis vltra. i. poſt hac in noſtris armis & ſi nos ſumus tam deſerti derelicti ab auxilio deorum & hominum propriaq; virtute deſtituti, & ſi nos occidimus. i. occubuimus: funditus. i. penitus ad fundum vſq;, aut fundotenus agmine. i. exercitu noſtro verſo. ſ. in fugam ſemel: neq;. i. & non & ſi fortuna non habet regreſſum. i. reditum cum fauore ad eum, vnde diſceſſerit, oremus pacem. ſ. ab hoſte noſtro, & tendamus. i. protendamus ei dextras inermes. i. imbelles aut victas aut dedititias quāquā ò, ideſt vtinam (voluit multa dicere vtpote vtinam ſit mihi iterum cum hoſte congrediendi poteſtas, ſic in quinto. quanquam ò ſuperent qbus hoc Neptune dediſti) Si quicquam virtutis ſolitæ adeſſet, ſup. nobis: ille, ſup. cenſeretur, ideſt haberetur mihi. i. à me ante alios, ſcilicet præſtans, & fortunatus laborum. ſ. executione: aut laborum pro laboribus: & egregius animi. i. habēs egregium animum, qui ne videret quid tale. ſ. deditionem hoſti factam: ꝓcubuit moriēs & momordit ſemel. i. vno impetu, humum ore. i. mordicus, hoc eſt morſu terram petens, ne viro forti vocē emitteret indignam: hoc eſt vtinam potius q̄; dedititius fiam, & me hoſti ſubdam, aut illum rogē ego occubuerim fortiter ſicut Mezētius, & lauſus occubuerunt. Sin, ideſt ſed ſi, &, ideſt ſimul ſpes ſint nobis & iuuentus adhuc intacta eſt nobis, & ſi vrbes Italæ & populi Italiæ ſuperſunt nobis ad hunc auxilium, ideſt qui nobis auxilio ſint. Sin i. ſed ſi gloria. ſ. victoriæ venit Troianis cum multo ſanguine, ſcilicet ſuorum effuſo, & ſi illis ſunt ſua, ideſt propria, & merita funera & ſi par tempeſtas fuit: ſupp. per omnes cur nos indecores, ideſt contra decus agentes deficimus in primo limine, ideſt in principio belli cum iam ſemel dūtaxat bellatum ſcit, aut trèmor occupat artus ante tubam, ideſt priusquàm per tubam ꝓuocaremur in arma. Dies, ideſt tempeſtas varia, & varius labor, ideſt conatus & caſus: æui, ideſt vitæ noſtrę mutabilis rettulit multa in melius i. meliorem exitum quam incœpta ſint fortuna reuiſens alterna.

ideſt alternatim modo hos, modo illos, luſit.i.illuſit & depreſſit multos, & locauit rurſus.i.iterum.ſ.iam illuſos: in ſolido.ſ.ſtatu Ætolus.ſ.Diomedes cum ſuis non erit nobis auxilio.i.ponamus quod non auxiliabitur nobis, & arpi.i.populi arpenſes non erunt nobis auxilio: at.i.ſed Meſſapus.ſ.filius Neptuni, & Diomede pręſtantior atq; felicior erit, ſup.auxilio nobis, & Tolumnius felix.ſ.i bello, & nõ felix vt Diomedes erit nobis auxilio, & duces quos tot populi miſere.i.miſerunt ſupp.erunt nobis auxilio, nec parua, imo magna gloria ſequetur delectos latio.i.in ea Italiæ parte, & agris laurentibus.i.ſine externo milite ſuperabũt, eſt.ſ.auxilio nobis Camilla.ſ.virgo bellatrix, de egregia.i.pręſtanti gente Volſcorum.i.illorũ populorũ Italię agens agmen.i.dux equitũ, & agens cateruas.i.copias coadunatas, florentes ære.i.armis æreis, quod ſi teucri poſcunt me ſolum in certamina.ſ.ſingularia, vbi ignauiã teucrorum notat cum multi vnũ petant: aut oẽs letentur periculum à ſe in ducẽ coniectum, & ſi id placet.ſ.tibi ò rex, & ego obſto tñ.ſ.quantũ Drances dicit bonis cõibus.i.paci concordiæ, ac ſaluti reip. victoria non exoſa has manus non fugit adeo.i.vſque adeo, & ideo intantum has manus.i.nõ tam diſfortunatus hactenus in bello fui, vt recuſem tentare.i.anniti, & conari (qua in re extenuat vires ſuas & latenter ſe Ænea inferiorem fatetur) quicquam.i.quantumlibet difficile pro tanta ſpe.ſ.pro rebus cõibus, ibo contra.ſ.Æneam, aut obuiam Æneæ, animis, quia de viribus corporis veretur, vel.i.etiam ſi præſtet.i.exhibeat, aut ſuperet viribus magnum Achillẽ, qui.ſ.Hectora vicit, & licet ille induat arma paria.ſ.armis Achillis, facta manibus Vulcani: qualia Æneas reuera habuit, licet id ignoraret Turnus, ſed ſciuit Achillẽ habuiſſe arma Vulcani manibus facta quæ illi Thetis mater exornauerat. Ego Turnus: haud ſecundus vlli.i.non inferior vllo veterum virtute, licet forte felicitate deuoueo, aut vt Dona.legit deuoui.i.morte addixi, vobis.ſ.ò Latini, & Latino ſocero.i.ꝑ ſalute veſtra. Si ſup. verũ eſt, vt tu dicis Drance ꝙ Æneas vocat me ſolum: ego oro.i.opto & bene volo vt vocet.i.ſine eum vocare paratus ſum: ſed nihil ad te: nolo nomen tuũ interponas hoc eſt nec, ſupp.oro aut volo: vt Drances luat morte.ſ.hoc diſcrimen belli potius.ſ.q̃ ego ſiue hęc eſt ira deorũ.i.ſiue dĳs iratis & nobis aduerſis bellare occœpimus: ſiue hęc eſt virtus & gloria.i.ſiue ex hoc bello maneat q̃.q̃ per virtutem gloria Drances non tollat, ſupp.i.ea nolo Drãces aut ſuccumbat aut vincat vbi ſolus Turnus vocetur quia pręſtãtius geret Turnus q̃ ipſe onus belli. Et ita de ſe & de drance pręſente quaſi de alio in tertia perſona loquitur, vti moris eſt quoties in nõie aut noſtro aut eius ad quem loquimur ſiue dignitate ſiue indignitate pondus eſt.

PIERIVS.

❡Nunc ad te & tua magne pater cõſulta reuertor.) In Romano codice & aliquot alĳs antiquis, magna, legitur: quippe conſulta, quia de ſumma belli & pacis agebatur. Sed omnino magne pater Tib. Donatus legit. Vt vero quantum amiſerimus deteſtabili eius facinore, qui tam docta cõmẽtaria mutilauit, aſpicere vnuſquiſq; poſſit: quæ ſuper hoc loco ille ſcripſerit apponere non grauabor, Nunc ad te, & tua magna pater conſulta reuertor. Ex oratione turbulenta, quam pro ratione perſonæ protulit, ad mitem atq; humilem repente conuerſus eſt, vel quia cum rege conſtituerat loqui, vel cum eo, quẽ Socerum eſſe cupiebat. Plus tamẽ oſtẽdit ſe Socero deferre, q̃ regi, dicendo, magne pater, alioqui diceret, magne rex. In ipſa tamen tranquillitate ſermonis eſt quędam conſiliorum Latini, & diſpoſitionum occulta vituperatio. Nunc ad te, ait, Magne pater redeo, & ad conſulta tua, pater, videtur dixiſſe, quaſi honorificentiæ loco: vtpote qui loquebatur, vt Gener vt oſtenderet, quod diximus plus Socero deferre q̃ regi. Sed alia loquentis intentio eſt. Summa enim diſpoſitionum diſplicebat Turno. Deniq; poſt appellationem patris ſequuta eſt propoſitio, quo oſtendit ſe de illius conſilĳs tractaturum, vt oſtenderet improuidum patrem. Ergo appellatio magni patris irriſionẽ induxit obliquam, quaſi diceret. Qualis pater es, qui non recte conſulis filiæ tuæ, qualis pater, cui ſuaſum eſt facile vt miſſa affinitate ciuis, nudo, peregrino, naufrago, filiam tuam dare feſtines, hæc Ti. Donatus, neq; pauciora deſunt in locis alĳs toto opere, vbi ſuper ingenioſiſſimi poetæ artificio ſit latius declamandum. Quod vero hęc habuerimus, benignitate Camilli Portĳ factum eſt, qui integra huius Authoris commentaria in duos vltimos Æneïdos libros mihi videnda officioſiſſime conceſſit, plura daturus, niſi ꝑ bibliotaphos quoſdam ſuppreſſa eſſent reliqua. ☞Nec habet for. Re.) Pluribus in antiquis exemplaribus neque. ☞Dextras tendamus inermes.) In Ro. codice, in Mediceo, & alĳs veteribus, inertis legiẽ. Quãuis vero inertis. In Donati etiam cõmentario legatur, eius tamẽ ſnĩa, inermes, legendũ oſtẽdit, vel inertis idẽ ſignificare. dũ ait, orandũ videlicet pacẽ, & inertes dexteras eſſe tradẽdas ironicos poſitũ, quaſi re vera oranda eſſet pax, & adĳcienda ignauis virtus, & quæ in hoſtis iugulũ armatæ eſſe debuerãt, inertes ad eorum genua dexteræ verterentur. ☞Et humum ſemel ore momordit.) In Ro. co. ſimul, habetur, ac ſi dicat, ſimul atq; procubuit, humũ idẽtidẽ momordit. eſt apud Ser. interpretatio, Cito, Confeſtim.i. qui tota mortis celeritate conſumptus eſt. Videtur tamen, ſemel, quid eruditius præ ſe ferre, neque id diuerſum quicq̃ ab hac ſententia ſignificat, hic vero poeta laudat fortunam viri fortis, ait Donatus, & non dicit nomen, omnes tamẽ Mezentium ſentiunt, qui cum ſua felicitate procubuit, non præteribo in antiquis aliquot codi. memordit, augmento ſyllabico per, e, Græcorum more poſito, de qua geminatione plura Gellius. ☞Sunt illis ſua funera.) In Romano co. legere eſt, ſuntq; illis, Et id quidẽ longe venuſtius. ☞Varius q; labor mutabilis ęui.) In Roma. cod. & aliquot alĳs. Varĳ. legiẽ, vt ſit varĳ æui. in aliquot belliq;, labor, ſed omnino melius, variusq; labor ☞Quod ſi me ſolum teucri, in certamina poſcunt.) In antiquis aliquot exemplaribus. Quod ſi me teucri Solũ. habetur, ſtructura aliquãto elegantiore. ☞Turnus ego haud vlli veterum virtute ſecundus deuoueo.) In antiquis codicibus, deuoui, eſt pręterito tempore, quod agnoſcit Donatus.

Illi hæc inter ſe dubĳs de rebus agebant
Certantes, caſtra Æneas, aciemq; mouebat.
Nuncius ingenti per regia tecta tumultu
Ecce ruit, magniſq; vrbem terroribus implet.
Inſtructos acie Tyberino à flumine Teucros,
Tyrrhenamq; manum totis deſcendere campis.
Extemplo turbati animi, concuſſaq; vulgi
Pectora, & arrectæ ſtimulis haud mollibus iræ.
Arma manu trepidi poſcunt, fremit arma iuuentus:
Flent mœſti muſſantq; patres, hic vndiq; clamor
Diſſenſu magnus vario ſe tollit in auras.
Haud ſecus atq; alto in luco cum forte cateruæ
Conſedere auium: piſcoſóue amne Paduſæ
Dant ſonitum rauci per ſtagna loquacia cycni.
⌈Immo (ait) ò ciues arrepto tempore, Turnus, TVR.
Cogite concilium, & pacem laudate ſedentes.
Illi armis in regna ruunt. ⌈Nec plura loquutus POE.
Corripuit ſeſe, & tectis citus extulit altis.
⌈Tu Voluſe armari Volſcorum edice maniplis TVR.
Duc (ait), & Rutulos equites Meſſapus in armis:

SERVIVS.

❡Caſtra Æneas, aciemq; mouebat.) Ideſt ducebat exercitũ vt, Nos caſtra mouemus. Lucanus, Brũduſium decimis iubet hanc attingere caſtris, ideſt decima deductione. ☞Fremit arma iuuẽtus.) Hoc eſt fremebãt arma: & militaris vox eſt. ☞Muſſant.) Modo querũtur. ☞Diſſenſu vario.) Alĳ enĩ Turni, & alĳ Drancis dicta probabant. ☞Piſcoſove amne Paduſæ.) Paduſa pars eſt Padi. Nã Padus licet vnus ſit fluuius, habet tamẽ fluenta plurima, è quibus eſt Paduſa, quæ quibuſdã locis facit paludem, quę plena eſt cygnorum. ☞Per ſtagna loquacia cygni.) In quibus habitant cygni loquaces. Rauci autem, τῶν μέσων eſt, nam modo canoros ſignificat: aliàs voces peſſimas. Iuuenalis, Rauci Theſeide Codri. Sicut venenũ & de bono & de malo dicitur vt odor malus & bonus vocatur. ☞Arrepto tempore.) Inuẽta opportunitate. ☞Sedẽtes.) Pigri, vt, imuniſq; aliena ſedens ad pabula fucus. ☞Armari edice.) Figura eſt, Dic vt armẽtur. Edice autem plenus eſt imperatiuus, nam ab omniũ coniugationum infinito, detracta re ſyllaba, fit ĩperatiuus: vt amare, ama: docere, doce: legere, lege: audire, audi. Quũ autem Fac vel Dic dicimus, Apocopen verba patiuntur. ☞Maniplis.) Ars quidem exigebat vt Ma haberet accentũ, Ni longa quidẽ eſt: ſed eſt ex muta & liquida: quod quoties fit, tertia à fine ſortitur accentum, vt latebræ, tenebræ, tamẽ in hoc ſermone vt ſecũda à fine habebat accẽtũ vſus obtinuit. ☞Maniplis.) Signiferis: quia ſecundum antiquum morẽ in legione erant triginta: legio autem habebat ſeptẽ cohortes, ſexaginta

Et cum fratre Coras latis diffundite campis.
Pars aditus vrbis firment: turreſq́; capeſſant:
Cętera, qua iuſſo, mecum manus inferat arma.
¶ Ilicet in muros tota diſcurritur vrbe. POETA
Concilium ipſe pater, & magna incœpta Latinus
Deſerit, ac triſti turbatus pectore differt.
Multaq́; ſe incuſat, qui non accæperit vltro
Dardanium Ænean, generumq́; aſciuerit vrbi.

ginta centurias, licet in his rebus acceſſu temporis ducum varietas ſemper mutauerit militiæ diſciplinã. ¶ Equites Meſſapus in armis, Et cum fratre Coras latis diffundite campis.) Equites in armis, ideſt armatos, nã figura eſt. Meſſapꝰ autẽ vt diceret, vitauit ὁμοιοτέλευτον. nam vitioſum erat Voluce, Edice, Meſſape. Ergo Meſſapus aut antiquus vocatiuus eſt, vt, Heſperidum fluuius regnator aquarum. Item, Socer arma Latinus habeto, aut certe nominatiuus eſt pro vocatiuo: quãquam poſſit etiam nominatiuus eſſe, vt ſit, Meſſapus & Coras equitem diffundite, pro diffundant, melior tamen eſt ſenſus ſuperior. ¶ Cum fratre Coras.) Scilicet cum Catillo: nam legimus, Catillusq́;, acerq́; Coras. ¶ Qua iuſſo.) Pro qua iuſſero: & eſt antiquum. ¶ Ilicet.) Confeſtim, illico: quod ne diceret, metri neceſſitas fecit. nã Ilico dicimus. ¶ Magna incœpta.) Quia de pace cogitabat quæ impleri non potuit. ¶ Multaq́; ſe incuſat.) Pro Multũ. Et eſt Græca figura. ¶ Generũq́; aſciuerit vrbi.) Propter vrbem. Lucanus de Catone, Vrbi pater eſt, vrbiq́; maritus. Gener autem ideo dicit: quia ad augendum genus adhibetur.

## DONATVS.

¶ Illi hæc inter ſe.) Reprehenſio eſt latinorum, & Æneæ maxima laudum prædicatio. tempore enim, quo dubia tractabantur, hoc eſt incerta, quum euentum in ancipiti habent, quum deberet celeriter ſtatui, quid omnibus recte conduceret, illi trahebant nõ tractatibus publicis ſed priuatis tempus, alij dicendo, audiendo alij. caſtra Æneas mouebat, non parietes caſtrorum ſed exercitus copias, non iam paſſim aut confuſe ſed ſtructa acie atque ordinibus ita ac ſi hoſtis adeſſet ex more compoſitas. ¶ Nuncius ingenti.) Subitus nuncius per regia tecta ruit cũ ingenti tumultu. ¶ Magnisq́; vrbem terroribus implet.) Moraliter nuncium deſcribit. Primo domum regis, dehinc magnis terroribus impleſſe ciuitatem. Duplici autem ratione ad domum latini primo peruenerat, vel quia rex ante omnes ſuper rebus inſtrui debuit, vel quia illic fuerant primi omnes conſilij peragendi cauſa congeſti, quo facto tota vrbs maiore deſperatiõis horrore affecta eſt, ſubnectitur qd nuncius ille apportaſſet. ¶ Inſtructos acie ty. à flu.) Vſq; adeo verus ille nuncius fuerat, vt quã in infinito modo eſſet hoſtilis exercitus, & quam inſtructus, & ex quibus populis videretur eſſe collectus, & qua vel quam lata terrarum deſcenderet parte referret & diceret. Creſcebat autem metus, quòd iam omnes campos cœpiſſet opplere. Quis non crederet ad bellum venire cõgeſtos? qui faciem pugnæ infinito modo & ordinum digeſtione monſtrabãtur? In his, quæ vt oſtẽdi, maioris metus cauſa proponuntur maiorẽ vim habent infinito modo, vel generaliter dicta, vel inchoatiuo expreſſa, vt hoc loco. nam deſcendere cum nihil oſtẽdat iam eſſe completum, ſignificat adhuc eſſe, quod deſcendat, ac per hoc metum eſſe maiorem, quum infinitum appareat, & quãtum adhuc ſuperſit, neſciatur: hoc & generalitas præſtat, dicebatur quippe venire teucros, venire tyrrhenos, & non ſaltem vel æſtimatus numerus reperiebatur, nam ſi ſic poneretur, deſcenderunt, impleuerunt, hoc ſolum putaretur, quod oculis ſubiacebat. ¶ Extemplo turbati animi.) Inſperatus nuncius cunctos motu vario diuerſoq́; turbauit, ſtatim quippe confuſa ſunt atque concuſſa vulgi pectora, terrorq́; ipſe iunxit augmentum, concuſſa, inquit, ſunt vulgi pectora. plus eſt enim concuti, quàm turbari, & arreptæ ſtimulis haud mollibus iræ, animorum perturbatio & concuſſio pectorum ira omnes accenderat. ¶ Arma manu trepi. poſ.) Videbantur arma poſcere, ſed hoc non ſine trepidatione faciebãt. ¶ Fremit arma iuuen.) Fiducia iuuentutis nonnulli ducebantur, vt armati contenderent. ¶ Flent mœſti.) Hæc enim maiores rei publicę ſollicitudo tangebat, qui potiores in ciuitate fuerant, & quibus fuit genus ac ſubſtantia potior. Flebant iſti quum pro loco ſuo ipſi periculis proximi eſſent atque detrimentis. ¶ Hic vndique clamor Diſ. va.) Diſſenſus varius fuit in illo cætu, quum diuerſi vtpote in maxima multitudine diuerſis animorum æſtibus mouerentur: nec multus ille, aut ſine fletibus patrum fuerat mœror, ſed ex latini domo clamor ac voces referebantur ad cœlum. ¶ Haud ſecus, atq; alto in luco.) Facta eſt comparatio auium minutarũ & potiorum ſecundum naturã ſuã deſcriptarum. Minores quippe ſeparatim ſe in luci arbores congerunt, atq; illic ſtrepunt, cycnos, qui ſunt fortunæ potioris paduſa facilius colligit, propter piſcẽ, quẽ de eius flumine capiũt. ¶ Imo ait, o ciues.) Magna obiurgatio turni verbis pauciſſimis dicta. Quid trepidatis, inqt, habetis tpˢ otioſum? ſedete potius, & bona pacis quietemq́; laudate, dũ illi armis optata poſſideãt. ¶ Nec plura locutꝰ Corripuit ſeſe.) Nõ locutus eſt plurimis, quia obſtabat neceſſitas pręſens, & multis loq nõ debuit, qui in alijs multiloquium reprehẽdebat, quapropter quum non plura dixiſſet, ſeſe proripuit: & extra tecta citus exijt: mature enim hoſti debuit & properanter occurri. Cœpit iam dare mãdata, & diſpoſitiõibus cõmodis ſuos potiores inſtruere. ¶ Tu voluſe armari.) Aiunt manipulum dici ducentorũ militum numerũ ſub vno rectore conſtitutũ. Iſte igitur multos manipulos mãdat armandos, & producendos in campum. ¶ Duc ait, & rutulos.) Scilicet vt manipuli & rutuli iſto curante regerentur. ¶ Equites meſſapus in ar.) Compendioſe locutus eſt, qui feſtinabat aggredi certamen, vt Meſſapus & coras fraterq́; eius per campos equites ſunderent. ¶ Pars aditus vrbis firment.) Aditus vrbis portæ ſunt vel minores ingreſſus, qui muniendi fuerant omni cura, ne hoſtis intraret, propter meliorem vero tuitionem turres quoque cuſtodiendæ. ¶ Cætera, qua iuſſo, mecum manus inferat arma.) Cætera manus, ideſt cætera multitudo mecum conſtituta, ferat arma, quo iuſſero. ¶ Ilicet in muros.) Metu omnes exciti, quia extremum timebatur excidium, concurrebant ad muros ex omni ciuitate ipſam ſaltem defenſuri, ſi poſſent. Ilicet ignis edax ſumma ad faſtigia vento Voluitur, exuperant flammæ & furit æſtus ad auras. Aſſumptum fertur ex veteri conſuetudine, ſicuti retro meminimus, ex more iudicum, nam quum actus ſuos expleſſent hac voce per præconem vtebantur, vt dicerent, ilicet, hoc eſt ire licet, vt vniuerſi, qui aderant, obſeruationis ſollicitudine ſoluerentur. ¶ Conſilium ipſe pater.) Impediente ratione temporis, quo tantæ cladis nuncius venerat, differt latinus conſilium deſertis magnis incœptis, hoc eſt actibus, commotus metu, ſcilicet inſtantis extitit. Incœptum diſpoſitionem animi ſignificare, & in primo libro ex perſona Iunonis expoſuimus. ¶ Multaq́; ſe incuſat.) Nunc iungit ipſius incuſationis multiformem cauſam. ¶ Qui non accæperit vltro Darda.) Qui nõ vltro ſuſcęperit in affinitatem neceſſarium virum, commodumq́; non tantum ſibi verum etiam ciuitati, vltro ideo dixit, quia habere gratiã potuit ex voluntatis ratione, quod videbat futurum eſſe ex neceſſitate, incipit fieri, quod mandatis complexus eſt Turnus, vt portæ neceſſarijs præſidijs firmarentur.

## ASCENSIVS.

¶ Illi hæc inter ſe, &c.) Recitat quomodo dum Latinus conſultaret: Turnusq́; & Drances contenderent, Æneas motis caſtris vrbi imminebat, quæ res vbi reſcita eſt varijs rumoribus commouit vrbem, Turno copias colligente, & ducibus cum exercitu inſtructis ſeſe ad pugnam parante, Latino vero concilium re infecta dimittente, vnde nihil extat Donati. ¶ Ordo autem eſt. Illi. ſ. Turnus & Drances, aut Latini omnes agebant hæc certantes, inter ſe de rebus dubijs. i. conſultabant, & diſſertabant dum ſupp. Æneas mouebat caſtra & aciem. i. inſtructam multitudinem populorũ. Ecce, quaſi dicat, ex improuiſo nuncius ruit. i. præcipitãter currit, tumultu. i. tumultuoſe, aut cum tumultu, per tecta regia. i. per regiam Latini & implet vrbem magnis terroribus nũcius. ſ. teucros inſtructos acie: & manum tyrrhenam. i. exercitum hetruſcorum: deſcendere totis campis à flumine tyberino, vbi prima caſtra locauerant. Animi. ſ. populi & potiſſimum vulgi turbati, ſupp. ſunt: extemplo. i. ilico è veſtigio, & pectora vulgi ſunt concuſſa. i. attonita & perplexa, & iræ, ideſt furores: ſunt, ſupple arrectæ. i. accenſæ ſtimulis haud mollibus. i. puncturis duris & difficilibus toleratu, ipſi trepidi poſcunt arma manu. i. ſimul poſcunt & quęrunt, iuuentus fremit. i. cum fremitu efflagitat arma, patres. i. ſeniores mœſti flent & muſſant. i. taciti intra ſe murmurant, & queruntur: magnus clamor tollit: hic, ideſt modo vndiq;, ideſt ex omni parte ſe in auras vario diſſenſu quia alij à Turno: alij à Drance diſſentiebant, tollit dicit ſe in auras haud ſecus. i. non aliter atq;, ſupp. ſe voces in auras tollunt cum cateruæ. i. conuolatus auium vt ſturnorum conſedere. i. ſimul ſedem cæperunt forte in alto luco: aut q̃; cycni rauci. i. canori cũ raucedine quadã dant ſonitũ per ſtagna loquacia. i. ſtridula & ſonora cycnorum voces referentia, ſupp. in amne paduſę. i. illius partis aut vt dicũt brachij padi: piſcoſo. i. piſcibus Ordo.

ſcibus abundanti. Immo Turnus ait tpe arrepto.i.opportunitate inuenta: quia nactus erat occaſionẽ audacter increpãdi aut ſic: immo ait Turnus ò ciues cogite cõciliũ tempore arrepto: ſed prior ſnĩa pręſtat nam non cohortatur Turnus vt ciues rapiant opportunitatem: ſed ipſe eam rapuit Turnus igitur ait arrepto tẽpore.i. poſtq̃; ex ſubito aſſultu Ænee oportunitatẽ habuit cõcilij diſſoluẽdi ait immo ò ciues cogite cõciliũ.i.conſultate & laudate pacẽ ſedẽtes, & eſt modus imperãdi qui vim prohibitiuã habet nã vult dicere non eſſe modo tp̃s conſultandi: ſed bellandi aut ſaltẽ ſe defendendi. Nam illi.ſ.ſæuiſſimi graſſatores & hoſtes ruũt armis in regna.ſ.noſtra. Nec locutus plura, corripuit ſeſe & extulit ſeſe altis tectis, & ait ad Voluſum volſcũ: tu voluſe edic.i.impera & p̃cipe maniplis ꝓ manipulis.i.manipularibus hoc eſt ſigniferis militibus: armari.i.vt armẽtur. & duc, &.i.ẽt Rutulos: Meſſapus ꝓ eo, quod eſt, & tu Meſſape, & Coras cũ fratre.ſ.Catillo diffundite.i. diffuſe reducite equites latis cãpis.i.in latos cãpos: aut ſic Meſſapus & Coras cũ fratre diffundite pro diffundant: latis cãpis equites: nã ſi vocatiui eẽnt diceret Meſſape & Cora cũ fratre, quod autem in tertia perſona de eis loquatur indicant ſequentia: vnde nõ abſurde legeretur diffundant vt ſit ſpõdaicus verſus: ſed nihil per me immutatum volo. pars.ſ.ciuium aut militũ: firment.i.muniãt & obſtruãt aditus vrbis, & capeſſant.i.captũ eant vt teneãt & defendant turres.ſ.murorũ cętera manus.i.armata multitudo: inferat mecum: quod fortis ducis verbũ eſt. Nã & Alexãder magnus & Cæſar non dixerunt ite ſed eamus in hoſtem inferat ergo mecum.i.vt ego, arma qua iuſſo pro iuſſero, illic &.i.illic ſtatim: diſcurritur tota vrbe.i.ab omni parte vrbis in muros: ipſe pater Latinus deſerit concilium.i.cœtum procerum, & magna incœpta.ſ. de pace tractanda: ac differt.ſ.in aliud tp̃s exiſtens turbatus triſti pectore, & incuſat.i.arguit ſe multa.i.multum, ſe dico, qui.i.quia ipſe non accęperit.ſ.in generum & regnũ: Ænean Dardanium.i.à dardano ortum & eſt acciuerit vrbi.i.ad vrbem aut in vrbem ſuã generum.i.maritum filiæ & regem futurum.

PIERIVS.

¶ Inſtructos acie.) In Oblongo, Inſtructosq́;. Sed omnino, q;, vacat. ¶ Extemplo turbati animi. ¶ In antiquiſſimo cod. Romano legere eſt. Turbati animo, Sed turbati animi, neſcio qd minus habet. ¶ Diſſenſu magnus vario.) In antiqs omnibus, ſtructura hæc eſt. Clamor diſſenſu vario magnus ſe tollit in auras. ¶ Dant ſonitũ rauci per Stagna loquacia cycni.) Legere quidem eſt in codicibus antiquis loquacia, & non inelegãtem figuram, boniſq; Poetis familiarem, ea lectione Seruius agnoſcit. Antiqui tamen aliquot codices, linquentia, Aliquot alij, ſtagna ſonantia, legunt. Sed id forte ſumptum ex aliqua paraphraſi. ¶ Illi armis in regna ruunt.) In antiquis aliquot exemplaribus, ruant, habetur: ſed fatẽdi modo: vt rem p̃ſentẽ intento quaſi digito indicet, magis mouet. ¶ Ac triſti turbatus pectore differt.) Antiqua omnia exẽplaria, quotquot legi, Triſti turbatus tẽpore, habẽt. Sed, pectore, magis probatur.

SERVIVS.

¶ Præfodiunt alij portas.) Ideſt ante portas, foſſas faciunt: quæ res nimiam indicat deſperationem. ¶ Bello dat ſignum rauca cruentum Buccina.) Bene bello dat. nam buccina inſonans, ſolicitudinem ac bella denunciat. Sic in ſeptimo, Qua buccina ſignum Dira dedit. Prælium autem tubæ indicant: vt, At tuba terribilem ſonitum procul ære canoro Increpuit. ¶ Vocat labor vltimos omnes.) Omnes ad laborem vltima neceſſitas cõuocat. ¶ Necnõ ad templum.) Secundum Homerum qui inducit in ſumma deſperatione matres ad templa concurrere, vt victoria quæ non poteſt viribus, poſſit deorum fauore conquiri. Sic enim monet Helenus.

ἕκτορ ἀτὰρ σὺ πόλινδε μετέρχεο, εἰπὲ δ᾽ ἔπειτα
μητέρι σῇ καὶ ἐμῇ, ἡ καὶ ξυνάγουσα γεραιὰσ
νηὸν ἀθηναίησ γλαυκώπιδοσ ἐν πόλει ἄκρῃ
οἴξασα κληῖδι θύρασ ἱεροῖο δόμοιο,
πέπλον ὅσ οἱ δοκέει χαριέστατοσ ἠδὲ μέγιστοσ
εἶναι ἐνὶ μεγάρῳ, καί οἱ πολὺ φίλτατοσ αὐτῇ.
θεῖναι ἀθηναίησ ἐπὶ γούνασιν ἠυκόμοιο.

¶ Subuenitur.) ꝓprie, Matronæ.n.pilentis vehebantur ad templa pergentes: vt, Pilentis vehebantur matres in mollibus. ¶ Dona ferens.) Peplum.ſ.vt dicit in primo: ideo dimiſit hoc loco. Nam Homeri locus eſt de Hecuba peplum ferente, hoc modo.

ταὶ δ᾽ ἄρ᾽ ἀόλλισαν κατὰ ἄστυ γεραιάσ,
αὐτὴ δ᾽ ἐσ θάλαμον κατεβήσατο κηώεντα
ἔνθ᾽ ἔσαν οἱ πέπλοι παμποίκιλοι, ἔργα γυναικῶν.

Et paulopoſt,

τῶν ἕν᾽ ἀειραμένη ἑκάβη φέρε δῶρον ἀθήνῃ
ὃσ κάλλιστοσ ἔην ποικίλμασιν ἠδὲ μέγιστοσ,

¶ Oculos deiecta decoros.) Sicut, Oculos ſuffuſa nitentes. ¶ De limine.) Ad preces feſtinantium mulierum oſtenditur deſiderium.

¶ Armipotens

Præfodiunt alij portas, aut ſaxa, ſudesq́;
Subuectant: bello dat ſignum rauca cruentum
Buccina: tunc muros varia cinxere corona
Matronæ, puerią́;: vocat labor vltimus omnes.
Necnon ad templum, ſummasq́; ad Palladis arces
Subuehitur magna matrum regina caterua,
Dona ferens, iuxtaq́; comes Lauinia virgo,
Cauſa mali tanti, atq; oculos deiecta decoros.
Succedunt matres, & templum thure vaporant,
Et mœſtas alto fundunt de limine voces.
¶ Armipotens belli præſes Tritonia virgo, MATRO.
Frange manu telum Phrygij prędonis, & ipſum
Pronum ſterne ſolo, portisq́; effunde ſub altis.
¶ Cingitur ipſe furẽs certatim in pręlia Turnus: POE.
Iamq́; adeò rutulum thoraca indutus, ahenis
Horrebat ſquamis, ſurasq́; incluſerat auro,
Tempora nudus adhuc, lateriq́; accinxerat enſem,
Fulgebatq́; alta decurrens aureus arce,
Exultatq́; animis, & ſpe iam pręcipit hoſtem.
Qualis vbi abruptis fugit præſepia vinclis
Tandem liber equus, campoq́; potitus aperto:
Aut ille in paſtus, armentaq́; tendit equarum:
Aut aſſuetus aquæ perfundi flumine noto
Emicat, arrectiſq́; fremit ceruicibus alte
Luxurians: luduntq́; iubæ per colla, per armos.
Obuia cui Volſcorum acie comitante Camilla
Occurrit: portisq́; ab equo regina ſub ipſis
Deſiluit, quam tota cohors imitata relictis
Ad terram defluxit equis: tum talia fatur.

¶ Armipotens belli p̃ſes Tritonia virgo.) Antonomaſia ſunt ꝓprie, hæc autem omnis oratio verbum ad verbum de Homero tranſlata eſt, πότνι᾽ ἀθηναίη ἐρυσίπτολι δῖα θεάων. ¶ Præſes autem belli.) Ideſt q. præeſt omnibus bellis, cuius nutu ſemper bella tractantur. ¶ Frange manu telum.) Aut tua manu, aut in eius manu tela confringe. Homerus, ἆξον δὴ ἔγχοσ διομήδεοσ. ¶ Et ipſum pronum ſterne ſolo. Home. ἠδὲ καὶ αὐτὸν πρηνέα ἐσ ἴδοσ πεσέειν. ¶ Portisq́; effunde ſub altis.) Homer⁹, σκαιῶν προπάροιθε πυλάων. Bñ autem ſub ipſis portis, quaſi ad quas feſtinabat Æneas. Vnde eſt & illud, Perfodiũt alij portas. ¶ Cingitur ipſe furẽs certatim in prælia Turnus.) Oeconomica omnis hæc eſt. Nam Turnus ideo cum mora armatur, & intecto capite circa arcẽ incedẽs admonet ſingulos vt à Lauinia poſſit videri, & vt ſit maior cauſa dimicãdi dum ſponſę placere contendit. ¶ Furens.) Amore Lauiniæ, quam videbat. Quod etiam ſequens indicat comparatio. nã dicturus eſt, Aut ille in paſtus armẽtaq́; tendit equarum. ¶ Cingitur in prælia.) Vt præliari poſſet, vt ſi dicas, lego in aduocationem, ideſt vt aduocatus eẽ poſſim. ¶ Iãq́; adeo.) Aut vacat Adeo: aut certe ſic ſignificat, vt ſit ſenſus, Adeo ſic præparatur in prælia, vt & iam vniuerſa pręter galeam arma portaret. ¶ Thoraca indutus.) Omnia quæ in ax exeunt Græca maſculina, in obliquis caſibus a, producunt, vt thorax thoracis, pirax piracis, Nã fœminina corripiunt, vt climax climacis: ſed ad latinum nõ tranſeunt. Phalanx vero & aliter exit, & peregrinum eſt etiam apud Græcos. ¶ Alta decurrens aureus arce.) Illic enim & Amata fuerat & Lauinia. Homerus.

κνημῖδασ μὲν πρῶτα περὶ κνήμῃσιν ἔθηκε
καλὰσ ἀργυρέοισιν ἐπισφυρίοισ ἀραρυίασ.
δεύτερον αὖ θώρηκα περὶ στήθεσσιν ἔδυνε,
ἀμφὶ δ᾽ ἄρ᾽ ὤμοισιν βάλετο ξίφοσ ἀργυρόηλον.

χάλκεον,

κάλκεον, αὐτὰρ ἔπειτα σάκος μέγατε σιβαρόντε
ἄλιτο, τοῦ δ' ἀπάνευθε σέλας γένετ', ἠΰτε μέγας τε

¶ Spe iam præcipit hoſtem.) Mente prꝫoccupat hoſtis aduẽtum ¶ Qualis vbi abruptis fugit præſepia vinclis.) Etiam hæc cõparatio Homeri eſt verbum ad verbum tranſlata.

ὥσ γ' ὅτε τὶς ςατὸς ἵππος ἀκοςήσας ἐπὶ φάτνη,
δεσμὸν ἀπορρήξας θείει πεδίοιο κροαίνων
εἰωθὼς λούεστ' ἐυῤῥ εἷος ποταμοῖο,
κυδιόων ὑψοῦ δὲ κάρη ἔχει, ἀμφὶ δὲ χαῖται
ὤμοις ἀΐστοντο. ὁ δὶ ἀγλαΐηφι πεποιθὼς
ῥίμφα ἑ γοῦνα φέρει μετά τ' ἤθεα καὶ νόμον ἵππων.

¶ Potitus.) Venit ab eo quod eſt potior potiris. nam vt etiam ſupra dixi, verbum hoc, modo tertiæ, modo quartæ inuenitur eſſe coniugationis. ¶ Arrectiſq; fremit ceruicibus alte. ¶ Alte arrectis ceruicibus fremit, non alte fremit, aut alte luxurians. ¶ Ad terram defluxit.) Dicendo defluxit, artem & quandam moderationem deſcendendi ſignificauit, quæ eſt etiam in aſcendendo apud huius rei peritos.

## DONATVS.

℄ Præfodiunt alij portas, aut ſaxa, ſudeſq; Subijciunt.) Hæc fuerunt munimenta portarum, vt ſaxis & ſudibus firmarentur. ¶ Bello dat ſignum.) Quum enim hoc factum fuerit, ilico conſeritur bellum. ¶ Tum muros varia cinxere corona.) Imbellis ætas & ſaxis cinxit muros corona varia, varietatem fecerat mulierum, puerorumq; diuerſitas, at hos mixtos pótiuſquàm ſeparatos debemus accipere, vt pueri cum matribus ſtetiſſe videantur. ¶ Vocat labor vltimus omnes.) Non quo aliquid efficere potuiſſent, oppleuerant muros: ſed quum vltimo labore hoc eſt periculo ſuis parietibus truderentur. ¶ Necnon ad templum.) Cum hæc agerentur, ſubuehebatur regina tendens ad templum & arcem Mineruæ ferens dona. Subuehebatur dixit, non ambulabat, quia defecerat animo, nec portabatur in totum, quia vtcunque iter faciebat pedibus ſuis. Ibat, inquit, ad templum ſed continebatur vtrunque, vt peruenire potuiſſet. ¶ Iuxtaq; comes Lauinia virgo.) Legitur & cauſa malis tantis, quia multa acciderant mala: cum ea, inquit, & Lauinia pergebat, quæ fuerat malorum omniũ cauſa, ſi enim nuptiarum eius controuerſia non extitiſſet, tot nunquam fuiſſent aduerſa. ¶ Oculos deiecta decoros.) Deiecerat Lauinia oculos, vel propter inuidiam temporis, vel propter virginalem verecũdiam. Potuit, inquit, habere fiduciam erigendi oculos, quum pulchri eſſent: ſed premebatur cõſcientia. ſciebat enim ſe eſſe malorum omnium cauſam, & quid virgini conueniret eundo per publicum nouerat. ¶ Succedunt matres. ¶ Ingreſſæ ſunt matres, vbi fuerat dea. ¶ Et templum thure vaporant.) Quaſi pluri ma ſpecies thuris fauorem numinis multo maiorem in tanto periculo prouocare potuiſſet, ſic officioſis manibus altaria cumulabant vt vapore ipſo templi partes vniuerſi tepuiſſent. ¶ Et mœſtas alto fundunt de limine voces.) Quidquid mœroris animo retinebant, flebilibus vocibus teſtabantur plangentes præterita, & futura metuentes: hoc magis dolore cõcuſſæ, ne in Æneæ connubium Lauinia perueniret, nam iccirco cum ea ad Mineruę templum matres multæ congeſtæ ſunt. fundunt, inquit. Tale eſt fundunt, quale eſt, templum thure vaporant, quaſi precum copia extorquere poſſet numini, quod breuitas nequibat implere. affectus hic expreſſus eſt fœminarum, quæ videbant ſtudium ſuum in Turni ſucceſſibus defeciſſe, & putabant adiumento numinis acturis copia & multiloquio precum fieri poſſe, quod prouenire cupiebant. ¶ Armipotens præſes.) Tria poſuerunt, quibus beneuolam redderent, quæ tamen tempori ac perſonæ congruerẽt, bellum enim gerebatur. debuit rogari, quæ in armis plurimum poterat, & omnibus bellis præeſſe conſueuerat, quæ autem in cauſa virginis fuerat roganda. Subiungitur ſumma petitionis & ductionis genere, quod perſonæ mulierum conueniret. ¶ Frange manu telum.) Tria quæſita ſunt, vt frangeretur telum, quod manu portabat phrygius prædo phrygius & prædo deportationis cauſa ſunt poſita. Cęterum Æneam debuerant dicere. volunt enim ex facto Paridis omnes Troianos eſſe raptores & caſtitatis violandæ grauiſſimos inimicos, nomen Æneæ ſuppreſſum eſt, & dicta ſunt ea, quæ habere morſum inuidiæ potuiſſent. Et ipſum ꝓnum ſterne ſolo. vt confuſus atque ſuperatus in faciem caderet. hoc eſt enim pronum cadere, vt præcipitatus in caput vultum terræ collidat. Portiſq; effunde ſub altis: vt eo loci fundat iaceatq; exanimis: vnde ab omnibus fœminis è muris turribuſq; ac portis conſpici poſſet. ¶ Cingitur ipſe furens.) Furens Turnus ipſe quem maior tangebat neceſſitas belli, quem exagitauerant latini dicta, & nimia conſtantia drancæ inimici parabatur inſtructione bellica furore potiuſquàm conſilio prouocatus. Ducebatur enim ſpe magna vincendi, vt poſt victoriam Lauiniæ nuptias obtineret, & vltionem congruam in perniciem exerceret: certatim dixit inſtanti properatione. ¶ Iamq; adeo rutulum.) Armari iſtum generaliter dixit: vadit nunc ad ſpecies armorum & corporis membra. Iam, inquit, thoracam ſumpſerat, thoracis munimen adhibetur, vt virum fortem à ſcapulis contegat vſque ad ventris vltimam partem. Squamma eſt, quæ currente ſubtilitate artis ſic cõponitur, vt ſerpentis imitetur exuuias. ¶ Suraſq; incluſerat auro Tempora nudus adhuc.) Poſt munimenta quippe totius corporis inducitur galea, tempora nudus, genus eſſe locutionis ſimilibus locis oſtendimus. ¶ Lateriq; accinxerat enſem.) Sumpſit alia, quibus muniret corpus ſuum, enſem vero, quo perimeret inimicos, lateri ſuo apte ſuſpendit. ¶ Fulgebatq; alta decurrens aureus arce.) Veniens ab arce totus aureus apparebat. ¶ Exultatq; animis & ſpe iam præripit hoſtem.) Sic animis exultabat, vt hoſtem iam ſe ſuperaſſe confideret, additur comparatio, quæ carmina conſueuit ornare. ¶ Qualis vbi abruptis.) Præſepia quidem propter alimoniam grata ſunt animalibus: ſed diuturna retinentia vinculorum illis admodum grauis eſt. proinde præſepia fugiunt, quum poſt excluſam inediam deſiderium libertatis accedit, vt penſetur luxuriãdo captiuitas, & ruptis vinculis tædiorum nexus nodiq; ſoluantur. ¶ At ille impaſtus.) Hoc in paſcua, armẽtaq; tẽdit equarum, aut vetris aut libidinis cauſa raptatur. ¶ Aut aſſuetus aquæ.) Aut certe feſtinat ad flumen, cuius aqua lauari conſueuit. ¶ Emicat.) Ipſe exponit, qd ſit emicat. ¶ Arrectiſq; fremit ceruicibus.) Hoc erat emicare, placere ſibi omni parte membrorum, dum arrectis ceruicibus ſe in altum erigit: dum per colla eius, perq; armos ludentes comæ funduntur, hoc ad corpus, ad animum vero fremit, & luxuriatur pertinet. ¶ Obuia cui volſcorũ acie.) Deſilire celeritatis habet & fortitudinis ſignificationem, deſcẽdere vero tarditatis, vbi Turnum vidit ſtantem ante portas, vt honorificam ſeſe mõſtraret, mox equo deſiluit. ¶ Quã tota cohors imi.) Defluxit, hoc eſt ex alto ad plana peruenit: deferre enĩ Turno vniuerſi debuerant imitati factum reginæ. ¶ Tum talia fatur.) Quæ ſint vel qualia videamus.

## ASCENSIVS.

℄ Præfodiunt, &c.) Docet quomodo ex præcæpto Turni latini & rutuli varijs ſtudijs ciuitatem munierunt, vtq; regina cum Lauinia cæteriſq; nobilibus fœminis ad templum Palladis vt eam exorarent perrexerint. Itẽ quomodo Turnus armatus iamiamq; exiturus obuiam habuit Camillam virginẽ ac bellatricẽ egregiã: de quibus omnibus eſt hoc ſolum Donati. Dona ferens Putabant mulieres poſſe donis & precibus fauorem à dea impetrare. Hæc ille. Dõatus ℄ Ordo eſt. Alij. i. aliqui ex ciuibus aut præſidio vrbis, præfodiunt portas. i. foſſas fodiunt ante portas, quod ſummæ deſperationis indicium eſt, aut ſubijciunt ſaxa & ſudes. i. ſtipites: buccina rauca. i. rauce ſonans dat bello. ſ. ineundo ſignum cruẽtum. i. durum: & cruoris effundẽdi indiciũ, tum. i. deinde, matronę & pueri (quia labor vltimus. i. ſummus & maximus vocat oẽs. i. omnis ſexus & ætatis) cinxere muros varia corona. i. cetu in morẽ coronæ circunſtante. Necnon. i. & etiam regina. ſ. amata ſubuehitur. i. ſurſum vehitur ad templum & ad ſummas arces Palladis & hoc cum, ſupp. magna caterua. i. comitiua matrum. i. matronarum ferẽs. i. afferẽs aut offerẽs dona. ſ. Palladi apta: hoc eſt peplũ, & Lauinia virgo ſubuehitur, ſup. comes. ſ. matri iuxta. i. ꝓpe ipſam exiſtẽs. ſ. cauſa tanti mali. ſ. quantum bellum afferebat: & ideo deiecta. i. habẽs deiectos hoc eſt deorſum in terram iactos oculos matres ſuccedunt. ſ. tẽplo & vaporant tẽplũ thure & fundũt mœſtas voces de alto limine. ſ. tẽpli. O tritonia. i. Pallas virgo exiſtẽs præſes belli armipotẽs. i. habens poteſtatẽ ſuper arma & bella frange manu. ſ. tua. i. irritum fac: telum prædonis. i. prędatoris phrygij. i. Troiani. ſ. Æneæ qui Turno coniugẽ & reginam pręripere & prędari conatur, & ſterne ipſum. ſ. prædonem pronum. i. inclinatum ſolo. i. ad terram & effunde. i. eminenter funde ex equo. ſ. aut euacua vires eius: ſub altis portis. ſ. noſtris. Ipſe Turnus furens in prælia cingitur. ſ. armis ſuis certatim. i. cum certamine ipſum armantium: & iam adeo ipſe indutus thoraca. i. munimẽto pectoris: rutulum, id eſt quali rutuli vtuntur: horrebat ſquamis ahenis, id eſt æreis integumentis in modum ſquamarum piſcium factis: & incluſerat. ſ. prius ſuras. ſ. ſuas. i. poſt tybias partes crurum: hoc eſt crura ſua: auro. i. ocreis aureis, & ipſe exiſtens nudus adhuc tempora, id eſt habẽs tempora adhuc nuda, hoc eſt non dum galeata: quia armiger galeam vſq; ad prælium ferre ſolet: accinxerat lateri enſem: & ipſe aureus, id eſt aureis armis inſtructus fulgebat decurrẽs alta arce, ſcilicet regię qua Lauiniã videre ſperabat, & exultat

tat animis & præcipit, ideſt præoccupat aut ante cōgreſſum capit non re: ſed ſpe: hoſtem.ſ. præcipuum Æneam exiſtens talis qualis equus liber tamen & potitus campo aperto: fugit præſepia, ſcilicet ſtabulorum vinclis abruptis: ille, ſcilicet equus tendit, ideſt petit impaſtus, ideſt prius quàm paſcatur. armenta, ideſt gregē equarum: aut potius ſic tendit in paſtus, ideſt paſcua & armenta: aut aſſuetus perfundi flumine noto aquæ: emicat, ideſt fremit ceruicibus arrectis alte luxurians, ideſt petulanter & laſciue decurrēs: & iube, ſup. eius ludunt per colla, & per armos. Cui.ſ. Turno ſic decurrenti. Camilla occurrit obuia: & hoc acie volſcorum comitáte & ipſa, Regina.ſ. volſcorum deſiluit ab equo: ſub ipſis portis.i. ante ipſas portas: quam tota cohors.ſ. Volſcorum imitata.i. inſequens defluxit.i. molliter deſcendit ad terram: equis relictis, tum ideſt deinde vbi pedes Turnum conuenerat fatur, ſcilicet Camilla. talia qualia ſequuntur.

PIERIVS.

¶ Tunc muros varia cinxere corona.) Veteres codic. tū, legunt. ¶ Cauſa mali tanti atq; oculos deiecta decoros.) hoc quoq; loco atq; illud, dictionum omnium importuniſſimum, virgiliani carminis candorem deturpauit, quum non inuenuſte prius in antiquis codici. legeretur, vt cauſa mali tanti oculos deiecta decoros, abſq; ſynalœpha, vt Hanc ſine me ſpem ferre tui, audentior ibo, & illud, externo commiſſa duci Æneia puppis, ac huiuſmodi pleraq; inuenio tamen ſcriptum in Roma. & alijs quibuſdam codic. antiquis, cauſa malis tantis, non quod hac emendatione verſum ſuſtentare arbitrarentur, ſed quia apud Donatum ita legi videatur, quia multa acciderant mala, cum ea inquit, & Lauinia pergebat, quæ fuerat malis omnibus cauſa, ſi enim nuptiarū eius controuerſia non fuiſſet, tot nunq; extitiſſent aduerſa, ſed quāuis ita Donatus interpretetur, non facit tamen hoc, vt lectio ea, mali tanti, ſtare nō poſſit. ¶ Et mœſtas alto fundūt de limine voces.) Antiqua aliquot exemplaria, de pectore, legunt, ſed cur. de limine, legendum ſit, non ineptam affert Seruius rationem. ¶ Armipotens belli præſes.) Dictionum, ordo in antiquis eſt codi. armipotēs, pręſes belli tritonia virgo. ¶ Rutulum thoraca indutus.) Codices antiqui ſunt, in quibus, inductus, habetur, inducere autē, & Plinio, & Suetonio tranquillo induere eſt. ¶ Campoq; potitus aperto.) In antiquis aliquot, potitur, eſt, verbi voce, quam lectionem, ſi diligenter aduertas, Seruius etiam agnoſcit, dum docet, vnde potitur pene vltima breui, & vnde hoc ea producta deſcendant.

Turne, ſui merito ſiqua eſt fiducia forti, CAMIL.
Audeo, & Æneadum promitto occurrere turmæ:
Solaq; Tyrrhenos equites ire obuia contra.
Me ſine prima manu tentare pericula belli:
Tu pedes ad muros ſubſiſte, & mœnia ſerua.
Turnus ad hęc, oculos horrēda ī virgine fixus. POE.
O decus Italiæ virgo, quas dicere grates, TVR.
Quaſ ve referre parem? ſed nunc (eſt omnia quando
Iſte animus ſupra) mecum partire laborem.
Æneas (vt fama fidem, miſſiq; reportant
Exploratores) equitum leuia improbus arma
Præmiſit, quaterent campos: ipſe ardua montis
Per deſerta iugo properans aduentat ad vrbem.
Furta paro belli conuexo in tramite ſyluæ,
Vt biuias armato obſidam milite fauces.
Tu Tyrrhenum equitem collatis excipe ſignis:
Tecum acer Meſſapus erit, turmęq; Latinæ,
Tyburtiq; manus: ducis & tu concipe curam.
Sic ait, & paribus Meſſapum in pręlia dictis POE.
Hortatur, Sociosq; duces: & pergit in hoſtem.
Eſt curuo anfractu vallis, accommoda fraudi,
Armorumq; dolis: quam denſis frondibus atrum
Vrget vtrinq; latus: tenuis qua ſemita ducit,
Anguſtęq; ferunt fauces, aditusq; maligni.
Hanc ſuper in ſpeculis, ſummoq; in vertice montis
Planicies ignota iacet, tutiq; recęptus,
Seu dextra, lęuaq; velis occurrere pugnæ,
Siue inſtare iugis, & grandia voluere ſaxa.
Huc iuuenis nota fertur regione viarum,
Arripuitq; locum, & ſyluis inſedit iniquis.

SERVIVS.

¶ Sui merito, ſiqua eſt fiducia forti.) Si vnuſquiſq; fortis habet aliquam confidentiam ex conſcientia fortitudinis ſuę, & ego audere non dubito. Forti autem bene dixit: nam fortis communis eſt generis. Hęc autem hoc vult dicere nō ſexum conſiderandum eſſe, ſed robur. ¶ Occurrere turmę.) Equitatui: nam partem ꝓ toto poſuit. ¶ Quas dicere Grates.) Secundum theoricam diſciplinā dicit ſe verba inuenire nō poſſe, quibus eius exprimat laudes: cum dixerit, O decus Italiæ. Sic alibi, Quibus cœlo te laudibus æquem? Cum præmiſerit, O fama ingens, ingentior armis Vir troiane. ¶ Sed nunc.) Ordo eſt, Sed nūc mecum partire laborē. nam per Parentheſim dictū eſt. ¶ Quando iſte animus eſt ſupra oīa.) Ideſt, ſiquidem es magna: partire autem ideò, quia illa dixerat, Sola quæ Tyrrhenos equites ire obuia contrà. ¶ Quaterent campos.) Ad camporum perturbationem. ¶ Furta paro belli.) Inſidias. Salluſti⁹, Gens ad furta belli peridonea. ¶ Biuias fauces.) Fauces dicuntur itinera inter duos mōtes, loca anguſta & peruia: dicta à faucium ſimilitudine. ¶ Collatis excipe ſignis.) Coniunctis ducibus quos cōmemoraturus eſt. ¶ Tyburtiq; manus.) Catillus & Coras. ¶ Ducis & tu concipe curam.) Sicut ego, nam nō dicit ſicut Meſſapus aut alij, ne ei facere iniuriam videatur. Cōcipe autem, ſimul cum illis ſume. Con enim eſt cōiunctiua particula. Vnde & conuocari de plurimis dicimus. ¶ Valles.) Metri neceſſitate cōpellimur vt Vallis dicamus Statius, Vallis in amplexu nemorum ſedet, nam plenum eſt Valles, ſicut nūc Virgilius poſuit, quod ita eſſe diminutio indicat: nam vallecula, vt vulpes vulpecula facit. Ergo in es, vel in is, quando vſurpatiue, quādo naturaliter exeant nomina, ſola diminutio indicat. ea autem quæ in es, exeunt longa ſunt omnia, ſi in genitiuo non creſcunt, vel labes, valles, vulpes, nā ſi creſcunt, breuia ſunt, vt miles militis. ¶ Quo ſemita ducit.) Legitur & Qua. ¶ Aditusq; maligni.) Proprie Obſcuri: vt, Sub luce maligna. ¶ Ignota.) Scilicet Æneæ. nam de Turno dicturus eſt, Huc iuuenis nota fertur regiōe viarum. ¶ Tutiq; recęptus.) Male quidā Receſſus legunt, nā Recęptus dicitur, quo ſe cito exercitus recipit. Vnde & ſigna recęptui canere dicuntur. ¶ Seu dextra, leuaq; velis occurrere pugnæ.) Siue ꝑ valles, ſiue per mōtis radices, incertum eſt enim qua ſit venturus Æneas. ¶ Arripuitq; locū.) Raptū tenuit. ¶ Inſedit.) Proprie. nam Inſidere eſt doloſe aliquem expectare. vnde & inſidię nominatæ ſunt.

DONATVS.

¶ Turne, ſui merito.) Omne poteſt videri, quod Camilla ī ipſo portæ limine excępit exeuntem ducens auxilia equitum, accedēte etiam eo, quod ei vltro pollicebatur operam ſuam: verum ne arrogātis eēt, ſi diceret, quia fortis ſum, audeo prima Troianorum cœptis occurrere? poſuit ī medio dubitationem, vt nec Turni ſpem frangeret, nec ipſa aliqd ſuper altum duxiſſe videretur ait ergo, Turne. Cœpit à nomine. loquebatur.n. regina cū rege, in quo ſi fortunæ partes inſpici placet, nō errauit, ſi animorum, recte etiam ſic nomē dixit, ſignum eſt quippe meræ beniuolentię, cum orationem futuram nomen ante venit. Si qua eſſe poteſt fiducia, inquit, in fortibus, ſpondeo me Troianis ire obuiam poſſe. Ecce ſignum primum audacię, vt nō diceret expectaturam ſe, dum venirent: ſed occurſuram imminentibus tyrrhenis. Ecce & occurſuram ſeſe cōfirmat, & id ſolam eſſe facturam. ait enī. ¶ Me ſiue prima manu.) Permitte, vt ego primas belli partes excipiā. ¶ Tu pedes ad muros ſubſiſte, & mœnia ſerua.) Vel quia pars eſt aliquanta victorię in conſeruatione ciuitatis, vel quia intra ipſam Lauinia & ſoceri fuerunt, debuit diligentius & cautius defenſari. Fuit igitur magnum conſilium fœminæ, vt ſuperaret ipſa tyrrhēnos, troes cū Ænea, atq; Arcades, ac ſi ad muros accederent, Turnum inuenirent præſentem. ¶ Turnus ad hæc oculos.) Horrendā dixit, quę ſine reuerentia videri non poſſet. Quū, inquit, tales animos Turnus vidiſſet in virgine, ſtetit oculis fixis: placebat enim non tantum conſilium ſuum, verumetiam inſigne conſtantiæ, ad hæc ergo, quæ illa dixerat, ſic ipſe inſtituit loqui. ¶ O decus Italię virgo.) Ecce dictio prolata in neceſſitate belli. vno enim verſu & dimidio laudem proſecutus eſt virginis, aſſerens eam ornamentum eſſe totius Italiæ, & gratias in præſenti agit, atq; relaturum gratiam

gratiam ſeſe ſpondet & in generalitate breui totum comprehenſus eſt, quicquid exiſtimari poſſet, aut loqui. ¶ Sed nunc eſt oĩa.) Huius verſus ordinatio talis eſt. Sed nunc, quando ſuper omnia eſt iſte animus. ¶ Mecum partire labo.) Quia video te, inquit, animi virtute omnia ſuperare, nolo omnem laborem, ſed eius partem volo ſuſcipias: hoc ideo dixit, quia audentem ingentia nō debuit onerare q̃; plurimis, laus miſſa eſt ꝓ perſona & ſexu, quia inconueniens fuit in fœmina corporis laudare virtutem. Laudationem eius ad animi bona conſultius reuocauit, quo virorum fortium exempla transferat. Incipit iam ipſe dicere cōſilia, & audentem inſtruere. ¶ Æneas vt fama fidem.) Vbi hæc vidit Turnus tanta animi feruere virtute, cœpit ei diſpoſitionum ſuarum ſecreta committere, relatio tamen ipſa nō fabuloſa fuit, ſed tempori neceſſaria, loquitur, inquit, forma fidem rerum, res noua fuit vt fama loqueretur aliquando, quod credi debuiſſet, dicit iam vnde potuit fieri, vt fama illa veridica probaretur. Miſſiq; reportāt exploratores, quòd dixit fama, hoc aſſerunt, inquit, & qui exploratum miſſi ſunt, perindeq; non creditum eſt temere, quod fama, pertulit: quia confirmatur aſſeueratione multorum, & eoꝝ, quorum officium eſt nihil nunciare, niſi quod ſit plena veritate ſuffulctum. nam inde hoc tractum eſt exploratorum nomen, quia explorata ferūt, hoc eſt comperta atq; diſcuſſa. Fidem bis debemus accipere, fidem attulit fama, fidē attulerunt exploratores. ¶ Equitum leuia im. ar.) Improbum dixit, ne inimicum ſuum ſine laceratione prætermitteret: vel inde improbum, quia bellū prior repetebat. Leuia arma, hoc eſt expeditos equites præmiſit ad hoc ſolum, vt iaculis verberent campos oſtentationis cauſa, & propter tegendam fraudem, non tamen vt certamen inciperent. Proinde nullum aſſerebat eſſe terrorem, quando ille exercitus ad hoc venerat, vt ad præludendum potius quàm ad certamen exercendū veniſſe videretur. ¶ Ipſe ardua montis Per de. iu.) Ipſe per montis deſerta & ardua ſuperans, hoc eſt ad ipſum cacumen aſcendēs, tranſcenſo montis iugo ad vrbem venire diſpoſuit. Completa relatione diſpoſitionum partis diuerſæ, in qua oſtendit laborē Camillæ non fore oneri, ſuum vero vbi ipſe Æneas eſſet, futurū eſſe maiorem: conſiliorum propriorum incipit partes intrare. ¶ Furta, inquit, paro belli.) Furtum belli eſt, quum non aperto certamine, ſed dolis & fraude ad victoriam tenditur. ¶ Deuexo in tramite ſyluæ.) Hoc erat furtū belli, cui natura loci ſuffragabatur: qua Æneas cū exercitu iter fuerat habiturus. Inducitur partis ipſius plena deſcriptio. Vtilitas enim conſilij apparere nō poſſet, niſi noſceretur primo poſitio mōtium formaq; terrarum: ſed vitioſum fuit extendi narrationem eo tempore, quo celerius & dici omnia & fieri neceſſitas exigebat. Hanc tamen, quum oportuit exprimi, propter demonſtrandos Turni tractatus in inferioribus poſuit. ¶ Tu tyrrhenum equitem collatis excipe ſignis.) Hāc partem Camilla ipſa popoſcerat: ſed vt audacior redderetur, addidit eis, per quos ſecurior iret ad bellum. ¶ Tecum acer Meſſapus er.) Et ducē laudauit acrem dicendo, & turmas latinas affectu laudantis expreſſit. ¶ Tyburtiq; manus.) Ducis ſic medium eſt, vt ſine pronunciantis culpa vel ſuperioribus vel inferioribus poſſit aptari, quippe ſi dicatur tyburtiq; manus ducis, inepte dicitur, ſi ducis & tu concipe curam nō erratur. Laudauit omnes, ne inertes ardēti iunxiſſe videretur. ¶ Sic ait, & patribus.) Magna dictio, quæ nec repetit dicta, nec moram rebus vrgentibus fecit. ¶ Et pergit in hoſtē.) Completis, quæ fuerant tanta in neceſſitate mandanda, perrexit ad bellum. ¶ Eſt curuo anfractu vallis, &c.) Hæc eſt loci lata deſcriptio, melius poſita ex poetæ, quàm ex Turni perſona, in qua nihil aliud eſt, niſi quod pro vtilitate faciat inſidiantis: vt probare poſſet, quod dixit accommoda fraudi, armorumq; dolis. Vallis eſt, inquit, inter duo latera vſque ad radices montium preſſa curuo anfractu, hoc eſt flexuoſa, hanc tanta denſitate ligna ſylueſtria ramis ac frondibus veſtiebant, vt fidelis latebras dolis præſtare poſſet, & hoſtibus auferre proſpectum: quod alterum proueniebat ex multitudine arborum: alterum ex occaſione vmbrarum, quæ fundebantur ex frondibus. Coartata vero vtrinq; latera anguſtum intra ſe aditum tranſeuntibus parabant, nec ſinebant ire confertos, aut euagari ſi vellent, ingreſſus atq; egreſſus ſatis maligni, difficiles, atque contrarij, gradientibus. Hanc ſuper, ideſt ſuper hanc & ſpeculis, ipſe exponit quid ſit in ſpeculis dicendo, ſummoq; in vertice montis, De ſummo quippe ſpeculari quis poteſt, & longius videre. Ignotam planiciem dixit, quæ nulli eſſet cognita, aut quæ in imo conſtitutis ſuſpicioni eſſe nō poteſt. Hęc opportune poterat ſuſcipere venientes atque occaſionem dare vel occurrendi hoſtibus dextra vel læua, vel ſaxa pernicioſa voluendi. Tutos ergo reddebat altitudo montis, & cōſtituta in ſummo planicies. dextra, inquit, ac læua, alteram vel vtranq; intelligere non poſſumus, niſi per eum, qui in illa planicie forte conſtiterit. Ipſe enim quum ſeſe conuerterit, læuum dextrumq; commutat. Sed poeta ſic læuam dixit, & dexteram, vt hanc aut illam intuens faceret. ¶ Huc iuuenis nota.) Vt oſtenderet loci difficultatem, multis generibus impeditam adiri non poſſe niſi ab his, qui eius aditus aut ſemitas noſſent. dixit Turnum eo peruolaſſe, vtpote qui iret ad cognita. Fertur dixit, vt celeritatem oſtenderet feſtinantis. velociter enim præueniendi fuerant Æneæ tractatus, ne ex parte Turni doli ac fraudis periret occaſio.

ASCENSIVS.

¶ Turnæ ſui merito, &c.) In hac parte habetur oratio Camillæ virginis ad Turnum: animum ſuum præſtantem & beniuolum explicantis: conſiliumq; de intercipiendo Ænea dantis: Turniq; honorifica ad eandem reſponſio. Deſcribitur præterea locus quidam inſidijs aptus. Sed cum nihil hic extet Donati. ¶ Ordo eſt. *Ordo.* O Turne (inquit Camilla) ſi qua. i. ſi aliqua fiducia ſui. i. bene fidei ſperandi de ſe eſt forti, ſcilicet cuicunq; ſiue viro ſiue mulieri, ego audeo & promitto occurrere turmæ Æneadum. i. Æneadarum ad vrbem ingruentium, & ego ſola audeo ire obuia contra equites tyrrhenos (Graphice exprimit poeta animum mulierum quæ ſi ſemel ad virilia opera tranſierint vltra viros audent, nihil vero audacius viragine bellatrice: vñ de Pentheſilea audetq; viris concurrere virgo. Sine. i. permitte me tentare manu prima pericula, ideſt experimenta aut tentamenta ſeu præludia belli, tu ſubſiſte, ideſt in inſidijs remorare, exiſtens pedes. i. pedeſter ſine equo ad muros. ſ. ciuitatis huius, & ſerua. i. cuſtodi mœnia Turnus fixus oculos. i. habens oculos fixos in virgine horrēda. i. aut armis terribili aut veneratiōe colēda, ſup. ait ad hęc. ſ. eius dicta. O virgo decus. i. ornamentū Italię, quas grates. i. gratias parē. i. intendam & coner dicere ſup. tibi. ſ. verbis, vē pro vel quas parem referre. i. re ipſa exhibere & reddere? q. d. neſcio, ſed nunc (quādo. i. quādoquidem iſte. ſ. tuus animus eſt ſupra omnia. i. vincit omne genus beneficij, quod in te conferre poſſem aut quia ſine pari magna es). Partire. i. cōdiuide mecum laborē. Æneas (vt. i. quemadmodum fama ſup. facit fidē. i. credulitatē, aut vt fama & exploratores miſſi reportant fidē. i. credulitatem & certificationē) improbus. i. improbandus & deteſtabilis graſſator, & prędo pręmiſit leuia arma equitum. i. velites hoc eſt equites leuis armaturę: qui ſup. vt quaterent. i. cōturbarent campos. i. eos qui in campis hoc eſt locis planis & capacibus ſunt, ipſe ſuperās iugo. i. per iugum. q. d. collum, hoc eſt partem montis iuxta verticem, ſuperans inq; ardua deſerta. i. loca inuia & inacceſſa fere aduentat ad vrbē. Ego paro. i. prætendo furta belli. i. ipſum excipere aut adoriri inſidijs, vt. i. poſtq̃ ego obſidam. i. obſidebo, ſed à tertia coniugatiōe à ſido deduxit, in tramite. i. via qua tranſmeatur, ſyluæ. i. cui in ſylua eſt connexo. i. ſub rupe, aut vertice ſuſpenſo. obſidam inquit milite armato fauces. i. exitus ab ijs qui in ſylua ſunt, aut introitus ingredi volentibus biuias. i. in duas vias diuiſas, tu excipe. i. per inſidias cape & adorire, ſignis collatis. i. coniunctis ducibus. ſ. Meſſapo & Tyburto equitem tyrrhenum. i. tyrrhenum equitatum, aut tyrrhenos equites, Meſſapus acer. i. ſtrenuus & vehemens bellator erit tecum, & turmæ latinæ ſup. erunt tecum. & manus. i. exercitus Tyburti ducis ſup. erit tecum, & tu concipe curam. ſ. totius turmę ac equitatus. Turnus ait ſic atq; cohortatur Meſſapum in pręlia, ſcilicet obeunda, & ſocios, ſcilicet eius aut ſuos duces, ideſt ductores aliorum, hortatus dicit, ideſt admonet & animat in prælia dictis paribus. ſ. ijs quibus Camillam hortatus eſt, & ipſe pergit in hoſtem quo facto oſtendit ſe egregium ducē qui primus quod admonuit fecit Valles (ſic enim dicitur in nominatiuo ſingulari ſicut & vallis, vt apes & apis) accōmoda fraudi & dolis armorū, *Valles & vallis in noĩandi caſu.* ideſt armatorum eſt in anfractu, ideſt loco circumfracto. i. angulo, curuo. ſ. poſt rupem quem. ſ. anfractum, aut quam vallem, latus atrum. i. obſcurum vrget. i. ꝑmit & coarctat vtrinq;, ideſt ab vtraq; parte, frondibus denſis, quo. i. ad quem aut qua. i. per quā viam, ſemita tenuis ducit & fauces anguſtæ, ideſt meatus arcti ferunt. i. conferunt & conducunt, & aditus, ideſt acceſſus maligni. i. obſcuri, aut nimis arcti ſup. ferunt. Planicies ignota. ſ. Æneæ, aut occulta, iacet ſuper hanc. ſ. vallem in ſpeculis, ideſt loco apto ſpeculationi, & in ſummo vertice montis, & recęptus turi. i. recęptacula q̃ te tuta recipiant ſup. iacent vtrinq;: ſeu, ideſt ſiue velis occurrere pugnæ. i. in pugnā dextra. i. à dextra parte, ꝙ vel ſeu, aut vel, leua. i. ſiniſtra, ſiue velis inſtare, ideſt inſiſtere, iugis. i. per iuga & voluere. ſ. deſuper, ſaxa grandia, ſcilicet in aſcendentes hoſtes. Ipſe iuuenis. ſ. Turnus fertur regiōe viarum. i. per regionem viarum nota. i. notā ſibi, huc. i. ad hanc vallem, & arripuit. i. occupauit

pauit locum,& inſedit.i.inſidias facturus locum cæpit,ſyluis iniquis,quia videre permittunt & non videri.

PIERIVS.

¶Occurrere turmę.) Romanus codex,turmis,habet:nũero multitudinis Seruius, turmæ ſingulari numero videtur agnouiſſe. Apud Donatũ vero,turmis,eſt plurale. ΓOculos horrẽda in virgine fixit.) Legẽdum omnino,fixus,ex antiquis exẽplaribus. ΓPer deſerta iugo ſuperans aduẽtat ad vrbẽ.) Romanus codex.& antiqui aliquot alii,iugo ꝓperans,legunt. Quáq; &,ſuperans,in Mediceo,& in aliquot aliis antiquis habetur. Eſt &,aduẽtat in vrbẽ. hoc eſt aduerſus vrbẽ,vel in vrbẽ immiſſo exercitu. Sed ad vrbẽ, magis placet. Idq; agnoſcit Donatus,perinde ac etiam,ſuperans, ait enim ipſe per montis deſerta:ardua,ſuperãs,hoc eſt ad ipſum cacumen aſcẽdẽs, tranſcenſo montis iugo ad vrbẽ venire diſponit. ΓTyburtiq; manus ducis & tu cõcipe curam.) In antiquis aliquot codicibus,tyburni,ſcriptum obſeruaui. quod alio loco ſuperius adnotatum eſt,& dictionẽ ducis,varie punctis diſſitam,quũ nonnulli legant,tyburniq; manus ducis. aliqui,ducis & tu concipe curam. Ac tyburni quidẽ apud Donatum etiam habetur. quantum vero pertinet ad diſtinctionem,ante vel poſt dictionem,ducis,adlinendam. Ait ille,ducis,ſic in medio eſt, vt ſine pronunciationis culpa, vel ſuperioribus, vel inferioribus poſſit aptari. Quippe ſi dicatur,tyburniq; manus ducis,recte dicitur. Si,ducis & tu cõcipe curam, non erratur,laudauit oẽs,ne inertes ardenti iunxiſſe videretur. ΓVallis accõmoda fraudi.) In aliquot antiqs exemplaribus,valles adcõmoda,legitur.& valles,nominatiuũ à valle agnoſcere videtur Probus,quãuis in vulgatis eius codi. neſcio quid deſiderarim,quum ibi de iis loquatur, quæ terminant in,pes,longam: vt puppes,rupes,vulpes,quare videris:an ita ſit legendũ,pes,producta:latina:vel græca tertiæ ſunt declinatiõis, pis,facient genitiuo. Puppes puppis: vt valles vallis. ita rupes rupis,vulpes vulpis,aſpes aſpis. vel alia prorſus dictio,ſubſtituenda. ΓTennis qua ſemita ducit.) In antiquo codice Ro.& aliquot aliis,quo ſemita ducit,legiẽ:quã lectionẽ agnoſcit Seruius. ΓTutiq; recęptus.) In veteribus pleriſq; codicibus,receſſus,habetur. Sed recęptus,huic loco magis cõuenit,vt.ſ.oſtẽdat non tantũ ad erumpendũ & inuadendum hoſtẽ locum eſſe cõmodũ, ſeu dextra lęuaq; velis occurrere pugnæ, verũ etiã quo tuto ſe recipere poſſint, Atq; inſtare iugis,& grãdia voluere ſaxa,ſi forte eueniat. vt maiore hoſtiũ vrgẽte vi repellantur,aut loco deiici tententur.

Velocem interea ſuperis in ſedibus Opim,
Vnam ex virginibus ſociis,ſacraq; caterua,
Compellabat,& has triſteis Latonia voces
Ore dabat[ graditur bellum ad crudele Camilla, DIA.
O virgo,& noſtris nequicq̃ cingitur armis,
Chara mihi ante alias,neq; enim nouus iſte Dianæ
Venit amor,ſubitaq; animum dulcedine mouit.
Pulſus ob inuidiam regno,vireſq; ſuperbas,
Priuerno,antiqua Metabus quum excederet vrbe:
Infantem fugiens media inter pręlia belli,
Suſtulit exilio comitem,matriſq; vocauit
Nomine Caſmillæ mutata parte Camillam.
Ipſe ſinu præ ſe portans,iuga longa petebat
Solorum nemorum,tela vndiq; ſæua premebant,
Et circunfuſo volitabant milite Volſci.
Ecce fugæ medio ſummis Amaſenus abundans
Spumabat ripis,tantus ſe nubibus imber
Ruperat,ille innare parans,infantis amore
Tardatur,charoq; oneri timet,omnia ſecum
Verſanti,ſubito vix hæc ſententia ſedit.
Telum immane manu valida quod forte gerebat
Bellator,ſolidum nodis,& robore cocto,
Huic natam,libro & ſylueſtri ſubere clauſam
Implicat,atq; habilem mediæ circunligat haſtæ,
Quam dextra ingenti librans,ita ad ęthera fatur.
[Alma tibi hãc nemorũ cultrix Latonia virgo META.
Ipſe pater famulam voueo,tua prima per auras
Tela tenens ſupplex hoſtem fugit,accipe teſtor
Diua tuam,quæ nunc dubiis committitur auris.
[Dixit,& adducto contortum haſtile lacerto POE.
Immittit:ſonuere vndę:rapidum ſuper amnem
Infelix fugit in iaculo ſtridente Camilla.

SERVIVS.

¶Velocem interea.) Licet Interea particula negocia ſemꝑ pręteritis futura coniungat:tamen abruptus eſt & vituperabilis tranſitus,habet autem tales tranſitus & in ſuperioribus libris,& in ſequenti præcipue, vbi Iupiter appellat Iunonẽ. ΓOpim.) Opim quando dicimus,Nympham ſignificamus ſi autem dicamus Opem, auxilium intelligimus. Terẽtius, Iuno Lucina fer opem, ſerua me obſecro. Opes vero numero plurali, cenſus accipimus, nam ops,terra eſt vxor Saturni,quam Græci Rheam appellant. ΓTriſtes voces.) Habitum futuræ orationis oſtendit. ΓOre dabat.) Pleonaſmos eſt. ΓBellũ ad crudele Camilla.) Vno verbo exitum rei docuit. ΓNoſtris nequicquam cingitur armis.) Noſtris, quibus vtraq; gaudemus, vt etiam ipſa habeat cauſam doloris & maioris iracundiæ. ΓNeq; enim nouus iſte Dianę venit amor.) Firmiores enim antiquiores amicitiæ ſunt. Terentius, per amicitiam,quæ incœpta à paruulo cum ætate adcreuit. Similiter Iuuenalis, Ille excludatur amicus Iam ſenior, cuius barbam tua ianua vidit. ΓPulſus ob inuidiam.) Scilicet crudelitatis. nam ſequitur, Neq; ipſe manus feritate dediſſet. ΓAntiqua.) Nobili vrbe,nã hoc Priuernum dicitur. ΓIuga longa.) Ideſt longe poſita, remotiora. Salluſtius, Et Metello procul à gente longa ſpes auxiliorum, ideſt longe poſita. ΓSolorum nemorum.) Deſertorum. Terentius, Venit meditatus alicunde ex ſolo loco. Item ipſe, Nonne hinc deportarier in ſolas terras? ΓFugæ medio.) Dum fugit,inter fugam. nam figuratũ eſt. ΓCharoq; oneri timet.) Anacreon φορτὸν ἔρωτοσ, ideſt onus amoris. ΓVix hæc ſententia ſedit.) Ideo Vix, quia naturale eſt vt quoties multa cogitamus, vix aliquid comprobemus. Vnde vera diſtinctio eſt, Omnia ſecum verſanti ſubito,hæc ſententia ſedit. ΓEt robore cocto.) Aut antiquam haſtam fuiſſe ſignificat, nam multi temporis aliquid,recoctum vocatur. Horatius, Plenumq; recoctus Scriba ex quinque viro coruum deludet hiantem. Item Perſius, Vtra male vetus præ grandi ſubere coctum. Aut re vera cocto robore. haſtæ enim igni plerunq; durari cõſueuerunt. ΓHuic.) Scilicet telo natã implicat. ΓLibro.) Liber dicitur corticis pars quæ ligno cohæret. alibi, Alta liberaret in vlmo. Vñ & liber dicitur in quo ſcribimus,qa ante vſum chartæ vel membranæ de libris arborum volumina compaginabantur. ΓIpſe pater famulam voueo.) Bene Ipſe pater,quia authorandi poteſtatem niſi patres non habent. ΓVoueo.) autem conſecro in tuum miniſterium. Vnde & Camilla dicta eſt,licet ſupra & à matre dixerit eſſe nominatam. Sed illud poetice dictũ eſt:nam Camilla,quaſi miniſtra dicta eſt, miniſtros enim & miniſtras impuberes, Camillos & Camillas in ſacris vocabant. Hinc & Camilla dicta. Vnde & Mercurius hetruſca lingua Camillus dicitur,quaſi miniſter deorũ. ΓSonuere vndæ.) Hic diſtinguẽdum. ΓInfelix Camilla.) Non eo tempore quo euaſit, ſed nunc infelix plerũq; enim epitheta p̃ſentis temporis ſunt licet & peractis negociis: vt in ſecundo, Infelix dũ regna manebant, Sæpius Andromache ferre incomitata ſolebat.

DONATVS.

¶Velocem interea ſuperis.) Diana in cœlo poſita vnam ex virginibus,quas ſocias habuit quæ opis dicebatur,compellauit hoc eſt alloquuta eſt. Triſtis poſitum eſt,& remanſiſſe putatur incertum,an triſtes latonia virgo voces daret, an triſtis voces: dictum hoc melius aduerti non potuit,niſi morem poetæ retinentes, quem vbiq; ſeruauit, bis intelligamus triſtis: vt qualis anima fuit talia habuiſſe videatur, & verba proinde triſtis latonia voces triſtes emittebat. ΓGraditur bellum ad crudele Camilla.) Et perſonam tetigit ſimul & cauſam:nam & quæ iret,& quo pergeret dixit, & futuri certaminis aduerſa monſtrauit. quippe ideo crudele bellum aſtruxit,non quo ſit aliquando non crudele,ſed ex quo ſignificaretur camillam non eſſe redituram,deniq; addidit,fruſtra eam diuinis armis inſtructam: vtpote cui ad conſeruationem ſalutis nõ eſſent pro futura, oſtendit poeta omni occaſione nullum deum opitulari cuiquam poſſe, quum vita hominis in vltimum cogitur

tur finem,deniqꝫ alio loco nec ipſum Iouem filio ſuo ſarpedoni
profuiſſe teſtatus eſt,hic ergo,quum poterat opis dicere,nihil eſt
in hac cauſa metuendum,quoniam Camilla armis tuis defendi-
tur,præuenit dicens:it ad bellum ex quo euadere non poteſt:ne-
que ei proderit,quòd armis noſtris accincta eſt,ſigna dedit mori
turæ,non tamē nominauit,quod non valebat auertere. Noſtris,
inquit,armis ſagittis,ſcilicet,quibus cū Diana ſociæ virgines vte-
bantur.¶ Chara mihi an.al.) Subtilis & honeſta comparatio.vo-
luit enim alias multum ſibi caras eſſe,& Camillam cæteris mul-
to cariorem:nec dixit carior, aut cariſſima, & tamen ipſam om-
nibus prætulit.¶ Neque enim nouus iſte dianæ Ve.am.)Hęc fuit
præcipui amoris gratia,quòd cæteris antiquior videbatur.Parit
enim maiorem vetuſtas affectum, & beneuolentiæ meritū tem-
poris diuturna continuatione conduplicat,ſi hęc ſola fuiſſet amo
ris cauſa,ſatis abundaret ad incutiendum dolorem,cōgerit alias,
vt probari poſſet, vnde illa carior ante alias haberetur. ¶ Pulſus
ob inui.reg.)Et caput incipit fabulæ,& ipſum primo virginis pa
trem,in quo reprehendi potuit, magna laude proſequitur, pur-
gatqꝫ eius perſonam.eſſe enim crimen poſſet,ſi cauſa non dicere-
tur excluſi.male quippe mereri de ciuibus, & quod eſt deterius,
vniuerſis notabile ſatis eſt,quomodo igitur iſte defenditur? pul-
ſus eſt,inquit,regno:non pellitur quiſpiam,niſi interueniente vio
lentia:violentiam non niſi eius iniuſtitia generat,qui meruit ex-
cludi,deniqꝫ addidit ob inuidiam,vt oſtēderet nullum expulſio-
nis ſuæ præbuiſſe materiem:ſed illam vim ſuperbia potius ciuiū
& ſtudio æmulationis exortam.¶ Priuerno antiqua metabus cu.
ex.vr.)Ecce alia defenſio innocentiæ, vt ceſſiſſe potius malis &
plurimis,quàm ob aliquod crimen iuſte videretur eiectus.¶ In-
fantem fugiens.¶ Magnam patris & multis modis aſtruit pieta-
tem,quid enim,dum fugeret violentos, effecit? non aurum aut
opes curauit,nō ſaltem vitæ ſubſidia requiſiuit,eripuit filiam bel
lo perditi regni ſolatium in ipſius ſalute conſtituens, infantē ad-
uexit,magnum onus aggreſſus non corporis ſed ætatis,portabat
enim talem,quæ adhuc fari non poſſet,& cui deeſſet nutricis au-
xilium,media inter prælia belli,ſic & alio loco ait. Illum ego per
flammas & mille ſequentia tela.Eripui his humeris, medioqꝫ ex
hoſte recępi.Duo præcipui exempli,eripuiſſe,& portauiſſe, ma-
gnum alterum fuit,in quo portatus eſt ſenex debilis & ingentis
corporis,& ideo tolerandus,quia pater:in altero,hoc eſt præſen-
ti infans & ſine adminiculo nutricis vt dictum eſt,quæ non eſſet
ferenda in fuga:& quæ requieſcendi gratia ſtratis,quæ deerāt re-
poni non poſſet:in qua tamen compēſatio teneretur perditæ po-
teſtatis & familiaris rei,gratum in aduerſis paternis pōdus,quod
eo grauius,quia ſatis minimum fuit.quantæ enim ſollicitudinis
ingruebat cura portare eam,quæ per ætatem periculis eſſet innu
meris proxima?¶ Matriſqꝫ voc.Nomine caſmillæ.) Matris huic
addidit nomē aliqua inde ſubtracta particula,vt Camilla potius-
quàm Caſmilla diceretur,habiturus in exilio comitem itē filiam
in appellatione infantis dulciſſimæ nomē vxoris.¶ Ipſe ſinu præ
ſe portans.) Diligentius hanc præ ſe portabat pater,quaſi adeſſent
nutrices,quibus mos eſt infantes tergo geſtare,petebat autem ſo
litudines nemorum,ne in manus perſequentium veniret cum fi-
lia ſua.¶ Tela vndiqꝫ ſæua pre.)Hoc eſt circumfuſo,quod eſt vn-
diqꝫ tela ſæua,quæ necem inſontibus ferrent:nec tamen ipſa fue-
rant ſæua,ſed homines,qui ea portabant, omnis autem fugientē
preſſerat deſperatio multis vndiqꝫ armatis perſequentibus.¶ Ec-
ce fugæ medio.) Vbi ecce ponitur, eſt aliquid noui, vt plurimis
locis expoſuimus,nam hoc loco deceptionē dicit occurriſſe tor-
rentis.antequā,inquit,tuta fugiendo retineret,ad amaſenum flu-
uium venit,quem ſic repleuerāt aquæ,vt ſummas eius ripas ope
ruiſſent,nō ꝙ ita perpetuus flueret:ſed quia ipſo tempore ſic plu
uias caſus attulerat,vt congeſtum agmē vndarum opportunum
tranſitum pernegaret.¶ Ille innare parans.) Quum contra arma-
torum ciuium violentiam ſolum natandi ſubſidium ſupereſſet,
obſtabat cariſſimi oneris cura.quomodo enim filiam præ ſe fer-
ret,quum in eam corporis partem incumbendū eſſet,qua potuit
ferri,a dorſo vero,quomodo? quæ etiam modico hauſtu necari
potuiſſet?aut impulſu præcipitis vndæ paternis viſceribus rapi?
¶ Omnia ſecum Ver.) Generalitas iſta intellectum latiſſimum te-
net.Tantum enim pater aduertit ut pro filiæ ſalute tractaſſe,quan
tum vnuſquiſqꝫ potuerit coniectando colligere:addidit ſecum,in
locis enim deſertis,quem habere conſiliarium poſſet? aut qui in
tali cauſa patre cautior valuit reperiri? ¶ Subito vix hæc.) Ideo
vix,quia occurrebant tractanti contraria:ideo vix quia, vt quod
faciendū tractando reperierat,id non temeritas ſed neceſſitas in-
gruens attuliſſe videretur,quū dicit vix hæc ſententia ſedit,oſten-

dit etiam ipſam,quum diſpliceret temporis vrgente deſperatio-
ne,placuiſſe:non quo eſſet tuta aut certi euentus:ſed quia alia ſu-
pereſſe nequiuerat,melius quippe fuerat incertis filiam credere,
q̃ retinendo infeſtis hoſtibus reſeruare.in incerto enim proueni-
re etiam proſperum poteſt,in aperto vero diſcrimine ac deſpera-
tiōe pleniſſima nihil præter aduerſum.¶ Telum immane manu.)
Opportunitas duplex ac pręſentibus conſilijs congruens,nam &
telum magni roboris fuit,& portator ipſe fortiſſimus.non enim
tractari maxima ſpecies poſſet,niſi ei congrueret virtus plena ge
ſtantis,obtulerat autem fortuna æſtuanti ſubſidium,quo inuen-
tum potuiſſet impleri. neqꝫ enim illud telum ipſius tēporis fuit,
aut præſentis neceſſitatis cauſa ferebatur:ſed ſtudio bellatoris iu
giter atqꝫ ex more ſeruato.¶ Solidum nodis.) Ipſius haſtæ mate
ries firma uaturalibus nodis & ad fortitudinem artis quoqꝫ inge
nio roborata. Conſilij textum & inuentionem metabi non ante
factum poeta retulit,ſed dum fit,quod admirabiliter fecit, ne dū
refert inuentam,& conſilij ipſius facta perſequitur. Vnam rem ite
rum diceret,quod eſt ſatis ſuperqꝫ vitioſum.¶ Huic natam.) Huic
hoc eſt telo forti & ſolido,filiam ſuam,quam toto patris & caſus
ſui ratione liberare cupiebat.¶ Libro & ſylueſtri ſubere.) Circum-
ſpectum patrem cauta pietas fecerat,nam ex arborum cortice li-
brum fecit quo infantem clauderet. Teneris enim membris neceſ
ſarium adminiculum fuit,quo cōtineri poſſent & ad vlteriorem
ripam integra peruenire,mediæ autem haſtæ iccirco implicatam
nexuit, ne in vnam partem grauior optatum ſpatium tranſire
non poſſet,habilem dixit bene compoſitam & prudenter aptatā.
¶ Quam dextra ingenti lib.) Quod fuit pijſſimi patris,& quod in
poteſtate,habuit,fecit:euentum vero,quem in manu nō habuit,
credidit de cœlo poſcendum,tendēs in altum dexteram,qua por
tabat infantem,recte dixit ad cœlum,quod deorum omniū tem
plum eſt,& rogatur,qui in tempore fuerit neceſſarius.¶ Alma ti-
bi hanc nem.) Dolentis & perturbati dictio,& eius,quem hoſtilis
iam premebat exercitus,nō potuit eſſe prolixi ſermonis:dicebat
tamen concinnam laudem eius,quam rogabat præferens eā ſuis
meritis & maternis. Suis hoc modo,ꝙ virginitatis honore polle-
ret,ꝙ procul eſſet à luxurioſis voluptatibus,& delegerit ſyluas,
in quibus eſſet aſperitas dura. Commemoratione vero materni
nominis auxit laudem,vt alio loco priamidē poſuit & alia:quæ
nata es,inquit,ex latona,quia laudantis vox eſt, & laudis partes
in ſola appellatione nominis poſuit,nos poſſumus ſentire, quæ
potuerunt apertius dici,nam & regalis fuit,& magna,& gemino
partu felicior mater,vtpote quæ Apollinē Dianamqꝫ peperiſſet,
præcipuos,ſcilicet deos,& exercitatos in iaculis & ſagittis,in ꝓ-
nominibus videamus,quantum ſit pondus. Tibi ait,quæ ex lato
na naſci meruiſti,tibi ſorori Apollinis, tibi quæ maieſtate numi-
nis fulcta es;tibi cui ſeruire debeat filia mea,tibi, quæ potes ſer-
uare periclitantem. Videamus quid ſignificet hanc,hoc eſt quam
in periculis poſitam non reliqui hoſtibus meis,quam ſolā habeo
quæ eſt ſolatium calamitatum & exilij mei, quam fiducia tui cō-
mitto incertis,vt euidentiſſimam fugiat mortē. Ipſe pater famu-
lam voueo,qui donandi & vouendi habeo poteſtatē.ſic,inquit,ti
bi hanc voueo,vt deſinat mea eſſe filia. Æquius.n.patri videba-
tur,vt viueret,eſſetqꝫ in obſequio deæ,q̃ cum ipſa libertate acer
bo periret interitu,quod autem dixit,voueo,non de futuro locu
tus eſt,ſed de præſenti, & perfecto. In promiſſione quippe poſt
euentū proſperum poſſet mutare ſniam:poſt tranſlatum vero do
num nihil cogitare,quod admitteret fraudē.¶ Tua prima per au-
ras.) Quum haſta eam teneret innexam,ſic locutus eſt,quaſi ipſa
haſtam ſuis manibus regeret.¶ Tela tenens ſupplex.) Quæ te ver
bis meis rogat,& tibi eſt ſupplex,non quemquā perſequitur, ſed
infeſtos cupit euadere. ¶ Accipe teſtor Diua tuam.) Teſte te tibi
tranſcribitur,iudicio meo accipe non promiſſam, ſed traditione
perfecta iam tuā.¶ Quæ nūc dubijs com.au.) Nō temeritatis eſt,
quod aeris incerto cōmittitur,ſed fiducię nominis tui, ſerua iam
tuā,ſerua tuo nomini potētięqꝫ cōmiſſam.¶ Dixit,& addu.) Tan
to.n.fortius aliqd iacitur,quanto magis manus retrorſum fuerit
ducta,deniqꝫ ſubnexuit.¶ Sonuere vndæ.) Vt aquā quoqꝫ ipſam
mittētis vim fortitudinēqꝫ ſenſiſſet,contortū accipiendū eſt,ocu
loꝝ & animi ſollicita deſtinatiōe libratū.¶ Rapidum ſu.am.) Infe
licē recte poſuit nō ideo,ꝗa fugit,& euaſit hoſtes:ſed quia illa ęta
te tot pericula ſuſtinere cōmeruit. Primo oīum infelix,ideo ꝙ in
ipſo ſuæ natiuitatis exordio in ſedibus patrijs amiſſam ēt matrē
orare nō potuit,ꝙ adhuc infans exercitū ciuiū habuit inimicum:
quod cū ingēti eius periculo patriā perdidit pater:opes quoqꝫ &
regnādi potentiā,vel ꝙ ſine adminiculo nutricis euecta eſt in ſoli
tudines & longinqua terrarum,ꝙ occurrēte inundatione torrē-

tis ad ipſam mortem plena deſperatiõe perducta eſt. dehinc quod in ipſo iactu diuerſis potuerit periculis premi, nã & cadere in vndas cũ iaculo potuit: & ſi tranſiſſet terræ collidi, certe q̃ periculo ſum fuit haſtę iactu liberari quę auſpicio humanæ necis facta eſt, non ſalutis. Omnis hæc deſperatio eo tendit, vt Metabi & Camillæ appareat meritum, & Dianę potentia. Infelicẽ aũt ſummatim vult eſſe Virgilius, quod inde euadit, vnde potuit mori.

ASCENSIVS.

¶ Velocem interea, &c.) Facta digreſſione deſcribit ſtudiũ & genus Camillæ. Vnde Donatus. excuſat exilium Metabi q̃ non ſua culpa ſed inuidia. i. ſuperbia ciuium ſit pulſus, & fugiẽs non opes ſed filiam eripuerit, hac cauſa Dianę fauorem meruit. Telũ immane, quia bellator. Nã opus fuit ingenti telo & bellatore. i. viro forti ad rem perficiendam. Hæc ille. ¶ Ordo eſt. Latonia. i. Latonę filia Diana compellabat. i. allocuta eſt interea. ſ. dum hæc à Turno fierent, in ſedibus ſuperis. i. in cœlo opim. ſ. nympham venatricẽ, & ideo velocem, vnam ex virginibus ſocijs. ſ. Dianę & ex caterua ſacra. i. de choro Dianæ ſacrato, & dabat ore. i. eloquebať, has voces triſtes. i. triſtitiæ indices. O virgo. ſ. opi. Camilla gradiť ad bellum crudele, quia fatis ipſi per id mortem minãtibus, & cingitur noſtris armis. i. ſagittis. nequicq̃. i. fruſtra, quia illis ſe defenſura non eſt exiſtens mihi chara. i. dilecta, ante alias. i. plus q̃ aliæ mortales. ſ. nec. i. & non etenim pro quia iſte. i. de quo me loqui audis, amor non venit Dianæ. ſ. mihi nouus. i. recẽs & pauloante hac inceptus, & ſup. non mouit. i. affecit animum dulcedine ſubita, q̃. ſ. cito perire poſſet ſed ſup. antiqua & inueterata. Et docet quomodo. Nam Metabus pater Camillæ cum. i. quando ipſe pulſus ob inuidiam non ob demerita, & ob vires ſuperbas. ſ. ciuiũ aut ęmulorum regno priuerno. i. priuernati aut pulſus regno. ſ. ſuo excederet priuerno appoſitorie vrbe antiqua. i. nobili & q̃ diu regnauerat, ſuſtulit. i. ſurſum & in humeris tulit inter media prælia belli fugiens. i. cum fugeret ſup. Camillam infantem ſ. adhuc comitẽ i. vt eſſet comes exilio. ſ. ſuo, & vocauit ſup. eam Camillã nomine matris Caſmillæ. ſ. nomine, & hoc pte mutata, qa ablata. s. litera, a prima ſyllaba. Ipſe. ſ. pater portans. ſ. filiã ſinu. ſ. ſuo hoc eſt inter brachia, præ ſe. i. ante ſe petebat longa iuga nemoꝝ ſolorum. i. deſertorum tela ſæua. i. ſæuorum hoſtium ipſum perſequentium præmebant ſup. tunc eum vndiq̄. i. ex omni parte, & volſci. ſ. priuernates, volitabant. ſ. circa eum milite. ſ. ſtipendiario circunfuſo vt ſic non ſit euadendi locus. Ecce. q. d. præter opinionem & expectationem Metabi, Amaſenus. ſ. amnis aut fluuius ſpumabat abũdans. i. ſuperfluens ſummis ripis ſup. in medio fugæ. i. cum metabus exiſtens in medio fugæ perueniſſet tranſiturus ad eum, quia tantus. i. tam copioſus imber. i. præceps pluuia omnia imbuẽs ruperat. i. diſſoluerat ſe nubibus. i. per nubes ruptas deſcenderat. Ille. ſ. pater, parans innare. ſ. in Amaſeno amore infantis. i. vt ſaluet infantem, tardatur. i. impeditur amore infantis, quia noluit eam derelinquere, & timer oneri caro. ſ. filiæ quam in ſinu gerebat. hęc ſententia. ſ. ſequens ſedit. i. placuit & cordi fuit vix. i. cum difficultate ipſi verſanti. i. agitanti ſecum. i. in animo ſuo omnia. i. omnes modos ſe & filiam ſeruandi, ſubito, ideſt præcipitanter, Accipit ſup. (nam antecedens ponitur ſine verbo) telum immane. i. valde magnum quod ipſe bellator gerebatũr forte manu valida exiſtẽs ſolidum. i. integrum & durum nec poroſum aut cauernoſum ſed firmum nodis. i. quia nodoſum erat, & robore cocto. i. igni aut fumo indurato, & ipſe implicat. i. implicando illigat, huic. ſ. telo hoc eſt haſtæ, natam. i. filiam ſuam Camillam, clauſam libro. i. interiore cortice, & ſubere. i. ligno leui quod faciliter ſupernatat qđ nunc in crepidis videmus & ſandalijs: ſylueſtri. i. è ſyluis rapto: quia cũ præter ſpem auctus eſſet, amnis non attulerat ipſum ſed inuenerat, atq̃ circũligat. ſ. natam habilem. i. portabilem per aquas, mediæ haſtę. i. ad mediã haſtã, quam. ſ. haſtam, ipſe librans. i. iaciendã verſans fãtur ita ad æthera alma virgo latonia. i. latonæ filia Diana, cultrix nemorum. i. habitatrix ſyluarum, ipſe. i. ego pater. i. qui maximam habeo in eam poteſtatem, voueo. i. dico & conſecro tibi hanc. ſ. filiam meam famulam. i. miniſtram, ipſa tenens per auras. i. expoſita aeri: tua tela. i. iacula tibi ſacra, fugit ſupplex, hoſtẽ ſ. populum perſecutorem accipe ò diua teſtor. i. obteſtor tuam. i. tibi deuotam & dedititiam: quæ cõmittitur nũc auris dubijs. i. de quibus dubitandũ eſt an incolumem rediturae ſint. Dixit. ſ. Metabus. i. finiuerat iam preces, & immittit. ſ. in auras haſtile cõtortũ. i. impulſum, lacerto, ideſt brachio adducto. Vndæ. ſ. Amaſeni ſonuere. ſ. ex impulſu, & ipſa Camilla infelix, ſcilicet futura, aut infelix, quia ad exitium maius reſeruata, fugit ſuper amnem rapidum. ſ. Amaſenum in iaculo ſtridẽte. i. alligata iaculo ſtridenti, ad quod eam alligauerat pater tectam ſubere vt ſi forte in amnem incidiſſet nec ad vlteriorem ripam iacta fuiſſet: à ſubmerſione per haſtã & ſubere protegeretur.

PIERIVS.

¶ Vnã ex virginibus ſocijs ſacraq̃ caterua.) Romanus codex p̃ter q̃ impreſſa omnia exemplaria & aliquot alia manu ſcripta legit, vnã ex virginibus ſacris ſociaq̃ caterua. Sed altera lectio magis placet eruditioribus ingenijs. ¶ Triſtis latonia voces ore dabat.) Romanus codex triſti ore legit, cui aliquot etiam alij manu ſcripti non ſunt diſſimiles. Seruius tamẽ triſtis voces mauult, triſtis & donatus, qui dubitari ait, vtrum triſtis latonia, an voces triſtis dicendum ſit, ait vero morem poetæ retinendum, quẽ vbiq̃ ſeruauerit, bisq̃ intelligendum triſtis, vt qualis anima fuit talia habuiſſe videatur & verba, dicendum itaq̃, triſtis latonia, voces triſtis emittebat. ¶ Nomine caſmillæ mutilata parte Camillam.) Vnde caſmillæ nomen quod nonnulli cõmenti ſunt, deſumptum ſit, In nullo adhuc veterum codicum deprehendi. In aliquot aũt omnino antiquis, Quaſmillę ſcriptum inueni, in aliquot alijs abſurdiora quædã. Sed. n. antiquiora illa exemplaria quæ præcipue ſequimur, caſmillæ legunt, quodq̃ nonnulli codices, mutilata habẽt, vetuſtiores pene omnes mutata ſcriptũ oſtendunt. Non tamẽ diſplicet, mutilata, quia Donatus ait, matris huic addidit nomen aliqua tamẽ ſubtracta particula, vt Camilla potius q̃ caſmilla diceretur, Habiturus in exilio comitem itẽ filiam, & in appellatiõe infantis, dulciſſimæ nomẽ vxoris. ¶ Amaſenus abũdans.) In antiquis codicibus, habundans, cũ adſpiratione ſcribitur, veteribus eam nonnullis verbis applicare ſuetis, quo ea incitatius enunciarentur.

At Metabus, magna propius iam vrgente caterua,
Dat ſeſe fluuio, atq̃ haſtam cum virgine victor
Gramineo donum Triuiæ de ceſpite vellit.
Non illum tectis, vllæ non mœnibus vrbes
Accæpere, neq̃ ipſe manus feritate dediſſet:
Paſtorum & ſolis exegit montibus æuum.
Hic natam in dumis, interq̃ horrentia luſtra
Armentalis equæ mammis: & lacte ferino
Nutribat, teneris immulgens vbera labris.
Vtq̃; pedum primis infans veſtigia plantis
Inſtiterat, iaculo palmas onerauit acuto,
Spiculaq̃; ex humero paruæ ſuſpendit, & arcum:
Pro crinali auro, pro longæ tegmine pallæ,
Tygridis exuuiæ per dorſum à vertice pendent.
Tela manu iam tum tenera puerilia torſit,
Et fundam tereti circum caput egit habena:
Strymoniamq̃; gruem, aut album deiecit olorem.
Multæ illam fruſtra Tyrrhena per oppida matres

SERVIVS.

¶ Non illum tectis, non vllæ mœnibus vrbes Accæpere.) Non mirũ hunc à nulla ciuitate ſuſceptum, nam licet Priuernas eſſet, tamẽ quia in Thuſcorũ iure pene omnis Italia fuerat, generaliter in Metabũ omnium odia ferebantur, nã pulſus fuerat à gente Volſcorum, quæ etiam ipſa Hetruſcorũ poteſtate regebatur: quod Cato pleniſſime executus eſt. Vnde & ĩfra, Multæ & illam fruſtra Tyrrhena per oppida matres Optauere nurũ: quod nõ pcederet niſi inter eos eſſent iura connubij. ¶ Non mœnibus vrbes Accæpere.) Nõ tectis, non mœnibus: hoc eſt nec in ciuitates, nec in priuatã admiſſus eſt domũ. Et ſic iſte etiam in prio ſeparauit, Vrbe, domo ſocias. Sciendum aũt mœnia abuſiue dici oĩa publica ædificia: vt, Diuidim⁹ muros, & mœnia pandimus vrbis, nam ꝓprie Mœnia, ſunt tãtum muri dicta, q̃ſi munia à munitione ciuitatis. ¶ Manus dediſſet.) Conſenſiſſet: & hoc dicit, Etiam ſi qui eũ voluiſſent ſuſcipere, ille tamẽ eorũ conſortia morum feritate fugiſſet. ¶ Paſtoꝝ & ſolis exegit montibus ęuum.) Et paſtorum æuum exegit in mõtibus ſolis. i. paſtorali vſus eſt vita. ¶ Armentalis equæ.) Indomitæ. Vnde ſequitur, Et lacte ferino. ¶ Veſtigia plãtis ĩſtiterat.) Signa pedum p̃mis plãtis expreſſerat, nã hæc ſunt veſtigia, imagines pedũ: vt, Semeſam prædã & veſtigia prima relinquens. ¶ Palmas onerauit.) Onus enim eſt quicquid teneris ĩponiť manibus. ¶ Pro longæ tegmine Pallæ.) Palla ꝓprie

Optauere nurum: ſola contenta Diana,
Æternum telorum, & virginitatis amorem
Intemerata colit, vellem haud correpta fuiſſet
Militia tali, conata laceſſere Teucros,
Chara mihi comitumq́; foret nunc vna mearum.
Verum age, quandoquidem fatis vrgetur acerbis,
Labere nympha polo, fineſq́; inuiſe Latinos,
Triſtis vbi infauſto committitur omine pugna.
Hęc cape, & vltricem pharetra deprome ſagittam,
Hac quicunq; ſacrum violarit vulnere corpus,
Tros, Italuſ́ue, mihi pariter det ſanguine pœnas.
Poſt ego nube caua miſerandæ corpus & arma
Inſpoliata feram tumulo, patrięq; reponam.
¶ Dixit, at illa leues cœli demiſſa per auras
Inſonuit, nigro circúndata turbine corpus. POE.

prie eſt muliebris veſtis deducta vſq; ad veſtigia. vñ ait Longæ, ſic ſupra, Pallam ſignis auroq; rigentem. ¶ Strymoniáq; grué.) i. Thraciã, à fluuio Strymone. Sane ſciendũ poſſe dici hic & hęc grus. ¶ Olores.) Latine ita dicimus, nã cygni Gręce dicũtur. ¶ Multæ illã fruſtra.) Anteq; ré diceret pręiudicauit ſic Salluſtius, Falſo queriť de natura ſua genus humanũ, nã anteq̃; diceret q̃ritur, dixit Falſo. ¶ Matres.) Inter matrē, & matremfamilias hoc intereſt: quod Mater, eſt præter illã ſignificationē, quæ eſt ad aliqd, quæ tantum cõuenit in matrimonium: Materfamilias vero illa dicitur q̃ in matrimoniũ conuenit per coemptionē. nam per quandam iuris ſolennitatem, in familiam migrat mariti. ¶ Æternum.) Æterne. nã nomē eſt ꝓ aduerbio. ¶ Conata.) Cum conaretur. ¶ Fatis vrgetur acerbis.) Oſtendit etiam deſyderia ex fati neceſſitate deſcēdere. ¶ Cõmittitur omine pugna.) Pro cõmittetur. ¶ Hæc cape.) Generaliter dixit arcum, pharetram, vt ſequentia indicant, nam dicit, Et vltricē pharetra deprome ſagittam. ¶ Vltricem.) Nomina in x terminata ablatiuũ ſingularē in e, mittunt: genitiuum vero pluralē in um, exceptis his quæ ſunt omnis generis: vt felix, nam & ab hoc felici, & horum felicium facit. Lucanus Felici non fauſta loco tentoria ponens, quod receptum eſt ideo quia genitiuus pluralis à nominatiuo plurali minor eſſe nõ debet, ſed aut par, aut maior vna ſyllaba, & quia à neutro facit felicia, felicum dicere nõ debemus, ne propter alia genera huic præiudicemns, nanq; ab eo quod eſt felices, vt felicium dicamus, ratio patitur: vna enim creſcit ſyllaba ab eo quod eſt felicia, vt felicum dicamus non procedit, ne minor ſit genitiuus nominatiuo plurali. Similiter & vltricium & victricium dicimus: licet in his neutrum genus in numero ſingulari non inueniatur. ¶ Violarit vulnere corpus.) Quia dixerat ſacrũ. ¶ Tros, Italus ve mihi.) Si ſimpliciter accipimus, ſic intelligimus Siue eam Troianus interemerit, ſiue aliquis de Æneæ auxilijs, naq; alij volũt Aruntē de Turni eſſe partibus, & indignatum fœmineum ſexum plus in bello potuiſſe, q̃; viros, quã rem hic dicũt perſtrinxiſſe Virgilium: & re vera ſic vbiq; loquitur, vt incertum ſit Aruns de cuius partibus fuerit. Vnde eſt & illud, Da pater hoc noſtris aboleri dedecus armis. ¶ Pariter.) Similiter, vno modo: & eſt antiquũ. ¶ Miſerande corpus.) Hæc œconomia, præiudicia nominãtur, quoties negocij futuri exitus tollitur, vult enim nos de Camillæ cadauere nihil vlterius expectare, ſicut fecit in prío, Tu faciem illius noctē non amplius vnam Falle dolo. Quod pręmiſſum, ſuſtulit cõmemorationē quando vel Cupido receſſerat, vel Aſcanius ſit reuerſus. ¶ Arma Inſpoliata.) Aut indetracta, aut ipſius inſpoliatæ. ¶ Nigro circundata turbine corpus.) Quia ad mœrorē luctumq́; deſcendit. Contra in octauo, vbi ad lætitiã deſcendit Venus, claro eam nymbo circundatam dicit; vt, At Venus ætherios inter dea candida nymbos.

DONATVS.

¶ At Metabus magna.) Quum ſubiaceret oculis metabi periculum euidentiſſimum fluminis, & aliud vrgeret à tergo, aggrediēdum alterum fuit, vt alterum vitaretur, verum quia ex altera parte manifeſta pernicies imminebat: in alteram vero nõ deerat ſpes optata tranſeundi, dedit ſe fluuio conſentiens. ſ. aquę, vel maxime quia vlterior pars iam retinebat infantem, dat ſeſe fluuio, non ſolum illud ſignificat, quòd in fluuium ſeſe coniecit, verumetiam, qua arte fluminis impetum natando tranſijt: dedit ſe fluuio conſentiens aquæ vt dictum eſt, vt paulatim in obliquum tendens amnem turbidum perſecaret. ſi enim contra amnis impetum niteretur, & laborare plurimum & maiorem vim ſuperare nõ poſſet: arte ergo & ſubtilitate completum eſt. ¶ Atque haſtam cũ virgine.) Quum haſtam miſſam ſupra poeta deſcriberet, non dixit, quali euentu peruenit, ſed quia nouerat diſpoſitionem ſuam pater, miſit hanc partem, vt in euulſione eius, & præſens factum & præteritum demonſtraret, haſtam, inquit, cum virgine, vt hoc quoque palam fieret, quòd ita vti haſtæ fuerat colligata peruenit. Virginem dictam voto patris & ſpe accipiendum eſt, nõ ætatis puellæ dictante ratione, victor gramineo de ceſpite vellit, victor dictus eſt, non quòd aliquos in certamine deieciſſet: ſed quòd euadendo cum filia ciues ſuperaſſet infeſtos. Ceſpite vellit gramineo, ceſpes omnis ex congregatione plurimarum herbarum & aggeſtione commixta pulueris ſolidatur, plus tamen ſi ſtat ex gramine, quod eſt natura duriſſimum, eo igitur fauore numinis dilata eſt haſta, vbi fortius fixa conſiſteret: ne è laxatis terræ morſibus lapſa ipſi perniciem inferret infanti: quã vero fortiter illiſerit ceſpiti, vno verbo monſtratum eſt, quod eſt, vellit. nam non vellitur, niſi quod habet aliquam difficultatem, & extorquetur magis quàm euellitur loco, donum triuiæ de ſceſpite vellit. Melius dictum eſt, donum triuiæ, quàm ſi dixiſſet, filiam ſuam vellit. conſecrata enim in alterius poteſtatem & naturam tranſierat, vel maxime traditiõe perfecta. ¶ Non illum tectis.) Noluit ire ad aliquam ciuitatem, aut in priuatorum tectis aut mœnibus publicis propter cauſam fugæ & filiam nutriendam hoſpitari, vel quia pudebat eum ſolum videri poſt regnum ſeruientem ſordibus & cunis infantis. ¶ Neque ipſe manus.) Nec conſenſiſſet feritate paſtorum vitam ducere, hoc eſt viuere paſtorum more, qui ferarũ more ſolitudine ac ſyluis tranſigunt vitam. ſequitur. ¶ Et ſolis exegit montibus euum.) Et omnem vitam ſuam in ſolitudine montium ac deſertione tranſegit, quod imitatus eſt metabus. Poteſt & ſic intelligi, ſolis montibus, vt nullo tempore vitæ ſuæ reliquerit montes propter prædictas cauſas pudoris, ſcilicet & timoris. ¶ Hic natam.) Duo propoſuit, locum & perſonam. reſpondit loco, vt oſtendat, quid ſit hic, vel quem labotem pertuliſſet ille in montibus nutriens filiam vagientem. ¶ In dumis.) Ecce non tantum deerant ſtramina, quæ iacenti ſubdi potuiſſent, verumetiam dumi ſupererant, qui nocerent. ¶ Interq́; horrentia luſtra.) Quũ ſint luſtra, in quibus feræ cubitant, merito metuenda adiecit, horrentia, vt illa oſtenderet ferarum fuiſſe maiorum, quibus acrior natura eſt, nec minus etiam illud expreſſit, quid ſit, ſolis montibus, vtpote qui eſſent ſine homine, beſtiarum immanium cauſa. Venit iam ad perſonæ rationem, vt demonſtraret quemadmodum in tam dura vaſtitate regionum puella nutrita eſſet. ¶ Armētalis equæ, inquit, mammis & lacte ferino Nutribat.) Alebat filiam non humano lactæ, quia deerat, ſed ferino, duplex ratio eſt cur equam dicere voluit feram, vna, quia in illis locis cum feris degebat indomitis: altera, quia equinum genus veteres ferum dicebant, quia nondum humanis vſibus ſeruiebat, ſed hoc loco ferinum lac debemus accipere eius, ſcilicet animalis, quod eēt aſperum, & locis regionibuſq́; reſpondens. ¶ Teneris immulgēs vbera labris.) Hoc vult poeta mõſtrare, quòd etiam in hac parte metabo tanta alendæ filiæ difficultas occurrerat, vt niſi ipſe per ſe labris puellæ vberáq; ſeruata moderatione mulxiſſet, alimonia ad eam peruenire non potuiſſet. Hoc ideo pater ſollicitus faciebat, quia, quod fuit ei grande & aſperum, tenèra adhuc infantis labra ſuſtinere non potuerant; nec fauces admittere copiam, quam præbebat, armentale animal ideo poſuit, ne in totum videretur agreſte, ac ſi mulgeri non ſineret, expreſſit obſeſſum multis periculis & caſibus fatum, nunc ad eam acceditur partem, vt palam fiat poſſe naturam conſuetudine commutari, nam quum eſſet fœmina & amplitudine generis potens eam locorũ qualitas & vſus viuendi ſic ſolidam reddidit, vt omne quod ſibi natura dederat, reſpueret. ¶ Vtq́; pedum primis.) Mox vt ſtare potuit pedibus ſuis, inſtruit eam pater portare, quod iaceret, neque enim fuit in illis locis fœmina, quæ incipienti lanam monſtraret, aut telam. Docuit eam pater, quod præbebat locus, non quod ſexus exigebat, & perſona diſcentis. ¶ Spiculáq; ex humero.) Vt portaret manibus ferrum miſſile, & humeris arcum & pharetram ſuſtineret. ¶ Pro crinali auro.) Ad eorum vicem, quibus ſe aptare fœminæ conſueuerunt, venantium iuuenum ſumebat ornatum, nam pro auro, quod addi capitibus virginum ſolet, proq́; Palla tygridis pellis per dorſum fundebatur à vertice. ¶ Tela manu iam tũ te.) Tantum proficiebat in eo, quod producebatur ſtudio, vt iam tela iaceret manu, & lapides ageret funda. ¶ Strymoniáq; grué.) No

Subſtiterat, ſubito erumpunt clamore, frementesq́;
Exhortantur equos, fundunt ſimul vndiq́ʒ tela
Crebra, niuis ritu: cœlumq́; obtexitur vmbra.
Continuo aduerſis Tyrrhenus, & acer Aconteus
Connixi incurrunt haſtis, primiq́; ruinam
Dant ſonitu ingenti, perfractaq́; quadrupedantum
Pectora pectoribus rumpunt: excuſſus Aconteus
Fulminis in morem, aut tormento ponderis acti,
Præcipitat longe: & vitam diſpergit in auras.
Extemplo turbatæ acies, verſiq́; Latini
Reijciunt parmas, & equos ad mœnia vertunt.
Troes agunt, princeps turmas inuaſit Aſylas.
Iamq́; propinquabant portis: rurſusq́; Latini
Clamorem tollunt, & mollia colla reflectunt:
Hi fugiunt, penitusq́; datis referuntur habenis.
Qualis vbi alterno procurrens gurgite pontus
Nunc ruit ad terras, ſcopulosq́; ſuperiacit vndam
Spumeus, extremamq́; ſinu perfundit arenam,
Nunc rapidus retro, atq́ʒ æſtu reuoluta reſorbens
Saxa fugit, littusq́; vado labente relinquit.
Bis Thuſci Rutulos egere ad mœnia verſos:
Bis reiecti armis reſpectant terga tegentes.
Tertia ſed poſtq̃ congreſſi in prælia, totas
Implicuere inter ſe acies, legitq́; virum vir:
Tum verò & gemitus morientũ, & ſanguine in alto,
Armaq́;, corporaq́;, & permiſti cæde virorum
Semianimes voluuntur equi, pugna aſpera ſurgit.
Orſilochus Remuli (quando ipſum horrebat adire)
Haſtam intorſit equo, ferrumq́; ſub aure reliquit,
Quo ſonipes ictu furit arduus, altaq́; iactat
Vulneris impatiens arrecto pectore crura:
Voluitur ille excuſſus humi. Catillus Iolam,
Ingentemq́; animis, ingentem corpore, & armis
Deijcit Herminium, nudo cui vertice fulua
Cæſaries, nudiq́ʒ humeri: nec vulnera terrent:
Tantus in arma patet. latos huic haſta per armos
Acta tremit, duplicatq́;, virum transfixa, dolorem.
Funditur ater vbiq́ʒ cruor: dant funera ferro
Certantes, pulchramq́; petunt per vulnera mortem.

verſus Ennij grauitate minoris. ¶ Campiq́ʒ armis ſublimibus ardent.) Reſplẽdent. ¶ Celeresq́ʒ Latini.) Alludit ad militiam Romanã: nanqʒ & equites habuit Romulus, vt illo diximus loco, Tercentum ſcuta ti omnes Volſcente magiſtro, quos celeres appellauit, vel à celeritate, vel à duce Celere, q dicitur Remũ occidiſſe, in cuius gratiæ vicẽ à Romulo fieri tribunus equitum meruit. ¶ Ala Camillæ.) Eqtatus. Alæ aũt dicuntur equites, ꝙ alarũ vice pedeſtrẽ exercitũ tegunt. ¶ Intra iactum teli.) Vnde poſſet haſta emiſſa in hoſtẽ venire, hinc traxit Statius vt diceret, Quale q̃ter iaculo ſpatiũ ter arundine metas. Et Enniana eſt oĩs hęc ambitioſa deſcriptio. ¶ Præcipitat.) Pro præcipitatur. ¶ Reijciunt parmas, & equos ad mœnia vertũt.) Reijciunt, retro agunt. Sane nũc fugiunt non timore, ſed lege pliandi. Salluſtius, More equeſtris prælij ſumptis tergis ac redditis. ¶ Mollia.) Domita, domitorum. ſ. ¶ Superiacit vndam.) Super ſcopulos vndam iacit, nam more ſuo dedit, verbo detractã nomini ppoſitionem. ¶ Sinu.) Curuatiõe & flexu vndarũ. ¶ Extremã.) aũt ad illud pertinet quod ait ſupra, Pœnitusq́ʒ datis referũtur habenis. ¶ Æſtu reuoluta reſorbẽs Saxa, fugit.) Æſtus pprie eſt maris ĩcerta cõmotio. ¶ Vado labente.) Hypallage, pro labens ipſe per vadũ. ¶ Et ſanguine in alto.) ἐμφατικῶς cædis oſtẽditur magnitudo. ¶ Haſtã intorſit equo.) Figurate. nam intorqueo in equum dicimus: vt, In latus, inque feri curuã compagibus aluum Contorſit. ¶ Sub aure reliquit.) Ex vulneris genere fulgentem ipſum intelligimus eſſe percuſſum. ¶ Voluitur ille excuſſus humi.) Humi voluitur. nã Excuſſus per ſe plenum eſt. ¶ Deiicit Herminiũ.) Nomẽ hoc de hiſtoria Romana eſt, nam cũ Coclite contra Thuſcos Lartius & Herminius ſteterunt tẽpore quo pons ſublicius rũpebatur, vnde & eũ plurimũ laudat, ac ſi diceret, Talis, qualis ille fuit. ¶ Tantus in arma patet.) Tantũ patebat in vulnere. i. in hoſtilia tela totus patebat. ¶ Per armos.) Abuſiue, nam proprie Armi quadrupedum ſunt.

DONATVS.

¶ At manus interea.) Reliquum eſt hoc ſuperioris deſcriptionis, quam imperfectam dimiſit, vt Camillæ fabulam diceret, q̃ ſubtracta, ſi prima pars atqʒ iſta iungatur, nõ erit diuiſa narratio. ſupra. n. dixit, Nuncius ingenti per regia tecta tumultu & creuit magnisq́ʒ vrbẽ clamoribus implet inſtructos acie tyberino à flumine teucros Tyrrhenãq́ʒ manũ totis deſcẽdere campis; hic dicit, at manus interea muris Troiana ppinquat, Tyrrheniq́ʒ duces equitumq́ʒ exercitus omnis. Vt appareat integrari poſſe narrationẽ, ſi Camillę fabula ſubtrahatur, veniebant igitur ſic muris propinquãtes, vt ceſſante officio nuncij videri poſſent in ęqualitate camporũ, vſqʒ adeo manifeſti, vt quieſcerent, & queadmodũ inſtructi accederent ſingulorũ non negaretur aſpectibus. ¶ Necnon meſſapus contra.) Quam pulchra q̃ʒ diuerſis ornatibus ſingulorũ exercituum facta deſcriptio? Ibat Troianorũ manus & cæterorũ equitum digeſta per turmas, premebant equi & preſſis habenis frenorum impatientes reſiſtebant mutãtes terga huc & illuc omnis autem ager armis ardebat, haſtis in ſublime porrectis, at in altera



parte videbantur illi, quos cũ Camilla dimiſerat Turn⁹, meſſapus, ſcilicet & Latini, cæteriq́ʒ, quorum, ſuperius meminit, omnes ibant cum impigra celeritate, vt hoſtem ad patriã venire non ſinerent: haſtas geſtantes dextris retrorſum adductis: ſpiculaq́ʒ vibrãtes, magna ſubtilitas dicentis & eloquentiæ copioſa ſubſtantia, vt in deſcriptionibus partium nihil diceret ſimile ibant prædicti duces venientibus obuij, & contra muros poſiti, quid agerent in campo facillime videbatur. Ibant vibrantes ſpicula ita crebro motu, vt ea iam crederentur eſſe miſſuri. ¶ Aduentusq́ʒ virum.) Aduentus, non ad patriam, ſed inter ſe. Sequitur eni. ¶ Iamq́ʒ intra iactũ.) Progreſſus iam vterqʒ exercitus fuerat, & iccirco creſcebat fremitus equorum, & animis ferebantur: quia qui ſunt ex vſu bellorum, ſciunt quando ſibi certandum ſit, ſciunt, quãdo arripi poſſit initium belli. Vbi ergo tantum inter vtrunque exercitum remanſit ſpatij, vt tela vtrinque miſſa peruenire in alteros poſſent, ſubito erumpunt clamore, furentesq́ʒ exhortantur equos, hortamenta vocis iccirco adhibẽtur, vt excitentur etiam inuiti. Iſti hortabantur, qui iam furentes erant & in belli certamen exire cupientes, talis eſt & vox, quæ mittitur, antequã certamen initietur, vt hortamento ſit ſingulis, & plurimũ in auſus validos impellat armatum. ¶ Fundunt ſimul vndiqʒ tela.) Ecce quantum poteſt ante certamen clamor. nõ enim incaſſum emittitur, inde quippe naſcuntur incrementa virtutis, & neceſſitas plena pugnandi, inde timidis pauor accedit, inde fortibus vires augentur, non ergo miſſa ſunt tela, ſed fuſa, vt niues: nec ab vno aut ex vna parte, ſed ſimul ab omnibus, veniebant autem niuium more, prębebat hanc ſpẽm candor ferri, & telorũ diffuſa congeries. ¶ Continuo aduerſis.) Hoc dictũ eſt more bellantiũ, nã primi aliqui audaciores erũpũt: quos cæterã pubem ſequi cõueniat. Tyrrhenus igitur & acõteus cũ ſingulis ex diuerſis partibus eruperãt haſtis tãto impetu atqʒ ictu, vt ruinę more cecidiſſent, deniqʒ ait. ¶ Primiqʒ ruinam.) Expreſſum eſt eorũ factum, qui ſibi fuerant obuij. Equi, inquit, ipſorum colliſis inter ſe pectoribus magnum emiſerant ſonitũ, quo facto excuſſus eſt ancoteus fulminis in morem, aut tormento ponderis acti. Quum pectus pectori fuiſſet illiſum, quum aconteus excuſſus dicitur ſimilitudo fulminis data eſt, aut certe ponderis alicuius, quod truditur argumento violentiaq́ʒ tormenti. ¶ Præcipitat longe.) Impleuit partes excuſſi dicẽdo, longe fractus eſt, in tantum vt habuiſſet ſpatium moræ, quo in aere cõcluderet vitam, & ante moreretur quàm ruina corporis ſui premeret terram, tyrrhenum perijſſe impulſu ruinæ deſcriptæ intelligendum eſt. ¶ Extemplo turbatæ acies.) Ecce poſt duorum congreſſum, vt diximus, omnes cũ ingenti perturbatione motæ ſunt acies. ¶ Verſiq́ʒ latini.) Latini maiorem metum apud ſe eſſe fugiẽdo teſtati ſunt, nã & reiecerant parmas & equos conuerterant, vt murorũ ſibi firmitate cõſulerent. ¶ Troes agũt.) Agi dicũtur pecudũ greges, quũ de loco trahũtur ad locũ, quãtũ igitur in latinis militię dedecus fuit, vt non tm̃ ferri, verũ agi more mutoꝝ aĩalium & ĩpelli viderentur? ¶ Princeps tur. in. a.) Primus inuaſit turmas.

quis.n.metueret fugiẽtes? ¶ Iam propinqua.) Vbi iam latini pro/
ximi eſſe cœperant portis,reſumpta audacia & proprio intelle/
cto dedecore,repente ad pugnam cum clamore conuerſi ſunt.
¶ Hi fugiunt.) Hoc eſt troiani. ¶ Penituſq; datis re.ha.) Debuerãt
enim celerius remeare in campum,ne locorũ conditione aut ali/
quibus inſidijs caperentur:vel maxime recurſu inſperato dece/
pti. ¶ Qualis vbi alterno.) Proprijs & ſignatis verbis expreſſa cõ
paratio,qua oſtenderetur alternus impetus, ſpatium , & alterna
ſeceſſio:nam reuera ſic ex alto impellitur mare:vt properãtes flu
ctus in vltimas arenas vſq; tendant:atq; idẽ explicatis lapſibus
eodem,vnde venerant,referantur linquentes ſaxa,quæ fuerãt ſu
pergreſſi. ¶ Bis tuſci rutulos.) Quod id factum ſit tuſci, inqt,bis
rutulos egerunt ad mœnia:bis reiecti ſunt,ita tamen cauti,ne in/
ſequens hoſtis auerſos opprimeret,aut feriret.qua cauſa reſpecta
bant hoc eſt retrorſum attendebant,& ſcutis terga propria tue/
bantur.Par fugientium numero putatur eſſe cõditio.bis.n.fuga/
ti ſunt rutuli,bis tuſci:ſed in eo rutuloꝝ turpius factum deprehẽ
ditur,quia ſcutis terga contexerant,ne auerſi cęderentur. ¶ Tertia
ſed poſtquã.) Tertio certamine ad verum ac potiorem conflictũ
ventum eſt.nam & confuſæ ſunt partes,& vnuſquiſq; vir virum
ſibi , cũ quo certaret,facta prius exploratione, deligebat. quales
putamus electos,niſi eos,qui poſſent facile ſuperari?nullus.n.de
ligit à quo poſſit occidi. ¶ Tum vero.) Ideſt quãdo ad tertiã con
greſſionem acceſſum eſt,& ad id ventum , vt ſinguli cũ ſingulis
congrederentur. ¶ Et gemitus morientum.) Quando non dictũ
eſt,qui magis in plurimis cæſi ſint,intelligẽdum eſt,cladẽ illam
partium fuiſſe nõ partis. ¶ Orſilochus remuli.) Cœpit ſpecialiter
in aliquibus oſtẽdi,quid ſit,legitq; virum vir.nam orſilochus re
mulum cum vellet occidere,ne temere fortiorẽ peteret,dolo effi
cere cõtendit,quod implere non potuit.haſta igitur caput eq ſub
aure percuſſit tanto impetu,vt ferrum perſeueraſſet in vulnere.
¶ Quo ſonipes ictu.) Ne remaneret obſcurum,qđ dixit arduus,
addidit. ¶ Altaq; iactat vulneris impatiẽs arrecto pecto. crura.)
Quum inimicum telum & dolorem ferre non poſſet , percuſſus
ſonipes erigebat in ſublime ſuum pectus , & crura poſterioribus
tantũ pedibus nitens. ¶ Voluitur ille ex.hu.) Vſq; ad hãc partem
deſcriptus eſt,vt oſtenderetur prouolutus ad terram.vox autem
eius cõſecuta intelligitur,potiuſq; videretur:voluitur ille excuſ/
ſus humi:non terrę excuſſus voluitur,ſed in terrã venit,quũ dor
ſo equi fuiſſet excuſſus. ¶ Catillus iolã.d.) Deijcit,& ad iolã perti
net,& ad herminium,quos catillus occidit. Herminium laudat,
quem aſſeruit ingẽtem fuiſſe,animo,armis,& corpore.Hęc laus
in honorem victoris poſita eſt,qui talem valuit ſuperare. indicia
ſubnectit virtutis eius,& animi. ¶ Nudo inquit,cui ver.ſul. Cæ.)
Hæc fuit probatio nudi capitis,quia capilli eius patebant in tm̃,
vt eorum color quoq; flauus cerneretur. ¶ Nudiq; humeri,nec
vul.ter.) Incedebat etiam nudis humeris,nullum gerens vulne/
rum metum. ¶ Tantus in arma patet.) Quãtum audax & nudus
ex ea corporis parte,qua facilius potuit peti,tantum ad expediẽ
dam mortem opportunus & patens: ¶ Latus huic haſta per ar/
mos.) Latitudinis non incaſſum facta cõmemoratio eſt. Facilius
enim præbet vulneribus locum , qui ampliſſimi corporis ſpatiũ
dederit. Fuit igitur occaſio occidendi talem,qui per temeritatem
nudus ibat ad bellum,& ad excipiẽdum vitę meritum afferebat
lati corporis molem. ¶ Fundit.) Neceſſario poeta confugit ad ge
neralitatem,ne & ſibi prolixitatis morã,& legentibus tędiũ pa/
reret.qñ.n. tam ingentis pugnæ & tantorũ populoꝝ cędes ſpecia
li deſcriptione percurrerent?quo in genere dictiõis nihil amplius
poteſt ſentiri,q̃; legitur.generalitas vero,qa nullis terminis clau
ditur,infinitam habet æſtimationem.tantaq; poteſt eſſe , quantũ
eam valuerit oſtendere,qui tractarit.concluſio ergo iſta melior
fuit,quæ narrationi veluti quendam faceret finem,& initium al/
teri daret.multum quippe adiuuat legentis animum diſſimilitu/
do quæſita per tranſitum,& in ipſa continuatione referentis pro
curata varietas.vtraq; tamẽ aliquid ſimile referẽti neceſſaria eſt.
ſed neutra debet eſſe ſeparata ab altera.ſpecialitas qppe habet de/
ſcriptionum moram:generalitas quippe affert celerem relationi
bus finem:& dum nihil tangit nihil videtur emittere. videamus
tamen,quid ſit poeta in ipſa generalitate complexus . Funditur,
inquit,ater vbique cruor.oſtenditur in latitudine diffuſi vtriuſq;
exercitus vna ſimul animorum pręſumptiõe pugnari. ¶ Dant fu.
fer.Cer.) Neceſſe enim fuerat interire q̃; plurimos,vbi ſolum fue
rat ferrum. ¶ Pulchramq; petunt per vuln.mor.) Pulchra mors
eſt eius,qui in acie cadit,& dum cominus cõcertat, occumbit.eſt
enĩ turpis mors eius,q fugiens perit.appetebãt ergo oẽs ſine tre
pidatione diſcrimen,& ex cõtrario euentu inſignẽ exitũ vitare.

ASCENSIVS.

¶ At manus interea,&c.(Narrat quomodo exercitus Ænee ad
vrbem aduenit.& quomodo accæptus eſt ab latinis qui iam exie
rant de qua re cum nihil ſit Donati. ¶ Ordo eſt.At.i.ſed manus
Troiana ideſt exercitus Troianus paratus manu concertare,pro/
pinquat muris interea.ſ. dum Opim demittebat Diana: & duces
hetruſci,ſupple appropinquant,& omnis exercitus equitum pro
pinquant(nam collectiue aut concæptorie loquitur ) compoſiti
numero ideſt ſecũdum numerum debitum in turmas . Sonipes,
ſcilicet equus inſultans fremit toto æquore.i.campo ęquo & pla
no,& pugnat.i.facit pręludia pugnæ,aut potius obluctatur & re
pugnat,habenis preſſis,ideſt compreſſis ne in hoſtẽ ruat, obuer/
ſus.i.obtractus huc & huc ideſt modo in hanc partẽ modo in il/
lam cum maluiſſet.in hoſtẽ progredi,& Ager ferreus.i.armis fer
reis armatorum coopertus:horret.i.aſper & rigidus eſt,late ideſt
per latum haſtis.ſ.extenſis,& campi ardent.i. reſplendent armis
ſublimibus.i.ab altis viris geſtis aut capite poſitis . nam per hoc
ſignificat armatos etiã altos & ſublimes fuiſſe. Necnõ.i. & etiam
Meſſapus.ſ.domitor equorum filius Neptũni & Turni partes ſe
quens,& latini celeres.i.agiles & expediti in bello,& coras cum
fratre.ſ.Catillo,& Ala.i.equitum cornu, Camillæ virginis appa/
rent contra.i.econtrario,& ex aduerſa parte ſupple in campo,exi
ſtentes aduerſi,ideſt ex aduerſo ſtantes,& portendunt .i. extẽdũt
& ante ſe tendunt longe haſtas,ſcilicet ſuas dextris reductis.i.re/
ducibilibus,ita vt educere,& reducere poſſint & vibrant , ideſt
quatiunt,ſpicula.i.tela in morem ſpicarum acuta,& aduentus vi
rũ pro virorũ fremitus equorum,ardeſcit.i.feruet & furore rapi
tur impatiens moræ. Et iam vterq;.ſ.exercitus,ſubſtiterat .i.reſti
terat progreſſus ĩtra iactum teli.i.vt telo iacto contingere ſe mu/
tuo poſſent,& ſupp.vterque aut vtrique erumpunt.ſ.ex ſtatione
ſua in pugnã clamore ſubito,& exhortatur equos furentes,ſcili/
cet ſponte ſua martio furore ſuccenſos,& fundunt ſimul tela cre
bra ritu.i.ad morẽ niuis.ſ.ex aere decidẽtis,& cœlum obtexit.i.
obtegitur vmbra.ſ.telorum. Videt alludere ad eum q dixit , Sub
vmbra igitur melius pugnabimus. Tyrrhenus & Aconteus acer,
viri illi aduerſi quia ex aduerſo veniẽtes & diuerſis fauẽtes prior
Ænee & poſterior Turno,incurrunt cõtinuo.i.ſtatim haſtis.i.in
haſtas mutuas & ipſi primi dant ruinã deiecti.ſ.mutuo impetu
ſup.cum ingenti ſonitu & rumpunt pectora quadrupedantum.ſ.
equorum quaternis pedibus currentium perfracta pectoribus.ſ.
mutuo occurrentibus, Acõteus excuſſus.ſ.equo in morẽ fulmi/
nis aut põderis.i.lapidis aut glãdulæ acti tormẽti.i. machina bel
lica,præcipitat ſup.ſe,aut præcipitat longe,& diſpergit vitã.i.ſpi
ritus vitales in auras. Acies.ſ.latinoꝝ ſunt turbatæ.i. attonitę,ex/
tẽplo.i.ilico vt viderunt Acõtea excuſſum & ipſi verſi .ſ. in fugã
reijciunt.i.retro agũt,nõ abijciũt parmas.i.ſcuta ſua leuia,& ver
tunt equos ad mœnia troes agunt.i.pſequunt ſic arte fugientes,
& Aſylas Troianus ille prĩceps.i.principiũ tenẽs: inuaſit turmas
ſ.equitũ latinoꝝ,& iam ipſi ꝓpinquabãt portis,& latini verſi.ſ.in
pſequentes,tollunt.i.edunt,clamorẽ.ſ. vehementẽ , & reflectunt
colla.ſ.equorum mollia ideſt faciliter flexibilia,& ad hoc inſtitu
ta,ac domita & hi.ſ.qui prius inſecuti erant fugiunt,& referũt.ſ.
latini in hoſtẽ habenis penitus datis.ideſt cõceſſis equis. Qualis,
i.qualiter pontus.i.mare quoduis refluum,vbi.i.quando, ꝓcur/
rẽs alternis.ſ.fluctibus,aut alternatim.ruit gurgite.i. impetu va/
ſto.nunc.i.aliquando ad terram,& ſuperiacit vndam ſcopulos.i.
iacit vndam ſuper ſcopulos.(Prior enim accuſatiuus regitur vir
tute verbi,poſterior virtute præpoſitiõis)exiſtẽs ſpumeus,ideſt
ſpumoſus ex feruenti agitatione & pfundit ſinu.i.curuatione,&
fluxu vndarum:vndam extremã,ideſt profundiſſimam , aut re/
motiſſimam & fugit nunc,ideſt aliquãdo retro, ideſt retrorſum
reſorbens æſtu,ideſt feruore,& impetu,ſaxa reuoluta , ideſt quę
reuoluit,& relinquit littus, vado labente.i.declinante in minutis
aquis aut per hypallagen,& habẽs per vadũ relinquit littus. Thu
ſci.i.hetruſci egere rutulos verſos.ſ.in fugam,ad mœnia,& ipſi re
iecti.i.repulſi bis armis,ſcilicet rutulorum,reſpectant ideſt retro
ſpiciunt tegentes terga,ſcilicet ſua,quod non faciunt qui timore
percuſſi in fugam vertuntur,ſed poſtq̃; ipſi congreſſi in tertia prę
lia:implicuere inter ſe totas acies,& vir legit,ideſt elegit cũ quo
pugnet virum,tum vero,ideſt maxime tunc &,ideſt ſimul gemi
tus morientium ſup. auditi aut facti ſunt,& arma. & corpora &
ipſi equi ſemianimes,ideſt ſemineces permixti cæde virorum vo
luuntur in ſanguine alto.i.profundo & denſo.pugna ſurgit,ideſt
inſtauratur aſpera:quia neutris cedentibus. Orſilochus tuſcus il/
le,intorſit equo Remuli haſtam,equo dicit,nam horrebat.i. for/
midabat adire,ideſt inuadere & petere,lãcea,ipſum,ſcilicet orſi/
lochum,

lochum,& reliquit ferrũ ſub aure,quia iam in fugam verſum ha/bebat:quo ictu ſonipes.ſ.equus,furit exiſtens arduus.i.erecta cer uice,& iactat crura alta pectore arrecto,exiſtens impatiẽs vulne ris.i.impatienter ferens vulnus. Ille.ſ.orſilochus, excuſſus.ſ.ab equo voluitur humi.i.per humum. Catillus frater.ſ. coreg deijcit Iolam & herminium ingentem,animis,& ingentẽ corpore & ar mis. Cui.ſ.Orſilocho cæſaries erat ſupple fulua ſupple in vertice nudo,& cui ſupp.humeri erãt nudi nec licet humeri,& caput nu dæ erant.tamen ſupple vulnera,ideſt tela quibus vulnera fiũt nõ terrent ſupp.eum tantus,ideſt tam vaſtus & immanis patet in ar ma.i.contra tela quæ inferri poſſent. Haſta tremit acta huic.i.in hunc aut ad huius perniciem,per armos.i.humeros latos, & ipſa transfixa.i.ad ſecundum humerum penetrans duplicat viro do/lorem,Cruor ater funditur vbiq;,& ipſi certantes dant.i.edũt & efficiunt funera ferro.i.armis ferreis & petunt pulchram.i. hono rabilem mortem per vulnera.

PIERIVS.

¶Haſtasq; reductis protendunt lõge dextris.) Antiqua pleraq; exẽplaria,prętendunt,legunt,qui quidẽ geſtus eſt inſertandi ha/ſtam in cataphracto milite.cuſpide ad feriendũ ꝓtenſa. Sed enim quia de iaculatione loquitur melius eſt.Protendunt,quia in iacu latione manus reducitur protẽſa haſtæ longe maiori parte, ne ſi capias a medio cuſpidẽ verſus,manus diffracto ęre ictum faciat elangueſcere,impulſumq; moretur.Eadẽ elocutione dictum ab Ouidio,Protẽtaq; forti tela tenẽt dextra lato vibrantia ferro.Do natus vero hic duo agnoſcit.& quod haſtas geſtarẽt, dexteris re/trorſum adductis:& quod ſpicula vibrarẽt pergebant,inquit,pa ratis haſtis & dextris,vt hoſtes petere viderẽt,ibant vibrãtes ſpi cula,ita crebro motu,vt ea iam crederent̃ eſſe miſſuri. ¶Cõtinuo aduerſi tyrrhenus,& acer aconteus,connixi incurrũt haſtis.) In Ro.co.& aliquot alijs antiquis,aduerſi legitur:neq; obſtat qđ cõ nixi haſtis ſubſequatur,quod iſti abſurdum putauerũt.Hoc vero videtur agnouiſſe Donatus,dũ ait,cõtinuo aduerſi cũ ſingulis ex diuerſis partibus ẽruperant haſtis,quãuis idẽ dicat,ſi aduerſis ha ſtis legamus. ¶Præfractaq; quadrupedãtũ pectora pectorib⁹ rũ/punt.) In Ro.codice,in Mediceo,& quibuſdã alijs peruetuſtis,ꝑ fracta,legitur.Ex quo impetus equorũ vehemẽtiſſimus oſtẽdit̃. Quod vero ita pectora pectoribus ruperint,aduerſos eos incur/riſſe demonſtrat.Eſt & quadripedãtũ,ſecunda ſyllaba ꝑ,i,tertiam vocalẽ,de qua plura alibi. ¶Princeps turmas inuaſit aſylas.) An tiqua omnia q̃ verſamus exẽplaria,inducit,legũt,quod a verbo, inuaſit,forma diuerſiſſimũ eſt,Donatus quoq;,inducit,agnoſcit. ait enim Primus aſylas induxit turmas in medios quis enim me tueret fugiẽtes? Eſt & inducere in hoſtem ſępius apud hiſtoricos. ¶Nũc ruit ad terras.) In codicibus aliquot antiquis,ruit ad terrã ſingulari numero legitur. ¶Legitq; viꝝ vir.) No.Marcellus legit hoc loco pro acceſſit poſitũ ait,vt in.ij.Georgicõ,Primi lege lito ris orã.Donatus pro delegit mauult ait enim vnuſquiſq; vir virũ ſibi,cũ quo certaret,facta prius exploratiõe deligebat.Qualeſpe tamus electos,niſi eos,q poſſunt facile ſuperari.Nullus enim de ligit a quo poſſit occidi. ¶Quo ſonipes ictu furit arduus.) In an/tiquis aliquot codicibus,ferit,legitur, ſed imꝑfecta eſſet oratio, quare furit.lõge melius.Eſt & illud aduertẽdũ,quod vbi vulgata exẽplaria legunt,altaq; iactat crura, vetera q̃dã,acta,hñt. ¶Du/plicatq; viri trãsfixa dolorẽ.) Romanus codex,Mediceus,& ali/quot alij perueteres legũt,duplicatq; viꝝ trãsfixa dolore,hoc eſt duplici virũ dolore cumulat.Qua forma dixit Ouidius, duplica taq; vulnere cęco eſt.ſunt qui nõ inepte repoſuere, duplicatq; vi rum trãsfixa dolorẽ,vt ſit,trãsfixa virum duplicat dolorẽ, pul/chro & figurato elocutionis modo, Quã tamẽ ſecundo loco retu limus lectionẽ in pluribus inuenies exemplaribus. ¶Dãt funera ferro.) In Mediceo,vulnera,cũ decora,q̃ ſequit̃, repetitiõe, pul/chrãq; petunt per vulnera mortẽ. Quod ſi funera legas dari, re/petitio erit ſnĩæ,q̃ non ita decora videatur.Eſt vero illud etiam, quod in alijs,at medias inter cædes in eodẽ Mediceo , ac medias inter acies legitur,Sed omnino plus eſt dicere,inter cædes.

At medias inter cædes exultat Amazon
Vnum exerta latus pugnæ,pharetrata Camilla:
Et nunc lenta manu ſpargens haſtilia denſat.
Nunc validam dextra rapit indefeſſa bipennem.
Aureus ex humero ſonat arcus,& arma Dianæ.
Illa etiam,ſiquando in tergum pulſa receſſit,
Spicula conuerſo fugientia dirigit arcu.
At circum lectæ comites,Larinaq; virgo,
Tullaq;:& æratam quatiens Tarpeia ſecurim,
Italides,quas ipſa decus ſibi dia Camilla
Delegit,paciſq; bonæ,belliq; miniſtras.
Quales Threiciæ cum flumina Thermodoontis
Pulſant,& pictis bellantur Amazones armis:
Seu circum Hippolyten,ſeu cum ſe Martia curru
Pentheſilea refert,magnoq; vlulante tumultu,
Fœminea exultant lunatis agmina peltis.
Quem telo primum,quem poſtremum aſpera virgo
Deijcis? aut quot humi morientia corpora fundis?
Eumenium Clytio primum patre,cuius apertum
Aduerſi longa tranſuerberat abiete pectus.
Sanguinis ille vomens riuos cadit,atq; cruentam
Mandit humum,moriensq; ſuo ſe in vulnere verſat.
Tum Lyrim,Pagaſumq; ſuper,quorum alter habenas,
Suffoſſo reuolutus equo, dum colligit,alter
Dum ſubit,ac dextram labenti tendit inertem,
Præcipites,pariterq; ruunt,his Addit Amaſtrum
Hippotaden,ſequiturq; incumbens eminus haſta,
Tereaq;,Harpalycũq;,& Demophoonta, Chromimq;.
Quotq; emiſſa manu contorſit ſpicula virgo,
Tot Phrygij cecidere viri,procul Ornitus armis
Ignotis,& equo venator Iapyge fertur,
Cui pellis latos humeros erepta iuuenco

SERVIVS.

¶Exultat Amazon.) Suſpen dendum exũltat,vt Amazon intelligas q̃ſi Amazon.nã Ca milla Volſca fuerat ſicut ĩ pri mo,Dederatq; comã diffũde re ventis Venatrix,ideſt quaſi venatrix.ſ. ¶Indefeſſa.) Inſa/tigabilis. Et oĩa ei Amazonũ arma tradit,q̃s Titianus vni/mãmas vocat.nã hoc eſt Ama zon quaſi ἄνευ μαζοῦ. ¶Spi/cula fugientia.) Pro ipſa fu/giens. ¶At circũ lectæ comi/tes.) Subaudis Dimicãt:qđ ẽt ſequẽs Amazonũ indicat cõ/paratio,quæ inducunt̃ circa reginã bella tractantes. ¶Lari naq; virgo.) Noĩa hęc nobiliſ ſimaꝝ ſunt Italiæ fœminarũ. ¶Italides.) Pulchra deriuati/tio nõ vera:nam verũ eſt Ita læ.Italus aũt,vnde eſt Itali/des,magis eſt patronymicũ, q̃ deriuatiuũ,ſicut Belias, vñ eſt Belides. ¶Quas ipſa dec⁹.) Et ad electas,& ad ipſam põt referri.Decus aũt ſi ad Camil lam,nobilitas,pulchritudo.ſi ad delectas,ornamẽtũ.i.quas ſibi elegit ornamentum.i. ad ornamẽtum. ¶Dia Camilla.) Generoſa: εὐγενὴσ.nã Græcũ eſt,cui⁹ noĩs etymologiã ple/riq; volunt venire ἀπὸ τοῦ διὸσ:qđ ſi ſic eſt, dicemus diſ ſentire deriuationẽ à principa litate.nã dia , di ꝓducit, cum διοσ: corripiat: ſicut ecõtra, cũ lux ꝓducat,lucerna lu cor ripit. ¶Paciſq; bonæ , belliq; miniſtras.Cõgruum paci epi theton dedit vt eã bonam di ceret,cũ bellum ecõtra ſit peſ/ſimũ.nã ſine dubio & belli ſę ui diceret,ſi rõ verſus admit/teret. ¶Quales Threicię.) Ta/nais fluuius eſt qui ſeparat A/ſiã ab Europa,circa quẽ anteà Amazones habitauerunt . vñ ſe poſtea ad Thermodõta flu uiũ Thraciæ tranſtulerũt . qđ ẽt Salluſtius teſtat̃, dicẽs. De in cãpi Threiſſi , quos habue/rũt Amazões, ab Tanai flumi ne incertũ quã ob cãm digreſ ſę. ¶Thermodoontis.) Plenũ Thermodoon,ſed per ſynæ/reſim Termodon facit. Vnde don circũflexum habebit accẽ tum.Græca.n. noĩa neceſſe ẽ vt circũflectant̃ quotiens ſit Synereſis exigẽte metri neceſ ſitate.Ergo ſi ſit Thermodoõ, do habebit accẽtum acutum: qđ ſi Thermodon fecerit,& i finalẽ transfertur,& mutatur accentus.nam circũflexus ſit. ¶Pulſant.) Ennius,Ad muſas quæ pedibus pulſatis Olym/pum. ¶Bellant̃.) Pro bellant. nã ſolent verba pro verbis po ni.Vñ nunc paſſiuã declinatio nem ſub actiua poſuit ſignifi/catione:ſicut in Georgicis , Et placidam paci nutritor oliuã: futurum tẽpus à paſſiuo po/ſuit,pro pñti ab actiuo . Nam nutritor pro nutri poſuit.Vn/de eſt econtrà, Nox humida coelo Præcipitat. ¶Hippoly/ten.) Hæc Amazonum fuit re gina,cui victæ Hercules Bal/theum ſuſtulit. ¶Martia.) Aut bellicoſa,

Pugnatori operit,caput ingens oris hiatus
Et malæ texere lupi,cum dentibus albis,
Agreſtiſq; manus armat ſparus:ipſe cateruis
Vertitur in medijs,& toto vertice ſupra eſt.
Hunc illa excæptum (neq; enim labor agmine verſo)
Traijcit,& ſuper hæc inimico pectore fatur.
¶Syluis te Tyrrhene,feras agitare putaſti? CAMIL.
Aduenit qui veſtra dies muliebribus armis
Verba redargueret:nomen tamen haud leue patrum
Manibus hoc referes,telo cecidiſſe Camillæ.

bellicoſa, aut Martis filia. ¶Quem telo primū deijcis?) Homericum eſt, interrogationem ad ipſum referre qui deſcribitur, cum muſæ interrogari conſueuerint: vt, Vos ô Calliope ꝑcor aſpirate canēti. ¶Aſpera virgo.) Epitheton ad officium belli reſpiciens: aliàs incōgrue virginē aſperā dicimus. ¶Euneum.) Quia Latina eſt declinatio, ideo ne accepit accētū. nam Statius qa grę ce declinauit, Græcū accentū poſuit, dicēs, Nunc Euneon antè, Et nunc antè Thoas. ¶Longa abiete.) Haſta abietali. Nā arborem pro haſta poſuit. ¶Suffoſſo.) Caſuro. nam ſuffoſſi equi dicuntur quos vulgo inceſpitatores vocant. Alij Suffuſo legunt, id eſt præcipiti & iam cadenti. ¶Dum ſubit.) Scilicet dum ſe ad ſuſtentationem ruentis inclinat: & vult vtrunq; tanta celeritate eſſe percuſſum, vt vnum ictum putares. inde eſt enim, Pręcipites pariterq; ruūt. ¶His addit Amaſtrum.) Adiungit. ¶Armis ignotis.) Nouis, incōſuetis. ¶Iapyge.) Appulo equo. ¶Pellis erepta iuuenco.) Id eſt lorica. nam ꝓprie Lorica, eſt tegmen de loro factum: quo maiores in bello vti conſueuerant. ¶Agreſtiſq; manus armat Sparus.) Bene Agreſtis: nam Sparus eſt ruſticū telum in modum pedis recuruum. Salluſtius, Sparos & lanceas, alij præacutas ſudes portare. ¶Vertitur in medijs.) Id eſt agit: nam Græce ἀναςρέφεται dixit. ¶Toto vertice ſupra eſt.) Statius de Capaneo, Et totū trāſcēdit corpore bellum. ¶Hunc illa exceptū.) Fraude circūuētum, vt Æmulus exceptū Triton. ¶Traijcit.) Vis iactus oſtēditur. ¶Syluis.) Pro in ſyluis, & eſt Archaiſmos. caſus ꝓ caſu. ¶Muliebribus armis.) Vſus obtinuit vt inuptas, virgines: nuptas, mulieres vocemus. Nam apud maiores indiſcrete virgo dicebatur & mulier: vtrūq; enim ſexū tantum ſignificabat, vt ecce hoc loco dicit armis muliebribus, cum Camillam innuptam fuiſſe manifeſtum ſit. Itē in Bucolicis legimus, Ah virgo infœlix, cum Paſiphaen conſtet ex Minoe ante amorem tauri filios ſuſcepiſſe. Terentius in Hecyra, etiam mulierē poſt partum, virginē vocat. Nam vitium eſt oblatum virgini olim ab neſcio quo īprobo. ¶Nomen tamē haud leue. patrum manibus hoc referes telo cecidiſſe Camillæ.) Irriſio eſt amaritudinis plena. nam ſi voluerimus ſimpliciter accipere, vt ita ſit dictum quēadmodum ſupra, Æneæ magni dextra cadis: incipit cōtrarium eſſe ſuperioribus. Vnde melius eſt vt perſeueremus in ſenſu: & ita ſit dictum, Magnâ re vera gloriam laturus eſt ad manes parentum, quem fœminea tela ſuperarunt.

DONATVS.

¶At medias inter cædes.) Quanta iſtam laude poeta proſequitur? vt inter virorum cædes, & funera inęſtimabilis numeri ſola exultaret, quaſi ludicris & non veris dimicationibus īdereſſet. qđ autem exerto bracchio & nudo latere fuiſſe deſcripta eſt. & ſignū audaciæ fuit, & prędicta eſt cauſa, qua poſſet occidi. More enim ſuo virgilius, ſi vti ſæpe iam dictum eſt, nihil ſuperfluum ponit in diſtributionibus ſuis. deniq; infra dictum eſt, illic eam percuſſam, vbi nudum corpus præbebat ad excipiendum interitū vitę. pharetram dixit interea, vt genus armorum oſtenderet, quibus illa pugnare conſueſſet. per pharetrā intelligendum eſt, illam & ſagittas habuiſſe. ¶Et nunc læta manu ſpargens.) Hoc fuit exultare, vt vteretur telis, quibus vellet, & quando vellet: nec tñ frangeretur labore aliquo, mittendo haſtilia, vt ſecuri feriendo. ¶Aureus ex humero ſo. ar.) Hic cōpleuit, quod ſuperius dixit, pharetrata camilla ecce & arcū aureum eā dixit habuiſſe, & dianæ arma, quæ fuerunt in ſpecie ſagittarū. ¶Illa etiā, in tergum.) Illa in tātū arcu fidebat, & ſpiculis vt etiā debuiſſet timeri, quū fugerèt. nā cōuerſo arcu retrorſum nō fruſtra iactabat ſpicula. amazon dicta eſt nō nata, ſed facta in hoc magis laudabilis, quia quod aliæ naſcendo valuerunt, hæc potuit implere meditando. ergo laudis affectu amazon dicta eſt, vt imitādo talis eſſet, quales ſunt amazones, quos adiuuat ſtudiū gētis, & origo præclara naſcēdi. ¶At circū lectæ co.) Fuerunt cū ea lectę comites. nō ideo lectas dixit, vt apud dianam reprobę remāſiſſe viderenť: ſed, ꝙ omnes lectas habuiſſet. ¶Larinaq; vir. &c.) Qđ de vna dixit, virgo, ad omnes pertinet. oēs. n. virgines fuerant intentę, quæ obſequebātur miniſterio eiuſdem deę. ¶Italides. Nec tibi merito tales, vtpote quæ eſſent ex italia. ſic hoc loco laudare virgilius italiā voluit, q̄ſi nulla terra meliores ꝓferre poſſit, aut tales. ¶Quas ipſa de. ſi. di. ca.)

Tātū

Tātū camilla ad dianę animū accedebat, vt apud ſocias ſuas ꝓ dea haberetur. deniq; quū iret ad bellum, has ſibi eſſe comites voluit: ꝙ eſſent ornamēto in pace, & miniſtræ in certaminibus belli. pōt & ſic intelligi: vt bello & paci ornamento eſſe viderenť, vt ſic in vtroq; viderenť, vt vtrūq; ornarēt. & hoc arbitror melius. ipſa ē. n. pura ſocietatis & vera religio: vt nullū tp̄s diſſimiles faciat, quos fœdera ſuſcepta cōiunxerint. pulchrum eſt. n. ſeruare ſocietatem, & eius cōmodū cuſtodire. nullam iſtarum dicit belli geſſiſſe certamen, ſe aſſeruit miniſterio fuiſſe bellādi. ne exponeretur camilla de ſocijs, ſi impares eſſent in cā certaminum: aut ipſa, quæ laudabatur, eſſet inferior, ſi exercitatione illę præſtarent. tamen ipſarum præſentia non vacua fuit, quū vt dictum eſt, miniſterio iuuabant operaq; bellantem. ¶Quales threicię.) Tales, inquit, apparebant italę virgines, quales ſunt amazones verę, quum aliquos pulſant bello, aut ipſę pulſantur, aut cum ſe poſt victoriā refert pentheſilea curru vecta, & vlulatibus lætis ſuperiorem ſe plena gratulatione teſtatur. ¶Quē telo primum.) Confecta comparatione, redit ad camillam, admirans in ea feriendi celeritatem, & effuſorū inæſtimabilem numerū. nam diſcerni nō poterat, quē primo loco, quē poſtremo mactaſſet. tanta quippe pugnandi ars & celeritas fuit, vt neq; ordo neq; numerus occiſorum dici poſſet, aut colligi: aut quot humi morientia corpora fundis? morientia dixit, non mortua, vt oſtenderet tantā fuiſſe celeritatem cædis, vt innumeri eſſent fuſi: nec tantum adhuc aliquis animam reddidiſſet. ¶Euneū clytio primū patre.) Quum ipſe laudantis ſtudio dixiſſet, diſcerni non poſſe, quem telo primū, quem poſtremum camilla dimicans deieciſſet, quātaq; morientiū corpora reliquiſſet, ne ipſe ſibi hoc genere videretur indixiſſe ſilentium, aut in generalitate camillæ glorias minuiſſe, tangit ſpecialiter de fortiorib⁹ aliquos: vt ex ipſis appareat quomodo cæteri fuerint fuſi. Primo, inquit, euneū ſtrauit e clytio patre progenitum, cuius apertum aduerſi longa tranſuerberat abiete pectus. huius, inquit, pectus, quū aduerſus veniſſet, lōga haſta tranſuerberauit. ecce laus prima bellātis, pręuentus eſt hoſtis, anteq̄ potior fieret: præuentus eſt, non inſidijs ſed velocitate certantis: neq; enim videre venientem plagā potuit, quia veniebat aduerſus tranſuerberationis vim. Intellectus ille eſt, vt non ictum leuem vt cautus, ſed imprudens ac neſcius totum receperit pectore. Ferientis hæc laus eſt, quę ſic direxit haſtam, vt præuidendo caueri non poſſet. ¶Sanguinis ille vomens riuos ca.) Ex ingenti enim pectoris plaga totus ſimul ſanguis effuſus eſt. ¶Atque cruentam Mandit humum.) Cadentes enim repentino ictu mordent, qdquid fortaſſis occurrerit. iſte igitur mordens terram, & crebris hoc morſibus faciens, vertebat ſe, & in ſuo ſe cruore voluebat. hoc dicendo oſtendit eum tā grauiter percuſſum, vt illic caderet, vbi confoſſus eſt. quod vero aſſidue voluebatur in vulnus, & terrā mandebat, quā rigabat cruor, apparebat eum aliquem adhuc ſenſum doloris habuiſſe. ¶Tum lirim pega. q; ſuper.) Addidit lirim & pegaſum. ¶Quorum alter habenas Præcipites pariterq; ruunt.) Cum liris lapſu equi deceptus habenas colligere niteretur, amiſit tuitionem corporis ſui. Pegaſus, quū lapſo auxiliū ferret, & inermem dextrā lapſo porrigens diſcrimen imminens vterq; vitare nō potuit, ſic factū eſt, vt pariter necarenturͤ. ¶His addit amaſtrum hip.) Amaſtrū quoque hippotadis filium ſtrauit haſta percuſſum: addiditq; his, qui ſupradicti ſunt ſtrati eſſe. ¶Tereaq; arpalicumq;.) Etiam ad hos pertinet, quod dictū eſt, addidit. hoc oſtendit repetita coniūctio. ¶Quotq; emiſſa manu.) More ſuo plurimos generalitate collegit, cum laude pugnantis. nam quāta tela coniecit, tot phrygios ſtrauit. hęc fuit ſubtilitas dimicamētis, vt nullus ict⁹ eſſet inanis. tot phrygij cecidere viri, aut vere phrygij, aut pro phrygibus pugnantes. ¶Procul ornitus armis Ignotis.) Quomodo ignotis armis & equo venator iapyge fertur. quomodo ignotis armis incipit dicere. ¶Cui pellis latos humeros.) Agreſtem ornitum dicit bello interfuiſſe armatum pro qualitate perſonæ. deniq; pro lorica corium bubulum habuit: quo dorſum eius humeriq; tegebantur. caput autem eius ad galeę vicem operuerat: caput lupi cum dentibus ſuis. dimicātis vero manum ſparus armabat, nulla artificis ſubtilitate compoſitus. Sparū dicūt regiōis

more

more fuſtem nodoſum,quo ruſtici vtũtur,quum eunt ad bellũ. Ipſe bellator interea tali equo vectus diſcurrebat inter cateruas, vt nõ equo ferri videretur ſed vento,& quũ eſſet in multitudinis medio ſolus altior apparebat.☞Hũc illa exceptũ.)Hũc ideſt talibus armis inſtructũ,& tanti equi velocitate confixũ.illa hoc ē, q̃ noſſet vſum belli meliori peritia,exceptũ eũ fugientē cũ cæteris percuſſit,qũo dixit exceptũ?excipe qppe dicũtur,q contra veniunt,vt in venabula feræ,niſi hoc intelligi voluit exceptum ſeparatũ electione animi,& ad pœnã deſtinatũ ex omnibus,quum noua ſpecie incederet,& ſolus altior fuit.erat autē facile talē diſcernere,qa auerſo agmine terga prębuerat.Ferro traijcit,inquit, hoc eſt ſi neſcium percuſſit,vt omne ferrum per corpus eius eundo traſiſſet.☞Et ſuper hæc ini.pe.fa.)Aperit cauſam poeta oſtendens,cur eum camilla in tanta multitudine fugientium ſpecialiter perſecuta eſt.temerarius enim bello ſeſe miſcuerat,& eius inertiam armorum qualitas demonſtrabat.debuit igitur belli ſentire virtutem,qui arbitratus eſt non emerſurum quẽquam,a quo poſſet occidi.ergo animi ſui cõmotionem camilla & iracũdiam pectoris his vocibus fudit.☞Syluis te tyrrhene feras.) Neſciens camilla,ꝙ ornitus diceretur,gentes cũ nomine argui,in quo graue voluit eſſe conuitiũ:deniq; ſic exorſa eſt.Apparet,inquit,tuæ vanitas gentis,ratum quippe te conſtat non contra hoies ire,ſed feras:& non in campum aut bellum:ſed in ſyluas venandi voluptate contēdere.☞Aduenit,qui ve.dies.)Aduenit dies,qui armis mulieribus veſtra redargueret verba.tales vos vel nunc eſſe cognoſce,quos mulieres occidant.☞Nomē tamen haud leue.)Ipſe per iracundiam factum ſuum depreſſit dicendo magnũ eſſe dedecus armis muliebribus viros occũbere.ipſa iterum,quum veneris,inquit:ad parentum tuorum manes comitabitur te magni nominis fama:eriſque diſſimilis cæteris,ꝙ camillæ dextra dicaris occiſus.hęc non ſe expugnat,ſed duo admirabiliter tenuit.ait.n. habes maximum crimen,ꝙ fœmina tibi intulit mortem:laudē vero meliorem,ꝙ camilla.

ACENSIVS.

℃At medias.)Recitat pugnam & variã ſtragem Camillæ cuius deinceps vſq; ad necem eius erit pcipua narratio.Nihil aũt extat Donati.℃Sed ordo eſt.At.i.ſed Camilla pharetrata.i.pharetris iſtructa exerta pugnæ.i.ad pugnam gerendam,vnũ latus.i.habẽs mãmillam alterius lateris exertam,&abſciſſam,aut exuſtã,Amazon.i.quaſi Amazon,more Amazonidum:exultat inter medias cædes:quas.ſ.faciebat auiditate muliebri,& ipſa ſpargens manu nunc.i.aliquando,haſtilia lęnta.i.flexibilia,denſat.i.condenſat & multiplicat ſup.ea.& ipſa indefeſſa.i.non defatigata,rapit nunc.i. aliquãdo dextra.ſ.manu bipẽnem.i.ſecurim duas pinnas habentem,validam.i.fortem & ad pugnam multũ valentem.Arcus aureus.i.inauratus ſonat ex humero.ſ.eius & arma Dianæ.i.ſagittę ſonant ſup.illi ex humero.illa.ſ.egregia bellatrix ſic receſſit qñ.i. aliquãdo pulſat in tergum.i.retrorſum:diripit arcu conuerſo.ſ.in hoſtem vnde ipſa quodammodo aduerſa abibat ſpicula fugientia,ſcilicet cum ea donec emiſſa erant.At,ideſt ſed,comites,ideſt cõſodales Camillę,ſcilicet Larina virgo & Tulla,& Tarpeia quatiẽs ſecurim æratam.i.ære munitam:Italides.i.in Italia ortę fœminæ lectæ.i.electæ aut delectæ ad hoc munus errant ſup.circũ, ſcilicet Camillã,quas.ſ.Italides aut Italidas ipſa dia Camilla delegit.i.delegerat ſibi decus.i.ornamẽtum,ſpecimen,& miniſtras pacis bonę.i.decentis & honeſtę ac vtilis,nam nõ omnis pax bona eſt.ſi quis enim opprimitur iniuſte,nec reſiſtit dũ poteſt,& debet pacẽ fouet non bonam.& miniſtras belli exiſtentes ſupple tales quales Amazones Threiciæ.i.in confinibus Thraciæ olim reſidentes cum.i.quando pulſant flumina Thermodoontis,ideſt fluentis Thraciæ & bellantur ideſt belligerant.armis pictis ſeu.i. ſiue.circum Hippolytem.ſ.reginam ſuam.ſeu circum ſup.Penthesileam cum ipſa Penthesilea,martia ideſt bellicoſa aut Martis filia refert ſe.ſ.e pugna.curru.ſ.de quo pugnauerat.& agmina fœminea exultant magno tumultu ideſt tumultuoſe.peltis ideſt breuibus ſcutis,lunatis.i.in formam lunularum inciſis.O virgo ſ.Camilla aſpera ideſt acris & ſtrenua.quẽ deijcis telo primũ,& quem poſtremum,quaſi dicat,tot deijcis vt neſciam quem primum quemve poſtremum dicam,aut quot corpora morientia fundis humi ideſt per humum quaſi dicat innumera. Ipſa ſup. nam ad tertiam perſonam tranſit deijcit primum Eumenium pater Clycio.i.cui Clycius erat pater.cuius aduerſi.i.ex aduerſo ſtãtis.ipſa tranſuerberat pectus apertum.i.nudatum abiete,ideſt haſta abiegna longa.Ille,ſcilicet Eumenius vomẽs riuos ſanguinis, cadit,ſcilicet occiſus.atq; mandit,ideſt mordicus oppetit.humum cruentam.& moriens verſat ſupple ſe ſub ſuo vulnere.Tũ ideſt deinde ſup.deijcit ſuper.ſ.Eumeniũ,Lyrin,& Pegaſum quorum alter,ideſt prior,ſcilicet Lyris reuolutus equo ſuffoſſo ideſt caſuro,aut eo ignorante transfoſſo.dum colligit habenas ſcilicet equi alter ſcilicet poſterior hoc eſt Pegaſus.reuolutus dum ſubit ideſt ſuccurrit.ac tendit,ideſt extendit,ac porrigit labenti.ſ.Lyri dextram inertem,ideſt ignauam,alter dico,& alter ruunt pariter præcipites,& ſup.Camilla:addit his Amaſtrum hippotadē.i.hippotæ filium:& ipſa incumbens eminus.i.de longe,haſta ſequit.i. perſequitur,aut inſequitur Terea,& Harpalicum,& Demophoõta,& Chromin hoſtes illos vt videt ex ſequẽtibus phrygios:qa ſequitur,& tot viri phrygij cecidere quot ſpicula contorſit virgo emiſſa manu.ſ.Ornitus tyrrhenus ille fertur procul armis ignotis.i.nouis & incõſuetis aut ignobilibus,& equo hyapige.i.appulo.exiſtens venator.i.quo venari ſolitus erat Cui.ſ.ornito pugnatori.i.bellatori pellis erepta iuuẽco.ſ.lorica ex loris iuuenci cõſerta opit.i.tegit,& velat latos humeros,& cui ingẽs hyatus.i.rict⁹ oris lupi.i.lupini,& malę.i,maxillæ lupi,cũ dentibus albis:texere,ideſt cooperuerũt caput,& cui ſparus.i.telum illud agreſtis.i. ruſticũ armat manus,ipſe.ſ.pugnator Ornitus vertit.i.agit i medijs cateruis.ſ.ſuis aut Rutulorũ,& eſt ſupra.ſ.oẽs.i.eminet,toto vertice.Illa.ſ.Camilla traijcit hunc.ſ.talem ac trãvirum exceptũ ſ.cum in ſe irrueret.n.pro quia,quia neq;.i.nõ ſup.erat labor agmine verſo.i.quia agmen prius erat verſum in fugam,& ita ipediebatur ornitus & a fuga & ab impetu,& ſatur ſuper.i.inſuper aut ſuper ipſum proſtratum ſtans:pectore inimico.i.animo hoſtili.O Tyrrhene.ſ.Ornite putaſti.i.putaſti ne te agitare feras.i.venari ſupple in ſyluis,dies.i.tempeſtas aduenit:qui redargueret armis muliebrib⁹,ideſt a virgine tractatis,verba veſtra,ſcilicet omnium tyrrhenorum ſuperba,& magniloqua:tamen tu referes.i. quaſi pro victoria reportabis,manibus.i.ad manes patrum.i.maiorum tuorum,hoc nomen.i.hanc famam & laudem non leue.i. graue & magni momenti,ſcilicet cecidiſſe,ideſt ꝙ cecideris & occiſus ſis,telo Camillę,ideſt meo cuius nomen tam inclytum eſt, vnde potius dixit telo Camillæ in tertia perſona q̃ telo meo.Eſt enim in ipſo nomine pondus.

PIERIVS.

℃Haſtilia denſat,)In aliquot antiquis codicibus,denſet,ſecundæ coniugationis habetur.Sed vtrunq; agnoſcunt grammatici. ☞Nunc validam dextra rapit indefeſſa bipennem.) In antiquo codice manu ſcripto legere eſt,nunc validam rapit in dextrã nõ feſſa bipennem. Sed quum indefeſſa agnoſcat Seruius,vulgata illi lectio potior.☞Aureus ex humero ſonat arcus.)In Roma.codi.legere eſt,ex humeris ſonat,vt duobus,ſſ,continenter pronunciatis,quodam velut ſibilo maior ſonitus excitetur,qualẽ Homerus ficto ex voce verbo mira expreſſit fœlicitate.ἔκλαγξαν δ' ἄρ ὀιςοὶ ἐπ' ὤμων χωυμένοιο. Sed aduertendum apud Donatum ſcriptũ eſſe.Aureus ex humeris erat arcus & arma Dianæ.Omnino enim paulo infra,Aureus ex homeris ſonat arcus,& aurea vati caſſida.vbi de ornatu Clorei ſacerdotis loquitur,habebimus. ☞Quas ipſa decus ſibi dia Camilla.) In Roma.codi.dura,legitur vt illud.Durum a ſtirpe genus. Sed enim Seruius admittit epitheton,dia,quod in Mediceo & aliquot alijs antiquis codic. Diua,ſcriptum inuenias,Quo ſuper loco Donatus ait. Tantum Camilla ad Dianæ animum pertinebat,vt apud Socias ſuas pro dea haberetur.☞Paciſq; bonas belliq; miniſtras.) Bonas.quidẽ in codicibus aliquot antiquis habetur. Sed enim cum Mediceo plures atque ijdem probatiores,bonę,legunt.idq; Seruius agnoſcit.Donatiana tamẽ paraphraſis ad eam lectionem,quæ,bonas, habet accuſatiuo caſu,reſpicere videtur. Sic enim eſt. Denique cum iret ad bellum has ſibi eſſe comites voluit,quod eſſent ornamento in pace,& miniſtræ in certaminibus belli. Poteſt & ſic intelligi,vt bello & paci ornamento eſſe viderentur:& ſic in vtroque obſequerentur.Vt vtrunque ornarẽt,& hoc eſſe arbitror melius.Ipſa enim eſt pura ſocietas,& vera religio. Vt nullum tempus diſſimiles faciat.quos fœdera ſuſcæpta cõiunxerint.Pulchrũ eſt enim ſeruare ſocietatem,& eius cõmodum cuſtodire. Nulla iſtarum dicit belli geſſiſſe certamen,ſed aſſeruit miniſterio fuiſſe bellanti.Nec exponeretur Camilla de ſocijs,ſi impares eſſent in cauſa certaminum,aut ipſa quæ laudabatur eſſet inferior,ſi exercitationes illæ præſtarẽnt,tamen ipſarum pręſentia non vacua fuit,quum:vt dictum eſt,miniſterio iuuabant,operaq; bellantem.☞Quales threicię quum flumina thermodoontis.)Romanus quidem codex,& plerique alij veteres vno exemplo legunt, thermodoontis,verſu Adonio,Nam quę ſuper hoc nomine grãmatici de accentu loquuntur,in cauſa fuere,vt Thermodoontis pentaſyllabum,abſque ſynæreſi legi poſſe arbitrarẽtur.Sed enim

ſecunda

ſecunda ſyllaba, quod forte minus animaduerterunt, ωμεγα eſt. θερμωδων quæ corripi non poteſt, niſi more Dorum id in ομικρον verterimus cõius vero eſt thermodontis, κατὰ κρᾶσιν dimetro ſpondaico proferre, quod quidem apud Ouidium aperte factum inuenias. Et tu fœmineæ thermodon cognite turbæ. Põtanus tamen, thermodoontis, videtur accæpiſſe, non vno loco, pari ſyllabarum numero cum hipocoontis, vt in libro de poeticis numeris. In libro vero, de adſpiratione. latinos ait vltimum, o, reſoluere, quia vox ea bene aliter locari non poſſet in verſu heroico, putauit ille quidem ſecundam nominis huius ſyllabam eẽ breuem. ϒSeu cum ſe Martia curru penthefilea refert.) Sunt qui nomen panthaſilea, per, a, prima ſyllaba ſcribant, quum tamẽ codices tam Virgiliani q̃; etiam aliorum authorum vna cum Græcis eam, e, vocalem ſecundam ſtatuant, quare illud librarij adſcribendum. Quod vero Virgilius Pentheſileam martiam appellarit, non ea tantum cauſa eſt, vt bellatricem ſignificet, quod alibi fecit, Sed quod, vt ex trogo Iuſtinus tradit de Amazonib⁹. Ne ſucceſſibus deeſſet authoritas, genitas ſe a Marte prędicabát. ϒEumenium Clytio, primum patre.) Proprium hoc nomen, Eumenium, alio atque alio modo. In alijs atque alijs codicibus ſcribitur. Sed vt quæ abſurda videntur miſſa faciam. Romanus codex. Oblongusq́;, Mediceus, & aliqui alij manu ſcripti eodem exemplo, eunæum legunt, & in Donati cod. eodem eſt modo. ϒMoriensq; ſuo ſe in vulnere verſat.) Codices plerique veteres, ſuo ſe volnere legunt, abſque in, præpoſitiua particula, quæ quidem hoc loco non ſine iniuria ſententiæ detrudi poteſt, operę p̃/

cium

cium autem eſſe iudicaui quę ſuper hanc ſententiam Ti. Donatus commentatus eſt adponere. Atq; cruẽtam mordet humum moriensq́; ſuo ſe volnere verſat. Cadentes enim repentino ictu mordent, quod fortaſſis occurrerit. Iſte igitur mordẽs terram & crebris hoc morſibus faciens vertebat ſe, & in ſuo ſe cruore voluebat. Hoc dicendo oſtẽdit eum tam grauiter percuſſum, vt illic caderet, vbi confoſſus eſt. Qui vero aſſidue voluebatur in volnus, & terram mandebat. quam rigauerat cruor: apparebat eum aliquem adhuc ſenſum doloris habuiſſe. ϒTum Lyrin Pegaſum.) In antiquis Lirin, latinis literis ſcriptum eſt. In Roma. in Oblongo & aliquot alijs pagaſum, per, a, prima ſyllaba, quod ab eruditis recæptum video. Inuenies & alio modo ſcriptũ, ſed in re parui momenti ſatis eſt recęptiora indicaſſe. ϒDemophoonta chrominq;.) Romanus & Oblõgus codex, chronũ, legunt, & aliquot ex accuratioribus. ϒProcul orphitus, armis ignotis.) In Romano codice, ornytus, per, y, in pene vltima παρὰ τὸ ὄρνυμι quod impetum facere ſignificat. Nam ſi ab aue ſit, t, literę adſpiraretur. In donati quoque commẽtarijs, ornutus habetur, y, litera in, v, more veterum mutata. ϒIpſe cateruis vertitur in medijs, & toto vertice ſupra eſt.) In codicibus aliquot antiquis. Ipſe cateruas vertitur in medias, legitur. Sed quum ſententia de eo ſit, qui contineatur in loco, non autem in quempiam feratur, magis placet Ablatiuo caſu, quod in pluribus habetur exemp. ϒManibus hoc referes, telo cecidiſſe Camillæ.) In Medi. cod. laſciua admodum adnominatione legitur, Manibus hoc referes manibus cecidiſſe Camillæ. Sed telo, reliqui omnes agnoſcunt.

ϒProtinus Orſilochũ, & Butẽ, duo maxia Teucrũ **POE.**
Corpora, ſed Buten aduerſum cuſpide figit
Loricam, galeamq́; inter, quà colla ſedentis
Lucent, & læuo dependet parma lacerto.
Orſilochum fugiens, magnumq́; agitata per orbem
Eludit gyro interior, ſequiturq́; ſequentem.
Tum validam perq; arma viro, perq; oſſa ſecurim
Altior inſurgens, oranti & multa precanti
Congeminat vulnus, calido rigat ora cerebro.
Incidit huic, ſubitoq; aſpectu territus hæſit
Appenninicolæ bellator filius Auni,
Haud Ligurum extremus, dum fallere fata ſinebant.
Isq; vbi ſe nullo iam curſu euadere pugna
Poſſe: neq; inſtantem reginam auertere cernit:
Conſilio verſare dolos ingreſſus, & aſtu,
Incipit hęc. ϒquid tam egregiũ, ſi fœmina forti **AVN.**
Fidis equo? dimitte fugam, & te comminus æquo
Mecum crede ſolo, pugnæq; accinge pedeſtri:
Iam noſces ventoſa ferat cui gloria laudem.
[Dixit: at illa furens, acriq; incenſa dolore, **POE.**
Tradit equum comiti, paribusq; aſſiſtit in armis
Enſe pedes nudo, puraq; interrita parma.
At iuuenis viciſſe dolo ratus, auolat ipſe,
Haud mora, conuerſisq; fugax aufertur habenis,
Quadrupedemq; citum ferrato calce fatigat.
ϒVane Ligur, fruſtraq; animis elate ſuperbis, **CAMIL.**
Nequicquàm patrias tentaſti lubricus artes:
Nec fraus te incolumem fallaci perferet Auno.
ϒHæc fatur virgo, & pernicibus ignea plantis **POE.**
Tranſit equum curſu, frenisq; aduerſa prehenſis
Congreditur, pœnasq; inimico à ſanguine ſumit.
Quàm facile accipiter ſaxo ſacer ales ab alto
Conſequitur pennis ſublimem in nube columbam,
Comprenſamq; tenet pedibusq; euiſcerat vncis:
Tum cruor, & vulſæ labuntur ab æthere plumæ.

SERVIVS.

❡Sedentis.) Equitis. Sane eũ ex vicino intelligimus eẽ percuſſum. ϒInterior.) Siniſterior, breuiore. ſ. circulo. ϒCongeminat.) Hic diſtinguẽdum eſt. Nam nemo dicit ſecurim vuln⁹ cõgeminat, ſed ſecuris. ϒIncidit huic.) Figurate, ꝓ, in hanc incidit. Terẽtius, Ego in eum incidi infœlix locum, vt neq; mihi amittendi, neq; retinendi ſit copia. ϒApennini colæ bellator fili⁹ auni.) Quia Liguria maiore parte ſui ĩ Apennino eſt cõſtituta. Ligures aũt, omnes fallaces ſunt, ſicut ait Cato in ſecũdo Originum libro. ϒFilius auni.) Aunus. ſ. nam vt ſupra diximus, cuꝫ dictis parentibus filioꝝ nomina ſupprimunt, eos patri cognomines intelligimus: vt, Tiburti Remulo ditiſſimus olim. ϒVerſare dolos ĩgreſſus.) Tractare. vt, Seu verſare dolos, ſeu certę occũbere morti. ϒAſtu.) Malitia. Nã proprie aſtutos, malitioſos vocamus. vñ in Terentio, poſtq̃; de dño dixit ſeruus Aſtute: ille irat⁹ ait, Carnifex quę loqtur? Cicero, Ita ſit vt iſta rõ exiſtimetur aſtuta: meum tñ hoc conſiliũ neceſſarium. ϒDimitte fugã.) Equi celeritatẽ, cui fidis, relinque. ϒVẽtoſa ferat cui gloria fraudem.) Hæc eſt vera & antiqua lectio: vt ſit ſenſus, Pedes congredere: iã cognoſces cui inanis iactãtia afferat pœnam. Nã fraudẽ, veteres pœnã vocabãt: vt etiã in antiquo cognoſcitur iure. Salluſtius in Catilinario, Diem ſtatuit antequã ſine fraude liceret ab armis diſcędere. Si autem legerimus, erit ſenſus. Agnoſces cui inanis gloria afferat laudem. Ventoſa autẽ gloria, eſt quã Gręci κενοδοξίαν vocant. ϒParibusq; aſſiſtit in armis.) Pedes, ſicut etiam

illum

illum congreſſurum putabat. ϒPura parma.) Tunc enim primũ in bella deſcenderat. ϒFugax.) Fugiens. Nam nomen eſt pro participio: nõ. n. fugacem poſſumus accipere: quẽ ſupra legimus bellatorẽ. ϒVane Ligur:) Aut fallax, aut inaniter iactans. nam vanos, ſtultos, poſteriores dicere cœperunt. vnde tractum eſt etiã in Neotericis. Iuuenalis, Sic libitũ eſt vano, qui nos diſtinxit, Othoni. Quid aũt hoc loco Vane ſignificet, cõſequẽtia dem õſtrãt, Fruſtraq; animis elate ſuperbis. ϒLubricus.) Fallax, mobilis. ϒPernicibus ignea plantis.) Modo velocibus: aliàs perſeuerãtibus. Nã pernix interdum velox: interdum perſeuerãs ſignificat, vt ipſe in Georgicis, Et inter dura iacet pernix ĩſtrato ſaxa cubili. ϒTranſit equum curſu.) Nunc hoc ĩcredibile eſſe videretur, niſi præmiſiſſet in ſeptimo, Illa vel intactæ ſægetis per ſũma volaret Gramina, nec teneras curſu læſiſſet ariſtas. ϒAduerſa.) Oppoſita. ϒAccipiter ſaxo ſacer ales ab alto:) Sacer ideò, quia ẽ Marti cõſecratus: aut auibus execrabilis: vt, Auri ſacra fames. Aut quod verius eſt. nomen Græcum expreſſit. nam ἱέραξ dicitur, hoc eſt ſacer: ἱερεύς. n. ſacerdos vocatur. Cur autem Gręce ita dictus ſit ratione nõ caret: quæ nota eſt ſacrorum peritis. ϒCõſequitur pẽnis.) Noua laus Camillæ: ſiquidẽ accipiter columbam ſequit, ipſa hoſtem præcedit. ipſa ẽt auium comparatio eſt ſumpta ex contrario. nam æquius vir accipitri, Camilla comparatur columbæ. ϒTum cruor, & vulſæ labũtur ab ęthere plumę.) Ecbaſis eſt, id eſt excurſus.

❡Donatus.

## DONATVS.

❡ Protinus orſilochum,) Laudatur iſte, vt camillę meritum cre
ſcat, quę tales occidit. Dicitur iam quomodo occiderint ſingulis.
⸿ Sed buten aduerſum cuſ. fi. Lori.) Iſte eques fuit, hoc indicat,
quia dixit ſedẽtis loricam habuit galeam, & parmam. quum his
oĩbus munitus adiri non poſſet. Sequentis camillę viuacitas par
tem qua hoĩem penetraret, inuenit. nam quum læua humeri p̃te
parma tegeretur inter loricæ fines & galeæ, caro quæ feriri poſ/
ſet, apparuit, atq; ita fixus eſt cuſpide. Superfluum fuit mortuum
dicere, quũ deſignatione ictus & loci intelligi valeat, quid ſit con
ſecutum. ⸿ Orſilochũ fugiens,) Fugiens, inquit, fraude potiuſq̃
timore; neq; vt periculũ declinaret. ſed vt deciperet imprudentẽ.
nam, qui vere fugit recto & longo contendit itinere. iſta vero in
orbẽ fugiebat interioribus gyris. hæc fuit fraus, quę illam fecit ſe
quẽtem ſequi. ⸿ Tum validam.) Ecce quantũ profuit dolus, quę
fuit prima, quum gyris interioribus fugeret, tãtum potior facta
eſt, vt non eminus neq; haſta ſed ſecuri potuerit ferire, circumuẽ
tum ita inſtanter oppreſſum, vt ſecundo quoq; ictu, quũ in caſſũ
multa conferret, in precẽ monſtretur eſſe conuerſus. quo autem
corporis loco ictus exceperit inde apparet: oppreſſus q̃ppe quũ
ſeſe ſcuto cõtegeret, illa exurgẽs altior & ſcutũ ipſum & caput ro
gãtis vno ſecuris ictu atq; alio repetito perfregit. ⸿ Incidit huic.)
Incidit, hoc eſt in manus eius ĩprudẽs deuenit filius incolę mon
tis apẽnini, ipſe tantũ bellator. ⸿ Haud ligurũ extremus.) Ille in
ter ſuos non de inferioribus fuit, & fraude certabat q̃ diu ei fata
vitã largita ſunt, & camilla non vidit. ⸿ Is vbi ſe nullo iam curſu
eua.) Quando ſic ſe aduertit oppreſſum, vt reſiſtendi fiducia non
eſſet: nec ſpęs vlla fugiendi ſuppeteret: vertit ſe ad ſolitum mo/
rem, vt declinaret dolo, quod alia rõne non poterat: his igitur in
ſtituit loqui. ⸿ Quid tam egregium.) Præfers, inquit, & ſuperbia
vani tumoris attolleris, quia equus te fortiſſimus portat: & non
tua ſed ipſius virtute præſumis. quando enim poteſt vlla virtus
eſſe in fœmina? ⸿ Dimitte fugam.) Quapropter ſi aliquam tui fi/
duciam geris, petamus campum, & æqua conditione certemus.
ſit iuſtum inter pares pugnæ certamen, atq; appareat virtus pro
pria magis q̃ aliunde quæſita. ⸿ Iam noſces, ven. fe.) Experiẽdo
cognoſces, quis debeat iure meritoq; laudari, & quis per inanem
iactantiam velit eſſe, quod nõ eſt. ventoſa gloria eſt, quę in ver/
bis eſt non in re. & eſt vt ventus, qui tranſit per aera, nec apud ali
quem aut aliquo in loco conſiſtit. ⸿ Dixit at illa furens.) Mox vt
ille audacia verba conſumpſit, camillę dolor & furor excitus eſt.
commota igitur tradidit equum comiti ſuæ, & vt fuit armata ſic
ſtetit. ⸿ Enſe pedes nudo.) Quia cito & ſtetiſſe eam dixit pedibus
ſuis, & nudum gladium habuiſſe paratũ ſcilicet ad feriendum. pu
ra parma hoc eſt expedita & ſine põdere. ſtetit autẽ nullo condi/
tionis impedita aut turbata terrore. ⸿ At iuuenis viciſſe do. ra.)
Iuuenem dixit non laudantis ſtudio, ſed vituperantis. nam fœmi
na quũ interrita conſtitiſſet propoſitis conditionis acquieſcens,
mox iuuenis gnarus, ꝙ ſuperari poſſet, an fugit pro victoria reti/
nens, quia ſubſidio fugæ declinauerat mortem: conuerſis ab ea
habenis, cuius præſentiam cupiebat euadere. ⸿ Quadrupedemq;
citum.) Parũ fuit fugiſſe, ac fiduciam habuiſſe quadrupedis, quũ
iret velociter. vrgebat quoq; quãuis celerem calce ferrato. facie/
bat hoc mortis metu quam ſe putauerat euaſiſſe. ⸿ Vane ligur,
fruſtraq; ani. ela. ſu.) Solent, inquit, ligures eſſe fallaces: ſed tu nõ
tantum fallax, ſed & vanus inuentus es non tibi proderit inflata
loquacitas, & elatum ſolitis tumoribus pectus: euadendi tibi nõ
erit ſpatium, fruſtra te pater iſta perdocuit. tenebo q̃uis lubricũ,
tenebo mobilem, tenebo te fallacem. totum, quod noſti, camilla
fruſtrabitur, nec te vnquam patri remittet incolumen. oſtendiſti
artem, ſed quę aduerſus eam illam obtinere non poſſit. ⸿ Hęc fa/
tur virgo.) Vt ſupra cum vituperatione poſuit. at iuuenis viciſſe
dolo ratus, ſic hoc loco cum laude ait, Hęc fatur virgo. nam cõ/
parat, quid iuuenis, quid fecerit virgo. ⸿ Et pernicibus ig. plan.)
Ille, vt fugeret, equi curſu confiſus eſt. hæc vt ſequeretur fugien/
tem, vſa eſt pedibus ſuis. fuit enim igneis plantis, hoc eſt vltra ho
minũ morem & fœmineũ ſexũ ſatis aptis ad curſum. ecce ꝙ equi
auxilio iuuenis eſſe nõ potuit. ſup̃auit virgo pedibus ſuis. & ip̃m
quoq; equũ velocitate tranſijt, plus faciens, quã ſi aduerſum ſtra
uiſſet in terrã. deniq; quaſi rediẽs in faciem fugiẽtis impacta eſt,
ibiq; retentis frenis, ne rurſus aliam verteret̃ in fugã cõgreſſione
ex aperto p̃fecta, pœnas ſumpſit. ex eo parabola ſubnectitur, vt
egregiũ factum imagine ꝓpoſita cõparationis ornet̃. ⸿ Quia fa.
acci.) Camillæ laudẽ pleniſſime in lib. ſepti. ꝓſecutus eſt. ſed hic
omni occaſione laudationis accumulat. ſic, inquit, illa ſecuta eſt,
fugientẽ ſtrauit, quõ accipiter colũbam inter nubes poſitã cõpre
hendit,

hendit, & vnguibus laniat. magna aũt virtus eſt ſequi fugientem.
ſtrauit quippe, qui ſequit̃ de interſtitio venit, & qui fugiẽdo p̃ce/
dit, ac ſequentẽ metuit. addit fugæ maiorẽ neceſſitatem, vt poſſit
euadere: ꝓinde laudandus eſt, qui ſeq potuerit fugientẽ. plus ca/
milla, quæ tranſijt equũ curſu, & de inimico pœnas exegit. ⸿ Tũ
cruor & vulſę.) Hoc ad ornatũ deſcriptionis pertinet. cæterũ ca/
millę facto ſatis remotũ eſt. ſacrum dixit alitem, aut ſacrũ p̃p au/
gurium neceſſarium, aut execrabile auibus, ac ſatis metuendũ. ſi/
cuti & auri ſacra fames dicta eſt, quia ipſius cauſa omnib⁹ oppor
tuna perpetrandis ſceleribus via eſt.

## ASCENSIVS.

❡ Protinus Orſilochũ, &c.) Proſequitur reliquam Camillæ pu/
gnã, & quã fecit ſtragem, vñ quia pro facilitate nihil recæptũ eſt
ex cõmentarijs Donati. ❡ Ordo eſt. Nam Camilla fixit ꝓtinus. i.
cõtinuo poſt Orniti necem. Orſilochũ & Buten, duo maxima cor
pora teucrũ pro teucroꝝ. i. duos teucros maximis corporib⁹ ſed
fixit Buten aduerſo. i. ex aduerſo ſtantem, cuſpide inter loricã &
galeam, ſupple ea parte qua inuenit. i. offendit colla ſedentis. ſ. de
equo, & qua parma. i. ſcutum dependet lacerto leuo. i. ſiniſtro, &
figit, ſup. Orſilochum fugiens. i. cum fugam ſimularet, & eludit
eum gyro. i. crebra reuolutione & recurſu, agitata per magnum
orbem. i. circuitum exiſtens interior, & ſequitur ſequentem, quia
vterq; alterum ſequebatur tum. i. deinde poſtq̃ deprehenderat
eum: ipſa inſurgens altior, ſup. incutit aut figit viro. i. orſilocho,
ſecurim validam. i. robuſtam per arma, & oſſa viro dicit orãti &
precanti multa, & congeminat vulnus. i. plagas multiplicat: qui,
ſupple rigat ora, ſup. ſua cerebro calido. i. recẽter effuſo, filius Au
ni illius viri, vnde & ipſe Aunus dictus credit̃ apẽninicolæ. i. Apẽ
nini montis Italiam intercipiẽtis cultoris & habitatoris: incidit
huic. i. hanc in virginẽ, & ipſe territus ſubito aſpectu hęſit. i. man/
ſit ſtans ſuſpenſus exiſtens bellator haud. i. non extremus. i. nõ vi
liſſimus nec abiectiſſimus ſed iter primos ligurum. i. illorum po
pulorum in parte inferioris Italiæ dum. i. donec fata ſinebant. i.
permittebant eum fallere. i. vti fallacijs & aſtutijs in bello. Iſq;,
ideſt & is. ſ. Aunus filius auni, vbi cernit ſe nullo. i. non vllo: non
poſſe euadere vllo curſu: neque poſſe auertere reginam. i. regis fi
liam Camillã ipſe ingreſſus. i. conatus verſare. i. agitare & tracta/
re dolos conſilio. i. prouidentia & aſtu. i. vafreitate & calliditate
incipit hæc. i. ſic loqui cœpit. Quid, ſupple eſt aut eſſe putas tam
egregium: ideſt excellens facinus: ſi tu fœmina fidis ideſt cõfidis
equo forti, ſcilicet quo auehi poſſe ſperas. Dimitte fugam, ideſt
equum fugæ præſidium & ſpem: & crede. i. cõmitte te mecum. i.
vti me ego cõmitto: ſolo equo. i. terrę æqualiter vtriq; ad certa/
men congruę, & accinge, ſup. te pugnę pedeſtri. i. quæ ſit a pediti
bus. Tu noſces iam. i. ſtatim cui. i. vtri noſtrum gloria ventoſa. i.
auiditas laudis ferat: fraudem, ideſt pœnã aut perniciem vel cui
gloria ventoſa ferat. i. afferat laudem, ideſt cedat in laudem: cum
id faciat quod iactauerat. Dixit, ſcilicet Aunus ligur. at, ideſt ſed
illa, ſcilicet Camilla furens, ſcilicet ira hoc eſt incenſa acri dolore,
tradit equum comiti, ſcilicet ſuæ vni ex ſupradictis & aſſiſtit ideſt
aſtat cõgredi parata, ſup. in armis paribus, quia pedes. i. pedeſtris
enſe nudo ideſt nudato hoc ẽ euaginato aut nudo, ideſt ſolo ſine
alijs armis inuaſiuis, & aſſiſtit interrita. i. nõ territa parma pura,
ideſt nondum depicta aliquo inſigni, aut pura. i. ſola ſine alio mu
nimento. At, ideſt ſed iuuenis, ſcilicet Aunus, ratus. i. arbitrans: vi
ciſſe, ideſt votum obtinuiſſe: dolo. i. per dolum haud. i. non mo/
ra, ſupple ſit, & ipſe auolat & auſertur fugax. i. fugiens vel vt fu/
gax habenis conuerſis. ſcilicet ad nutum, hoc eſt facta plena pote
ſtate, & fatigat calce ferrata. i. ferreo calcari munita. Quæras quo
modo aunus aut equo ablatus aut calcaribus vſus dicatur: q̃a ſi
& ipſe eques erat inepte improperauerit Camillæ quod equo ſi
deret, & non eſt veroſimile; quod in equum Camillę comiti tra/
ditũ tam cito conſcenderit aut ſaltẽ calcaribus vſus ſit. Vnde dice
mus Aunum quoq; in equo fuiſſe: ſed id improperaſſe Camillę:
quod equo forti & inſigni ſideret, quaſi fugitura ſtatim ſi vincat̃:
quo circa ſimulabat, & ipſe velle deſcendere: ſed cum virginẽ de
ſcẽdiſſe priorem videret: ſtatim in equo aufugit. Sane Calx pro
parte pedis maſculinum eſſe ſolet: multi tamẽ textus habent fer/
rata calce nõ ferrato: vt etiam fœmininum eſſe cẽſeatur. O ligur
inquit virgo, ſcilicet Camilla, vane. i. inanis & mentiẽs in facto
& verbo, & elate fruſtra animis ſuperbis, ſcilicet quod ſic viceris
per fraudem euadẽs: tu lubricus. i. difficulter ſeruabilis ſed vt an/
guilla lubrica elabi ſperans tentaſti nequicquã, ideſt fruſtra artes
patrias, ideſt patrię tuæ: ſed videtur de parte loqui quia ſubdit
nec fraus perferet te incolumẽ Auno, ſcilicet patri fallaci. Virgo,
ſcilicet Camilla fatur hęc, ſcilicet dicta. Sed quæras quomodo
Auni

Auni nomen nouerit.& patris eius fraudem niſi quia multe illã fruſtra tyrrbena per oppida matres optauere nurum, vnde & in liguria verſata dici poſſet & illic Aunum nouiſſe,qui erat haud liguru extremus.i.nobiliſſimus bellator filius Auni,& ipſa ignea,i.agilis & ardens vt ignis tranſit equum curſu.i.currendo plantis pernicibus.i.ſane velocibus & celeribus.Et ipſa aduerſa.i.iam q̃ſi ex aduerſo veniens,& oppoſita equo quem præuerterat: congreditur.ſ.Aunũ:frenis prehenſis,& ſumit pœnas de ſanguine inimico.ſ.Auni,ſup.tam faciliter:q̃;.i.quantũ facile.i.faciliter:accipiter ales ſacer.i.Marti cõſecratus,cõſequitur ab alto ſaxo,pẽnis.i.celeri volatu alarũ colũbã ſublimem.i.in ſublimi volanti in nube, & tenet.ſ.colũbam cõprehenſam:& euiſcerat pedibus vncis.i.vnguibus:tum.i.deinde cruor & plumæ vulſæ:labũtur ab ęthere.ſ.vbi columbam deprehendit & euiſcerauit.

PIERIVS.

Sed Buten aduerſum cuſpide figit.) Vt prætercam,fixit,p̃terito tempore,quod in pleriſq; codicibus habetur . Eo me conuertam,quod maioris alicuius momenti eſſe videatur. Antiquus admodum codex.Aduerſa,legit,ſed de cuſpide dictum :hoc parum mihi ſatis facit.Romanus codex,& Oblongus.Pomponianę deliciæ,vna cum Mediceo.Auerſum:legunt . Quod ideo mihi adridet:quia iocari videtur Poeta in diuerſa feriendi ratione deſcribẽda.Vnum enim Camilla iam auerſum,& fugam arripiẽtẽ in collo ſauciauerat.Orſilochum vero cõtra eluſit,ſimulata fuga.Quẽ quidem de fuga locum Virgilius ex Horatiorum pugna deſumpſit.Tum validã perq; arma viro perq; oſſa ſecurim Altior inſurgens.) Romanus codex,& aliquot alij,exſurgẽs. habẽt, quod agnoſcitur a Donato. Sed inſurgens:in pluribus eſt exemplaribus.In Mediceo illud etiam diuerſum,quod valida ſecuri caſu ſeptimo legitur.Tum valida perq; arma viro perq; oſſa ſecuri : vt pote inſtrumento,quo ipſa altior inſurgens.oranti & multa precanti congeminat vulnus.Euadere pugna.) Vulgata quidẽ exẽplaria,pugna,caſu ſeptimo legunt.Sed oblongus codex , pugnã, habet accuſatiuo caſu.Vtrũq; elocutionis modũ admittunt grãmatici.Sed Romanus Mediceus,& aliquot alij pueteres, pugnæ ſcriptũ oñdũt græcanica elocutiõe ἀποφεύγειν τοῦ πολέμου. Sed quia nuſq̃; ego alibi figuram huiuſmodi apud authores reperi: quod meminiſſe poſſim,in medio hoc relinquam.Pugnęq; accinge pedeſtri.) In antiquis pleriſq; codicib[9] ablatiuo caſu poſitum eſt.pugnaq; adcinge pedeſtri.Alibi tamẽ adcingũt omnes operi,dictum acquiſitiuo caſu.Ventoſa ferat cui gloria laudẽ.) Romanus codex,fraudem,habet:quum tamen pleriq; alij veteres,laudẽ,legant Seruius a Romano codice ſtat,qui fraudẽ,verã eſſe lectionem putat,curq; ita ſit legendum, quaſdam affert rationes. Contra Ti.Donatus,laudem agnoſcit,hac paraphraſi.Experiundo cognoſces:quis debeat iure,meritoq; laudari.Vtra potior ſit ſentẽtia:quum non veteres tantũ codices,verũ & opinatiſſimi grãmatici diuerſa tradant;aliorum arbitrio iudicandũ reliqui.Eſt etiam in Mediceo.Feret. Finitiuo modo,vt q̃d certius afferat.Sed ferat,in pluribus habetur.Acriq; ingens a.dolore.) In Romano codice in Oblongo,in Mediceo,& pleriſq; alijs antiquis,accenſa,& adcenſa legitur. Paribusq; aſſiſtit in armis.) Oblongus quidem codex.Aſſiſtit,habet.Sed cum Mediceo Porcius vitalianus,atque Delphius,& pleraq; exemplaria manuſcripta.Paribusq; reſiſtit in armis,legunt.Aduolat ipſe.) Hic abuolat.omnino,vel auolat,vt in Mediceo legẽdum.Tam & ſi aduolat,in antiquis aliquot codicibus reperiatur. Quadrupedẽq;.) In antiquis aliquot codicibus.quadripedẽq;.vt obſeruatum ſæpius per.i.ſecunda ſyllaba.Ferrato calce fatigat.)ferrato, virili genere in impreſſis cndicibus aliquot iueni:parcius in manu ſcriptis.Qui plurimum habent.Ferrata calce.genere fœminino : vti eſt in Mediceo,& ita ſcripſiſſe Virgilium Nonius Marcellus atteſtatur.Quãuis Plautus & Varro Calcem maſculino genere dicere maluerint.Pręterea quæri dicit Probus,qua de cã Virg.nomẽ hoc fœminino genere pronũciauerit:factumq; iõ ait,qm̃ quæcũque noia Romana dũtaxat inaialia,nominatiuo caſu,numeri ſingularis,x,litera terminantur,& monoſyllaba eſſe reperiunt,hęc fœminini generis eſſe pronũciantur.Ad hæc.Fl.Soſipater. Calx. ait,ſiue qua calcamus,ſiue qua ædificamus fœmi.geñ.eſt, vt & Virg.ait.Ferrata calce fatigat.Vane ligur.) Antiq̃ſſimus codex maioris notę Mediceus,& pleraq; vetera exẽplaria.Ligus,legũt per s,& p,us, Ligus liguris:vt lepus leporis,& vetus veteris declinari ait Fl.Soſipater.Fruſtraq; animis elate ſuperbis.) In codicibus aliquot antiquis.Armis elate ſuperbis legitur . q̃d q̃dem hic nihil aliud ſignificaret:q̃; alto equi dorſo,cui Ligus ipſe plurimum fiebat,ſed oĩno melius.animis,vt ad procaciora ea verba reſpondeat:quibus Camillam in certamẽ prouocauerat.Inimico a ſanguine ſumit.) Romanus codex Mediceus,& alij pleriq; veteres legunt,inimico ex ſanguine.quæ præpoſitio magis huic loco vr̃ conuenire.Quã facile accipiter ſaxo ſacer ales.) Ea conſuetudine.quæ fuit ex accipio verbo præpoſitionẽ integram notare,priusq̃; Lucilius,cc,geminare inſtituiſſet,aliquot inde ætatibus repetita,adcipiter,per d,& atcipiter,per,t,alterius ætatis ab uſu ſcriptum alicubi reperitur.alitem enim eam ita nuncupatam aiunt,quod ad aliarum auium capturam genita ſit. manifeſte vero Virgilium accipitrem virili genere protuliſſe locus hic oſtẽdit, quum tamẽ Lucretius fœminino dicere maluerit. accipitres ſomno in leni ſic pręlia pugnasq; edere ſunt perſectantes viſæ, atque volantes . quem locũ ne quis, vt pleraq; alia corrupta ſunt,viſi, reponendo vitiare auſit,ſciant accipitrem fœminino genere ſcriptum a Lucretio,Nonij Marcelli teſtimonio.Tũc cruor & vulſæ labuntur ab ęthere plumæ.) In Roma.codice abſq; copulatiua particula,ſed adaucta,per ad placitam prępoſitionem , verbi ſignificatione.euolſæ legitur,ſentẽtia non ſine iniuria mutilata, quare magis placet quod in alijs,& volſę,legitur , quod vero in vulgatis,tunc,eſt,tum in veteribus pleriſq; reperitur.

SERVIVS.

Nõnullis.) Id eſt nõ negligentibus:Nam Liptotes figura eſt.vult enim dicere,nõ leuiter Iupiter intuebatur iſta certamina.Inſtigat vocibus alas.) Alias incitat: & irritat ad reditũ.primũ.n.eſt vt fugere deſinant:pòſt vt in hoſtes ĩpetũ faciant.Nomine quenque vocãs.) Per hoc extrema neceſſitas indicat. Quis metus?) Qualis,quantus:q vos etiã fœminã timere cõpellit? Vñ paulò poſt, Quæ tãta animis ignauia venit? Fœmina palantes agit. O nunquã doliturí.) Id eſt ſtulti. Stultus.n. eſt quiſqs iniuria nõ mouet. Et bene nunq̃;: ſiquidẽ antea ſæuitiã Mezentij iam pertulerunt,nec ſe vlti ſunt. Nũc præbent terga mulieri:& ne hinc quidem cõmouentur dolore. Atq; hæc agmina vertit?) ἀκοντιζῶσι,id eſt multitudinẽ tantã. Irrita.) Inertia:q̃ nos vlciſci minime valent. At nõ in Venerẽ ſegnes.) Latenter dicit hoc , Fugitis mulierẽ,q̃a armata eſt:aliàs primi ad hũc curritis ſexũ. Nocturnaq; bella.) Coitum. Alibi,Et ſi quando ad pręlia ventum eſt. Curua tibia.) Symphonia, chorũ. Bacchi aũt iõ, q̃a apud veteres ludi theatrales nõ erant niſi in honorẽ Liberi patris. Expectate.) Pro expectatis:modum pro modo poſuit. Secundus aruſpex.) Pro ſecunda ſacra , ideſt proſpera:ſicut econtrario Homerus μάντι κακῶν , ideſt malorũ diuine. In altos lucos.) Illic enim epulabant ſacris diebus. Moriturus & ipſe.) Moriturus aio, nã moriturus nõ eſt. Quod autẽ ait & ipſe,aut ad Camillam. aut ad Venulum reſpicit. Turbidus.) Terribilis. Direptumque ab equo dextra complectitur hoſtem.) Hoc de hiſtoria

At non hæc nullis hominum ſator,atq; deorum
Obſeruans oculis,ſummo ſedet altus Olympo:
Tyrrhenum genitor Tarchontem in pręlia ſęua
Suſcitat,& ſtimulis haud mollibus incitat iras.
Ergo inter cędes,cedentiaq; agmina Tarchon
Fertur equo,varijsq; inſtigat vocibus alas,
Nomine quenq; vocans,reficitq; in pręlia pulſos.
Quis metus,o nunq̃ dolituri,o ſemper inertes TAR.
Tyrrheni,quæ tanta animis ignauia venit?
Fœmina palantes agit?atq; hęc agmina vertit?
Quò ferrum?quid ve hæc geritis tela irrita dextris?
At non in Venerem ſegnes,nocturnaq; bella:
Aut vbi curua choros indixit tibia Bacchi,
Expectare dapes,& plenæ pocula menſę.
Hic amor,hoc ſtudium,dum ſacra ſecundus aruſpex
Nunciet,ac lucos vocet hoſtia pinguis in altos.
Hęc effatus,equũ in medios moriturus & ipſe POE.
Concitat,& Venulo aduerſum ſe turbidus offert,
Direptumq; ab equo dextra complectitur hoſtem,
Et gremium ante ſuum multa vi concitus aufert.

Tollitur in cœlum clamor,cunctiq; Latini
Conuertere oculos,volat igneus æquore Tarchon
Arma,virumq; ferens,tum ſumma ipſius ab haſta
Defringit ferrum,& partes rimatur apertas,
Qua vulnus letale ferat:contrà ille repugnans
Suſtinet à iugulo dextram,& vim viribus exit.
Vtq; volans alte raptum cum fulua draconem
Fert aquila,implicuitq; pedes,atq; vnguibus hæſit:
Saucius at ſerpens ſinuoſa volumina verſat,
Arrectiſq; horret ſquamis,& ſibilat ore,
Arduus inſurgens:illa haud minus vrget adunco
Luctantem roſtro,ſimul æthera verberat alis.
Haud aliter prædam Tyburtum ex agmine Tarchon
Portat ouans.ducis exemplum,euentumq; ſecuti
Meonidæ incurrunt,tum fatis debitus Aruns
Velocem iaculo,& multa prior arte Camillam
Circuit:&,quæ ſit fortuna facillima,tentat:
Qua ſe cunq; furens medio tulit agmine virgo,
Hac Aruns ſubit,& tacitus veſtigia luſtrat.
Qua victrix redit illa,pedemq; ex hoſte reportat,
Hac iuuenis furtim celeres detorquet habenas.
Hos aditus,iamq; hos aditus,omnemq; pererrat.
Vndiq; circuitum,& certam quatit improbus haſtã.

da tractũ eſt.⸿Nã Caius Iulius Cæſar,cum dimicaret in Gallia:& ab hoſte rapt⁹ equo eius portaret armatus,occurrit quidã de hoſtib⁹ qui eum noſſet,& inſultans ait,Cecos Cæſar:qđ Gallorũ lingua dimitte ſignificat.& ita factũ eſt vt dimitteretur.Hoc autẽ ipſe Cæſar in Ephemeride ſua dicit,vbi propriã cõmemorat fœlicitatẽ.⸿Exit.) Euitat: vt, Atq; oculis vigilantibus exit. ⸿Ducis exẽplum,euentũq;.) Scilicet virtutẽ & fœlicitatẽ. ⸿Mæonidæ.) Lydij:vt,Męoniç dilecta iuuẽtus. ⸿Arte.) Fraude,dolo: vt, Arte pelaſga.⸿Qua ſe cũq; furens medio tullit agmine virgo,Hac aruns ſubit.) Vt etiã ſuprà diximus,ita poeta loqtur vt in aliqbus locis det̃ ſuſpitionem qđ Aruns de Turni partib⁹ fuerit,nãq; & cũ Camilla ĩpetũ fecit,& cũ ipſa rurſus recedit: qđ niſi de ſocio nõ procedit. Donatus etiã dicit eſſe manifeſtũ ſignum ſociũ fuiſſe: quòd Appollinem Soractis inuocat mõtis:de quo, Turno veniſſe conſtat auxilia.licet poſſit fieri vt alterius loci inuocet numẽ. Itẽ ad argumentũ vocat, Patriam remeabo inglorius vrbẽ:quod etiã de hoſte ꝓcedit.Nam ſuperare fœminã,nullã cõſtat eſſe virtutem.⸿Circuitum.) Proprie. Nam circũire,inſidiantium eſt:vnde eſt, Nec gregibus nocturnus obambulat.⸿Certam haſtã.) Ineuitabilẽ.Vnde contrà,Et incertam excuſſit ceruice ſecurim,id eſt infirmam,vitabilem.

DONATVS.

⸿At non hæc nullis.) Interea iupiter,ad quẽ cura hoĩum deorũq; pertinet,nõnullis oculis,quę gererent,attendens.⸿Tyrrhenũ genitor tarc.) Suſcitat,pulchre poſuit,quaſi cum ſuis otioſe dormientem,alijs duro marte pugnantibus.ſuſcitabat̃ ergo ſtimulis acrioribus ad bellum,vt illis fieri ſolet,qui alio ſomno preſſi facilius euigilare non pñt.⸿Ergo inter cędes.) Quũ cecidiſſent alij, cęteri vero inſtantibus cederẽt,tarchon diſcurrebat ꝑ vniuerſos, equo celeri vectus pulſos reuocabat ad bellũ,non blãdis verbis, ſed ad obiurgationẽ neceſſarijs.⸿Noĩe quẽq; vocans.) In hortationibus oĩbus plurimum valet noĩum cõmemoratio incitatur enĩ.ad capeſſendam gloriã,cuius nomẽ ab aliquibus ſatis eſt notum.deniq; ſequit̃.⸿Reficitq; in prælia pulſos.) Ecce quantũ ꝓfũit cauſæ,& quãti refecti ſunt commemoratione noĩs proprij. ⸿Quis metus,o nũquam do.) Imitatus eſt Iouẽ,qui eũ ſtimulis haud mollibus excluſit in campũ.nam ipſe quoq; acriora ſuis ingeſſit.quis,inquit,metus veſtras mentes pectoraq; poſſedit? quid tales exiſtitis,vt dolituros vos exiſtimet nullus ſemper ne inertẽ ducetis vitã,& nunq̃ tendetis ad ea quę ſtrenuis & virtuti cõueniat? Cur ignaui?cur miſeri.quis hoc malũ vobis inimicus inuexit?Cœpit iam ipſoꝝ enumerare ludibria,vt pudore confuſi tandẽ ſe intelligerent viros.⸿Fœmina palantes agit.) Vna,inqt, fœmina obtrectationẽ ſumpſit a numero,& ſexu.addidit.⸿Atq; hæc agmina vertit.) Demõſtrantis hoc dictũ,quantũ obiurgatiõi ipſi pondus adiecit?quanto,inquit,agmine ſitis cõgregati,intuemini oculis veſtris,& tñ vos vna agit fœmina,& dare terga compellit.ſignato vſus eſt verbo,agit.agi.n.dicunt̃ inertia aĩalia,quoties de loco ad alteꝝ ducunt̃,aut in venationibus ad voluptatem venantis terroribus minores feræ per diuerſa agitantur. ⸿Quo ferrum?) Certe ſi vobis inertia placet,cur nõ deponitis ferrum? cur non exoneratis dexteras gladijs?⸿Proijci debet, qđ fruſtra portatur?⸿At non in ve.ſe.) Scio tñ vos in alijs fortes: ſed tunc quũ venereum venit̃ ad bellũ,& nocturna certamina. ⸿Aut vbi curua choros.) Aut tũc minus ſegnes eſtis,quũ vobis ſaltatio turpis & chorus ſono tibię canentis inducitur. ⸿Expectare dapes.) Amatis illa,quæ virtutis gloriã negant,exquiſitas.ſ.ac delicioſas dapes,& vltra neceſſitatẽ naturæ ĩgeſta,vſque ad ebrietatem pocula.⸿Dum ſacra ſecundus aruſpex.) Tandiu,inquit,vina conſumetis,donec aliqd vobis ꝓſperum de ſacris aruſpex nuntiet:aut

pingius

pinguis hoſtia temulentis ingeratur ad cibum.⸿Hæc effatus,equũ in me.) Cito dixit, quid ẽt ipſi immineret,cui cęteri diſplicebant. obtulit ſe,inquit, venulo aduerſũ. debuit enim prior aliquid audere,q oĩum hortator extiterat.⸿Direptumq; ab equo.) Occurrit venulo:ſed ab equo ſedẽtem rapuit,inimicis eũ cõplexib⁹ retinens,ac præ ſe portãs.hoc factum quũ nõ admitteret fidem,& incredibile fuit,poſſe dorſo equi diripi armatũ,addidit difficultatem dicẽs,multa vi concitus aufert:vt maiore virtute atq; impetu venientis id fieri potuiſſe legẽtes approbent,& facilius credant. ⸿Tollitur in coe.cla.) Tyrrhenorũ.ſ.voce,qui factum mirabantur.⸿Cunctiq; lati. Con. ocu.) Vt cernerent, qđ nunq̃ viderant. ⸿Volat igneus eq. tar.) Totum mirabile fuit.ſ.ꝙ rapuerat virum,ꝙ ꝑ campos volitans regebat quadrupede curſum,ꝙ tenebat arma, & ſecum vehebat armatum. ⸿Tũ ſumma ipſius.) Cumulat his augmentis tarchonis laudem, deſcribens certamen quoq; eius,quod inter tot difficultates nõ dubitabat exercere.primum quippe prælio ſtrenuus,& cõſilio bonus.renitenti ſuſtulit ferrũ,defringens eam partẽ haſtę, qua tenebatur infixus,ne ſpem ẽt ipſe gereret in reluctatione feriendi.dehinc rimari cœpit hoc eſt attentius quærere eam corporis partẽ: qua non læderet hoĩem vulnere,ſed necaret.⸿Contra ille repugnãs.) Suſtinet enim occurſu neceſſario a iugulo dextrã.⸿Et vim viribus exit.) Nec venulo,conſiliũ defuit.ſuſtinebat.n.occurſu neceſſario imminentem iugulo hoſtilem dextrã. tarchon quęrebat inſtantius,qua hoſti tale vulnus inferret.venulus cõtra, eam tuebatur corporis partẽ,qua poſſet occidi. Interea dum cõtrarijs nitunt̃:vi effudit venulũ,qđ aduexerat inimica violẽtia.& hoc memorabile,nam tñ fuit euaſiſſe,quantũ feciſſe glorioſum. ⸿Vtq; volans &c.) Pulchra inuentio ad ornatũ parabolæ iſtius appoſita,draconis & aquilæ.ſunt.n.in ſuo genere fortiſſima quia nec raperet tarchon,niſi quia fortiſſimus fuit:nec euaderet venulus,niſi quia inferior non fuit.deſcriptio quoq; adiecta certantiũ,vt inde ꝓbaretur,quale extitiſſet inter tarchonẽ venulũq; certamen. tenebat dracoñẽ aquila ſũmo in aere ſuſpenſum inhærens vnguibus & roſtro ſimul.renitebat̃ ille ſinuoſis flexibus,ſibilis quoq;, & venantẽ formidine capitis tenebat inſtantẽ.⸿Haud aliter prædam.) Poſt parabolã rñdet ſuperioribus.⸿Ducis exẽplũ,euẽ.q; ſecu.Mæon.incur.) Hos non tm̃ animarunt tarchonis dicta:ſed exemplum magis & facti euentus:in quo auſpicium cęteris fuit, & fiducia dimicandi.⸿Tum fatis debitus aruns.) Fatis debitus aruns.i.fatis camillæ:& ipſe quoq; vltimis fatis obnoxius velocem camillam circumit iaculo,occaſionem quæritans feriendi. ⸿Qua ſe cũq; furens.) Sequebat̃ inſciam tacitus,& ad ipſas ibat partes,in quas illa tendebat.dixit aũt cãm,qua perfectum eſt, vt illa exploratas aruntis nõ ſentiret inſidias.ferebat̃,inquit,ſtudio belli & furore certaminũ.⸿Qua victrix redit illa.) Ideo furtim, quia iuuenis fœminam non audebat prouocare cõgreſſu. ⸿Hos aditus,iamque hos adi.) Quacũque abibat, vel quacũq; habuit tranſitum,& quoſcũq; illa circuitu obibat,obſeruabat iſte,opperiens caſum,quo poſſet circũuenire fortiorem.haſtam aũt manu frequentius agitabat.hoc.n.hoĩs ſuggerebat improbitas. hoc eſt concepta impatienter cupiditas feriendi.ſic enĩ pergebat crebro cõmouens haſtam vt videret̃ ſibi iam ĩplere poſſe,qđ cœperat.

ACENSIVS.

⸿At non hæc nullis.) Docet quomodo Tarchon Ethruſcorum præcipuus ductor,Ioue annuente in prælia excitatus ſit: quam ſtragem ediderit ſuos cohortatus:addit præterea quomodo armis inſidiatus ſit Camillę.vtens apta comparatione de qua Donatus:Aquilæ comparatio aptiſſima. Vt enim & aquila & ſerpens fortiſſimi ſunt ita illi duo fortiſſimi erant itidem mira perſpicacitate,

ſpicacitate,vt illi ſunt.Hæc ille.❡Ordo eſt.At,ideſt ſed ſator ho/
minum atque deorum.ſ.Iupiter, obſeruans hæc.ſ. quæ Camilla
geſſerat:nonnullis.i.certis & diligentibus oculis,ſedet altus,ſup/
ple in ſummo Olympo, & ipſe genitor ſuſcitat.i.excitat occulta
inſpiratione(vnde patrem dicit quaſi prædominatorem in horo
ſcopo eius honor enim vt Home.īquit ab Ioue eſt. ad quem per
egregia facinora peruenitur)Tarchontem tyrrhenū.i.tyrrheno/
rum ductorē in ṗlia ſæua,& incitat iras ſtimulis haud mollibus,
i.duris & acribus.Ergo quia incitatus Tarchon,fertur equo inter
cędes & agmina cedētia.i.terga dantia,hoc eſt īter occiſos aut fu
gientes,& inſtigat alas.i.equites laterales,varijs vocibus.i.cohor
tationibus vocans.i.compellans,quemq;.i.quēlibet nomine,ſci/
licet proprio:& reficit.i.inſtaurat in prælia:pulſos, ſcilicet prius
dicens o Tyrrheni nunq̄ dolituri.i.ſemper toleraturi tātam ſtra/
gem.tantumq; dedecus,& ſemper inertes.i.ſine arte,aut ācrimo
nia & induſtria,quis metus,ſupple iſte tantus & q̄ ignauia tanta
venit animis.ſ.veſtris:fœmina.ſ.vna agit.i.fugat vos palantes.i.
oberrantes vt ſtolida pecora:atque vertit.ſ.in fugam: hæc.ſ. tan/
ta agmina:quo.i.ad quid & ad quē vſum:ve ꝑ vel,quid.i. ad qd
gerimus(ſuam perſonam cōmiſcet conciliandi animorum gra/
tia)dextris.ſ.noſtris,hæc tela irrita:i.inutilia nobis:cū ſugiamus
omnes vnam fœminam.at.i.attamen non ſegnes, ſupple eſſe ſo/
letis in Venerem.i.nō ſoletis ſic fœminas ſugere: rem Veneream
cum eis habituri:vt nunc vnam fugitis rem Martiam tractantē,
& non ſegnes ad bella nocturna quæ cum puellis geruntur in cu
biculis,aut vbi tibia Bacchi curua.i.obliq̄ indixit choros.ſ.bacchā
tium expectare.i.obſeruare dapes,& pocula mēſę plenę.i.qualia
ſolēt ꝑpinari in cœna opipara & plena:quia hic.i.in hac re eſt vo
bis amor,& ſtudiū eſt vobis hic:dum.i.donec aruſpex ſecundus,
i.ſecunda & proſpera enuuciaturus:nunciet ſacra.ſ.ſecunda:ac dū
ideſt donec hoſtia pinguis:vocet,ſupple vos ī lucos altos, vbi ſa
cris diebus epulabantur poſtea Romani:ipſe effatus hæc cōcitat
equum in medios.ſ.hoſtes moriturus,&,ideſt etiā ipſe.i.tali ani/
mo ac impetu,vt qui mori parati ſunt,atque ipſe turbidus.i.com
moto animo,infert ſe Venulo.i.illi latino aduerſum.i.ex aduerſo
& complectitur dextra,hoſtē direptum ab equo, & cōcitus mul
ta vi auſert,ſupple ipſum ante ſuum gremium: clamor tollit in
cœlum.ſ.a Tyrrhenis:& cuncti latini conuertere oculos. & Tar/
chon igneus.i.ardens,& agilis,vt ignis volat æthere.i.q̄ſi in ęthe
re ferens.ſ.ſecum arma,& virum.ſ.Venulū,tum,iſteſt deinde de/
fringit ferrum ab haſta ſumma ipſius Venuli aut potius Tarchon
tis,& rimatur,ideſt ſcrutatur partes apertas,ideſt nudatas qua.ſ.
parte,ideſt per quas partes ferat,ideſt inferat vulnus letale.i.mor
tiferum.Contra.i.econuerſo.ille.ſ.Venulus repugnās.i.obluctās
ne occidatur:ſuſtinet.i.ſeorſum tenet,dextram.ſ. Tarchontis,a iu
gulo.ſ.ſuo,& exit.i.euitat,viribus.ſ.totis vim.i.violētiā,quā ho/
ſtis inferre poterat.Et vt aquila fulua volans alte,cum.i.quando
fert draconē raptum a ſe.ſ.& implicuit pedes.ſ.in draconē, atq;
hęſit vnguibus.At.i.ſerpēs.ſ.quem modo draconē dixit ſaucius,
ideſt vulneratus ab vnguibus,verſat volumina ſinuoſa.ſ. colligē
do,& contrahēdo ſe in ſinus,& anulos ſuos, & horret.i.fit hor/
ridus & aſper ac rigidus ſquammis.ſ.eius arrectis.i.rigentibus,&
ſibilat ore inſurgēs arduus.i.deſuper, Illa.ſ.aquila vrget haud mi
nus.i.nihilominus,immo plus,roſtro adunco.i.incuruo.ſ.ſerpen
tem luctātē.ſ.vt euadat,& ſimul ipſa verberat alis æthera. Haud
aliter.i.penitus ſic,portat Tarcho ouans.i.exultās, ṗdam Tybur
tum pro Tyburtinorum,ex agmine.ſ.toto,Meonidæ.i. Lydij ex
meonia profecti,ſecuti.inſequētes exemplum & euētum.ſ. pro/
ſperum ducis.ſ.Tarchontis incurrunt ideſt impetum faciunt,cū,
ideſt quando Aruns deditus fatis.i.deſtinatus fataliter ad mortē
circuit

circuit Camillā velocē,exiſtens prior.i.peritior & melior iaculo,
& multa arte.i.ſubtilitate honeſta & tentat quæ fortuna.ſ.adoriē
di Camillam ſit facillima ideſt maxime oppurtuna. Quacunq;
ſcilicet via virgo furens tulit ſe medio agmine ideſt per medium
agmen.hac ſcilicet via Aruns ſubit ideſt clam & ſucceſſiue ſubſe/
quitur,& ipſe tacitus luſtrat ideſt obſeruat veſtigia ſcilicet eius.
Et Qua ideſt quacūq; vta,illa.ſ.Camilla victris redit,& reportat
pedē ex hoſte,hac.i.per eandē viam iuuenis,ſcilicet Aruns detor
quet furtim ideſt clam & ſecrete,habenas celeres ideſt q̄bus ipſe
celeriter vtebatur,& pererrat ideſt circuit,& luſtrat iam ideſt in/
terdum hos aditus.i.acceſſus ad Camillam,& iam hos.i.alios,&
ꝑerrat:circūuagatur more errantiū vndiq;.i.ex omni parte:oēm
circuitū.ſ.quem Camilla fecerat,& ipſe īprobus.i. improbādus:
quia nimium auidus,& inſidioſus quatit haſtam certā.i. ineuita/
bilem,quam miſſurus eſt in Camillam.

PIERIVS.

❡Tyrrhenum genitor Tarcontē.)Ro.codex,Mediceus, & pleri
que alij veteres,tarconem,legunt abſq;,t,&,tarco,abſq;,n,finali
litera rectum ponūt,quamuis apđ gręcos τάρχων τάρχοντος
dicitur,idq; per,χ,denſam literam.❡Et ſtimulis haud mollibus
incitat iras.)In Roma.cod.& in Oblongo,inicit, habetur, quod
non diſplicet,tam & ſi,incitat,nō improbarim,quod ex luſu poe
tico duo verba eiuſdem originationis eodem verſu poſita, non
nihil habeant venuſtatis,ſuſcitat & ſtimulis haud mollibus inci/
citat iras.❡Quidue hæc geritis tela irrita,dextris.)In Roma.co.
in Oblongo,& pleriſq; alijs antiquis legere eſt, quidue hęc geri/
mus tela,quod maiorem quandam vim ad eos excitandos ha/
bet,facitq; obiurgationem ęquioribus auribus exaudiri, quum
ſe quoque admiſceat cunuicio,neminemq; eſſe obiurgationi &
opprobrio non obnoxium indicet.❡Expectare dapes.)Impreſ/
ſorum plurimi,expectare,modo perpetuo ſcribēdum curauere,
vt ſit,non ſegnes expectare,Eaq; lectio in ali.omnino cod. anti.
inuenitur.In omnibus vero vaticanę bibliothecæ, in Mediceo,
in Portio,in vitaliano,& pleriſq; alijs,expectate,legitur, imperā
di modo quod Seruius agnoſcere videtur,dum exponit,pro ex/
pectetis,niſi quis infinitiuum more gręcorū pro imperatiuo po/
ſitum dicere velit.non elidi vero,ſ,literam ex eo verbo,dictum
alibi.❡Et Venulo aduerſum ſe turbidus infert.)In Ro.cod. & in
Mediceo offert,atque in ali.alijs,quod omnino Dona. agnoſcit,
dum ait.Obtulit ſe venulo aduerſum,debuit enim aliquid prior
audere,qui omnium hortator extiterat.❡Arduus inſurgens illa
haud minus vrget adūco luctantem roſtro.)In cod.ali.anti. Ar/
duos,legitur,quā terminationē Cariſius.in his preſertim nomi/
nibus,quæ in,us,purum exeunt,nequaquā admittere voluit,de
quo plura alibi.Quod vero,adunco,In Ro.co.legitur.In oblon
go,obunco,eſt,vt etiam ſuperius.In Mediceo.& ali.alijs, abun/
co,per,b,vtrūq;.In reliquis pleriſq; abraſa litera nihil certi pro/
ponit.❡Ducis euentum exemplumq; ſecuti.)In anti. co. exēplū
euentumq;,par enim eſt rem prius aggredi.q̄ quid inde eueniat,
ſpectare poſſis.❡Qua ſe cūq; furens medio tulit agmine virgo.)
In anti.ali.cod.qua ſe cunq; ferens,legitur,quod nōnullis & ho
neſtius,& decorū magis,videtur.Sed enim furens Ti.Dōa. agno
ſcit,dum ſic ait.Dixit autem cauſam,qua perfectum eſt, vt illa ex
plorātis Aruntis non ſentiret inſidias.ferebatur inquit ſtudio bel
li,& furore certaminum.❡Hos aditus iamq; hos aditus oēmq;
pererrat Vndiq; circitum.)In anti.cod.hos aditus iamq; abitus,
legitur,quod eius diligentiā oſtendit,vt non adire velit,q̄ ꝑuide
rit,qua ſit etiam abeūdū,abitus porro Dona.agnoſcit.Sed de Ca
milla dictū intelligit.Quacūque abibat,vel quacūque habuit trā/
ſitum,& quoſcūque illa circuitus obibat,obſeruabat iſte operiēs
cauſam,quo poſſet circūuenire fortiorem.

Forte ſacer Cybele Chloreus,olimq; ſacerdos,
Inſignis longe Phrygijs fulgebat in armis,
Spumantemq; agitabat equum,quem pellis ahenis
In plumam ſquamis,auro conſerta tegebat.
Ipſe peregrina ferrugine clarus & oſtro,
Spicula torquebat Lycio Cortynia cornu:
Aureus ex humeris ſonat arcus,& aurea vati
Caſſida,tum croceam chlamydemq;,ſinusq;,crepantes
Carbaſeos,fuluo in nodum collegerat auro
Pictus acu tunicas,& barbara tegmina crurum.
Hunc virgo,ſiue vt templis pręfigeret arma

SERVIVS.

❡Sacer Cybele.) Nā montē
ꝑ numine,qđ in eo colitur,
poſuit.Et bōa occaſio ad mor
tē Camillę,vt ſacerdotē maio
ris numinis coneť occidere:ꝑ
qđ quaſi exauthoratur Dianę
fauor,interueniente maioris
numinis iracūdia.❡Quē pel/
lis ahenis ī plumā ſquamis,au
roq; conſerta tegebat.) Cata/
phractū eū fuiſſe ſignificat.Ca
taphracti autē eqtes dicunť,q
& ipſi ferro muniti ſunt, & e/
quos ſilr munitos hñt:de qui
bus Sallu,Equis paria operi/
mēta erāt, quæ lintea ferreis
laminis in modū plumæ ad/
nexuerāt.Nūc autē pro linteo
pellē poſuit:& ęneas ſq̄mas,
ęreas laminas intelligimus.
In plumā vero,eſt in ſimilitu
dinē plumæ:vt, Exciſum Eu/
boicæ latus ingēs rupis in an
trū,id eſt ī antri ſimilitudinē.
Sane ſciendum quod ipſos eq
tes cataphractos dicimus.Sal
luſtius,Et ſequebātur equites
cataphracti.❡Spicula torq̄bat
lycio cortynia cornu.)Creten

Troia,captiuo ſiue vt ſe ferret in auro
Venatrix,vnum ex omni certamine pugnæ
Cęca ſequebatur,totumq́; incenſa per agmen
Fœmineo prædæ,& ſpoliorum ardebat amore.
Telum ex inſidijs quum tandem tempore capto
Conijcit,& ſuperos Aruns ſic voce precatur.
ſ Sūme deum ſancti cuſtos Soractis Apollo ARVNS
Quem primi colimus,cui pineus ardor aceruo
Paſcitur,& medium freti pietate per ignem
Cultores multa premimus veſtigia pruna:
Da pater hoc noſtris aboleri dedecus armis
Omnipotens,non exuuias,pulſǽ ve tropheum
Virginis,aut ſpolia vlla peto:mihi cætera laudem
Facta ferent,hæc dira meo dum vulnere peſtis
Pulſa cadat,patriam remeabo inglorius vrbem.
ſ Audijt,& voti Phœbus ſuccedere partem POE.
Mente dedit,partem volucres diſperſit in auras,
Sterneret vt ſubita turbatam morte Camillam,
Annuit oranti:reducem vt patria alta videret,
Non dedit,inq́; notos vocem vertere procellæ.
Ergo vt miſſa manu ſonitum dedit haſta per auras,
Conuertere animos acres,oculosq́; tulere
Cuncti ad reginam Volſci.nihil ipſa nec auræ
Nec ſonitus memor,aut venientis ab æthere teli,
Haſta ſub exertam donec perlata papillam
Hæſit,virgineumq́; alte bibit acta cruorem.

ſes ſagittas Lycio arcu dirigebat:qđ,vt ēt ſuprà diximus, ad ornatū pōi cōſueuit. ſ Caſſida.) Pro caſſis:nam accuſatiuum poſuit ꝓ noīatiuo. ſ Pictus acu tunicas, & barbara tegmina crurū.) Pictus tunicas, pictus crurū barbara tegmina, Id eſt habebat veſtem Phrygionis arte ꝑfectā. Sane armoꝝ longa deſcriptio illuc ſpectat,vt in eoꝝ cupiditatem merito Camilla videat́ eſſe ſuccēſa. ſ Fœmineo.) Impatiēti,irrōnabili:vt, Fœmineę ardentē curæq; iræq; coquebant. ſ Sūme deū.) Ex affectu colentis dr̄.nā Iupiter ſūmus eſt. ſ Sancti cuſtos Soractis Apollo.) Soractis mons eſt Hirpinoꝝ in Flaminia collocatus. In hoc aūt mōte cum aliqñ Diti patri ſacrū perſolueret́ (nā manibus conſecratus eſt) ſubito venientes lupi exta rapuerunt:quos cū diu ſequerent́,delati ſunt ad quādā ſpelūcā,halitū ex ſe peſtiſeꝝ emittentē,adeò vt iuxtà ſtātes necaret. Exinde eſt orta peſtilentia,qa fuerant lupos ſecuti:de qua rńſum eſt poſſe eam ſedari ſi lupos imitarent́,ideſt rapto viuerēt. Quod poſtq̃; factū eſt,dicti ſunt ipſi populi Hirpini Sorani. Nā lupi Sabinoꝝ lingua Hirpi vocant́. Sorani vero,à Dite:nā Ditis pr̄ Soranus vocatur:quaſi lupi Ditis pr̄is. Vnde memor rei Virgilius Aruntē paulò pòſt cōparat lupo:quaſi Hirpinū Soranum. ſ Pineus ardor.) Ignis περίφρασις. ſ Aceruo.) Pyra,coaceruatione lignorum. ſ Freti pietate.) Iſte quidē hoc dixit:ſed Varro vbi expugnator religionis ait,quū quoddā medicamentū deſcriberet, Vt ſolent Hirpini q ambulaturi per ignes,medicamento plātas tingūt. ſ Multa pruna.) Inter prunas. Pruna aūt quādiu ardet dicit́. Horatius, Prætextā & latū clauū,prunæq; bathyllū. Cum aūt extincta fuerit,carbo noīatur. Terentius, Tam excoctā atq; atram reddā,quā carbo eſt. Nam pruna à perurendo dicta eſt. ſ Exuuias,pulſæ ve trophæū.) Exuuias occiſæ,pulſæ trophęū. Et proprie.nā vt ſuprà diximus,hoſtibus occiſis triumphabāt,depulſis figebāt trophęa. ſ Partem mente dedit,partē volucres diſperſit in auras.) Bona moderatio Apollinis inter ſacerdotis preces,& volūtatem ſororis. ſ Nihil ipſa nec auras,nec ſonitus memor.) Hęc eſt antiqua lectio. Nāq; apud maiores trahebatur interdū à Gręco genitiuus ſingularis. Hinc eſt & paterfamilias & materfamilias: quæ duo tātum noīa remāſerūt.nā nec huius auras dicimus,nec huius cuſtodias ſecundū Salluſtium,qui ait Caſtella, cuſtodias theſaurorum:pro cuſtodiæ. Et ita enim etiā Aſper intelligit:licet alij cuſtodias accuſatiuum velint. Sane paterfamilias qñ dicimus,familias indeclinabile eſt. Si autem paterfamiliæ dicere voluerimus, iam non erit nomen:ſed locutio,& familię erit datiuus. Nā pr̄ mihi eſt dicimus. Terentius, Natura tu illi pater es,conſilijs ego. Multi tñ volunt in numero plurali nomen vtrunq; declinari, vt dicamus hi patresfamilię,horum patrumfamiliarū. ſ Papillā exertam.) Nudam. Sane mamilla eſt omnis eminentia vberis:papilla vero breue illud vnde lac trahitur.

DONATVS.

¶ Forte ſocer cybele cloreus.) Hoc ēſt vere conſecratus,& cuius deuotionem probaſſet antiquitas cybele.i.loco in quo cybele colebatur. ſ Inſignis lon.phry.ful.in ar.) Admirabilis fuit, & hunc phrygia arma fulgere faciebāt ēt tunc,quum longius degeret. Poſt generalitatem dicit per ſpecies quō lōge fugiebat.nā ipſe eſt verus fulgor,& plenus,q lōge poſitus appet,& cernit́. ſ Spumātēq; agi.eq.) Nō.n.ſpumāt equi,niſi q plurimū currūt. ſ Quē pe.ahe.in plu) Et tetigit ſpēm,& quō ſcā eſſet,oñdit. Pelle ait fuerat tectus:ornata ahenis ſquamis,& auro fulgentibus:ſq̄ma eſt proprie ſerpētis & piſcis,quā facit cōpoſitio n̄ālis.nā & ordinib⁹ digeſta eſt,& viaꝝ plurimarum impreſſione diſtincta.qdqd igitur in hanc ſimilitudinē ſubtilitatis artificiū fingit,ſquama dicit́. hæc fit ex minutis laminis inuicē ſe retinētibus,quæ ſpēm faciant ſquamæ, & ſint tali digeſtione cōpoſitæ,vt eſt i auibus pluma: vbi cū vna alterā premit,naſcit́ in aſpectu gr̄a, & aīum compoſitio ipſa delectat,ac paſcit &c. ſ Ipſe peregrina.) Ipſe,inqt, vt ab equo ad hoīem tranſitū faceret. ipſe ergo eques peregrina ferrugine clarus fuit.cuius ſit meriti iſta ferrugo oſtri, indicat adiūtamentū.non.n. ſpecies ſpeciei coniungitur: niſi vtraq; ſibi æquo merito & honore reſpōdeat.proinde qa oſtro ſcimus nihil eſſe gratius, ferruginem peregrinam hoc eſt ex melioribus regionibus aduectam, quæ oſtro meruit iungi,maioris pretij debemus accipere. habuit aūt ſpicula, quæ lycio cornu hoc eſt lycio arcu torquebat. cornu hoc loco ligni genus dixit,non alicuius animalis. ſ Aureus ex hum.erat ar.) Totus ad pulchritudinē decoremq; cōpoſitus. ſ Tum croceam cla.q; ſi.q; cre.) Iſtius clata fuerat,& carbaſo in colore tamen croceo verſo. hāc clamydem,quo expeditior eſſet,aureis nexibus ī nodum habuit collectam. ſ Pictus acu tunicas,) Nomine artis,qualis eſſet tunica,demonſtrauit.nam huiuſmodi veſtes acu pictæ dicunt́. tegebantur aūt crura eius barbarico opere tegminibus factis, & hoc nomen eſt artis.nam qui hanc exercent barbaricarij dicunt́ exprimentes ex auro & coloratis filis hoīum formas,& diuerſorū animalium & ſpecierum imitatam ſubtilitate veritatem. ſ Hūc virgo.) Hūc,inquit,pulchre pretioſeque veſtitum virgo leuitate excuſat,quæ ætatis elata ſuperbia ſiue vt glorias de troianis ſactis templis oſtenderet:ſiue vt ipſa talibus ſpolijs vteretur, quo pulchrior venatrix iret ad ſyluas,ſic vnum ſequebatur quaſi in tanta bellantium multitudine ſolus eſſet in cāpo. Faciebat hoc non iuuenis amore ducta,ſed veſtium. Cœca,inquit, ſequebat́. quō ſequebatur ſi cœca.non cœca,quaſi extincto lumine, ſed cupiditate ſpoliorū nihil videns pręter ipſum,quod inſidianti Arunti proderat ad ea,quæ cupiebat implere. ſ Telum ex inſidijs &c.) Tandem,quia aut diu obſeruabat per diuerſa percurrentē, & non temere adire debuit,quam timebat.aut quia cupienti tardus eſt exitus expeditionis,etiam ſi tota maturitate proueniat.telum igit́ captato tpe atque inuento ex inſidijs quum ex aperto non auderet,contendit,ne periret obripiendi occaſio,qua illa intēta in arūtis necem nec cogitabat alia nec videbat. ſ Et ſupos armis ſic vo.pre.) Tam difficile fuit camillā ſterni hoſtili manu. vt ad eius procurandum exitium,& occaſio quærenda tp̄is duceretur, & loci deorum fauor ſuppliciter inuitandus. ſ Summe deum ſan.cuſt.ſora.apo.) Neceſſe fuit eum laudari ſupplici voce:a quo implorabatur auxilium.dixit ſūme deum,plena laus eſt eius, qui ſūmus aſſeritur,perindeque quo nullus ſit potior.qui ſanctū ſoractē tueris ac protegis. poſt laudem numinis dixit ſoractem ſanctum.ſanctum enim efficitur,quicquid aliquod amauerit numen. incipit iam cōmendare merita ſua:quāuis hoc quoq; ad dei ipſius pertineat laudem,qui cum tanta reuerentia meruit coli.quem primi, inquit,colimus.hoc eſt electi.cui incenditur ingens aceruus ex teda.atque ita vt nunquam deficiat,ſed ſemper alatur. Hoc genus ignis ideo in deprecatione poſitum eſt,quia naturali ſucco tanq̄ oleo violentius accenditur,& accenſum diu perdurat.tantaq;,inquit,apud nos fiducia eſt numinis tui,vt premamus ignem nudis veſtigijs,nec lædamur. Poſt laudem quam deſiderijs præferri conuenerat,poſt commendationem ſuæ petitionis,adijcit ſummam. ſ Da pater hoc noſtris.) Grande,inquit,præſtabis beneficium,ſi noſtrorum armorum dedecus aboleatur & pereat. quales enim viri dici poterant,quorum audebat fœmina miſceri certamini?

hanc

tamini

tamini? quam vincere fuit crimen, & ab ea ſuperari flagitiũ? ┏ Nõ exuuias pulſæue tro. Vir.) Quia dici potuit, ſingulare fœminam virtuti eſt crimen: cur tu eã perire deſideras manibus tuis? iccirco ipſe hęc præueniens dixit: nõ quæro aliquã gloriã ex illius nece nec exuuias eius nec tropheũ aut ſpolia referre cõtẽdo. ┏ Mihi cætera laudẽ facta ferent.) Si laudari cupio, habeo alia quæ mihi afferant laudẽ. ┏ Hæc dira meo.) Sine gloria, inquit, volo remeare ad patriam meã, dũmodo iſta peſtis intereat. accedet hoc ſolũ titulis meis, non aliquid feciſſe fortiter, ſed virorum armis tale dedecus ſuſtuliſſe. ┏ Audijt, & voti.) Oĩa quidem phœbus audijt: ſed admiſit aliqua alia reſpuit. videamus præſtita, & excluſa tractemus. ┏ Sterneret vt ſubita.) Prꝫſtitit deprecanti, vt camillã ſubita morte proſterneret: vt autẽ incolumis ipſe remearet, non admiſit. & hanc precum partem procellis dimiſit & ventis: ┏ Ergo vt miſſa manu.) Mox vt haſta coniecta eſt, & ſonitum dedit, volſci omnes animo in reginam, oculiſq; conuerſi expectabant, qd ille ſonus aut euentus afferret. ┏ Nihil ipſa nec aurꝫ.) Ipſa iterea, quam aliæ cupiditates occupauerant, nec ſtridorem aeris audijt, nec audijt de ſummo veniens telũ: nec aliquid peruerſi vidit aut ſenſit. ┏ Haſta ſub exertam.) Tandiu nec vidit haſtam nec ſenſit, donec eam ſub papilla percuteret, & totum eius biberet ſanguinem quanta fuit animi eius occupatio? vt niſi lætaliter percuſſa haſtam veniſſe neſciſſet? completa eſt camillꝫ deſcriptio, ne ſuper ſuũ quid poeta dixiſſe videatur. ait.n. at medias inter cædes exultat amazon Vnum exerta latus. ecce ipſa parte interijt, quam habuit nudã. dehinc dicta eſt pharetram, arcum, ſecurim, atq; haſtam habuiſſe. his omnibus vſa eſſe monſtrata eſt.

## ASCENSIVS.

℄ Forte ſacer Cybele.) In hac parte deſcribit necem Camillꝫ ab Arunte illatã, dum ardentior, atq; incautior Chlorea ſacerdotem Cybeles inſequitur. Incertum aũt dixit ſupra Seruius cuias eſſet Aruns cũ alij Turni partiũ eſſe dicant & inuidia motũ in Camillam telũ intorſiſſe: q̃ Ioãnæ puellæ inſigni frãciꝫ pauloante hęc noſtra in tempora necis cauſa fuiſſe perhibetur. Alij vero priuerſatẽ cenſeant: quibus potius aſſentior, nam ſi Rutulum cenſuiſſet poeta inuidiæ cãm non tacuiſſet, volunt autem tam Seruius q̃ Donatus Cybelem eſſe locum in quo Cybele colebatur. Poſſet tñ & dici numẽ ipſum vt declinetur Hæc cybele huius cybeles. Donati verba ſunt, Cybele, Locus eſt ĩ quo cybele colebať. Squãma, ſerpentis & piſcis: quam facit cõpoſitio naturalis. Nam & ordinibus digeſta eſt, & viarum plurimarum ĩpreſſione diſtincta. Quicquid igitur in hanc ſimilitudinẽ facit artifex ſquama diciť, Hęc fit ex minutis laminis inuicem ſe retinẽtibus, & ita digeſtis, vt eſt in auibus pluma. Peregrina. q.d. ex melioribus regionibus adlecta, cornu ligni ſpecies eſt Barbara nomen artis indicat, nã hanc qui exercent Burburicarij dicuntur: qui auro & varijs filis hominum & aliarũ rerum figuras exprimũt acu pingentes. Tandem, Quia diu inſectatus fuerat. Teda, hoc lignũ naturali ſucco veluti oleo violentius ardet Primi electi. Hæc ille. ℄ Ordo eſt. Choreus ſacer. i. conſecratus & ſacerdos olim Cybele aut illi loco aut deæ fulgebat forte. ſ. cum Camilla occurreret longe. ſ. viſis exſilẽs inſignis in armis Phrygijs. i. troianis, & agitabat equũ ſpumãtem. i. ferocem & animoſum, quẽ. ſ. equum: quia Chloreus cataphractus erat miles: pellis inſerta in plumã. i. in morem plumarum ſquamis ahenis, & auro. i. aureis tegebat. i. cooperiebat. i. habebat p cooperimẽto tegmen ex pelle, cui inſertæ erant ſquamꝫ æreæ, & aureꝫ in morem plumarũ ac ſquamarum piſciũ ſe mutuo tegẽtes. Ipẽ. ſ. Chloreus eques, erat, ſupple clarus ferrugine. i. ſubobſcura purpura, peregrina. i. externa ĩ Geor. dixit ferruginem Iberam. a loco & clarus. i. inſignis oſtro. i. purpura, torquebat ſpicula Cortinia, ideſt ſagittas Cretenſes, cornu. i. arcu lycio. Arcus aureus. i. inauratus, & cornu munitus, vnde cornu pro arcu poſuit, nam ſi corneus erat: nõ poterat aureus eſſe, nec ſi aureus corneus, habebat ergo in extremis cornu, & erat fere auro tectus, ſonat. ſ. Chloreo vati ex humeris, & caſſida. i. caſſis aut galea, ſupple erat vati aurea (Sꝫpe a genitiuo tertiꝫ fit nominatiuus ſecundæ, vt a delphinos hic delphinus, & ab elephãtos hic elephantus, & ab arabos hic arabus &c. Et nõnunq; ab accuſatiuo tertiæ nominatiuus primæ. vt ab accuſatiuo hanc caſſida, nominatiuus hæc caſſida, & ab accuſatiuo hanc caſſida, nominatiuus hęc caſſida, & ab accuſatiuis hunc cratera, ſtatera, pãthera, hæc cratera, ſtatera, pãthera) tum. i. iſuper ipſe collegerat auro fuluo in nodum. ſ. collectio: chlamydem croceam. i. crocei coloris, & ſinus carbaſeos. i. ex carbaſo factos, hoc eſt laxas veſtes per ſinum diffluentes, crepantes quia auro fuluo in nodum eas collegerat, vñ quia auro rigebãt crepitabãt, pict⁹ tunicas. i. hñs tunicas pictas acu. ſ. phrygionum (qui burburicarij & gallice brodeurs dicuntur) opera, & pictus barbara tegmina crurum, ideſt habens tegmina barbara, hoc eſt externa picta acu. Ex varietate autem veſtium ſignificat eum ſimul & ſacerdotali habitu ornatum, & armis munitum. nam duplices veſtes illi præter arma ſignificat fuiſſe: Virgo cꝫca. i. excꝫcata auiditate, demẽs quꝫ ſacerdotem Cybelis perſequi auderet, & incauta ſequebatur per totum agmen hunc, ſcilicet Chlorea ſacerdotem, vnum, ideſt ſolum ex omni certamine pugnꝫ: ideſt inter omnes in pugna certantes. ſiue vt ipſa præfigeret tẽplo. ſ. Dianæ arma Troia. i. Troiana (eſt autem Troia trium ſyllabarum) ſiue vt ipſa venatrix feret ſe in auro captiuo. i. in veſtibus ac ramis aureis ab hoſte detractis, & ipſa ardebat fœmineo, ideſt vehementi & impatienti amore prꝫdꝫ & ſpoliorum (poſſet dici ardebat per totum agmen, aut ſequebatur per totum agmen, ſed concinnius ſequebantur) prædæ propter aurum aut virum, & ſpoliorũ propter exuuias. Aruns vir ille conijcit ex inſidijs, ſupple ipſi Camillæ cunctanti, ideſt moram trahenti, & hoc tempore capto. i. opportunitate, dum cunctaretur capta, & precaretur ſuperos, prꝫcipue Apollinem arcitenentem, ſic voce, ſcilicet expreſſa, & mente prꝫcari poſſet, O Apollo ſumme deum, ideſt deorum, quantũ ad nos qui te prꝫcipuum colimus, cuſtos Soractis, ſcilicet montis Hirpinorum ſancti, ideſt tibi conſecrati, quem nos colimus, primi: ideſt prꝫcipui, & qui paſcitur, ideſt aggeritur, ardor pineus. i. incenſum ex pinu, aceruo, ideſt aceruatim, vel ad aceruũ, & ſtruẽ lignorum, ideſt quibus tibi ingentem pyram extruimus, & nos cultores. ſ. tui freti, ideſt cõfiſi & muniti pietate, ideſt religione noſtra præmimus veſtigia, ideſt plantas pedum, multa pruna, ideſt carbone plurimo per medium ideſt incedimus illæſi per mediũ ignem, ſuper prunas: da o pater omnipotens hoc dedecus. i. qđ a virgine ſuperamur tot viri: aboleri noſtris armis: ideſt hoc telo, ego non peto exuuias virginis. ſ. cęſe, ve pro vel trophæum virginis pulſæ, ideſt detractum a virgine in fugam verſꝫ, nec peto vlla ſpolia. Cætera facta. i. quæ poſt hac facturus ſum: ferent. i. afferẽt mihi laudem. i. nolo ex hac re laudem: ſed ſolum dedecus vitare, & animo morem gerere meo, dum. i. dũmodo. hæc dira peſtis. ſ. Camilla vt peſtis multos interimens, cadat pulſa meo vulnere. i. telo, aut vulnere, a me illato, remeabo. i. repetam inglorius. i. ſine gloria, vrbem patriam. ſ. vt videtur Soracte. Phœbus audijt. ſ. preces Aruntis, & dedit partem voti. i. deſyderij eius ſuccedere mente. i. ſecundum mẽtem & voluntatem eius, & diſperſit partẽ voti in auras volucres, ideſt irritam habuit. Nam annuit, ideſt aſſenſus eſt oranti, ſcilicet Arunti, vt ſterneret morte ſubita, Camillam turbantem, ſed non dedit. i. non conceſſit, vt patria alta videret ſupple Aruntem reducem, ideſt reductum aut reuerentem, & procellꝫ vertere vocem. i. preces quantum ad eam partẽ, in notos. i. ventos quoſlibet nymboſos. Ergo vt, ideſt poſtq; haſta miſſa manu. ſ. Aruntis, dedit ſonitum per auras, acies, ſcilicet Volſcorum conuertere animos. ſ. ad ſtridorem haſtꝫ, quaſi munere impulſæ, & cuncti Volſci tulere. i. direxere, oculos a dreginam. ſ. Camillam, ipſa autem nihil memor ſupple fuit, nec auras pro aurꝫ, nec ſonitus. i. ſtridoris, aut teli venientis ab æthere. i. altiore aere. quaſi vi phœbea impulſi donec haſta hæſit ideſt infixa eſt perlata ſub papillam ideſt mamillæ partem, quæ lactantibus immittitur, exertam ideſt abſciſſam, vt ſit habilis ſagittationi, & ipſa acta alte. i. profunde, bibit cruorẽ virgineum, ideſt tincta eſt, aut imbuta cruore Camillꝫ virginis.

## PIERIVS.

℄ Forte ſacer Cybele Chlore⁹, olimq; ſacerdos.) In codicib⁹ aliquot antiq̃s, Sat⁹ cybele, legitur, ne ſacer & ſacerdos, quã aiũt nugationem, facerẽt. Sed quãuis. Sacer pluribus ſcriptũ ſit in exemplaribus, quum tamẽ Dõatus legat, cybelo, vt in Mediceo habetur codice, hoc eſt loco, in quo cybele colebatur, de quo ſuperius dictũ eo verſu. Hinc mater cultrix cybeli, mihi minime diſpliceret, ſatus cybelo. ┏ Auroq; inſerta regebat.) exẽplaria fere omnia vetuſtiora legunt auro conſerta. Nam particula, q;, importune omnino videbatur adpoſita. ┏ Licio cortynia cornu.) & cortynia per, c, & cortygia per g, indifferẽter ſcribi poſſe oſtendimus alibi. ┏ Aurea vati caſſida.) Seruius accuſatiuũ ait pro nominatiuo poſitum. Valerius Probus contra Virgilius, inquit, hęc caſſida declinauit, exemplaq; referũtur a Cariſio cum hoc ipſo aurea vati caſſida. Ex Propertio. Aurea cui poſtq; nudauit caſſida frontẽ. ┏ Telum ex inſidijs cũ tandem tempore capto conijcit.) Veteres quidem aliquot codices, conicit legũt, idq; vti mos vnico, i, Sed lõge plures concitat, & ita ẽt in eo legitur, cui ſubiecta ſunt Donati q̃ vidimus commentaria. Nã & oraturus eſt prius, & opem Apollinis multis precibus ĩploraturus, deinde miſſurus haſtã, quare

multo poſt ait, ergo vt miſſa manu ſonitū dedit haſta per auras. ⸿Mihi cætera laudē facta ferent.) In antiquis pleriſq; codicibus non ſine iudicio ſcriptū obſeruaui, ferāt, per loquendi modū indefinitū. ⸿Patriam remeabo inglorius vrbē.) In omnibus codi. antiquis quotquot legi, patrias remeabo inglorius vrbis. numero multitudinis ſcriptum īueni, quod tn̄ in medio relinquimus.

⸿Nihil ipſa nec auræ nec ſonitus memor.) Auras, antiquā eſſe lectionē, Seruius aſſeuerat, genitiuū a græco ſermone mutuo ſumptū vt pater familias dicit. & apd̄ Salluſtiū caſtella cuſtodias theſaurū, pro cuſtodię. vetera tn̄ hęc exemplaria, q̄ præ manibus habemus, auræ, legunt latina ſpecie. ſed vnum ēt non; pteribo, eſſe codices aliquot, in quibus, nihil illa, neq; auræ, ſcriptum ſit.

⸿Nihil

SERVIVS.

⸿Dominā.) Reginam: vt, Hi dominā ditis thalamo deducere adorti. ⸿Virginis audet.) Sic fuerat cōſternatus, vt etiā vulneratam timeret. ⸿Occiſo paſtore lupus.) Bene paſtori reginā cōparat. nā reges ipſi, paſtores vocanť, Homerus, ποιμένα λαῶν. ⸿Caudā pauitantē.) Quæ timorē indicat: pro, ipſe pauitās. ⸿Turbid⁹.) Modo timidus: ſuprà terribilis: vt, Venulo aduerſuʒ ſe turbidus infert. ⸿Mucro.) Hinc apparet mucronē eſſe cuiuſlibet teli acumen. ⸿Frigida letho.) Alīj telo legunt, & intelligunt. ⸿Vulnere. Partiri curas.) Subaudis conſueuerat. ⸿Hæc ita fať.) Vnum abundat. nā ſuprà ait, Alloquitur. ⸿Potui.) Abſolute: vel pugnare vel viuere. ⸿Succedat pugnę.) Aius bellatricis oſtenditur, quæ nō ſe dolet lucē, ſed bella relinquere. ⸿Nō ſponte fluens.) Non ſpōte vt ſuprà, Portisq; ab equo regina ſub ipſis Deſiluit: quā tota cohors imitata relictis Ad terrā defluxit equis. ⸿Paulatim exoluit ſe corpore, vitaq; cū gemitu fugit indignata ſub vmbras.) Seruat hoc vbiq;, vt iuuenum aīas à corporibus dicat cū dolore diſcedere, quòd adhuc ſuperſtites eſſe poterant: qđ ēt de Turno dicturus eſt. ⸿Imēſus clamor.) Troianoꝝ.ſ.q exultabant. ⸿Crudeſcit.) Crudelior fit cæde multorū.) Multatā.) Debilitatam, dānatā.

Concurrunt trepidæ comites, dominamq́; ruentem
Suſcipiunt, fugit ante omnes exterritus Aruns,
Lætitia, miſtoq́; metu, nec iam amplius haſtæ
Credere, nec telis occurrere virginis audet.
Ac velut ille, prius, q̄ tela inimica ſequantur,
Continuo in montes ſeſe auius abdidit altos
Occiſo paſtore lupus, magnoq́; iuuenco,
Conſcius audacis facti, caudamq́; remulcens
Subiecit pauitantem vtero, ſyluasq́; petiuit.
Haud ſecus ex oculis ſe turbidus abſtulit Aruns.
Contentusq́; fuga, medijs ſe immiſcuit armis.
Illa manu moriens telum trahit. oſſa ſed inter
Ferreus ad coſtas alto ſtat vulnere mucro.
Labitur exanguis, labuntur frigida leto
Lumina, purpureus quondam color ora reliquit.
Tunc ſic expirans Accam ex æqualibus vnam
Alloquitur, fida ante alias quæ ſola Camillæ,
Qui cum partiri curas: atq; hæc ita fatur.
⸿Hactenus Acca ſoror potui, nūc vulnus acerbū CAM.
Conficit, & tenebris nigreſcunt omnia circum.
Effuge, & hæc Turno mandata nouiſſima perfer,
Succedat pugnæ, Troianosq́; arceat vrbe.
Iāq; vale ⸿Simul his dictis linquebat habenas POE.
Ad terram non ſponte fluens, tum frigida toto
Paulatim exoluit ſe corpore, lentaq́; colla
Et captum leto poſuit caput, arma relinquens,
Vitaq́; cum gemitu fugit indignata ſub vmbras.
Tum verò immenſus ſurgens ferit aurea clamor
Sydera, deiecta crudeſcit pugna Camilla.
Incurrunt denſi, ſimul omnis copia Teucrum
Tyrrheniq́; duces, Euandriq́; Arcadis alæ.

DONATVS.

⸿Concurrunt trepidæ comites,) Trepidas recte poſuit, quę ad huc neſcirent plenā vim cauſæ: ⸿Fugit ante oēs.) Ante oēs, hoc eſt oībus alijs dimiſſis. ⸿Lætitia, miſtoq; metu.) Lætus fuit, qa arreptum compleuerat deſiderium. metuebat autē, nequis vltor emergeret: vel ne illa ſic icta eſſet, vt viueret: vſq; adeo ipſa fuit potior cauſa fugiendi, vt ſecutū ſit: ⸿Nec iam amplius haſtę Credere.) Non.n.credebat ipſo vulnere morituā: ⸿Ac velut il. pri.) Parabolam ſumpſit eius aīalis, quod ſit audax ad faciendū & ſatis temerarium, timidū ſane poſt factum. nā habet naturalē induſtriam: vt vbi, quid ſe aduerterit admiſiſſe, qđ poſſit aut debeat vindicari, fugam per ſolitudines petat. hoc aruns imitatus aufugit: & ſeſe, vt facilius latitaret, caterųę cōmiſcuit. ⸿Illa manu moriens.) Non dixit, educit aut rapit. hoc enim eorū eſt, qui nōn dū vrgentur in mortem. trahit, inquit, vt defectu ipſo oſtenderet morientem. ⸿Oſſa ſed inter Ferreus ad co.) Cupiebat telum extrahere: ſed infixum oſſibus ferrū altius tenebať: ⸿Labitur exāguis,) Recedente per lapſum ſanguine, oculi quoq; morientis labuntur in mortē. ⸿Purpureus quondā.) Deficiente in vultu eius colore purpureo, emergebat pallor īfelix. ⸿Tum ſic ex.) Quū vltimum iam ſpiritū redderet, elegit vnā ex æqualibus quæ acca dicebať, atq; huic extrema verba cōmiſit. dixit cām, qua affectū eſt, vt cū ſola loquereť. ex æqualibus, inquit, quia hoc ei fuit cōe cū cæteris. addidit aliud, quæ eſſet ipſius fida ante alias, quæ ſola camillę, augmentū laudis, qa ſola audire meruit, qđ alię neſciebant. & fideʒ ſecretis ſola poterat reſeruare, qui cū partiri curas, relationē curarum animi releuationęm ac ſollicitudinis vult eſſe virgilius. pro inde camilla tam carā habuit accā, vt qdquid aīo gereret, quod ageret', ſenſim huic ſemper narraret: & cū ea narrando diuideret, curas, etiam conſilia & tractatus debemus accipere: ⸿Atq; hæc ita fať. Quo factum eſt, vt hæc ei intimaret, ac diceret: ⸿Hacten⁹ acca ſoror potui.) Vſq; adhoc tp̄s, inquit, acca ſoror aliquid potui: Quid benignius, quid his dictis dulcius? quā in ſalutis fine poſita noīe ſuo appellaret? quā chariſſimā præter cæteras habuit? Quid religioſius, q̄ ſororē dicere? & pbatam fide germanitatis honore pręferre? ⸿Nunc vulnus acer. Con.) Ad cōmemorationē ſuperioris tp̄is, quo potēs in certaminib⁹ & nobilis fuit, tranſit ad præſentē caſū, quo vrgebať in finem. quippe dicendo conficit, oñdit eiuſmodi eſſe, cui ob retinendā ſalutē nullo poſſet remedio ſubueniri: verum ne illa diceret, qualecūq; iſtud eſt auxilio medicinæ ſanabitur, hoc ip̄m ſatians addidit. ⸿Et tenebris nigre. omnia circum.) Vſq; adeo, inquit, conficit, vt tenebræ occurrere cœperint oculis meis, quod eſſe non dubium eſt principium mortis. Infert iā, quę fuerit cauſa loquendi, ne ignaram deciperet, cui pleniſſimā ſpopōderat fidem: ⸿Effuge.) Properatum iter fugam dixerunt veteres noſtri: ideoq; fugitiuis hoc appoſitum nomē eſt, quia currunt tātummodo, ergo fugitiuorum, inquit, more celerius perge: ⸿Et hęc turno manda. nouiſſi. per.) Nouiſſima mandata ideo, vt ſciret iam non ſuperfuturam, quæ alia poſſet iterum iterūq; mandare: ⸿Succedat pugnæ.) Licet in ipſa morte conſtituta, habuit in animo cōmodum turni. in primis quippe nihil fuerat curandū, niſi vt vrbē non inuaderent inimici. in qua lauinia degebat, quæ fuit totius certaminis cauſa: deniq; hoc ei conſiliū & inter initia tractatus dedit. hoc etiā nunc mandat ſeruandū. ſupra enim dixit, tu pedes ad muros ſubſiſte, & mœnia ſerua: prima erit gloria, parſq; maxima victorię, ſi ad vrbem nō ſinatur hoſtis accedere. ſciat me ille ſuſceptas partes non voluntate reliquiſſe, ſed morte: quocirca ſuccedat in ſollicitudine mortuæ, & ante oīa vrbem à troianorum inuaſione defendat. ⸿Iamq; vale:) Quum vlterius loqui non poſſet, extremo verbo ait, Iam vale. ⸿Simul his dictis linque. hab.) Quia vrgebatur pleno exitu animæ, & habenas iam reliquerat, & inuita fluebat in terram: ⸿Tum frigida toto.) Paulatim recedente calore corporis, paulatim frigeſcebat: ⸿Lentaq; colla, & ca. le. poſ. ca.) Mors quippe ſoluit omnia, quę vigorem corporis regunt: ⸿Arma relinquunt.) Ceciderunt & arma, quum & hęc vlterius tenere non poſſet: ⸿Vitaq; cum gemitu fu. indig ſub vm.) Indigne referens, q̄ ſic periſſet, relicta vita in tenebras gemebūda perrexit: ⸿Tum vero immenſus.) Quum ſupradixerit, concurrunt trepidæ comites, & incertum fuiſſet, quid illud vulnus afferret. hic vbi animam reddidit, dictum eſt, Tum vero, hoc eſt tunc magis vſq; ad cœlum perueniebant vlulatus, & voces miſſę cū fletibus: ⸿Deiecta crudeſcit pugna camilla.) Quum deficiente tantæ exercitationis fœmina bellum moliri debuiſſet, tunc exaſperatū eſt

eſt magis, vt mors eius penſari poſſet vltione. aſperatū eſt quoq; ex alia parte, quia ſpes creuerat magis magiſq; vincendi, vbi camilla nō fuerat. ¶ Incurrunt denſi ſimul om. co. teu.) Incurrūt, dictum eſt, in vnum locum currunt, atq; ex congeſta multitudine facti ſunt denſi, teucri ſcilicet, tyrrheni, & arcades. quū mors camillæ ſpem certam vincendi monſtrauiſſet, perindeq; acerbitatem cumulauiſſet belli.

ASCENSIVS.

¶ Concurrunt trepidæ comites.) Recitat fugam Aruntis, & morientis vltima verba Camillæ, vnde nihil habemus Dona. ſed Ordo eſt, Comitẹs. i. ſociẹ belli Larina, Acca, & reliquæ concurrunt trepidẹ. i. trepidantes aut feſtinẹ, & ſuſcipiunt. ſ. inter vlnas dominam. i. reginam. ſ. Camillam ruentem. i. cadentem. Aruns exterritus. ſ. tanto facinore fugit ante oēs. i. oibus dimiſſis lætitia & metu mixto. i. habēs lẹtitiam admixtā metui, quia lẹtus erat de morte, ſed metuebat vltionem, nec audet iam amplius credere, ideſt cōmittere ſe haſtẹ virginis, nec audet amplius occurrere telis virginis. ſ. Camillæ vulneratæ letaliter, ſed necdum mortuæ. Ac veluti ille. ſ. ſæuiſſimus lupus conſcius audacis facti occiſo paſtore, aut magno iuuēco abdidit ſeſe continuo in altos montes priuſq; tela inimica ſequantur, exiſtēs auius. i. ſine via hoc eſt nullā viam tenens: ſed qua datur fugiens & remulcens caudā. ſ. geſtiendo prẹ gaudio ſubiecit eam vero pauitantem. i. mixto timore, & petiuit ſyluas, haud ſecus. i. non aliter Aruns turbidus. i. turbatus metu & lætitia, abſtulit ſe ex oculis. & contentus fuga. i. non attendens ad protectionem ſui. ſed ſoli fugæ intentus, immiſcuit ſe medijs armis. Illa, ſcilicet Camilla moriēns trahit, ideſt extrahit telum manu. ſ. ſua, ſed mucro ferreus. i. acumen haſtæ ſtat inter oſſa ad coſtas, alto. i. profundo vulnere, & ita ipſe exanguis labitur. i. decidit, & lumina. i. oculi labuntur frigida leto. i. morte. hoc eſt morientia, color quondam. ſ. dum viuens valensq; eſſet purpureus reliquit ora. ſ. eius, ipſa expirans. i. efflatura animam alloquitur tunc ſic Accam vnam ex ẹqualibus. i. coæuis & ſodalibus quæ. ſ. Acca erat ſola fida Camillæ ante alias: qui cum. i. cum qua partiri, ideſt partiebatur curas, ideſt ſolitudines animi, atque fatur hẹc ita. O Acca ſoror ego potui hactenus, ideſt ad hanc vſque horam ſed. ſup. vulnus acerbum conficit, ideſt interimit me nunc, & oſa nigreſcunt. ſ. circum me tenebris, ideſt caligine mortis effuge, perfer Turno hæc mandata nouiſſima. i. vltima a me habēda: vt ſup. ſuccedat pugnæ. i. ad pugnam & arceat. i. depellat Troianos vrbe, ſcilicet Laurolauinio, & tu iam vale & ſimul his dictis linquebat habenas, ſcilicet equi fluēs ad terram non ſponte, ſicut prius cum Turno obuiam veniret, tum, ideſt deinde ipſa frigida exoluit ſe paulatim toto corpore, ideſt animam exhalat aut exoluit ſe officio vitæ, quo perfungi debebat, & poſuit, ideſt inclinauit, colla lenta, ideſt ceruicem flexibilem, & caput captum, ideſt interceptum leto, ideſt morte relinquens arma. & vita, ideſt anima q̃ viuebat, fugit cum gemitu ſub vmbras, indignata, ſcilicet quod ante diem cogebatur exire, nondum perfecto munere vitẹ. Tum vero, ideſt ſed tunc maxime clamor immenſus: ſurgens. i. oriens: ferit ſydera aurea, ideſt extenditur ad ſydera vſque, Pugna crudeſcit, ideſt fit crudelior & ſæuior Camilla deiecta, ideſt deorſum iacta, quia omnis copia Teucrum pro teucrorum, & tyrrheni duces & alæ Euandri Arcadis, ideſt milites leues quos Euander Arcas cum pallante filio ſuo miſerat. incurrunt. ſ. in Volſcos & cæteros hoſtes ſimul, ideſt pariter, & vno impetu exiſtentes, denſi. i. ſtipati, & agminatim irruentes.

PIERIVS.

¶ Læticia mixtoq; metu.) In Romano codice Mœſtoq; metu, legitur vt lẹtitiæ ſit antitheton, ſed enim mixto longe caſtior eſt lectio. ¶ Magno iuuenco.) In antiquis exemplaribus, magnove, quod ſi diligentius animaduertas, lōge melius eſt. ¶ Se turbidus abſtulit Aruns.) In antiquis pleriſq; codicibus & hic & alibi arrōs, per, o, ſcriptum eſt, paſſimq;, r, geminato. Sed probus notat Aruns aruntis per, u. ¶ Labitur exanguis.) Pleriq; codices antiq, exanguis, ſcribūt dictione nihil quicquā corrupta, vti ēt exſoluit, & expirans, & ſimilia. Dona. legere vř. Labitur & ſanguis, labuntur frigida leto Lumina addita paraphraſi, recedente per lapſum ſanguine, oculi quoque morientis labuntur in mortem. ¶ Qui cū partiri curas.) Tam & ſi placet, qui cum, dicendum tamē vetera pleraq; exemplaria, qua cum legere. ¶ Troianoſq; arceat vrbe.) In antiquis pleriſq; codicibus vrbi, per, i, legitur. Sed melius per ablatiuum ſunibus arceret. Eſt ēt in Mediceo abſq; copulatiua, Troianos arceat vrbe. ¶ Arma relinquens.) In Ro. cod. & aliquot alijs reliquit, verbi indicatiui, non participij voce, vt tria ſint mēbra. Poſuit caput, arma reliquit. Vitaq;, cum gemitu fugit indignata ſub vmbras, quæ ita Donatus ēt diſtinguit. ¶ Incurrunt dēſi.) Romanus codex & aliquot alij peruetuſti, concurrunt, legunt. Sed Donatus, incurrunt agnoſcit, ait. n. in vnum locum currunt, atq; ex congeſta multitudine facti ſunt denſi, Teucri. ſ. Tyrrheni & Arcades. ¶ Euādriq; arcadis alæ.) Romanus codex Mediceus, & alij pleriq; legunt, Arcades alẹ. nominatiuo caſu vtrūq;. Triſti multatam morte Camillam. In codicibus aliquot veteribus omnino, mulctatā per, ct, ſcriptum eſt. In pluribus abſque, c, multatam. Et in vetuſto, T, Liuij codice paſſim, multā, multare & multatitſum, & ſimilia abſq;, c, litera ſcripta ſunt.

At Triuiæ cuſtos iamdudum in montibus Opis
Alta ſedet ſummis, ſpectatq; interrita pugnas:
Vtq; procul medio iuuenum in clamore furentum
Proſpexit triſti multatam morte Camillam,
Ingemuitq;, deditq; has imo pectore voces.
¶ Heu nimium virgo nimium crudele luiſti — OPIS
Supplicium, Teucros conata laceſſere bello.
Nec tibi deſertæ in dumis coluiſſe Dianam
Profuit, aut noſtras humero geſſiſſe pharetras.
Non tamen indecorem tua te regina relinquet
Extrema iam in morte, neq; hoc ſine nomine letum
Per gentes erit, aut famam patieris inultæ.
Nam quicunq; tuum violauit vulnere corpus,
Morte luet merita. ¶ Fuit ingens monte ſub alto — POE.
Regis Dercenni terreno ex aggere buſtum
Antiqui Laurentis, opacaq; ilice tectum.
Hic dea ſe primum rapido pulcherrima niſu
Siſtit, & Aruntem tumulo ſpeculatur ab alto.
Vt vidit fulgentem armis, ac vana tumentem:
¶ Cur (inquit) diuerſus abis? huc dirige greſſum, — OPIS
Huc periture veni, capias vt digna Camillæ
Præmia. tūne etiam telis moriere Dianæ?
¶ Dixit, & aurata volucrem Threiſſa ſagittam — POE.
Deprompſit pharetra, cornuq; inſenſa tetendit:

SERVIVS.

¶ At Triuiæ cuſt.) Miniſtra. ¶ Teucros conata laceſſere.) Propter illud, Bellū īportunū gerimus cum gēte deoꝝ. ¶ Coluiſſe Dianam profuit.) Non deam incuſat, ſed fatoꝝ neceſſitatē: cōtra quā nec numinis opitulatur auxiliū. ¶ Sine nomine.) Sine gloria. ¶ Famam patieris inultæ.) Nec inuindicatæ ignominiam ſuſtinebis: quod ēt Dido dolet dicēs, Et moriemur inultæ: Sed moriamur ait. ¶ Monte ſub alto.) Vt, Monte ſub aerio. Apū maiores nobiles aut ſub montibus, aut in domibus ſepeliebātur. vñ natū eſt vt ſup cadauera, aut pyramides fierent, aut ingētes locarent colūnẹ. ¶ Vana tumentem.) Plenū κενοδοξίᾳ. ¶ Digna Camillæ pmia.) Sic in ſcđo, Perſoluant grates dignas, & prẹmia reddāt Debita. Itē alibi, Et hæc tibi porto Dona. prius. ¶ Tūne ēt telis moriere Dianẹ?) Cum ingēti amaritudine dictū eſt. nā etiam ei genus īuidet mortis. Quod aūt ait tūne etiam, ad Niobes numeroſam pertinet ſobolē. ¶ Cornuq; inſēnſa tetendit.) Cornu accuſatiuus ē ſingularis, ac ſi diceret, Arcūq; inſenſa tetendit. nā horum dubioꝝ caſus ex ſimilibus vel ſynonymis cōprobant. ¶ Coirent inter ſe capita.) Homerica eſt iſta deſcriptio. ¶ Teli ſtridorē.) Home. λίγξε δ' διςὸς. ¶ Audijt vnà Aruns, hẹſitq; ī corpore ferrum.) Celeritas iaculantis exprimitur. Statius quū iam percuſſum dixiſſet, extinctum ait, Necdum certi tacet arcus Amyntæ. ¶ Ignoto camporum in puluere linquunt.) Faciente numinis iracundia eſt relictus, vt nec ſepulturam poſſet mereri.

DONATVS.

¶ At triuię cuſtos iam.) Opis quam diana præceperat, camillẹ mortem congrua vltione pēſare, ſedebat in altis mōtibus pugnas obſeruans, vt arūs poſſet occidi. ¶ Spectatq; inter. pu.) Hoc, īquit, faciebat interrita. quid. n. metueret, q̄ aberat procul, & ſedebat in ſūmo? Hẹc aūt illi montium altitudo pſtabat, vt ſequuta eſſet, & facili⁹ neceſſaria exploraret

Et duxit longe,donec curuata coirent
Inter ſe capita,& manibus iam tangeret æquis,
Lęua aciem ferri,dextra neruoq́; papillam,
Extemplo teli ſtridorem,auraſq́; ſonantes
Audijt vnà Aruns,hæſitq́; in corpore ferrum.
Illum expirantem ſocij,atq; extrema gementem
Obliti ignoto camporum in puluere linquunt.
Opis ad ętherium pennis aufertur olympum.

raret ex edito, & diſpoſitam Aruntis necem valeret implere. ☞ Vtq; procul medio.) Vbi vidit Aruntem cum cęteris furere,& occiſæ crudelis interitus animo dolentis occurrit, ingemuitq;,& tales dedit voces. ☞ Heu nimiũ virgo.) Vox huius dolentis laudem continet troianorum. poeta enim in Camillæ morte non incertum belli vult eſſe,ſed pœnam.nec illud quod accidit euentui deputat,ſed confirmat eſſe ſupplicium : quaſi diceret poſſes vincere,nec pœnas grauiſſimas peperti,ſi troianos non vltro prouocaſſes in bellum. ☞ Hęc tibi deſertæ.) Quid profuit ſolitudinẽ te paſſam eſſe ſyluarum?quid dumos toleraſſe?quid tractaſſe arma?qd dianã tota veneratione coluiſſe?Omnibus locis dicit poeta deorũ cultum fruſtra eſſe?neq; vnquam auxiliari deos cuiquã poſſe,quum ad fatalem neceſſitatẽ fuerit ventum. ☞ Non tamen indecorem.) Conſolationis verba ſunt iſta,quę mortui nec audiunt nec poſſunt vlla ratione ſentire.in aduerſis tuis, inquit, nõ erit tuũ inferius meritum,quo perire potuiſti,aut inultę ꝑ pp̄ſos leti tui nuntius perget.perinde accedit titulis tuis nobilis fama, ꝙ te diana ſi a morte ſeruare non potuit,tamẽ defendit occiſam. ☞ Nam quicũq; tuum) Nam quicũq; corpus tuum ferro credidit violandum,congruam luet tuis meritis pœnam. Violare eſt ſacrum aliquid violenter appetere:ſed hic nõ ſolum corpus violatum eſt,verumetiã quoq; ſalus extincta.quod crimen cumulauit potius poeta,q̃ minuit.nam quum violare non liceat vulnere, vbi erit aruntis cauſa,qui ſacram virginem violauit,& perdidit? ☞ Fuit ingens monte ſub alto.) Hunc locum ordinatio magis exponit.Fuit,inquit,ſub alto monte ingens buſtum terreno ex aggere,hoc eſt congeſta terra compoſitũ tectum opaca ilice dercenni laurentis regis antiqui. In deſcriptione breuiſſima & locũ deſignauit & eius ſitum,& quid eſſet,& cuius oſtẽdit:ſed hæc deſcriptio non eſt ſuperflua,pertinet quippe ad cauſam.nam talis opi fuerat neceſſarius:vnde videret ex occulto arũtem, & ipſa a quo quam videri nõ poſſet.timidus.n.& cautus propter conſcientiã facti niſi per ĩſidias circũueniri poterat.iſte igitur locus aggeſtione terræ editus fuit:ſed hunc obſcurabat altitudo ſublimior mõtis & arbor,quæ omnem contexerat ramis. dicta eſt interea terrenę aggeſtionis cauſa:ſed hęc buſtum,inquit, fuit regis dercenni.propter magnitudinem vero arboris ſeruatæ meritum ait,antiqui,vt & nobilitatem mortui demonſtraret,& temporis prolixi ſpatium quod infinita incremẽta arborea deſumpſerat.Fuit ergo ſub alto monte.vt obſcuratum proceritate eius plenis aſpectibus videri non poſſet,opaca ilice contectum. vbi & latere opis poſſet,& de ſummo cuncta proſpicere.dixit,antiqui, dixit laurẽtis totum laudis cauſa,tanto enim maioris arbuſta veteres faciebant,quanto potior habebať defuncti memoria. ☞ Hic dea ſe primum.) Opis moras omnis celeritate præueniens,hunc tenuit locum.pulcherrima loco iſto debemus accipere nõ corpore ſed cõſilio bonam,quæ prouidet talem ꝓpter explendas inſidias locũ. ☞ Et arũtem tumulo ſpe.ab alto.) Hoc eſt,qď ſupra expoſuimus inſidiãti opportunam fuiſſe altitudinem tumuli, quæ fuiſſet ante cõſulto deſcripta,quæremus hanc,quũ opis in alto conſediſſe diceretť:quæremus & arborẽ,quę obſcurabat inſidiantẽ. ☞ Vt vidit fulgẽ.ar.) Vt hunc vidit armoꝝ ſplendore fulgentẽ,& mox perituro gaudio tumidũ. ☞ Cur,inquit,di.abis?) Dolentis vox iſta eſt,& inde magis cõmotę,ꝙ exultantẽ de camillæ morte corruẽtem vidit,& alieno lętum exitio,quũ ipſe ſuum mox affuturum nec intelligeret,nec videret. Hæc tñ loquebať ſecum:vtpote in ſũmo poſita:& ꝑꝑ inſidiarum effectum latens.ſ.non vt aruns audiret:ſed vt cõminationẽ verboꝝ ſatisfaceret ęſtibus ſuis. locuta eſt ergo quaſi ad pñtem,& tanq̃ pñtem inſultanter appellat.qd, ait,in diuerſa tendis?diuerſum eſt,qď eſt lõge remotũ ab altero, & ſubſidio prolixioris ſpatij obſcurať:& tegiť. Huc dirige greſſum,huc periture vẽi,magis huc veni,quo facilius pereas.capias vt digna camillę præmia.vt camilla tibi rependat ꝓ meritis præmiũ. ☞ Tu ne ẽt te.mo.dia.) Debes vocari telis ei⁹,quã in camillę morte credidiſti contẽnendã. ☞ Dixit,& au.) Quũ dicit inſenſa,aliquid magnum per cõmotionẽ magnã,& qď modũ artis excedat factura mõſtratur.prompſit igiť ſagittã & hanc neruo aptatã tetendit recuruo cornu.pertinet.n.ad artẽ iaciendiq; arcus oĩs curuať in finibus. ☞ Et duxit longe.) Ipſam.ſ. ſagittam cum neruo donec curuata coirẽt iter ſe capita.tanto.n.ſagitta longius ac fortius volat, quantum retrorſum dum tenditur reuocať. arcus quoq; ipſe maiorem impetum pręſtat, ſi capita eius adducta iungantur. ☞ Et manibus iam tangeret æquis.) Ipſe eſt modus ſagittę mittendæ, nec eẽ amplior poteſt,vt arũdo aptata neruo atq; in dexteram partẽ vſq; ad papillã reducta perueniat,& ſiniſtręmanus digitos tenentis arcũ ferri ſpẽs tangat. ☞ Extemplo teli ſtridorem,(Prætermiſit poeta ꝙ ſagitta miſſa ſit:quę res ꝓficit cõpendio narrantis.qď.n.non eſt dictum,poteſt ex his,quæ cõſequuta ſunt,noſci.non.n.percutereť aruns,ſi ſagitta non eſſet eiecta,cuius volatus mox vt aeris ſtridorem cognouit,ineptus eſt: ☞ Illũ expiran.) Quid infelicius huius morte?cuius cadauer colligẽdũ nec ſocij curauerunt?denique tanta eius obliuione ducti ſunt: vt eum pro alieno in campis in puluere & ignotis linquerint terris: quod fuit vltionis augmentum,vt remanſiſſet nudus feris etiam opportunus alitibus inſepultorum cã.ideo oĩ ſupplicio eſt grauior,quia ſcďm ipſum virgilium habebat aliã apud inferos pœnã. ☞ Opis ad ęthereum.) Pennas celeritatem debemus accipere. qd.n.morareť in terris vlterius,quę mandata perfecerat.

ASCENSIVS.

❡ At Triuię cuſtos.) Redit ad narrationẽ necis Arũtis ab opi interfecti ſagittis Dianœ.Circa quẽ locum dicit Donatus ſic. Pulcherrima.Bonam conſilio hic intellige.Cur inquit hęc loquiť ſecum ex dolore.Tu ne etiã,indignatur quod telis Dianæ ſit periturus.Ignoto cãpoꝝ in pul.lin. Quod fuit vltionis argumẽtũ vt ſocij illius obliuiſcerenť.Hæc ille. ❡ Ordo ẽ.At.i.ſed opis.ſ.nympha cuſtos Triuię.i.a triuia.i.Diana cuſtodiæ deputata ſedet iam dudum.i.ab eo tp̄e quo a Diana demiſſa erat alta.ſ.vt melius ꝓſpiceret quis Camillã occideret in montibus ſũmis,& ipſa interrita.i.non territa ſpectat.ſ.deſuper e loco tuto pugnas.ſ.aliorũ, & vt.i.poſtq̃; ipſa proſpexit procul Camillã mulctatã.i. afflictã triſti:qa inſidioſa morte,in medio iuuenũ furentũ clamore,ipſa ingemuit,& dedit has voces,ſup.ab imo pectoř.Heu o virgo tu luiſti.i.perſoluiſti ſuppliciũ nimium,nimium inquit crudele conata laceſſere.i.prouocare teucros bello Nec profuit tibi deſertę.i.ſolitariæ coluiſſe Dianã in dumis,aut geſſiſſe humeris pharetras noſtras.i.venatorias,tñ tua regina.ſ.Diana non linquet indecorem, ideſt ſine decore iam in tua extrema morte neq; hoc letum,ideſt hæc mors tua erit.i.diuulgabitur per gentes ſine noĩe.i.ignobile imo glorioſum erit aut tu nõ,ſup.patieris famã inultę.i.vltio fiet de te.Nam quicũq; violauerit tuũ corpus,is,ſup.luet.i. purgabit illud ſcelus morte merita.i.indecora qualẽ meruit,quia inſepultus relinqueť, Ingens buſtum.i.ſepulchrum cõtinens cineres corporis combuſti regis Derceni ſic dicti,fuit ſub mõte alto factum ex aggere terreno. laurentis.ſ.ſoli antiqui.i.nobilis, tectum ilice opaca.i.ramoſa & vmbroſa Dea pulcherrima.ſ.conſilio.i. prudẽtiſſima,ſiſtit ſe primũ,niſu.i.conatu rapido.i. celeri, hic.i. ſub hac ilice & ſpeculatur aruntem ab alto tumulo,vt.i.poſtquam vidit ſup.ipſum fulgentem armis ac tumentem vana.i. ſuperbientẽ in vanũ,& ſup.inquit cur abis diuerſus.ſ.a nobis,Dirige greſſũ huc o periture veni huc.i.ad me vt capias pręmia Camillæ.i. pro Camillæ morte:digna.ſ.te,inuidet tamen ei tam glorioſum genus mortis dicẽs. Moriere.i.morieris ne.etiam tu.ſ.qui viliſſimus es. telis Dianę quę nobiliſſima eſt dea dixit.ſ.opis,& ipſa Threiſſa.i. ſimilis threiſſæ.ſ.harpalicæ aut alteri venatrici,deprompſit pharetra aurata ſagittam volucrem, & ipſa inſenſa.i. multũ offenſa arunti tetendit cornu.i.arcum & duxit.ſ.cornu,longe.ſ.a chorda, donec capita.ſ.arcus extremitates curuata coirent inter ſe, & ipſa tangeret iam manibus æquis.i.æqualiter extenſis,aut annitentibus,leua.i.ſiniſtra manu aciem ferri.ſ.ſagittæ cuius ferrum peruenerat ad ſiniſtram,qua arcũ tenebat,& tãgebat dextra & neruo.i. chorda ex neruo facta,papillã.ſ.mamillæ ſuę.Arũs audijt extemplo.i.ilico vna.i.ſimul & ſtridorẽ teli & auras ſonãtes.& ferrũ hęſit in corpore.i.nihil morę fuiſſe vř.Socij obliti.ſ.dea id ꝓcurante,illũ expirãtẽ.i.efflantẽ aĩam,atq; gemẽtẽ extrema.i. mala:videlicet mortis,relinquũt ſup.eñ in ignoto puluere cãpoꝝ,& ſup. opis auferť pẽnis.i.alis aſſumptis,ad Olympũ æthereũ.i.cœleſtem,vnde demiſſa erat dicente Diana Labere nympha polo.

PIERIVS.

❡ Noſtras humero geſſiſſe ſagittas.) In codicibus aliquot antiquis geſtaſſe,legiť qď frequentiã,& habitũ oſtendit. Sed in pluribus,

ribus,geſſiſſe pharetras,eæ.n.ab humero ſuſpendi ſolen. ¶ Tua te regina relinquet.) In Ro.co.reliquit. præterito tempore:quia iã Diana precauerat,quid agendum eſſet. In aliquot alijs,relinquit, eſt præſenti tempore,vt oſtendat eam adeſſe. Quidam futuꝝ malunt.ob ſynchroniam,Erit,Patieris. ¶ Neq; hoc fine noīe.) In antiquis aliquot,nec ſcribitur:ſed multo dulcius eſt neq; hoc.ꝑferre,Eſt &.numine,in Mediceo. Digna Camillæ pręmia.) In Ro.co,Camilla,legitur ablatiuo caſu,ſed genitiuo melius.

Prima fugit domina amiſſa leuis ala Camillæ,
Turbati fugiunt Rutuli,fugit acer Atinas,
Diſiectiq; duces,deſolatiq; manipli
Tuta petunt,& equis auerſi ad mœnia tendunt.
Nec quiſquam inſtanteis Teucros,letumq; ferenteis
Suſtentare valet telis,aut ſiſtere contra:
Sed laxos referunt humeris languentibus arcus,
Quadrupedumq; putrẽ curſu quatit vngula campũ.
Voluitur ad muros caligine turbidus atra
Puluis,& è ſpeculis percuſſæ pectora matres
Fœmineum clamorem ad cœli ſidera tollunt.
Qui curſu portas primi irrupere patentes,
Hos inimica ſuper miſto premit agmine turba:
Nec miſeram effugiunt mortem,ſed limine in ipſo,
Mœnibus in patrijs,atq; inter tuta domorum
Confixi expirant animas.pars claudere portas,
Nec ſocijs aperire viam,nec mœnibus audent
Accipere orantes.oriturq; miſerrima cędes
Defendentum armis aditus,inq; arma ruentum.
Excluſi ante oculos,lachrymantumq; ora parentum
Pars in præcipites foſſas,vrgente ruina,
Voluitur:immiſſis pars cæca & concita frenis
Arietat in portas,& duros obice poſtes.
Ipſę de muris ſummo certamine matres
(Monſtrat amor verus patriæ)vt videre Camillam,
Tela manu trepidæ iaciunt,ac robore duro
Stipitibus ferrum,ſudibuſq; imitantur obuſtis
Præcipites,primæq; mori pro mœnibus audent.

## SERVIVS.

¶ Turbati fugiunt Rutuli.) Hoc ad Camillæ pertinet laudem:quia amiſſa imutanẽ fata bellorꝝ. ¶ Acer Atinas.) Armis.ſ.fugit tamẽ. ¶ Deſolatiq; manipli.) Deſerti ſigniferi;qđ eſt nimij diſcriminis.nãq; vbi q; dux præcipit vt frequenter circa ſint milites:ſicut in Salluſtio legimus. Manipli autẽ dicti ſunt ſigniferi,qa ſub Romulo pauper adhuc Romanꝰ exercitus haſtis fœni manipulos illigabant: & hos pro ſignis gerebãt. Vnde hoc nomẽ remanſit. ¶ Laxos arcus.) Nõ intentos:ſed iã ſolutos. ¶ Fœmineũ clamorẽ: ¶ Impatientẽ.nam iam dixerat matres,ꝓ quod muliebrẽ clamorẽ poteramus accipere. ¶ Miſerã mortem.) Quia ſeqtur, Limine in ipſo. ¶ Mœnibus in patrijs.) Scilicet vbi ſe iam tutos eſſe credebant. ¶ Aperire viam.) Ideſt dare aditũ.&bono,locutus eſt ambitu. Nã cum portis via & aperitur & clauditur. ¶ Oriturq; miſerrima cędes.) ſic in ſecundo vbi intulit, Armorum facie & Graiarũ errore iubarum. ¶ Defendentũ.) Ideo defendentum & Ruentum:quia ad maſculinum retulit. & hi defendentes facit, qđ & de fœminino dicimus. Si autem de neutro loqmur, defendentium dicamus neceſſe eſt:quia hæc defendentia facit: & vt ſuprà diximus,genitiuus pluralis à nominatiuo plurali non debet eſſe minor. Quòd ſi forte minorẽ eum aliquãdo inueniremus,metri neceſſitas facit:& incipit etiam pathos eſſe, nòn declinatio. ¶ Præcipites foſſas.) In quas quis poteſt præcipitari. ¶ Cæca.) Irrationabilis,quę in clauſas portas more arietis ruebat: ideſt bellici machinamenti. ¶ Summo certamine.) In extremo diſcrimine,vt ſuprà, Vocat labor vltimus omnes. ¶ Trepidæ.) Licet trepidæ,tñ oblitæ ſexus tela iaculabantur. ¶ Pręcipites.) Aut ſeſtinã,aut in mortem ruẽtes. ¶ Primæq; mori pro mœnibus audent.) Nimij doloris eſt:vt, Me primam abſumite ferro.

## DONATVS.

¶ Prima fugit domina.) Omnes,qui per ipſam regebantur, in fugam verſi ſunt. ¶ Turbati fugiunt rutuli.) Laudem ſimul dicit cãmillæ,& eorum vituperationem , qui in turni partibus fuerant. quid enim turpius,q̃ perdito auxilio vnius fœminæ verſos eſſe omnes in fugam? eos quoq; qui magni ferebantur & fortes? nihilq; illis tutum pręter muros ciuitatis fuiſſe? ¶ Nec quiſquam inſtantes.) Nec valuit quiſq̃; tenere teucros inſtantes,aut his reſiſtere.deniq; languebant metu, & ipſos arcus non manibus paratos ad necem hoſtis,ſed laxos forebant humeris ſuis. ¶ Quadrupedumq; putrem cur.qua.vn.cam.) Vrgente maiore inſequentiũ ui,ipſi equos vrgebant, vt quadrupedum curſu ſatis ſcilicet properato in patriam redirent. ¶ Voluitur ad muros.) Quũ nihil adhuc è muris expectãtium ſubijceretur aſpectibus, impediẽte pulueris nube , tamen aperta coniectura res aduerſæ credebantur: quando caligo denſiſſima omnes verſos pręcedebat ad patriam. Matres interea,quæ ſuam ſuorũq; intellexerãt talẽ fœmineis vocibus hoc eſt luctuoſis & triſtibus cœlum oẽ ſyderaq; pulſabant. ¶ Qui curſu por.) Aliquot,inqt,in hoc caſu obfuit celeritas ſua, quippe qui primi ingreſſi ſunt portas,& ſe pericula oĩa crediderant euaſiſſe,in ipſis ĩteriere liminibus.nam cũ ſequẽtibus turbę multitudo congeſta per vnum aditum oẽs ſimul intrare nõ poſſent,oẽs ſimul ſequentiũ ruina eſt obruta. ¶ Nec miſeram effu.mor.) Non mortem illi effugerant,ſed reperierant fugiendo : eoq; deteriorem, qa non fuit illa glorioſa ſed miſera. Incipit dicere,qñ miſera. ¶ Sed lumine in ipſo.) Quãta clades illo tpe atq; illo loco ĩfelices oppſſit? vt liberati congreſſionibus campi in portis, in patria,inter parietes ſuos,q bus tum eſſent defenſi , quæ debuerant ſuis vel ſuorũ gladijs defendi,iterijſſent. ¶ Pars claudere portas.) Tanta funerum cõgeries ipſo portarum iacebat in limine:vt nec aditꝰ fieri ſocijs venientibus poſſet: nec eſſet tutum rogantes excipere. ¶ Oriturq; miſerrima cędes.) Quia miſerum ſpectaculum fuit? ciues cædi à ciuibus ſuis,& prohiberi ſinu patriæ, quum tam graue diſcrimẽ ingrueret,occidi ab his qui defenſionis auxiliũ prębere debuerant. ¶ Excluſi ante ocu.) Flebant parentes & gemebãt, quum viderent excludi liberos ſuos,& a ciuibus ſterni: Pars in præcipites fo.) Excluſi ab ingreſſu portarũ plurimi ante plangentiũ oculos parentum altas præcipitanẽ in foſſas & per ingentem metũ ipſi ſibi quærebant exitiũ qđ declinare nitebanẽ. ¶ Immiſſis pars cæca.) Sic alios cæcauerat metus, vt equoꝝ impetum tanq̃; aries colliderenẽ in portas. claudẽdaꝝ portaꝝ hæc neceſſitas fuit, atq; his metus,ne hoſtis dũ fugientes ꝑſequitur obtinendæ ciuitatis cã liberũ reperiret ingreſſum,ęquius.n.fuit excludi aliquos, plurimos liberari cum patria. Cæca,inquit,pars quæ nõ videret clauſas portas,& alioꝝ in ipſis portis exitium. ¶ Ipſæ de muris.) Mulieꝝ turba in ſuperiore muroꝝ parte conſtituta gladios, quos ferebat,abiecit imitata duris & aduſtis ſtipitibus ferrũ. Audaciã vero illis dederat patrius amor,& ſynçerum & verum exẽplum camillæ,quæ in aliena cauſa dum obtinere niteretur, cecidiſſe ꝓbatur,quo magis decuit iſtas,vtcũq; certare pro patria & ante ipſas turres occumbere.

## ASCENSIVS.

¶ Prima fu.) Ordo ẽ. Ala Camillæ leuis.i.agilis & incõſtans,fugit prima,amiſſa domina.i.regina,Rutuli turbati.i.cõſternati fugiunt,& Atinas acer.i.q̃uis acer,fugit tñ,& duces diſiecti.ſ. a ſtatione ſua in diuerſa diffugia,& manipli.i.vexilliferi deſolati.i.derelicti ſine conſolatione,petunt tuta, ſcilicet recæptacula vrbis, & ipſi aduerſi.i.obnitentes,aut potius auerſi a facie hoſtium,tendunt equis ad mœnia.ſ.vrbis,nec quiſq̃; valet ſuſtentare telis teucros inſtantes.& ferentes.i.inferentes letum.i.necem aut quiſquã non audet.ſiſtere.i.firmare greſſum & ſtare.contra.ſ. inſurgentes teucros,ſed referunt humeris languentibus.i.laſſis,& laxis amiſſo animo,arcus laxos.i.non amplius tentos,& vngula quadrupedũ.ſ.equorum quatit,ideſt cõcutit & carpit curſu campum putrem.i.reſolutũ in puluerem,puluis voluiẽ ad muros atra caligine.i.denſa nube,& matres percuſſę pectora.i.habentes pectora ꝑcuſſa,tollunt,ideſt extollunt e ſpeculis,vnde ſpeculabãtur accurſum,& fugam ſuorum,clamorem fœmineũ,ideſt eiulatũ, & plãctum muliebrem ad ſydera cœli. Turba inimica.ſ.hoſtiũ ꝑſequentiũ,premit agmine mixto.i.confuſo ſuꝑbos qui primi curſu.i.in currendo , aut qui rupere primi curſu.i.impetu portas patentes, nec effugiunt mortẽ miſeram.i.miſerãdam,ſed ipſi cõfixi in ipſo

limine,ſcilicet vrbis in mœnibus patrijs,atq; iter tuta.ſ.tecta,aut recæptacula domorum expirant.i.efflant animas,quaſi non vulnere,ſed laſſitudine deficiētes,pars claudere,ideſt claudebāt portas nec audent aperire ſocijs viam.nec accipere orantes.ſ.ſocios, & cædes miſerrima oritur,ideſt ſurgit,& fit,cædes dicit defendētū,ideſt defendētiū aditus,ſcilicet vrbis armis atq; ruentum.i.cadentiū in arma.ſ.quę tenebant cōtra hoſtē,excluſi.ſ.ante oculos & ora parentū lachrymātum.Pars.ſ.excluſoꝝ,voluitur in foſſas.ſ.vallorum aut mœnium præcipites ideſt p̄cipitium p̄bentes,& hoc ruina.i.irruptione irruentum vrgēte,aut ruina.i.calamitate vrbis vrgente.i.inſtante,& pars cæca.i.improuida,& cōcita.i.feſtina,frenis īmiſſis.ſ.equis qui cōcitati vno ipetu ad portas ferebanť,arietat.i.more arietum capitibus ſuis aut equorum inſultū facit:in portas.ſ.clauſas,& in poſtes duros obice.i.propter obicē & repagulum dure obſtantes.Ipſe matres)quia amor verus patriæ monſtrat.i.indicat ita faciendū eſſe) vt.i.poſtq; videre Camillam.ſ.extinctam:ipſe trepidæ.i.feſtinę iaciunt ſummo certamine de muris,manu.ſ.ſua tela.i.iacula ac ſaxa,& imitantur ideſt effingunt ferrum robore duro,& ſtipitibus & ſudibus obuſtis, exiſtentes præcipites ideſt præcipitanter in mortem ruentes,& audent mori primæ ideſt etiam priusq; Viri,aut ſine exemplo ꝑ mœnibus,aut legamus patriæq; mori pro mœnibus audent,qa non poterant primæ mori.

PIERIVS.

¶Et equis auerſi ad mœnia tendūt.) In Oblongo cod.in Mediceo,& aliquot alijs anti.legere eſt,aduerſa ad mœnia tendūt.Sed vulgata lectio longe caſtior,qppe,equis auerſi.¶Quadrupedūq; putrem curſu quatit vngula campū.¶In Ro.co.legere eſt,q̄drupedoq;,Putrē curſu quatit vngula campum,Quā lectionē,Donatus agnoſcit.ait enim.Vrgēte maiore inſequētiū vi,ipſi equos vrgebant,vt quadrupedo curſu.i.ſatis ꝑperato,in patriam tēderent.

rent.¶Et e ſpeculis ꝑcuſſę pectora matres.) In anti.aliquot codicibus,e muris legitur,vt ſit adnominatio quædam puluerem ad muros volui,& e muris matres tollere clamorem ad ſidera.Sed enim quia generalius eſt.e ſpeculis dicere,ea lectio magis huic loco quadrat,crediderim vero lectionem alteram,e muris de paraphraſi aliqua deſumptam.¶Nec miſe.effu.mortem.) In Oblon.co.noctem habes.Sed omnino magis placet mortē legere,quod plus habet violentiæ,& agnoſcitur a Dona.¶Atq; inter tuta domorum confixi expirant animas.) In Ro.cod.legere eſt.intra in reliquis fere paſſim.inter.quodq; ſæpius apud Liuium,intra muros.vulgata legunt exemplaria.in veteri cod.ſcriptum.inter muros,obſeruaui.cōtra vero apud Martialem li.j.ad Coſmum,vbi vulgati codices legunt.hunc Quē ſæpe vides inter penetralia noſtrę Pallados.Et templi limina Coſme noui.veteres nōnulli co.manu ſcripti legunt.intra penetralia.Sed vtcūq; de hoc Grāmatici decernant,illud potius animaduerſione dignum putarim qd in pleriſq; cod.anti.non tuta,ſed tecta Domorum legi.Ea tamen lectio,quæ eſt.tuta domorū.longe figuratior.¶Monſtrat amor verus pat. vt videre Camillam.) In Roma.co.amor verſus,legitur,vt intelligamus eas non prius tale aliquid aggreſſas niſi vt videre Camillam.Tunc enim ait amorem verſum ad patriam defendendam,quū bellum aduerſus ēt mulieres geri viderent,qđ pro mulieribus ſuſceptum prius arbitrabanť.Si vero cuipiā magis placeat,verus amor,ea quoq; ſentētia & pulchra eſt,& de humanæ vitę moribus ſumpta.¶Primæq;,mori pro mœnibus audent.) In Ro.cod.ardent.legitur.vt ſit inter eas contētio laudis, amorisq;,perinde ac ſi p̄mium illi propoſitum eſſet,quæ prima morereť.Seruius ad dolorem ex Camillę obitu concæptū refert vt illud.Me primā abſumite ferro.neq; vero diſplicet.primæ audent.ea ſentētia,vt tunc primū audere viſæ ſint,quū ſexū quoq; ſuum in bello fortiter occubuiſſe conſpicerent.

Interea Turnum in ſyluis ſæuiſſimus implet
Nuncius,& iuueni ingentem fert Acca tumultum:
Deletas Volſcorum acies,cecidiſſe Camillam,
Ingruere infenſos hoſtes:& marte ſecundo
Omnia corripuiſſe,metum iam ad mœnia ferri.
Ille furens(nam ſęua Iouis ſic numina poſcunt)
Deſerit obſeſſos colles,nemora aſpera linquit.
Vix è conſpectu exierat,campumq; tenebat,
Quum pater Æneas ſaltus ingreſſus apertos,
Exuperatq; iugum,ſyluaq; euadit opaca.
Sic ambo ad muros rapidi,totoq; feruntur
Agmine:nec longis inter ſe paſſibus abſunt.
At ſimul Æneas fumantes puluere campos
Proſpexit longe,Laurentiaq; agmina vidit:
Et ſæuum Ænean agnouit Turnus in armis,
Aduentumq; pedum,flatusq; audiuit equorum.
Continuoq;,ineant pugnas,& prælia tentent,
Ni roſeus feſſos iam gurgite Phœbus Ibero
Tingat equos,noctemq; die labente reducat.
Conſidunt caſtris ante vrbem,& mœnia vallant.

SERVIVS.

¶Sæuiſſimus īplet nūtius.) Vt etiam ſuprà diximus,nuntius eſt qui nuntiat:nuntium,quod nuntiatur:ſecūdum qđ nūc nec de fœmina,nec de re quæ nūtiatur,ꝑcedit nūtius. Vñ multi volūt aliū nunciū intelligi:Accam vero poſtea veniſſe.ſed melius eſt vt nūtius de Acca dictum ītelligamus. Nouimus enim poni aliq̄ in ſubauditiōe q̄ ex apto dicere non debemus:vt,Nec dextre erranti deus abfuit:cū neceſſe ſit vt aut Iunonē aut Alecto intelligamus. Itē Salluſtius, Prima qui forte venientes exciperet,cū de inſidijs loqueretur,quas numēri pluralis.tm̄ eſſe pluſquā manifeſtum eſt. ¶Delatas volſcoꝝ acies.) Falſum eſt:tm̄ enim fugerāt.ſed vim exprimit nūcij,cui⁹ mos eſt plus quàm habet veritas, nūtiare.¶Ingruere.) Impetū facere:vt,Ingruit Æneas armis.¶Ille furens (nam ſæua Iouis ſic numina poſcunt.)Duplici rōne eū inſidias reliqſſe commemorat:dolore nimio,& numinū voluntate:quod vtrūq; iō egit,ne capi poſſet Æneas.¶Apertos.) Vacantes inſidijs.¶Sæua Iouis ſic numina poſcunt.)Homerus Διὸς δ᾽ ἐτελείετο βουλή. ¶Ambo ad muros.) Vt Turnus tuereť,vt obſideret Æneas.¶Fumantes puluere cāpos.) Veluti fumantes caligine pulueris.¶Sęuum.) Fortem.vt,Sæuus vbi Æacidæ telo iacet Hector.Item, Nec minus interea maternis ſæuus in armis.¶Hibero.) Oceano, occiduo,ideſt Hiſpano.Hiſpaniam aūt,Hiberiam ab Hibero flumine cōſtat eſſe nominatam.¶Conſidunt caſtris.) In ſua quiſq; digreſſi.¶Mœnia vallant.) Hinc probatur qa & qui tuentur & q obſident,vallare dicuntur.

DONATVS.

¶Interea tur.) Implere eſt ad plenū aliquid intumere.¶Et iuue. ingen.fe.ac.tu.) Tumultū interpretati ſunt veteres timorē multū eſſe.Vñ nō tm̄ ad turnū aduerſa ꝑuenerant:verumetiā alia,quæ illi molem magnā maximi timo ris afferrent.quid dicebat acca,vel quē maloꝝ ordinem dabat.¶Deletas vol.aci.) Dixit in plurali acieꝝ numeꝝ,vt oēs volſcos affirmaret extinctos.hic erat verus tumult⁹, qui ſine falſitate eſſe nō poterat.non enim reuera oēs volſcos dimicatiōis aduerſus euētus aſſumpſerat. ¶Cecidiſſe camillam.) Sic ſcđo loco caſū camillæ poſuit,quaſi oppreſſis illis integrę res eſſe potuiſſent,ſi camilla vixiſſet:erigenda pronūtiatio eſt in camillæ noie: illic eſt.n. maior turni deſperatio,ꝙ camillæ auxiliū perdidit.¶Ingruere infeſtos hoſtes.) Addebat īminere hoſtes & ſucceſſibus ꝓſperis oīa tenuiſſe.¶Metum iā ad mœ. fer.) Illū.ſ.metum,quē fecerat hoſtis aduētus,iā īminere ciuitati.vñ reuera affirmabat retēta iam cętera,qñ ſola mœniū ſuparet captio,cuius caſū talē idigne magis metuere debuit turnus,quia intra eam lauiñia ſuit.neceſſario verbo vſa eſt ferri:impellebať.n.ꝓſperitate ſucceſſus & ibat boium more,ſed ferebať fortunæ ſuffragio.¶Ille furens.) Ille hoc eſt turnus,vel quia aduerſis cognitis furebat,vel quia conſilia oīa & tractatus vtiles infeſto ioue ꝑdiderat,colles,quos obſederat & aſpra nemorum deſeruit,tenuitq; deſtinatione mentis,vt ſaltem patriā tueretur ac muros.¶Vix e conſpectu exierať,)Hoc eſt,mox vt reliquerat fauces,& ad cāpum venerat.¶Quum pater ęneas.) Ipſę ſunt fauces,ipſi mōtes,atq; ipſa ſylua,& ipſę anguſtię,q̄s cū camillæ cōſilio turnus obſederat,vt ęneā cum ſuis copijs igreſſum ſuffragio loci,q aperto marte non poterat,aggredereť & fundaret.ſed ęnee proſpera fortuna,& fato infelicis turni perfectū eſt, vt pp vrbis ſtatum obſidionem deſereret turnus,& troianorum numerus,qui dudum fuerat obſeſſus,liber ſecuruſq; tranſiret. ¶Sic ambo ad muros.) Alter defendendæ ciuitatis cauſa,alter capiēdæ,nō longis inter ſe aberāt paſſibus:nā locoꝝ paſſuū ſignificatio

catio oſtendit minus fuiſſe, quàm mille paſſus: ſi enim plus eẽnt millia dicerentur. ¶ Ac ſimul Æneas.) Hoc eſt quod dixit, nõ longis paſſibus: nam & videbat hoſtes, & equorum flatus audiebat, quod aſt longe vidit, priorem vidiſſe accipiendum eſt, ſed & Turnus & rutuli ſimiliter videbant. Hoc enim præſtabat æqualitas campi. ¶ Continuóq; ineant pugnas.) Fuit quidem occaſio pugnandi, collectis in vnum omnibus: ſed conſumpta luce & imminentibus tenebris pugnari nõ potuit, quid ergo factum eſt. ¶ Conſidunt caſtris.) Caſtra dici vbicũq; exercitus etiam ſine ædificijs, quod multis locis diximus, & hic euidenter apparet, nam quum dicit ante vrbem conſidunt, & mœnia vallant, oſtendit ſolos homines non etiam aliquam molem fuiſſe caſtrorum.

ASCENSIVS.

¶ Interea Turnum in ſyluis ſæuiſſimus, &c.) Recitat quomodo nunciatum eſt Turno in ſyluis vbi Ænean obſeruabat aut congruum irrumpendi tempus Camillam occiſam, & volſcos in fugam verſos, tempuſq; ſubueniendi rebus feſſis inſtare, & reliqua quæ textus habet. ¶ Ordo eſt. Nuncius ſæuiſſimus, ideſt res nunciata grauiſſima, aut nuncius, ideſt nuncians, ſiue mas ſiue fœmina, nam de Acca haud dubie loquitur, vtrunq; ita ſignificat nuncius, & qui nunciat, & quod nunciatur: nuncium vero vnum. Vnde recte ſentit Seruius: licet id Valla non recte improbet. Poſſumus autem per concæptionem implicitam in maſculino loqui, vt venit ad Turnum nuncius, cum de Acca loquatur. Nuncius igitur aut res nunciata, aut qui nunciat videlicet Acca implet interea Turnum in ſyluis vbi, ſcilicet inſidias tẽdebat, & pro, ideſt Acca fert iuueni, ideſt ad iuuenem aut fert, ideſt refert & dicit iuueni ſcilicet Turno, ingentem tumultum, acies volſcorum eſſe ſuppledeleras.i.de ſtatione ſua amotas, & in fugam verſas, Camillam cecidiſſe.i.occiſam eſſe hoſtes infeſtos ingruere. aut irruere, i.impetum facere, & irrumpere infeſtos.i.infeſtantes & moleſtãtes, & corripuiſſe omnia.ſ.loca, & Turni auxilia & hoc Marte ſecundo, ideſt præſente, & fauente, & metum iam ferri ad mœnia, ideſt timeri iam etiam vrbi. Ille ſcilicet Turnus furens.ſ.Martio furore, nam numina Iouis.i.fata ſæua, ideſt irreuocabilia & tamen duriſſima Turno, poſcunt ſic vt, ſcilicet furorẽ percitus, ſingulare certamen non retractet, deſerit colles obſeſſos, & linquit nemora, aſpera, ideſt difficilia acceſſu & ipſe vix exierat è conſpectu.i.quantum conſpici poſſet, & tenebat campum, ſcilicet planum, cum pater Æneas, ingreſſus, ſcilicet ex ſyluis ſaltus apertos i.nullis arboribus tectos, exuperat.i.tranſcendit iugum.ſ.montis, & euadit, ideſt exit ſylua opaca, ideſt dẽſa frondibus. Et ſic ipſi ambo feruntur ad muros rapidi, ideſt veloces, & ſupple cum to-

to

to agmine: nec abſunt inter ſe longe paſſibus.i.non multis paſſibus diſtant, forte Maro fecit. Nec multis inter ſe, aut nec longis inter ſe paſſibus abſunt.i.diſtant, ſed qui nolunt, s, literam ſicut, m, abſumi apud hunc poetam immutauerunt, ſicut & alia nonnulla. Ac ſimul.i.ſtatim poſtquã Æneas proſpexit longe campos fumantes puluere.i.veluti fumantes obſcuros puluere, & vidit agmina laurentia.i.laurentium ſeu latinorum, &.i.etiam Turnus agnouit Ænean ſęuum.ſ.ipſi Turno qui in deos, & ſuos pius erat aut quem Turnus iudicauit ſæuum, aut ſæuum non ſemper, nec vbiq;: ſed in armis, & audiuit aduentus pedũ.i.pedes aduentãtiũ, aut ſtrepitum pedum aduentantiũ, & flatus equorum, & ineãt.i. inijſſent continuo pugnam.ſ.ſingularem, & tentent prælia: ni.i.niſi Phœbus.i.ſol roſeus.i.rubeus ſub occaſum tingat iam equos feſſos: ſecundum opinionem, vulgi, flumine ibero.i.mari ſeu oceano occiduo hoc eſt Hiſpano, & reducat.ſ.per diſceſſum ſuum occaſionaliter noctem die labente.i.occidente. Quia igitur ingruente nocte dimicare non poſſunt, ipſi conſidunt.i.ſimul locum capiunt caſtris.i.in caſtris ſuis, ac tentorijs ante vrbem, & vallant.i. circundant Vallo mœnia. Alij ne hoſtes ingrediantur; alij ne egrediantur nec commeatum recipiant.

PIERIVS.

¶ Ingruere infeſtos hoſtes.) Antiqua omnia exemplaria: quæ præ manibus habui, infenſos, legunt, quod Turni dolorem mirum in modum exaggerat, quum ĩtelligat eos hoſtes, quos odio maxime proſequatur, ita victoria exultantes ferri. ¶ Ille furens iam ſæua Iouis ſic numina poſcunt.) Interpoſitio hęc varijs modis in varijs habetur exemplaribus. Hinc nonnulli, iam ſæua legere maluerunt. In Romano, in Mediceo, & quibuſdam alijs codicibus peruetuſtis, Et ſæua, legitur, quod etiam Seruio recæptũ eſt, dum ait, Turnum duplici ratione inſidias reliquiſſe, dolore quippe nimio. id enim ſibi vult furens, & numinum, voluntate. Quod ſi. Nam, legas, aut iam alterum eſſet redditio cauſæ, alterũ acciperetur expoſitiue. Sed enim hoc vtcũq; legatur parui refert, illud minime parui faciendum eſt, quod in Romano codice, Sic numina pellunt, non autem, poſcunt, legere eſt. Sed omnino vulgata lectio recæptior eſt. ¶ Syluaq; euadit opaca.) In aliquot antiquis cod. inuadit, legitur, At ſimul Æneas. In Oblongo codice, Ac ſimul. In Romano. Tum pater Æneas. Inemendate quidem, & ſentẽtia mutilata. ¶ Tingat equos.) In antiqs ex inſtituto Attij, tinguat, u, poſt, g, notata, ſcriptum eſt.

LIBRI VNDECIMI FINIS.

ASCENSIVS.

DVodecio Turn⁹, &c. Duodecimũ librũ cõcludit poeta morte Turni, in qua ſummam nactus eſt Æneas gloriã ſummáq; potius victoria. Quocirca, vt in Hectore tracto finiuit. Iliada Homerus ne ſi procederet, cogeret ignobilẽ Achillis mortẽ deſcribere, ita & in Turno victo componit, atq; concludit Æneida ſuam Maro noſter ne & Æneæ triſtem obitũ memorare cõpellatur, vbi.n.ad ſummã gloriã eius, quem laudare volumus ꝑuẽtũ eſt, illic ſtãdũ eſt. Pręterea vti ſępe diximus: mors vltima linea reꝝ eſt, quocirca & morte fere libros concluſit. Adde ꝙ ſenis libris vigenos quaternos Homeri exeq conſtituit. Nam ſex prioribus odyſſeam, ſex poſterioribus Iliada exprimit, quocirca errant, qui decimũ tertiũ Ænei. aut vſque ad Auguſtũ ſcriptum fuiſſe dicunt. ¶ Sed ordo eſt. Turnus occidit ab ob & cado, ideſt ſuccumbit armis diuinis.ſ. Vulcani aut Æneæ in deum indigetem transferendi, aut fatalibus, quia dijs ita volentibus duodecimo ſup. Æneidos libro.

Et hoc

IN. XI. ÆNEIDOS LIBRVM MONOSTICON.

Duodecimo Turnus diuinis occidit armis.

IN EVNDEM MODESTINI IVRISCONS. ARGVMENTVM.

Turnus iam fractis aduerſo Marte Latinis,
Semet in arma parat: pacem cupiente Latino.
Fœdus percutitur paſſuris & omnia victis:
Hoc Turni Iuturna ſoror confudit, & ambos
In pugnã populos agit ementita Camertem,
Æneas, volucri tardatur membra ſagitta.
Anxia pro nato ſeruauit cura parentis.
Vrbs capitur: vitam laqueo ſibi finit Amata.
Æneas Turnum campo congreſſus, vtrinq;
Circunfuſa acie, vita ſpoliauit, & armis,

ALIVD IN EVNDEM.

Troianis, Rutuliſq; placet coniungere fœdus:
Id Rutuli rumpunt: nato Venus alma medetur:
Dictamo: Rutuliq; luunt periuria victi.
Cogitur Æneæ Dauni concurrere proles.
Pallantea necem miſero dant cingula Turno.

Et hoc monoſtichon. eſt. Turnus fractis iam latinis, qui antea infracti erant Marte aduerſo, parat, ideſt diſponit ſemet, ideſt ſemetipſum in arma latino cupiẽte pacem. Fœdus concutitur ſcilicet inter latinum & Ænean, & victus, ideſt vter eorum vincatur paſſurus ſupple ſit omnia, ſcilicet mortẽ & Lauiniæ ac regni amiſſionem. Iuturna, ſcilicet nympha ſoror Turni, confundit hoc, ſcilicet fœdus conſilio Iunonis & agit ambos populos in pugnam, ementita, ideſt expreſſe mentita hoc eſt ſimulãs ſe manifeſte Camertẽ. Æneas tardatur membra, ideſt habet membra præcipue coxam, tardata ſagitta volucri ab incerto authore miſſa Cura parentis.ſ. Veneris anxia pro nato.i.filio ſeruauit ſupp. eam aut ſanauit dictamo herba, vrbs capitur & Amata.ſ.regina finit ſibi vitam laqueo, ideſt ſuſpendit ſe, Æneas cõgreſſus, ſcilicet cum Turno campo, ſcilicet patenti, & hoc acie circunfuſa vtrinq;, ideſt ab vtraque parte ſpoliauit Turnum vita & armis præcipue Baltheo Pallantis.

UNIVERSITA… DE G…




## P. VIRGILII MARONIS AENEIDOS LIBER XII. ET VLTIMVS.

Turnus vt infractos aduerſo marte Latinos
Defeciſſe videt, ſua nunc promiſſa repoſci,
Se ſignari oculis: vltro implacabilis ardet,
Attollitq; animos, Pœnorum qualis in aruis
Saucius ille graui venantum vulnere pectus,
Tum demum mouet arma leo, gaudetq; comanteis
Excutiens ceruice toros, fixumq; latronis
Impauidus frangit telum & fremit ore cruento.
Haud ſecus accenſo gliſcit violentia Turno,
Tum ſic affatur regem, atq; ita turbidus infit.

### SERVIVS.

Turnus vt infractos.) Poſtquam Turnus in bello defeciſſe videt latinos antea ſemper infractos, nanque ita maior eſt ſenſus, quàm ſi infractos, valde fractos accæperis. ¶ Sua nunc promiſſa repoſci.) Quia dixerat, Ibo animis contra, vel magnum præſtet Achillem. ¶ Se ſignari oculis.) Propter illud, Ante ora Latini, In te oculos referunt. ¶ Vltro.) Aut inſuper, aut antequam aliquis expoſcat. ¶ Saucius ille.) κατ᾽ ἐξοχήν. Ille leo. Ideſt princeps ferarum: ſaucius autem pectus, ideſt ſaucium pectus habens: Et bene alia verba interpoſuit, quia ſaucius pectus & ſonabat aſperrime, & imperitis poterat ſolœciſmus videri. ¶ Graui vulnere.) Forti; vt, Ferit enſe grauem Tymbreus Oſyrim. ¶ Tum demum.) Nouiſſime, ideſt poſtquam fuerat vulnere laceſſitus. Hæc enim leonum natura eſt, vt niſi laceſſiti iraſci nequeant. i. irritati, & prouocati. ¶ Mouet arma.) Vires ſuas experitur, nam arma ſunt vniuſcuiuſque rei poſſibilitas. Vnde eſt, Et querere cōſcius arma. i. dolos. ¶ Latronis.) Modo venatoris, & eſt Græcum, nam λατρεύειν dicunt obſeq. & ſeruire mercede. Vnde latrones vocantur cōducti milites, moris aūt erat, vt hos imperator & circa ſe haberet, & prios mitteret ad oē diſcrimē. vnde nunc dicit latronis telo fixum leonem, quia etiam venatores operas ſuas locare conſueuerunt. Varro tñ dicit hoc nomē poſſe habere etiam latinā etymologiā: vt latrones dicti ſunt quaſi laterones: quòd circa latera regum ſint, quos nunc ſatellites vocant. vna tamen eſt ſignificatio, licet diuerſa ſit etymologia.

[Nulla mora ī Turno, nihil eſt q̄d̄ dicta retractēt TVR.
Ignaui Æneadę, nec quæ pepigere, recuſent,
Congredior, fer ſacra pater, & concipe fœdus.
Aut hac Dardanium dextra ſub Tartara mittam
Deſertorem Aſię: ſedeant, ſpectentq́; Latini,
Et ſolus ferro crimen commune refellam,
Aut habeat victos, cedat Lauinia coniux.

mologia. Plautus in Pyrgopolinice aperte oſtēdit q̄ ſint latrones, dicēs, Rex me ſeleucus miſit ad cōducēdos latrones. [Impauidus frangit telū.) Lucanus, Per ferrum tanti ſecurus vulneris exit. [Fremit ore cruento.) Licet os habeat ſuo cruore pfuſum. Sane ipſa comparatio exitū oſtendit futurū. Nam etiam Turnus ruet in mortē ferocitate cōpulſus, ſic in quarto indicat futurū exitum reginæ, dicēs, Qualis cōiecta cerua ſagitta. [Gliſcit.) Creſcit, vnde & glires dicti ſunt quos pingues efficit ſomnus. [Turbidus.) Plenus terroris & perturbationis. Sane notandū. [Affatur, atq; infit.) nā iteratio eſt, qua frequēter eſt vſus: licet nōnulli dicāt tēperare hoc interpoſitā coniunctionē. [Retractent.) Repetāt & reuoluant. [Congredior.) Statius vbi Polinicē oblique inducit loquētē, Nō me vllius domus anxia culpet, Expectent ve truces obliquo lumine nati. Vnde etiā ſupra ait poeta, Se ſignari oculis. [Deſertorē aſiæ.) Exulē: vt, Exulibusne datur ducēda Lauinia Teucris? vnde eſt pręmiſſa illa excuſatio, & in tota ſecūdi œconomia, & in q̄rto vbi dicit, Me ſi fata meis paterentur ducere vitā Auſpicijs, & ſpōte meas cōponere curas, Vrbē Troianam primum, dulceſq; meoꝝ Relliquias colerem. [Sedeant, ſpectentq; Latini.) Ductus eſt, vt diximus ſupra. Pollicetur enim ſe ſingulari certamine dimicare velle cū nolit. nam dicens, Sedeāt, ſpectentq; latini: Latenter eos ignauiæ arguit, ꝙ ſolus omnibus quieſcentibus dimicet: quam rem plenius ſequens indicat verſus, Et ſolus ferro crimen cōmune refellam. i. cōmune fugæ ac timoris dedecus ſolus meis virtutibus comprimam.

DONATVS.

Turnus vt infractos aduerſo Marte latinos. Defeciſſet vi.) Sæpe diximus libroꝝ capita à cōtinuę narratiōis cōtextu non eſſe diſcreta: ſed habere trāſitū quendam, quē habent dictiones etiam in medio. Finibus igitur vndecimi libri, qui rutuloꝝ certaminis aduerſa continet, caput duodecimi reſpōdet. Proinde latinos, quos dixit non ſolos debemus accipere, qui ſub latino agebāt: ſed eos, quoq; qui fuerunt in partibus Turni, nā ſic dictum eſt Camillæ morte omnes eſſe turbatos: vt primum volſci in fugam verſi viderentur, ecce mixti fuerant non latini ſoli: ſed etiam alij congregati ex plurimis gentibus. Infractos nōnulli in duabus partibus orationis ponunt aſſerentes, in aliquādo minuere, & augere aliquando: Hic tamen cōſtat non negari fractos, ſed potius valde fractos oſtendi. quod ipſum, vt pleniſſime roboretur, infractos in vna parte orationis ponere debemus, vt eſt inflexum. Infracti, inquit, fuerant Latini pugnando, infracti ſentiendi ſunt animo, ſcilicet & viribus, vtpote qui aduerſo Marte pugnaſſent, & deteriora metuerent. Infracti ergo qui nollent congredi, & qui pugnare non poſſent. Vſqueadeo valde fractos dixit, vt ſequatur. defeciſſe videt, deficere eſt enim non tantum laxari verū etiam à cōmodo vniuſcuiuſq; rei diſcedere. Quod hoc loco ſentiendum eſt, defeciſſe, pro Turno iam nolle pugnare, & affectum certaminū quod vlterius ferre non poterant, reieciſſe. [Sua nunc pro. repo.) Ex eo, ꝙ diſerto bello omnes ſimul ad ciuitatis tecta cōtenderunt, intellexit Turnus, quid de ſumma belli vniuerſi ſentirent, colligens ex ratione geſtorum, repoſci pollicitationē ſuā, quæ dixit, quod ſi me ſolum teucri in certamina poſcunt, Idq; placet, tantumq; bonis communibus obſto, non adeo has exoſa manus victoria fugit, Vt tanta quicquam pro ſpe tentare recuſem ſbo animis cōtra. Hoc ipſum quia nouerat, negari nō poſſe, quod in celebritate conſilij, in cauſa publica & vel maxime ſua, in conſiliu ac rege præſente, ipſe ſeſe profeſſus eſt ſubiturum. [Vltro implacar.) Ardebat iracundia & obſiſtente ratione tēporis ipſam iram lenire vltione non poterat. [Attollitq; animos.) Debuit enī vltro velle, quod recuſare non poterat. debuit enim inuitus velle, quod abnuentibus cunctis ad ipſius periculum fuerat reditutum. [Pœnorum qualis.) Pœnorum, inquit, hoc eſt afrorum, quorum regionibus leones magni naſcuntur, & recte leoni comparatur rex. Habet enim ille inter omnes feras maximum principatum, vt habebat inter ſuos Turnus, ſed comparatur vulneratæ beſtiæ & infixo venabulo fruſtra ſæuiēti: ſic enim defectu omnium quaſi lętali plaga percuſſus fuerat Turnus, eo magis ardeſcens, quia nec effugere præſens periculum poterat, nec inuidiam concitatæ ſeditionis aliqua vltione defendere. [Gaudetq; comantes Excutiens ceruic.to.) Sic, inquit, attollebat animos poſitus in ſuis calamitatibus Turnus, vt ſpeciem videretur habere gaudentis, ne deſperatione extrema directū quiſquam ſentiret aut crederet, quod ipſum in leone accipiendum eſt, quia poſt infixum letale vulnus, & mouere adhuc dentium arma poterat, & toros iratus excutere. gaudere vero, hoc eſt habere ſolatium, quod telum ipſum & venabuli haſtam frangeret quaſi hoc ſolum ad vltionem morituri ſufficeret. Gaudet, multi pro ſæuit, accipiunt: quia gaudere non poteſt, qui ſic vulneratur, vt pereat: quum gaudere & ſæuire longe diuerſum ſit: gaudere ergo proprie intelligamus, quia gaudium eo pertinet, quia moriturus leo, & mouere toros adhuc poterat, & inimica tela confringere. Latronem dixit venatorem, qui intellectus ex ſuperioribus venit. Dictum eſt enim, venantium vulnere ac per hoc oſtendit poeta latronem dici poſſe non ſolum eum, qui inſidiatur ſaluti hominum, verumetiam eum, qui aduerſus feras portauerit ferrum. [Haud ſecus accenſo.) Iracundia enim impunitatis deſperatione nutritur, & creſcit: hoc eſt, quum exitum defenſio non habet, & victa torpeſcit. [Tum ſic affatur regem.) Ad oſtendendum alloquium Turni, ſuffecerat dixiſſe: tum ſic affatur regem, hoc eſt ad regem fatur: additum eſt, atque ita turbidus infit, vt ante ſciretur, qualis dictio proceſſura eſſet ardentis, & eius, cuius mentem contraria vniuerſa cōfuderant. [Nulla mora in Turno.) Iam, inquit, non afferam quam memorant commodis moram. nihil eſt, quod quiſquam de Turno queratur vlterius, nullum retractetur faciendi, non faciendiue conſiliū. Ignaui Æneadæ taceant: & conditionem placidam non recuſent, congrediendum eſt mihi, habent etiam nunc conſenſum meum. Fiat quod votis omnium placuit, non metuo aduerſa, & proſpera libenter amplector. [Fer ſacra pater.) Vnum tantum, quod inchoandis rebus deeſt, fiat pater ex partibus tuis, firmentur ſacris interuenientibus fœdera: ego cætera cumulabo certando. [Aut hac Dardanium.) Quod contrarium votis ſuis neceſſitate protulit, & conſtrictus non voluntate ſuſcępit, id ſe nolle oblique confeſſus eſt. ait enim vterq; caſus, quem promittit exitus pugnæ, facit pro partibus meis. aut enim deijciam mea dextra Dardanium Aſiæ deſertorem, tria conuitia congeſſit, à genere, à loco, à facto, A genere, quòd eſſet Dardanius quaſi origine ignobilis & imbellis: à loco, quòd aſianus, quaſi ex corrupta & diſſoluta prouincia, à facto, quòd deſertor regionis ſuæ, & proditor deſerendo. Sedeant autem, ſpectentq; Latini, & ſolus ferro crimen commune refellam, aut habeat victos, fuit artificioſum & tale, quod oſtenderet metuentem. aſſeruit enim crimen eſſe quàm maximum, ſedere tantos, & alterius virtute defendi, aut factum multorum vnius fortunæ committi: vt vtroq; metu perterriti, non paterentur in vnius ſorte omnium periclitari fortunam, in cuius victoria habere dedecus poſſent, aut contra ſubiugari ſeruitio: commune, inquit, crimen refellam, quia omnium dedecus fuit, quòd Troiani tenere Italiam nitebantur: & his eſſent ſeruituri, & quibus poſſent impetrare vt per hoc oſtenderet æmulos ſuos ſuam non alienam cauſam deſeruiſſe. Hunc, vt diximus, metum iccirco propoſuit, vt probaret aſſertionem ſuam, ait quippe, aut vincam & habebo quo victor increpem meos, aut vlciſcar de inertibus mortuus, vt his cum quibus pugnare noluerunt, ſint indigno ſubiecti: cedat Lauinia coniunx, nouiſſimum poſuit, quod fuerat ipſi quoque Latino contrarium: vt de filiæ nuptijs nō ipſe ſed certaminis exitus iudicaret, & in ipſum oblique hoc dictum eſt, ſcilicet, quaſi ſi ipſe Turnus cecidiſſet digno perdito īuitus ſortiturus eſſet indignum.

ASCENSIVS.

Turnus vt infractos aduerſo Marte latinos Defeciſſe videt.) In principio huius duodecimi & vltimi à Virgilio quidem editi libri Turnus videns latinos defeciſſe, & in fugam verſos nihilq; reſtare niſi vt certamē cum Ænea ineat aut loco cedat, ſtimulo amoris & generoſitate animi ad id compulſus pollicetur contra Æneam ſtare, & omnem belli aleam in ſuū caput recipere, quo circa comparat eum leoni poeta qui tunc maxime iraſcitur cum laceſſitus eſt & euadendi viam pręcluſam videt. Habentur pręterea Turni ad Latinum verba quibus Æneam multifariā licet paucis vituperat vt ingenioſe notauit Dona. cuius hęc ſunt verba. Infractos valde fractos. Latinos. Non ſolum eius gentis milites. Sed omnes qui eſſent in exercitu Turni comparat leoni. Qui in beſtias imperium habet, vt Turnus in ſuos, ſed vulnerato,

nerato,& qui vlciſci nō pōt. Deſertorē aſię. Tria cōuitia: à loco, ꝙ aſianus. q.d. ex corrupta ꝓuincia, à gñe ꝙ eēt Dardanius, quaſi rebellis, à facto ꝙ eſſet proditor. Cōe, nā cōe dedecus eſt, ꝙ Troiani Italiā teneant. Hęc ille. Contra quę ſentit Seruius ſtatim in ꝑncipio dicens, infractos intelligi nō fractos olim, ſed nūc defeciſſe. Quia vero infringere eſt interdū intrinſecus, & multum frāgere, Ideo poſſent latini infracti dici aduerſo Marte. Verūtamē meo quidē iudicio mēs poetę eſt, quā hoc ordine explicabo. Vt ideſt poſtquā Turnus videt. i. cōſiderat latinos infractos. i. nō fractos quantum ad propriā virtutē, & fortitudinē defeciſſe, tñ Marte aduerſo. i. quia Martē & cęteros deos aduerſos habuerant, & vidēs ſua promiſſa (quibus. ſ. promiſerat ſic, ibo animis cōtra vel magnum pſtet Achillē) repoſci. i. exigi iuſte a ſuis victis, & ſe ſignari oculis ſ. oīum alloqui nō audētiū, ſed tacite id petentium miſerabiliꝰ conſpectu ipſe vltro. i. nondū requiſitus nec prouocatus expreſſe ardet. i. excādeſcit exiſtens implacabilis, & attollit aīos exiſtēs talis qualis. ſ. ferociſſimus vtpote iubatus leo, exiſtens in aruis pœnoꝝ. i. punica regiōe, ſaucius pectus. i. habēs pectus ſaucium graui vulnere venantum. i. venatoꝝ telo, mouet tum demū. i. primū poſtq̄ vulneratus eſt, arma. ſ. naturalia, hoc eſt iram excitat arrectis iubis, & gaudet. ſ. de futura pugna, excutiens. i. erigens & rigere faciēs, ceruice toros. i. villos comantes. i. criſpātes & fruticantes, & impauidus frangit telū latronis. ſ. venatoris q a latere aut e latibulis adortus eſt eū fixū. ſ. in pectore ſuo, & fremit ore cruēto: haud ſecus. i. non aliter: violentia gliſcit. i. creſcit Turno accenſo. ſ. per irā & affatur tum. ſ. poſtq̄ ſic excanduit, regem. ſ. Latinum atq; ipſe turbidus. i. plenus terroris, & perturbationis, infit. i. ſic loqui incipit. O pater. ſ. latine, nulla mora ſupp. eſt in Turno. i. paratus ſum quod exigunt ignaui teucri ſingulare obire certamē nihil eſt. i. nulla eſt rō, ꝙ. i. cur Æneade ignaui. i. inertes & ſine induſtria ſuū periculum in caput regis ſui reijcientes, retractent. i. reuocent per aliū contractum, dicta. i. quæ prius dixerunt: nec recuſent. ſ. pacta quę pepigere. i. pacti ſunt nobiſcum. Ego cōgredior. i. paratus ſum congredi: fer ſacra. i. feri porcum ad fœdus percutiēdum: vnde addit, & cōcipe fœdus. ſ. cūꝰ Ænea dimicādi ea lege vt ſi victus ſit abeant teucri. ſin victor habeat cum regno Lauiniā: nā aut ego mittā ſub tartara. i. occidā hac dextra. ſ. mea deſertorē aſię. i. patriæ ſuæ mollis per proditionē, deſertorem Dardanium. i. à Dardano ortum. ſ. Æneā, ſedeāt & ſpectent Latini. q.d. ſint ignaui & reſides quātū libet, & ita eos ignauiæ dānat vt non permittāt ſingulare certamē, & ego ſolus refellā. i. abolebo, crimen cōe. i. cōe dedecus quod eſt ab externo omnes à ſedibus pelli, aut iniquas leges ſuſcipere, aut ſupp. Dardanius deſertor aſię habeat victos. ſ. omnes in me vno q morte mea libertatem mihi pepereto, & cęteris ſeruitutem, & Lauinia cedat. i. concedatur illi deſertori aſię coniux. Quibus omnibus quantum poteſt à duello dehortatur.

PIERIVS.

CEdat Lauinia coniux.) Quam diuerſitatem codicum in ſeptimo habuimus eo verſu, exſulibus ne datūr ducenda Lauinia teucris, quum nonnulli veriti primam in Lauinia ſyllabam eſſe longam verſum hoc dictionum ordine ſcripſiſſent. Exulibus ducenda datur Lauinia teucris, eadem nunc itidem offertur. Nam qui ſuperius legerant, ducenda Lauinia, eodem hic modo legendum arbitrati, cedatq; Lauinia, ſcribere inſtituerant. Bona tamen eruditorum pars abſq; particula copulatiua libentius legit Syllabam vero eam communem à poetis poni, exemplis alibi oſtēdimus.

POETA LATI.

Olli ſedato reſpondit corde Latinus.
O præſtans animi iuuenis, quantū ipſe feroci
Virtute exuperas, tanto me impenſius æquum eſt
Conſulere, atq; omnes metuentem expendere caſus.
Sunt tibi regna patris Dauni, ſunt oppida capta
Multa manu, necnon aurumq; animuſq; Latino eſt.
Sunt aliæ innuptę Latio, & Laurentibus agris,
Nec genus indecores, ſine me hęc haud mollia fatu
Sublatis aperire dolis, ſimul hæc animo hauri,
Me natam nulli veterum ſociare procorum
Fas erat, idq; omnes diuiq; homineſq; canebant:
Victus amore tui, cognato ſanguine victus,
Coniugis & mœſtæ lachrymis, vincla omnia rupi.
Promiſſam eripui genero, atq; arma impia ſumpſi.
Ex illo, qui me caſus, quæ Turne ſequantur
Bella vides, quantos primus patiare labores.
Bis magna victi pugna, vix vrbe tuemur
Spes Italas, recalent noſtro Tyberina fluenta
Sanguine adhuc, campiq; ingentes oſſibus albent.
Quo referor toties? quæ mentem inſania mutat?
Si, Turno extincto, ſocios ſum accire paratus,
Cur non incolumi potius certamina tollo?
Quid conſanguinei Rutuli quid cætera dicet
Italia? ad mortem ſi te (fors dicta refutet)
Prodiderim, natam, & connubia noſtra petentem?
Reſpice res bello varias, miſerere parentis
Longeui, quem nunc mœſtum patria Ardea longe
Diuidit. haud quaquam dictis violentia Turni
Flectitur, exuperat magis, ægreſcitq; medendo.
Vt primum fari potuit, ſic incipit ore.

SERVIVS.

CSedato corde.) Quia de turno ait, Atque ita turbidus infit. O pręſtans animi.) Et pręſtans virium, & præſtans viribus dicimus. Sane magnę moderationis eſt hæc oratio, nam & laudat Turnum, quaſi virum fortem: & tamen eum à ſingulari certamine dehortatur. dicens enim Præſtans animi, latenter oſtendit eum inferiorem eſſe virtute. Expendere caſus.) Ne ex abrupto de eius virtute deſperare videat̄, caſuum varietatem ſe timere cōmemorat. Sunt tibi regna patris Dauni, ſunt oppida.) Si propter regnum dimicare diſponis, habes paternum: ſi ꝓpter gloriam, multos virtute ſuperaſti. Quod autem dicit. Necnon aurumq; animuſq; latino eſt.) Varie exponitur. nanq; alij dicunt, habes regnū paternum, habes oppida: etiā à me habes auꝝ & promptum animum ad danda omnia præter filiam. Alij vero ſic intelligunt, ſi propter opes & vxorem dimicaturus es, hæc non ſolus habeo. cuicūq; enim Latino eſt & aurum & animus promptus in generum: vt Latino non de ſe dicat, ſed cuicunq; de Latio. Latio & laurentibus agris.) Et in ciuitate, & in omni regno Latinorum. Nec genus indecores.) Quia iſte regis filiam petebat. Sine me hæc.) Hoc loco intelligimus Turnum dolore voluiſſe in verba prorumpere. Haud mollia fatu.) Ideſt aliqua vera, nam aſpera ſunt, quæ cum veritate dicuntur. falſa enim, plena ſolent eſſe blanditijs. Animo hauri.) Omni attentione percipe. Nulli veterum ſociare procerum.) Generaliter dicit prohibitum eſſe dari Lauiniam cuilibet Latino, vt Turnus ſolatiū aliquod habere poſſit doloris. Diuiq; homineſq; canebāt.) Propter Faunum & vates. Victus amore tui.) Hoc eſt propter te, propter tuum amorem. Sane inter tui cauſa feci, & tua cauſa feci, hæc diſcretio eſt: vt tui cauſa tunc dicamus, ſi aliquid ipſi ad quem loquimur, præſtiterimus: vt puta tui cauſa te defendi, Tua vero cauſa tunc, cum alteri aliquid alterius contemplatione præſtamus, vt tua cauſa tuum hominem defendi. Cognato ſanguine.) Quia Venilia mater Turni, ſoror eſt Amatæ. Vincla omnia rupi.) Et religiōis & fœderis. Promiſſam eripuiꝰ genero.) Verum eſt. nā Æneę per legatos promiſerat filiam, cui poſtea intulit bellum, licet multi dicant ante, eā Turno fuiſſe ꝓmiſſam: qđ falſum eſt. Nam latinus nunq; eam Turno ante promiſit. Nā nec Faunum cōſuleret, ſi eam Turno ante ꝓmiſiſſet, ſed tantum eum eſſe generum Amata cupiebat: quod ēt legimus, Quē regia coniux Adiungi generū miro properabat amore. Qui me caſus.) Excuſat Turnū, vt nō ipſius eſſe videatur, ꝙ victus eſt: ſed ſuum, quia auſus eſt cōtra geneꝝ bella ſuſcipere. Primus.) Præcipuus. Bis magna victi pugna.) Semel cū eſt occiſus Mezentius: iteꝝ cum interijt Camilla. Albēt.) Vſurpauit verbū albeo albes. Inſania mutat.) Inſania enī eſt illuc reuerti, vñ vix euaſeris. Tollo.) Finio, remoueo: vt, Tollite cuncta, inqt. Fors dicta refutet.) Parētheſis plena abominationis. Natā, & cōnubia nr̄a petentē?) Iniquiſſimū eſt eū morti tradere, q tuā affinitatem exoptat. Reſpice res bello varias.) Ne eum ignauiæ videatur arguere, admonet caſum: vt ſupra. Atq; omneis metuentem expendere caſus. Mœſtum patria ardea lōge Diuidit.) Lōge mœſtum, ideſt valde mœſtum, nam lōge diuidit, nō procedit. non. n. Ardea à Laurento

à Laurento longo valde diſſidet ſpatio. ¶ Ægreſcitq́ꝫ medendo.) Inde magna eius egritudo creſcebat, vnde ſe ei Latinus remediũ ſperabat afferre. Medẽdo aũt, dum ei medetur. Nam gerũdij modus eſt à paſſiua ſignificatione. ¶ Vt primum fari potuit.) Nimius enim dolor vel iracundia intercluſerat eius vocem: ſic de Euandro, Et via vix tandem laxata dolori eſt.

DONATVS.

¶ Olli ſedato.) Et hic modũ futurę orationis oſtendit, maturũ, tẽperatum conſilio rectiore conceptũ: ſedato, inquit, corde: quia de Turno dixit, atq́ꝫ ita turbidus infit, aſſignauit igitur orationẽ turbidi iuuenis: proſequitur ſapientis & ſenis. ¶ O pręſtans animi iuuenis.) Ex latini perſona neceſſarium cunctis inducit poeta tractatum. comparat.n. mala iuuẽtutis & ſenectutis bona. iuueni, inqt, quantum eminet corporis virtus, tantum in oẽs caſus inconſulta temeritate raptatur. ſola meliorum ſpe iuuenis ducitur, totum ſore proſperum putat, nec in euẽtu factorum præuidet quidquam, vel metuit aduerſum. In ſene minor corporis virtus ſed maior cõſulendi ſubſtãtia, omnia expedit, & ante oĩa incerta pertractat, longiq́ꝫ temporis caſibus eruditus tuta inuenit voluẽdo cõſilia: abeſt à ſene temeritas cuius mala aut in alijs vidit, aut ipſe aliqñ perſenſit. Cauendum exiſtimat prudentior ſẽnex, tempusq́ꝫ vel maxime formidat & locũ, & magis vbi mors media eſt, ferrũq́ꝫ tractatur, redeamus igitur ad præpoſitam ſpeciem, & quid artis habeat exponamus. ¶ O præſtans ani.iu.) Laudat eius iuuentutẽ, & animum præfert, qui ſuaſurus fuerat, ne pugnaret: Ideo, quia ſi inter initia diceret, ſe armis eius diffidere, proptereaq́ꝫ ſe eſſe inferiorem, cætera non libenter audiret, ſenſerat tamen eum metuere ſingulare certamen: & hoc diſſimulato finxit laudem, ac diſſuaſionem ſuam aſcribit incertis, quo id hominis more non propter iniuriam, & id conſulentis animo potiusq̃ꝫ obtrectantis facere videretur. ¶ Quantum ipſe feroci vir.exu.) Satiat hoc ipſum, quod in Turno laudabat: & quum ſufficere deberet, præſtans animi iuuenis, addidit quantum ipſe feroci virtute exuperas, vt apertiore dicto erigeret audientẽ, tanto me impenſius æquum eſt, conſulere, atque oẽs metuentem expendere caſus. Præſtas, inquit, virtute bonus, ſed ſolet virtus ipſa nõnullis caſibus decipi: proinde decet me prouidere cõmodis tuis, & in eam partem improuidum ducere, quæ ſit cæteris cautior, nõ eſt quippe inane, quod metuo. ſeruat enim metus cõſulentes, & quos temeritas decipere potuit, interire non patitur. ¶ Sunt tibi regna patris dau.) Quis erit, inqt, nouus fructus, etiã ſi optime valueris? Scio.n. ſpe duci aliqua pugnatuꝝ, vt cõquiras, imperium habes patris, quod ad te poſſit ſine cuiuſdã inuidia & ſine periculo tuo iure legibusq́ꝫ trãſire: ſed latitudo te delectat imperij, habes multa oppida, quæ aliorũ labor cepit, & plurimoꝝ ſubiugauit induſtria, ſi ſuffragium meum diuitiasq́ꝫ deſideras vtrunq́ꝫ tuis partibus ſpondeo. Si vxorẽ quęris non ſolum filiam meã Italia genuit, deniq́ꝫ plures ſuppetunt inta cte, nec facultatibus diſpares, nec diſſimiles ſanguine, quid igitur per ſalutis diſcrimen obtinere contẽdis? quod habes in promptu, & potes via tutiore cõquirere? ecce quãta ſubtilitate inſtruxit furentẽ, & volentẽ in gladios ruere, quanto circuitu venit ad eam partẽ, qua diceret, non potes accipere filiam meam, propter quã pugnare cõtẽdis, nec tñ apertius aut abrupte hoc ipſum protulit: ſed dicendo habes alias, eas deniq́ꝫ præferẽdo oſtẽdit ipſe, ali à ſe gerere volũtatẽ. ¶ Sine me hęc Hau.m.fa.) Quãdo ad cãm venit, quæ Turnum excarnificare potuiſſet, ſi permittis, inquit, dico, & remota circuitiõe remotaq́ꝫ ambage res non leuiter tranſeundas verbis aperio. facile.n. ſperabat eum à certamine auocari poſſe, ſi euidẽtius ſciret, ꝙ cõiunctionẽ Lauiniæ poſt quẽlibet euentũ nõ eẽt habiturus. Hęc ſunt, quę dixit, haud mollia, quia nõ erat molle tractare de votis filię, & illi durũ eſſe poterat, quod cõtra ſpem fuerat cogniturus. Ad hoc pertinet, & ſine me, vt q̃ſi ex illius permiſſu diceretur, quod nolebat audire. Simul hoc animo hauri ꝓpterea adhibitum eſt, qñ difficile fuerat admittere in animum eã negari ſibi, pro cuius amore volebat & mori. ¶ Me natam nulli.) Agit cãm ſuam apud eum, quẽ à coniunctione ꝓpria ratione potius reddita q̃ꝫ authoritate patris volebat excludere. nuptias, inqt filię meę nunq̃ꝫ vt patres cęteri, habui in ptãte mea, harũ.n. ſibi iudicium numina vindicarũt nõ occulte nec dubie, nã & ipſa oſtenderunt, qd vellent, qdue eſſet curãdũ, & vatũ oĩum cõſenſus edocuit, Hoc iccirco dicitur, vt illud oẽ, quod negabat, aſſereret non ſuũ ſed eoꝝ eſſe ſnię: ac per hoc ſibi adſcribendũ nõ eſſe in quo paternum ceſſaret arbitrium: veꝝ aũt latinum dixiſſe, idq́ꝫ omnes diuiq́ꝫ hoĩesq́ꝫ canebãt manifeſtum eſt, nã ſeptimus liber oſtẽdit, & vatẽ hoc locutum eſſe & faunũ, interea dum aſtruit excuſationẽ ſuam, ẽt ipſi Turno ingerit metum, ne vlterius illicitum quærat, addens iam datas eſſe pœnas, quod contra vetitũ eſſet admiſſus, & ſi in errato duraretur, futuras eſſe peiores. Ait enim. ¶ Victus amore tui.) Feci etiam in hac parte cõtra vetitum cognati ſanguinis contẽplatione permotus, vt te diligerem generũ, qui marito filiã dare iubebat externo. Non vacat, quod dixit, cognato ſanguine victus: qui.n. volebat dare, debuit cognatũ aſſerere. ¶ Cõiugis &.m.la.) Et hic addendũ eſt victus cũ his, inquit, accederet miſerabiles fletus vxoris, quam pro tuis cõmodis triſtẽ vlterius videre non potui, feci victus, quod mulier voluit, non quod ſuperum pręcepit authoritas. ¶ Vincla omnia rupi.) Quum à iuſſione cœleſtium ſtatutoꝝ conflictum animi mei omnia iſta traxiſſent, nexus omnes religionis abrupi. quid.n. aduerſus homines facerẽ violenter? qui violaueram deos. exponit iam qd ſit, vincla omnia rupi. primum, inquit, promiſſam eripui genero. Quia grauia iſta ſunt, quorum reatibus ſe memorat etiam humanis legibus implicatũ? decedere enim de fide, & negare promiſſum in tali cauſa graui non decet virum, regem quoque, cuius in omnibus cauſis plena expectaretur authoritas, & fallere eum, quẽ delegerant numina afferre nexibus vim, rumpere, quod religionum fœderibus fuerat colligatum. eripere eam, quæ ex cauſa promiſſi alieni eſſet iuris affecta, quanti ſit ſceleris manifeſtum eſt. Tantũ hoc loco Virgilius contractibus tribuit, vt hos etiam ſola promiſſione velit eſſe firmatos, vt traditio virginis executio ſit promiſſi, ex qua naſcitur coniunctionis effectus. vſqueadeo hoc verum eſſe cõtẽdit, vt generum diceret, cui non dederat filiã ſuam. ¶ Atque arma impia ſumpſi.) Ecce trepidum ſe dicit extitiſſe, & armaſſe manus impias ferro, merito impias cõtra filię virum, quẽ in ſocietatẽ familię ꝓmiſſi honeſtate ſuſcępiſſet, omnia hęc dicta ſunt pro cauſa & pro perſona eius, cui hęc ingerebantur, nam multa compoſuit latinus dicta vel facta, & hęc veris admiſcuit, vt ẽt ipſa pro certis acciperentur, nã nec ſic Turnũ amauit, vt generum, nec in negocio eius ſuaſu victus eſt coniugis, aut fletus admiſit vxoris, ſed ſimulauit iſta, vt Turno potius cõſulere in ſalutis periculo videretur, q̃ꝫ eundem ipſum à cõiunctione filiæ reuocare. ¶ Ex illo, qui me caſus.) Cõiecturale tenuit argumẽtũ, & illud proſequitur, ꝙ ꝓ vero poſſet admitti. Mala, inquit, quæ mihi acciderunt & tibi, Turne conſidera. hæc enim iudicabis pœnam eſſe admiſſi ſceleris, & ꝓ violata deorũ maieſtate ſupplicium, nec nulla ipſius rei probatio neceſſaria eſt, quum omnia ſubiecta ſint oculis tuis, quæ paſſus ſum noſti, quæue ipſe adhuc patiaris, intelligis. ¶ Bis magna victi pu.) Si ſemel eſſet male pugnatũ, daretur hoc euentui, bis pugnatũ eſt & fortiter quidem atq́ꝫ vt obtineri debuiſſet victoria niſi offenſa numina proſperitatem omnem in aliam partem facta noſtrorum cæde auertiſſent, atq́ꝫ vtinam malis ipſis veniſſet finis, minus aũt vigent, ac vt noua & pertinaciter continuata perdurant, ſequuntur indefeſſa miſeros, & ſpem noſtram deterius premunt, quid iam ſperatur proſperi, quum extra vrbem periierũt omnia? & vix tueamur, quæ retinemus incluſa. argumentum iſtiuſmodi, qua arte, à tempore, à numero, & ab accidentibus duxit? à tempore ſic, ex illo, qui me caſus, quæ Turne ſequantur Bella vides. Cur, inquit, ex illo tempore mala exorta ſunt? quo fides eſt mutata Troianis? A numero, toties. ab accidentibus vero aſſeruit coniecturæ partibus intentionem ſuam. tranſit ad ea, quibus mala ipſa comprobet tolerari non poſſe. ¶ Recalent noſtro tyberina fluenta Sanguine.) Tanta, inquit, ſtrages funerum fuit, vt Tyberini fluminis gelidos curſus & magnos etiam nunc cæſorum ſanguis tepidos fecerit. Tyberina fluenta inuidioſe dixit, quum ingentia eſſent & gelida vehementer, admixtione tamen humani ſanguinis calẽtis ſuperata tepuerint ſanguine Troianorum potius quàm noſtrorũ, aut, quod admitti facile potuit, vtriuſque partis fuiſſe. Campiq́ꝫ ingentes oſſibus albent. Eorum, ſcilicet, quorum ſanguis apparebat in flumine, omnis miſeratio facti non expreſſa eſt, niſi quod camporum ſpatià non anguſta ſed lata, nec vnius campi ſed plurimorum, ſic vna facile humana oſſa contexerant, vt nihil niſi albũ oculis intuẽtis occurreret. ¶ Quo referor toties?) Magna ſeſe cõmotione animi reprehendit & vera, qua ſimul Turnum terret, & quaſi eius cõmoda ſe tractare ſignificat. ſed ego, inqt, in quas aduocor partes? vt deſeram ſana conſilia, aut qua inſania incontrarium ducor, aut trahor. ſi enim extincto Turno paratus ſum tenere Troianos, cur non hoc ipſum ſublata pugnãdi crudelitate perficio? vt illius ſalus maneat, & tua, & luctuoſi certaminis nõ emergat aduerſum? adhuc ſubtilitatẽ loquendi retinet, nec euidentius vult aperire, quid ſentiat: & tamen per ipſam verborum caliginem potuit videri, quod dictorum ſubtilitate tegebatur. illud enĩ quidquid fuerat, intelligi potius voluit, q̃ꝫ euidentius noſci, quod ſi nollet Turnus, ſibi recedẽdo conſulere, daturus eẽt latinus ipſe

malis

malis omnibus finem, quod hoc eſt, quod fateris Æneę partes cũ traditione filiæ ſecuturum? quæ fuit cauſa pugnandi? ¶ Quid conſanguinei rutu.) Adhuc propter vim reſpōſi, quod dictum eſt, externi venient generi, perſeuerat, vt rutulos affines ſuos & conſanguineos dicat. quid, inquit, conſanguinei mei rutuli? quid cæteræ Italiæ partes dicent? ſi te tali certamini cōmiſero, in quo minus ſpei eſt & plus timoris. Cæteram Italiam de ea parte videtur dixiſſe, quæ procul fuit ab ea, qua bellum gerebatur. qui enim præſentes erant, nouerant cauſam, & nihil ſecus de latino poterant loqui, quia omnes vno conſenſu dixerāt, ſolos debere pugnare, qui nuptias Lauiniæ, perquirebant, ſi igitur, ait, te permiſero ſolum cum ſolo pugnare: & ad mortem te, quod fortuna prohibeat, res ipſa perduxerit, quid dicent, qui neſciunt cauſam, quia prodidi te & affinem & petitorem filiæ meæ? Hic locus niſi cautius pronunciatus fuerit, intellectum integrum nō dabit. latinis enim vbi neceſſitatem paſſus eſt nominādi triſte illud, quod in Turno metuebat, ne omen afferret pugnaturo, interpoſuit, fors dicta refutet, vt quod dicturus fuerat de morte Turni, nec audiret fortuna nec faceret, ergo quum pronũciamus, ſic debemus diſtinguere, quid conſanguinei rutuli? quid cætera dicet Italia? ſi te petentem natā & noſtra connubia ad mortem prodiderim? fors dicta refutet, hoc eſt fors dicta refutet, quod eſt in vſu vulgi, quod non faciat deus, nam rriſte aliquid nominaturi optant primo, ne accidat, ne omen afferre videantur. Optimo verbo vſus eſt, prodiderim, qppe oſtendere voluit non vno genere fieri proditionem. quapropter definit, quid ſit prodere. non enim reuera ille ſolus eſt proditor, qui auro venditat patriam aut exercitum decipit, aut necandum hoſtibus aliqua fraude tranſcribit. Proditor etiam ille eſt, Inquit, qui furentem patitur ire in mortem, neque eum reuocat ad ſalutem, quo magis Latinus reum ſe apud ſuos detineri poſſe aſſerebat, ſi affinem ſuum eundemq́ filiæ petitorem imparem ſatis propoſitis conditionibus implicaret. Ergo fors dicta refutet, & prodiderim, oſtēdēdæ beniuolentiæ cauſa ſunt poſita: vt quod Latinus dicebat aduerſum, id non optantis animo, ſed monentis protuliſſe videretur atque eo genere, vt dictum eſt, demonſtraret beneuolentiam ſuam, quum caſum mortis luctuoſum ac triſtem etiam in ipſo dicto ſe doceret horrere: proinde, fors dicta refutet, vt fortuna non admitteret, & recuſaret omen dicti: quo latinus licet occulte, Turni nominauerat mortem, hoc & Terentius in andria poſuit alijs verbis expreſſum. Ait enim, ſi eueniat, quam dij prohibeant, diſceſſio, prius optauit, ne accideret, & ſic protulit, quam optabat, ne fieret. ¶ Reſpice res bello varias.) Reſpice, & ad animum & ad oculos pertinet: ſed hic ad animum ſolum, vt varios caſus belli animo conſideraret, & cederet. ¶ Miſerere parentis Longæui.) Miſerere, inquit, patris tui, ne quum ſe aduerterit orbatum in ſenectute, perindeq́ ſine te tutum eſſe non poſſe, ipſe quoq́ de fatis vltimis cogitet. Miſerere, inquit, ne decipias patrē, ne decipias ſenem, hoc ipſum miſerere, quàm optimi patris dictũ eſt? nouerat quippe ex caſibus orbitatis ſuæ, quid mali eſſet, perdere filios preſertim iuuenes ſenem, quos iam non poſſet in alijs reparare, quem nunc mœſtum patria ardea longe diuidit. Mortem, inquit, tuam quàm grauiter laturus ſit, ex eo coniecta, qui quòd incolumis abes ab eoq́ longe diſcretus es, quo animo nō potes ferre. ¶ Haud quaquam dictis.) Loquebatur Latinus, ſed animus Turni non tantum non frangebatur perſuaſione commoda, verumetiam quaſi quibuſdam ſtimulis vrgebatur in furiā, potius medicina loquentis quàm reuocatus ab intentione ſua, fiebat quippe, vt ille commotione deterior, vt ſolet, non proficiente medicorum opera, iret in deterius, quod dolet, aut ſæuit. ¶ Vt primum fari potuit.) Vt fari potuit, hoc eſt nō quando voluit ſed quando potuit, quia expectabat latinum, vt quæ dicebat, loquendi fine concluderet. dicendo quando, potuit loqui, tunc locutus eſt: etiam illud accipi poteſt, Turnum etiā ante Latini dicta rumpere noluiſſe: ſed hæc, quum inuitus acciperet, toleraſſe ſilentio propter perſonæ reuerentiam.

ASCENSIVS.

¶ Olli ſedato reſpondet corde latinus.) In hac parte habetur reſponſio latini ad Turnũ ipſum cohortātis vt derelicta Lauinia ad patrem reuertatur aliā cōiugē ſibi expoſtulaturus quādoquidem filiam ſuam dijs exhortantibus tam Æneæ deſponſauerit. Ex infelicitate præterea belli contra deorum monita ſuſcæpti dehortatur à bello amplius cōmittendo ſed non flectitur dictis violentia Turni, de quibus omnibus hæc ſunt verba Donati. O pręſtās enumerat bona, ac mala iuuētutis, & ſenectutis. In iuuene enim quātum eminet vis corporis tantum in omnes caſus inſulta temeritate capitur, Sola meliorum ſpe ducitur. Totum fore ꝓſperum putat. Nec aduerſa ꝓuidet in ſene vis corporis minor, conſilij maior Omnia expē. abeſt ab eo temeritas, cuius mala: aut in ſe expetus eſt, aut in alijs videt. O pręſtans animi, Laudat eius virtutem cum perſuaſurus eſſet, ne pugnaret, ne putaret ꝙ illi deficeret. Oſtēdit deinde nuptias filiæ nunq̃ fuiſſe in ſua poteſtate ſed in deorũ numine, Oſtendit ſua cauſa omnia feciſſe. Hæc ille. ¶ Ordo eſt Latinus reſpondit olli. i. tunc illi. ſ. Turno corde ſedato. i. tranquillo & pacato aīo, ò iuuenis pręſtans. i. pręſtantis animi, aut potius præſtās animi. i. q animũ pręſtas ad q̃uis rē obeundā, quātũ ipſe. i. tu q iuuenis es, exuperas. i. ex cedis me ſenē, virtute feroci. i. martia, & bellica fortitudine tanto impēſius. i. diligētius impēdēdo maiorem operā, æquum eſt me. ſ. ꝓuectiorem ætate cōſulere. i. proſpicere reipu. & me metuentē expendere. i. examinare, & pēſitare oēs caſus. i. aleas belli, & dubios rerum euētus. Regna patris. ſ. tui Dauni videlicet noīe ſunt tibi. i. tu habes ea, & multa oppida capta manu. ſ. tua ſunt tibi. necnō. i. & ēt, animus. ſ. liberalis, & bñficus erga te, & aurũ ſup. eſt latino. i. iuuabo te opibus meis ad alias nuptias. Aliæ nuptiæ. i. virgines nubiles præter Lauiniam ſunt latio. i. & in agris laurētibus nec indecores genus. i. nō habentes genus ſi dicat̃ indecor hoc eſt inhoneſtũ: ſed (per liptotē) nobile & honeſtum ſine me aperire. i. manifeſtare tibi: dolis. i. fraudibus, & ambagibus verborũ, ſublatis. i. de medio latis, haud mollia. i. res non molles aut leues ſeu friuolas. fatu. i. dum fantur aut ad fandũ ſed graues, & magni momenti, & hauri. i. accipe ſimul hæc animo. i. animaduerte, & pondera hęc quæ dicam Nulli. i. nō vlli fas non erat. i. non erat fatis permiſſum me ſociare natā. i. filiam, vlli procorum veterum. i. eoꝝ qui prius eā coniugē petierāt qui multi erant in latio, & oēs hoīes. i. augures, & aruſpices, & omnes diui vt Faunus, & portenta deoꝝ, canebāt. i. vaticinabātur, & quaſi oraculo dicebant id. ſ. ꝙ non erat fas ego tamē victus amore tui, & victus ſanguine cognato. ſ. ſanguini cōiugis. ſ. amatæ, & victus lachrymis cōiugis mœſtę, rupi omnia vincula. i. obſtacula aut fœdera cum alio icta, vnde ſequitur ego eripui genero. ſ. Æneę promiſſam. ſ. filiam. & ſumpſi arma impia quia contra generum violato iure hoſpitalitatis: dijs iratis. O Turne tu vides, qui caſus, & quæ bella ſequantur. i. perſequantur me, ex illo. ſ. tempore, aut facto. i. poſt illud tempus, & factum, & tu vides quantos labores tu patiare primus. i. præcipuus. Nos victi bis magna pugna, vix tuemur. i. ꝓtegimur vrbe. i. mœnibus vrbis aut in vrbe tu vides ſpes Italas, ſed potius per acclamationem dixero: ſpes Italas dictum vt ſit, ò ſpes Italas quo, vos iam recidiſtis? fluenta tyberina. recalent. i. rurſus (quia ſecunda pugna cōmiſſa) calent adhuc ſanguine noſtro. i. Italo. hoc eſt noſtrorum effuſo, & campi albent ingētibus oſſibus: ſ. noſtroꝝ qui inſepulti derelicti ſunt. Quo. i. in qui ſententiam: ego referor. i. reducor, & conuertor toties, hoc eſt cur ſemel non auſim dicere quod ſæpe ſenſi, quæ inſania mutat mentē, vt. ſ. quod recte deliberauerim, exequi non audeam: ſi ego ſum paratus accire. ſ. Troianos, ſocios. ſ. regni, Turno extincto. i. poſt quam Turnus fuerit extinctus, cur ego nō tollo potius ipſi Turno incolumi certamina. i. cur non dirimo litem. Quid rutuli conſanguinei. ſ. Lauiniæ per amatam, ſupp. dicent? quid cætera Italia i. gēs Itala dicet ſi ego prodiderim. i. proſtituerim & expoſuerim ac porro dederim ad mortem te petentem natam. i. filiam noſtrā, & noſtra connubia, quia vero mali ominis veteres ſemper fugerunt occaſionem poſtquam ad mortem dixerat ſubiungit per parentheſim: fors. i. bona fortuna, & bonus euentus refutet. i. irrita faciat dicta. i. ne habeant efficaciam quibus dixi ad mortē, &c. Reſpice. i. conſidera res varias. i. dubias, & incertas, bello. i. quæ ſunt ſemper bello, aut in bello, miſerere parentis. ſ. Dauni, longęui. i. ſenioris quē. ſ. parentem tuum ardea patria. ſ. tua, diuidit. i. ſeparat nunc à te mœſtum. i. triſtem longe. i. multum. ſ. propter periculũ & abſentiam tuam Hæc latinus. addit poeta. Violētia Turni haud i. non flectitur quicquā. i. quouis modo, aut in quauis re, ſed ſup. ipſa exuperat. i. ſupexcreſcit magis, & egreſcit. i. fit egra magis aut Turnus fit magis ęger, medendo. i. dum illi medetur, aut mederi conatur, & vt primũ. i. vbi primũ, aut cũ primũ potuit fari. i. eloq quod diu propter nimiā cōmotionem ac turbationem nequiuit ipſe incipit ſic ore. i. expreſſe loqui vt ſequentia continent.

PIERIVS.

¶ Quantum ipſe feroci virtute exuperas̃, tanto me impenſius æquum eſt Cōſulere.) Quantum & tāto, vulgata eſt lectio, & aliquot veteꝝ etiam codicum teſtimonio comprobata: ſententiæq́ optime quadrat: neq́ non elocutioni. In aliquot tamen exemplaribus legere eſt. Quoniam ipſe feroci virtute exuperas. Vt latinus abſq́ alia dictorum dilutiōe, probabilis cauſæ ſuæ ſtatim anſam arripiat per conceſſionem eoꝝ, quæ validiſſima. Turnus ſibi propoſuerat.

poſuerat. Quippe qui totius accuſatiōis & cauſæ cardinē ibi vertiverebatur, vt certaminis detrectator ab oībus haberet. Itaq; nullam dixerat in ſe morā eſſe paratūſe iam congredi. Nolle, quod Drāces obiectauerat, latinos cędibus exponi, ſolū ſe iam ꝓ ſalute oium quaſi deuotū, totā certaminis molē impetūq; oēm ſuſtentaturū. Ait itaq; Latinus. Qm̄ ignari nō ſumus, te ferocitate, & virtute pſtare adeo, vt ex cōfeſſo alios exſuperes, tāto me tn̄ impenſius ęquū eſt cōſulere. Sed vti ꝓfatus ſum, prior lectio cōcinnior videt. Operępreciū vero eſt oratiōis artificiū perpēdere, q̄ ſniam ſuā his pręcipue locis corroboret. Ab vtili & recto, quū caſus impēdere Turno demōſtrat, quos parēdo poſſit euitare poſſeq; eū alias ſibi vxores quęrere. A prudētia, quū bonoꝝ, malorūq; rōne ppoſita, quod ſequendū ſit, aperit. Ab iuſtitia & religione, quum ꝓmiſſa Æneæ de filia ſeruari oporteat, & eā contra Turno ſociare, fatis prohibeatur. Idq; hoies, dijq; canant. Addit & argumentū à laudabili, quum rutulorum & Italię vereatur obloquia, cōcluditq; per cōmiſerationem, quum diſiunctio à neceſſarijs & familiariſſimis deploret. ¶ Necnō animus aurūq; latino.) In antiquis porro codicibus latino eſt, legitur. Nōnulli vero hoc numero legūt, necnō aurūq; animusq; latino eſt, quod in veteribus pleriſq; cod. habet. ¶ Promiſſam eripui genero atq; arma īpia ſumpſi.) Imperite ſimul ac importune fecerunt, qui huic verſui poſt dictionē genero, vel, q;, vel, atq;, intruſere. Nā, modo hoc, mō illud paſſim habetur in codicibus vulgatis, & in aliquot ēt antiqs. Quū tn̄ in Ro. cod. vetuſtiſſimo. & in Mediceo, & in Porcio, & aliquot alijs abſq; vlla cōiunctiua particula ſic nō inuenuſte legat. Promiſſam eripui, genero, arma impia ſumpſi. Atq; ita ēt legebatur in Oblongo codice, ſed imperitus neſcio qs infirmitati carminis timens, quę illud intruſit, inde alij, atq;, repoſuere. Sed quāto venuſtius & elegātius tria illa mēbra diſiunctim enunciātur. Vincla oia rupi. Promiſſam eripui genero arma impia ſumpſi, quo in loco ſyllabę timere fatuitatis eſt, & imperitiæ. ¶ Quantos primus patiare labores.) Roman⁹ codex & pleriq; alij veteres vno exēplo legunt, patiere, vt futuri mali metu magis abſterreat. Magis tamen placet, patiare, vt in Oblōgo & in Portio legitur, qa q̄ pſentia ſunt negari nō poſſunt. Hinc Donatus ait, quę paſſus ſum noſti. quę ve ipſe adhuc patiaris, intelligis. ¶ Quo referor toties.) In Ro. codi. legere eſt. Quo refero toties. Hoc eſt quanā obſecro de cauſa hæc eadē toties in conſultatione pono, vt illud, monſtra deū refero. Sed. n. quia ſequitur. Quę mentē inſania mutat, de inſtabilitate ſententię ſermo eſt, quæ ab rege adeo aliena eſſe debet, vt prouerbio recęptū ſit. in ijs, quæ veriſſima eſſe contendimus, fidē regiā atteſtari. Ait itaq;, quo referor toties, quaſi verſum exprimat Horatianū. Mea cur pugnat ſnia ſecū? Quæ petij ſperno: repeto quod nuper omiſi. Eſt & illud adnotatione dignū, quod, motat nō, mutat. In cod. aliquot manu ſcriptis legitur, quod maiorē argueret inſtabilitatē. Sed mutat magis facit ad decorum, & in pluribus habetur ex antiquis exemplaribus. ¶ Si Turno extincto ſocios ſum accire paratus.) Non negarim in antiquis aliquot. cod. adcire, ſcriptum eſſe. Sed longe plures ſunt qui cum Ro. cod. adſcire legunt, ab adſciſco. Hor. adciſcet noua. Et apud. M. Tulliū ſæpe ciuis adſcitus, apud Liuium. In ciuitatē adſciti. ¶ Vt primū fari potuit ſic incipit, ore.) Antiqua omnia exemplaria, quotquot euolui, tam in vaticana bibliotheca, quam ēt aliunde conquiſita, vno exemplo legunt, ſic inſtitit ore, ab inſiſto quod Turni violētiæ, q̄ flecti non poterat, optime quadrat. Erat & in antiquo Mediceæ bibliothecæ cod. inſtitit. ſed vltimæ duę ſyllabæ ab imperito aliquo abraſæ fuerunt, veſtigio tamen mediæ adhuc integro permanente.

¶ Quā pro me curā geris, hāc pcor optie pro me TVR.
Deponas, letumq; ſinas pro laude paciſci.
Et nos tela pater, ferrumq; haud debile dextra
Spargimus, & noſtro ſequitur de vulnere ſanguis.
Longe illi dea mater erit, quæ nube fugacem
Fœminea tegat, & vanis ſeſe occulat vmbris.
¶ At regina noua pugnæ conterrita ſorte POE.
Flebat, & ardentem generum moritura tenebat.
¶ Turne, ꝑ has ego te lachrymas, ꝑ, ſiqs Amatæ AMA.
Tangit honos animum: ſpes tu nunc vna ſenectæ,
Tu requies miſeræ, decus, imperiumq; Latini
Te penes, in te omnis domus inclinata recumbit,
Vnum oro, deſiſte manum committere Teucris.
Qui te cunq; manent iſto certamine caſus,
Et me Turne manent, ſimul hęc inuiſa relinquam
Lumina, nec generum Æneam captiua videbo.
¶ Accæpit vocem lachrymis Lauinia matris, POE.
Flagrantes perfuſa genas, cui plurimus ignem
Subiecit rubor, & calefacta per ora cucurrit.
Indum ſanguineo veluti violauerit oſtro
Siquis ebur, vel miſta rubent vbi lilia multa
Alba roſa, tales virgo dabat ore colores.
Illum turbat amor, figitq; in virgine vultus:
Ardet in arma magis, pauciſq; affatur Amatam.
¶ Ne quæſo, ne me lachrymis, ne ve omine tanto TVR.
Proſequere in duri certamina martis euntem,
O mater: neq; enim Turno mora libera mortis.
Nuncius hæc Idmon Phrygio mea dicta tyranno
Haud placitura refer, quum primum craſtina cœlo
Puniceis inuecta rotis aurora rubebit.
Non Teucros agat in Rutulos, Teucrū arma quieſcāt
Et Rutulum, noſtro dirimatur ſanguine bellum:
Illo quæratur coniux Lauinia campo.

SERVIVS.

¶ Quam pro me curam geris, hāc precor optime pro me Deponas.) Bis quidem ait pro me, ſed diuerſa affectiōe, nāq; hæc dicit, Quā pro ſalute mea ſolicitudinem geris, hanc pro mea fama & gloria quæſo derelinquas. vir fortis enim glorioſam mortem præponit ſaluti. ¶ Debile ferrū.) Sic in ſecundo, Telumq; imbelle ſine ictu Coniecit. ¶ Noſtro de vulnere.) Quod nos inferimus, & dubie eſt locutus. ¶ Longe illi dea mater erit.) Contra illud, Sed matris auxilio vtitur. ¶ Noua ſorte.) Ideſt magna, nam nouum nō eſt quod fuerat ante ꝓmiſſum, magnā autem ſortem vocauit ſingulare certamen. ¶ Per ſi qs Amatæ tangit honos animum.) Si quod te regina rogat tuā commouet mentem, & ſi quē honorem habes Amatę. Sic in ſeptimo, Si qua pijs animis manet infelicis Amatæ Gratia. ¶ In te omnis domus inclinata recumbit.) Totum digeſſit ante per ſpecies: & ſic contulit ſe ad generalitatem. & eſt à ruina tranſlatio. ¶ Manū committere teucris.) Ab omni eū bello non tantum à ſingulari certamine dehortatur. ¶ Et me Turne manent.) Mire agit nam quia ſcit virum fortem ſuam mortem facile poſſe cōtemnere, deterret eum, dicens ſe ſimul eſſe morituram, vt qui periculum non timet, formidet inuidiam. ¶ Accæpit vocem.) Ordo eſt, Accæpit vocē matris Lauinia. ¶ Flagrantes perfuſa genas.) Ideſt lachrymis genas perfuſas habens. Statius, Et gemitu mœſtos imitata parentes. ¶ Ignē ſubiecit rubor.) Hypallage eſt, ꝓ, cui ignis animi ſubiecit ruborem, mouebatur autem, intelligens ſe eſſe tātorum cauſa malorū. Sic ſupra, Cauſa mali tanti atq; oculos deiecta decoros. ¶ Violauerit oſtro ſi quis ebur.) Homeri cōparatio. vn̄ & violauerit tranſtulit. Ille enim ait, ὡς δ᾽ ὅ τε τίς τ᾽ ἐλέφαντα γυνὴ φοίνικι μιήνη. ¶ Miſta rubent vbi lilia multa alba roſa.) Aut vbi multa alba lilia miſta rubent roſa, ideſt roſæ coniunctione. Naturaliter enim omnis candor vicinum in ſe trahit ruborē. ¶ Illum turbat amor.) Inuenit occaſionem qua Turnus magis moueretur in bellum. ¶ Neq; enim Turno mora libera mortis.) Duplex hoc loco eſt expoſitio. aut enim ordo eſt, Ne q̄ſo mater me lachrymis, ideſt tanto mortis omine proſequaris ad duri Martis certamina proficiſcētem. neq; enim Turno mora libera eſt non eundi poſt iam promiſſum ſingulare certamen. Aut certe hoc dicit, Noli me mater euntem ad bellū ominoſis lachrymis ꝓſequi: neq; enim Turno mora libera mortis, ideſt, neq; enim eſt in poteſtate mea morā inferre venientibus fatis, ac ſi diceret, Si iminent fata, ſum periturus: ēt ſi minime ad bella proficiſcar. Sciendum tn̄ locū hunc vnum eſſe de inſolubilibus duodecim, quę habēt obſcuritatem, licet à multis ꝓ captu reſoluātur ingenij. ¶ Cum primū craſtina cœlo Puniceis inuecta rotis.) Hoc loco auiditas pugnaturi exprimit. Sane nunc nō dicit oriri diem, ſed deſignat tps quo vult vt vterq; ad ſingulare

lare certamen procedat. ¶ Noſtro dirimamus ſanguine bellum.) Bene ſe cõmendat omnibus hoc dicto: ſiquidem ſuum ſanguinẽ pro omni bello dicit poſſe ſufficere.

DONATVS.

¶ Quam pro me curam geris.) Facis, inquit, quod bonus conſultor & egregius parens, vt feras pro me, quem diligis, curam. melius tamẽ pro me facies, ſi eiuſmodi ſolicitudinem deponas, ecce & ipſe ſubtilis eſt, nam quia dictis eius, qui totũ habuit in poteſtate, apertius reſiſtere non poterat, vtitur ſuadentis & deprecantis officio, definiens quid ſit vtile. ait igitur, vtile eſſe arbitraris, vt viuam meam mortẽ omni cautela formidans, ſine me optime pater ſubire, quod metuis. Præſtabat quippe de campo referri mortuum, quam ipſam cædendo maculare virtutem. quod, ait, optime, & poſtea patrem appellauit, loqui voluit, vt gener, quod dixit ſine me, perſonam ſuam vt inferioris impleuit, vt ſiquid eſſet in ea cauſa faciendum, fieret expoſitoris arbitrio. Occurrit his generibus illi parti, quæ grauior fuit, quam ad obtinendum latinus tenuerat, & profuturũ aſſeruit, quod ille putabat aduerſum. Incipit alterius lateris inferre tractatum. ¶ Et nos tela pater.) Non ſolius hoſtis, inquit, acutũ eſt ferrum, nec ſolus ille nouit ferire congreſſu. Tela ſunt, quę etiam ipſi portamus: tela, quę gerimus, quę quum ſint ſatis apta certamini, tunc magis hoſtibus inimica, quũ forti deſtinatione patiuntur, dextra mea tantum in certaminibus vrget, vt ſpargat tela: Spargere oſtentationis eſt, quaſi ſimul multa iactare, & ſimul quamplurimos ſternere: nouimus ſic hoſtẽ petere, vt ictum noſtrum plaga ſequatur & ſanguis, hoc dicto illud cupit adſtruere, ꝙ toties feriat, quoties miſerit ferrum, ne aliquando fruſtretur, ſed ſemper quẽ proſternat, inueniat. Noſtro, ait, vulnere non ſui corporis ſed hoſtilis, hoc eſt ad vulnera, quæ fecerit dextera mea. ¶ Longe illi dea ma. e.) Quem, inquit, timebo ꝗ tũc tutus eſt, quum ingenio matris & muliebri intentiõe defenditur obtenta. ſ. in nubes & ſubſidio tenebrarũ tantum in manus meas ille perueniat negabit impelli virtus mea opera matris & cunctarum fraudum ludibrioſa cõmenta. ¶ At regina noua.) Nouam dixit ipſi amatæ non incognitam omnibus, & quaſi nunquam in alijs certaminibus viſam, fortem accipere debemus genus conditionemq́; pugnandi, quum igitur regina diſpoſitionem futuri certaminis Latini & Turni tractatibus accæpiſſet, omni diſpoſitione permota. ¶ Flebat, & ard. ge.) Pręcedẽtibus vocẽ lachrymis retinere generũ nitebatur ardẽtẽ, & incẽdium iuuenis fletus vbertate reſtringere. Moritura, inquit, agebat cõmunem cauſam, & cõiunctum cũ ſuo periculũ depellere cupiebat, decreuerat quippe illũ euentũ certaminis ſequi, qui excepiſſet & Turnũ. ¶ Turne per has ego te lach.) Habent ſingula virtutem ſuam cõmemorationẽ primo nominis nonnullum veri amoris mõſtrat affectum. Per has lachrymas, non referentis eſt vox, ſeſt demonſtrantis. maior quippe oculorum, q̃ aurium fides eſt. Cæterum ſi dolorẽ mentis afferret, quum in occulto eſt, dubitare de ea poſſet, remaneret incertus. Lachrymę vero doloris nunciæ, doloris iudices, doloris teſtes, & tunc maxime certiores, quũ vocẽ ac verba pręueniũt. Lachrymę probãt, quid geratur interius, & oſtẽdũt cordis animiq́; tormẽta. Ego, inquit, te, hoc eſt ego, quæ te plurimis prætuli ego, quæ te vt prima generum. vt dixit, te optimum, te dignum filiæ virum ſi animi tui reciprocam mereor vicem, admitte, quid dicam. ¶ Spes tu nunc vna ſene.) Tu idem vna ſpes miſeræ ſenectutis meæ tu ſingularis requies: nec eſt alia præter te. ¶ Decus imperiumq́;.) Ornamentum noſtri nominis & generis tu es: in te omne pondus noſtræ poſteritatis incumbit. hoc ideo, quia quod inclinatum eſt, in auxilio ſuſtinetur alterius mox cadet, ſi ſubtrahatur, quod fertur & regitur. ergo cauebat hæc, ne cum Turno caderet quod non ſine adminiculo eius poterat perdurare. Hæc dicendo oſtendit, ſe illud ſuaſuram, ne ſe ſingulari pugnæ committere, atq; vt hoc melius comprobaret, puro affectu deſcendere, cauſæ Turni ſuam quoq; coniunxit, dicens. ¶ Vnum oro deſiſte.) Vnum ſcilicet quod fuerat ſolum, & in quo omnis ſecuritas fuit. ecce cautior Latino mulier, apud quam maior fuerat metus. nam quum id ageretur, ne ſolus Turnus cum ſolo Ænea pugnaret, hæc dicebat, cum teucris omnibus non eſſe certandum. ¶ Qui te cunque manent.) Ne funeſtum aliquid nominaret, aut triſte, generaliter dixit, quicunq; caſus ſubnexuit tamen, quid metueret. ait enim. ¶ Simul inuiſa relinquam.) Ecce Turnĩ metuit mortem, nã quomodo poſſet Æneã videre generũ, niſi Turnũ primo vidiſſet extinctũ? ¶ Accępit vocẽ.) Lauinia, inquit, vocẽ matris lachrymãtis accępit, & virginalis verecũdię ſigna ipſius vultus ſui ꝑmutatiõe monſtrauit. nouerat. n. propter ſe illa omnia geri, & ſponſiõe media mortis duos pernicioſa obſtinatione contendere. ¶ Cui plurimus ig. Sub. ru.) Calor. n. plurimus cõcitat ruborem in vultu, & frigus facit ẽ diuerſo pallorem. ¶ Indum ſanguineo.) Per admirabilem parabolam Lauinię vultus oſtẽditur. Talis enim fuit, qualis eſt ebur, quod natura candidum oſtro conſtratum grata varietate diſtinguitur: aut quum alba lilia roſarum rubori miſcentur. ¶ Illum turbat amor.) Cui ſuadebatur, ne ſe cõmitteret pugnę, videndo materiam calamitatis ſuæ magis magisq; inflammatus eſt. Agitabatur enim amore virginis & aſpectu diuturno: nec iam verbis à certamine poterat reuocari: ſed magis ĩpellebatur in pugnã: vtpote qui obſtruſis auribus virginis in contrariam partem trahebatur, reſpondit. qui enim tanti mali neceſſitate raptabatur in bellum, & propoſita conditione in campum cogebatur exire, non debuit plurimis loqui. ¶ Ne quæſo, ne me lachrymis.) Quæ ſalutem meam incolumem cupis, & manibus proſperis hortari debes in bella pergentem, quidquid. n. illic geritur, triſte eſt, & nõ debet omnibus quoq; triſtioribus onerari, fundis lachrymas, & lugentis ſpecie proſequeris pugnaturum, non conueniunt iſta noſtræ perſonæ vel tempori: lęta debent occurrere oculis meis, vt lętum poſſis videre redeuntem, multũ premunt humanos actus, ſi dura ſint omina, multum vero ſubleuant, ſi fuerint læta. ¶ Neq; enim Turno.) Sic ante euentum pugnæ lachrymas fundis, quaſi ſit libera poteſtas aduerſis, non eſt mater liberum viuere, non eſt liberum mori. ¶ Nuncius hæc Idmon.) Tantum ſibi arrogauit, vt prior mandaret, & prior certamen indiceret, atq; hoc ipſum cum ſuperbia ſua & cum iniuria melior, dicens phrygium, quia ſic ſuperius dixit, deſertorem Aſiæ, dicens etiam, quod non eẽt Æneæ placiturum, vt ſoli pugnarent. ¶ Quum primum cra. cœ.) Quum dies, inquit, cœperit exoriri, & adhuc rubebit aurora, veniat ſolus ad campum, non ducat in rutulos quenquã, conquieſcat omnis exercitus, atq; omnibus initio conſtitutis noſter ſanguis afferat cunctis certaminibus finem, & qui vxorem Lauiniam cupit, illo eam requirat in campo.

ASCENSIVS.

¶ Quam pro me &c.) Recitat animoſi Turni reſponſionẽ: & ad eam Amatæ reginæ muliebrem, & affectuoſam præcationẽ: Lauiniæ ad hæc pudorem, & venuſtatem qua Turnus vehemẽtius inflammatus, Amatã, ruſus affatur ſignificans ſe cõſtituiſſe omnino cum Ænea certamen. De qua re nihil eſt Donati. Ordo autẽ eſt. O optime ſubaudi pater aut rex, ego precor deponas pro me i. pro honore meo ſeruando, & pro animi mei voluntate, hanc curam quã geris pro me. i. pro ſalute mea, & vita ſeruãda, & finas. i. permittas me paciſci, ideſt in pactum cõmittere vitam pro laude o pater. &, ideſt etiam nos non ſoli troes ſpargimus manu, ſcilicet noſtra tela, & ferrum. i. tela ferrata. haud debile. i. fortia & robuſta, & vi multa nitentia, & ſanguis ſequitur de vulnere. i. telo noſtro aut de vulnere à nobis, illato. Mater. ſ. Venus dea, erit illi. ſ. ſęuiſſimo & iniquiſſimo hoſti Æneæ. longe. i. procul, quæ. ſ. dea tegat. i. protegat eum fugacem. i. frequenter fugere ſolitũ vt à congreſſu Diomedis, nube fœminea. i. velamẽto fœminis apto, & occultat. ſ. mater dea ſeſe. i. ſeipſam vmbris vanis, ideſt inanibus, & mentitis, aut nihil profuturis quia & ipſa id faciens vulnerata eſt hæc ſupp. Turnus dixit. At. i. ſed regina. ſ. Amata conterrita ſorte pugnæ, noua. i. inſolita, & magna quia non ſolitus erat cum tali viro congredi Turnus licet fortiſſimos quoſq; interemerat, flebãt, & ipſa moritura. i. ſimilis morituræ, aut certa mori ſi retineri nollet, aut quæ capta vrbe moritura eſt: tenebat. i. complectebatur aut retinebat, generum, ideſt quem generum eſſe cupiebat. ſ. Turnum ardentem. i. excandeſcentem, & vehementer incẽſum ad pugnam tenebat autẽ his verbis. Turne ego oro te vnum. i. vnam rẽ, per has. i. meas lachrymas, & ſup. honorẽ. i. obſeruantiã, & venerationẽ amatæ: ſi quis honos amatæ tangit animũ. ſ. tuũ, vt debet nã tu es nũc vna. i. vnica, & ſola ſpes ſenectæ. ſ. noſtræ, & tu es requies vnica miſeræ. ſ. amatæ, decus, & imperium latini eſt, ſup. penes te. i. in tua poteſtate, & omnis domus latini, inclinata. ſ. ad ruinã, & deſolationẽ: recumbit in te. i. repoſuit ſpem in te, & fulcitur per te. Oro igitur vnũ, videlicet deſiſte cõmittere. i. conferere manum teucris. i. cum troianis quia, ò Turne quicunq; caſus manent. i. certe expectant te in iſto certamine, manent: & . i. etiã me, ego relinquam ſimul. ſ. cũ mortẽ tuam audiero, hæc lumina inuiſa. i. hanc vitã mihi moleſtam, nec ego captiua videbo Æneam generum. ſ. meum Lauinia. ſ. virgo filia Latini, & Amatæ, perfuſa genas flagrantes. i. igneo rubore præ pudore ardentes. i. habens eas perfuſas lachrymis. accæpit, ideſt hauſit & intellexit vocem matris. ſ. ſuæ: cui. ſ. Lauiniæ, rubor. i. pudor ruborem generans plurimus. i. abundantiſſimus, ſubiecit ignem. i. ardorem aut igneũ colorem, & . ſ. ignis, hoc eſt calor naturalis qui formam generat, cu

curris

currit.i.diſperſus eſt per ora calefacta.ſ.per ruborem, virgo dabat ore.i.facie ſua tales colores, veluti.i.quẽadmodũ aut quales dan tur, ſi qs violauerit.i.miſcuerit, ebur indum.i.indicũ quod albiſſimum eſt, oſtro ſanguineo.i.purpura ſanguinei coloris: vel vbi lilia alba rubent mixta multa roſa, Amor turbat illum.ſ.Turnum, & figit vultus in virgine poſtq̃.ſ.ſemel in eam oculos coniecerat, & ardet magis.ſ.q̃ prius in arma.i.ad arma tractanda in certamine cum Ænea, & affatur Amatam.ſ.reginam paucis.ſ.verbis. O mater quæſo ne: ne inquit ꝓſequere me lachrymis. ve pro vel ne proſequere.i.ne ꝓſequaris tãto omine.i.indicio triſtis exitus, me euntẽ.i.proficiſcentẽ in certamina Martis duri.i.rigidi & inexorabilis, neq̃.n.mora.i.dilatio mortis. ſiquidẽ moriendum eſt Turno libera.i.etiam ſi differre mortem quam mihi lachrymæ tuæ portendũt velim, tamen non poſſem fatis vrgentibus.q.d.ſentio me inſtigatum neſcio quo numine ad congreſſum, & hoc ſenſu legendũ eſt refer, vt ſit, & ideo ô Idmon refer nuncius.i.nũciãs &c. Aut ideo non eſt Turno mora libera mortis, quia conſignata eſt iam dies. Nam Idmon nuncius refert tyranno phrygio.ſ.Æneæ mea dicta haud placitura, cum.i.vbi aurora craſtina conuecta roſis puniceis.i.roſeis rubebit primum, cœlo.i.per cœlum, aut aerẽ non agat Teucros in rutulos ſed arma Teucrum pro teucrorũ, & rutulum pro rutulorum quieſcant, & ſup. dirimamus.i.abſcindamus & finiamus noſtro ſanguine bellũ: Lauinia q̄ratur illo campo.i.per tale certamen coniux.ſ.victoris.

PIERIVS.

¶ Quiſte cunq; manẽt iſto certamine caſus.) In Ro.cod. pleraq; nomina quartæ declinationis. quibus in caſibus, us, vltimam ſyllabam producunt, uu, geminato ſcribi ſolent, vt hoc loco, caſuus, & alibi curruus. Ex Attij quidem, vt alias diximus, inſtituto, id quod adhuc in aliquot antiqs inſcriptionibus obſeruauimus, vt exortuus vorſum, Sed enim hoc, vt ſciretur, non vt ad imitandũ proponeretur à me dictũ eſt. ¶ Siquis ebur vel miſta rubent vbi lilia.) In antiquis fere omnibus exẽplaribus legere eſt, ſiquis ebur aut mixta, qui vel repoſuere prȩiectȩ ſyllabȩ timuerũt, quũ ignorarent eũ quoq; locũ eſſe cõem. ¶ Teucrum arma quieſcãt & Rutulum. Noſtro dirimatur ſanguine bellum.) In Ro.co. in Oblongo vaticano, in Porcio, in pleriſq; alijs antiquis legere eſt teucrũ arma quieſcant & rutuli. Oratione non inuenuſte variata. In Mediceo vltima ſyllaba eſt aliena manu corrupta, quum omnino rutuli, prius fuiſſe appareat. Quod vero in exemplaribus vulgatis, dirimatur, tertia perſona paſſiui legitur, in omnibus his antiquis, dirimamus, prima plurali actiua voce ſcriptum obſeruaui.

[Hæc vbi dicta dedit, rapidusq; in tecta receſſit, POE.
Poſcit equos, gaudetq; tuens ante ora frementeis,
Pilumno quos ipſa decus dedit Orithyia,
Qui candore niues anteirent curſibus auras.
Circumſtant properi aurigæ, manibusq; laceſſunt
Pectora plauſa cauis, & colla comantia pectunt.
Ipſe dehinc auro ſqualentem, alboq; orichalco
Circundat loricam humeris, ſimul aptat habendo
Enſemq;, clypeumq;, & rubræ cornua criſtæ:
Enſem, quem Dauno ignipotens deus ipſe parenti
Fecerat, & Stygia candentem tinxerat vnda.
Exin, quæ in medijs ingenti adnixa columnæ
Ædibus aſtabat, validam vi corripit haſtam,
Actoris Aurunci ſpolium, quaſſatq; trementem.
Vociferans. ¶ Nũc ô nunq̃ fruſtrata vocatus TVR.
Haſta meos, nunc tempus adeſt, te maximus Actor,
Te Turni nunc dextra gerit: da ſternere corpus
Loricamq; manu valida lacerare reuulſam,
Semiuiri Phrygis, & fœdare in puluere crines
Vibratos calido ferro, myrrhaq; madentes.
¶ His agitur furijs, totoq; ardentis ab ore POETA
Scintillȩ abſiſtunt, oculis micat acribus ignis.
Mugitus veluti quum prima in prȩlia taurus
Terrificos ciet, atq; iraſci in cornua tentat,
Arboris obnixus trunco, ventosq; laceſſit
Ictibus & ſparſa ad pugnam proludit arena.

SERVIVS.

¶ Poſcit equos, gaudetq; tuens ante ora frementeis. Solẽt enim ex equorum vel mœſtitia, vel alacritate euẽtum futurũ dimicaturi colligere. ¶ Pilumno quos ipſa decus dedit Orithyia.) Ait Horatius in arte poetica, Nec quodcunq; velit, poſcat ſibi fabula credi. Vnde Cretici culpant hoc loco Virgilium, dicentes incongruũ eſſe figmentum. Nanq; Orithyacũ Athenienſis fuerit filia Terrigenæ, & à Borea in thraciã rapta ſit, quẽadmodũ potuit Pilumno, qui erat in Italia, equos dare? ¶ Decus dedit.) Ad ornamẽtum: vt, Quas ipſa decus ſibi Dia Camilla delegit. Sane is verſus σπονδειάζων eſt, nam thyi diphthongus eſt Græca. ¶ Qui candore niues anteirẽt, curſibus auras. Homeri verſus verbum ad verbum, λευκότεροι χιόνος θείειν δ᾽ ἀνέμοισιν ὁμοῖοι. ¶ Properi aurigæ.) Feſtini, veloces: & erit nominatiuus hic properus, aurigas autem pro agaſonibus poſuit. nã aurigȩ proprie ſunt currus regentes. ¶ Alboq; orichalco.) Apud maiores orichalcũ precioſius metallis omnibus fuit naq; ſicut Lucretius dicit, Cũ primum hoies ſyluas incendiſſent, nullarum adhuc rerum periti, terra caſu fertilis omnium, ex incendij calore deſudauit metalla: inter quæ orichalcũ precioſius viſum eſt, quod & ſplendorẽ auri & æris duritiem poſſideret. Nam primum de auro ſecuris facta diſplicuit cauſa mollitiei: ſimili ratione & argenti contemptus eſt viſus: mox orichalcum placuit, donec veniretur ad ferrum. Vnde etiam ſȩcula ita dicuntur fuiſſe diuiſa. Orichalcum autẽ fuiſſe precioſum etiam Plautus docet qui ait in Milite glorioſo, Ego iſtos mores orichalco contra comparem. Alboq; orichalco. Auri, ſcilicet comparatione, nam album non eſt. ¶ Circũdat loricam humeris.) Nõ armatur hoc loco, ſed explorat vtrum arma apte & congrue eius membris inhæreant. ¶ Aptat habendo.) Ad habendum, vt congrue poſſint inhærere. ¶ Cornua criſtæ.) Ideſt comas, quas Græci κέρατα nominabant. vnde & κείρειν dicunt tondere. Cornua autem ſunt proprie cincinni. ¶ Deus ipſe parenti fecerat.) Ac ſi diceret, non per miniſtros. Statius, Plurimus ipſi ſudor ibat. Et notandum quod affectate variauerit, vt Æneæ vno loco arma deſcriberet: Turni vero hic haſtam & gladium & loricam. In octauo autem ſcutum & galeam. ¶ Exin.) Deinde, nam ordinis eſt aduerbium. ¶ Ingenti adnixa columnæ.) Haſtæ per columnã exprimitur magnitudo: ſicut in ſeptimo equorũ. vt, Stabant trecenti nitidi in prȩſepibus altis. ¶ Stygia vnda.) Quaſi immortalẽ fecerat. ¶ Vi.) Virtute. ¶ Actoris Aurunci ſpoliũ.) Vel Actori detraxerat Turnus: vel quod Actor cuidam alteri. nã ambigue poſuit. ¶ Quaſſatq; tremẽtem.) Quaſſat, & tremere facit. ¶ Vociferans.) Hæc ſcilicet quæ dicturus eſt. Plerũq; enim ita clamor oſtenditur, vt ſtatim ipſius clamoris verba ſubdãtur. ſic ſupra. Toruumq; repente Clamatio matres. Sane nũc ita ad haſtam, quaſi ad aliquam perſonam loquitur, & ei intellectum & auditum dat, ſicut Cicero verba reipublicæ. Sed ille ait, ſi poſſet fieri. Turnus vero quaſi ad virũ ſentientem loquitur: nec immerito. nam eum inducit furẽtẽ, vt, His agitur furijs, totoq; ardẽtis ab ore Scintillæ abſiſtũt, oculis micat acrib⁹ ignis. ¶ Vocatus haſta meos.) Inuocationes & preces. Nam appellatio eſt à verbo quæ ſemper aut in io exit, aut in us. Si in io exeãt, tertiæ eſt formæ. Si in us quartæ: vt ab eo quod eſt lego, aut lectio, aut lectus facit. Sed hoc nos dicimus, quod εὐφωνότερον ſicut nunc ab eo quod eſt voco, vocatus fecit non vocatiões. ¶ Te maximus Actor.) Subaudimus, antea gerere cõſueuerat. ¶ Turni nunc dextra gerit.) Eius qui eſt ſupra maximum quaſi Actorem. ¶ Da ſternere.) Figura græca: vt, Donat habere viro. Itẽ, Dat ferre talentum. ¶ Lacerare reuulſam.) Vt laceratã reuellam. Laceratam autem propter illud, Et bis ſex thoraca petitum Perfoſſumq; locis. ¶ Vibratos calido ferro. Criſpatos calamiſtro. nam calamiſtrũ eſt acus maior, quȩ calefacta & adhibita intorquet capillos. Vnde etiam Cicero calamiſtratam comam appellat frequenter, quæ ẽt vituperationi eſt. Vnde econtra ad laudem eſt poſitum ab Horatio, Hic & incomptis Curiũ capillis. ¶ Myrraq; madẽtes.) Vnguẽtatos. ¶ Oculis micat acribus ignis.) Homeri eſt ὄσσε δ᾽ οἱ πυρὶ λαμπετόωντι ἐΐκτην. ¶ Terrificos ciet.) Hinc apparet mugitus nõ tantũ dolentũ eſſe, ſed etiã iraſcentum. Ciet modo dat, ſicut in tertio legimus, Lachrymasq; ciebant. Nã proprie Ciere, eſt alteri aut dolorem aut lachrymas cõmouere. ¶ Ad pugnam proludit.) Prȩmeditatur. Cicero, Si mecum in hac proluſione nihil fueris, ideſt prȩmeditatione certaminis.

DONATVS.

¶ Hæc vbi dicta dedit.) Vbi hæc dixit, & ingreſſus eſt domũ, ꝑduci equos iuſſit, quod autẽ illos vidit frementes, gratulatus eſt. arbitrabatur enim ex eorum fremitu omne optimum pugnę, cui fuerant neceſſarij, hos equos ad ornatum orithya dederat pilũno auo eiuſdẽ Turni. ¶ Qui candore niues.) Anteirent cõmune eſt poſitum, & colori quippe reſpondet & curſui, vt ſit anteibant illi niues candore, anteibant curſibus ventos. ¶ Circunſtant ꝓperi au.) Circundederant eos miniſtri ſui, & veluti quibuſdam verberibus futurum certamen ſentientibus denunciabãt. Caua enim manus non dolorem facit: ſed excitat certaturum. ¶ Et colla comantia pectunt.) Norunt etiam equi, quid futurum ſit, cum eriguntur hortatibus, aut componuntur, vt placeant. ¶ Ipſe dehinc auro.) Illa equis fiebant, ipſe quoq; ſumebat munimenta corporis ſui, & primum quidem humeros ſuos lorica circundabat, quæ auro & orichalco fuit ſplendida. ¶ Simul aptat habendo.) Vt bene haberi poſſet & ferri: aptat hanc diligenter. ¶ Enſemq́; clypeumq́;.) Ad hæc quoque pertinet, quod dixit, ſimul aptat habendo. quod enim bene portatur, & apte fertur, geſtantem releuat, quia leuis redditur. ¶ Enſem quem dauno igni.) Laudauit equos ex occaſione illius, qui dederat pilumno. Laudat & gladium, quia illum Vulcanus ſuis manibus eidem fecerat pilumno, & ſtygia candentem tinxerat vnda. Conſecrationem quandam enſis oſtẽdere voluit factã, qa ſtygia vnda fuerat tinctus, vt quaſi inuictus haberetur, & quẽcunque vulneraſſet, celerius interiret. ſimul etiam docuit certis neceſſariam partem, nam modus eſt certus, quo candens ferrum aquæ frigidæ mergitur, vt ex vtroque temperatum nec deſiliat ſatis durum, nec rurſum inefficax fiat, ſi plurimum fuerit molle. ¶ Exin.) Hoc eſt exinde. ¶ Quæ in medijs ingenti annixa.) Et haſtam laudat, & magnitudinem ſuam, & Turnum qui hanc poterat virtutis tractare ſubſtãtia. haſta laudatur, quia tam magna fuit vt ingentis columnæ adminiculis ſtare poſſet, & regi, quod ſit, ne curuatæ haſtæ vſum neceſſarium perdant. hanc, licet eſſet pro ſua magnitudine ponderoſa, rapuit Turnus. Tanti etiam ipſe roboris fuit, vt illam non tolleret, ſed corriperet. Corripere eſt aliquid ſine conatu ac difficultate comprehendere, hanc igitur alijs grauem & ſatis oneroſam Turnus rapuit pro leui rediturus ad laudem haſtæ, & quod de ea minus dixerat, complet. ¶ Actoris, inquit, aurunci ſpolium.) Occiſo Actori aurunco fuerat detracta digna ſcilicet, quæ reportatam de fortiſſimo viro victoriam teſtaretur. ¶ Quaſſatq́; trementem Vociſe.) Hanc frequentius commouens his allocutus eſt Turnus voce, ſcilicet clara, quia multis animi neceſſitatibus fuerat excitatus. Trementem proprie dixit. qcquid enim longum eſt nõ ſecundum longitudinem validum tremit, quum fuerit motum. ¶ Nunc ò nunquam fru. vocatus.) Haſta, inquit, fortis, haſta ominis boni, quam quoties inuocaui, ſenſi commodam, & cum qua ſuperior remeaui de campos. ¶ Nunc tempus adeſt.) Quum grauior hoſtis occurrit, & dura pugnandi conditio: nunc adeſt tempus, vt vltra ſolitum morem fauorem tuę virtutes & felicitatis oſtẽdas. ¶ Te maximus actor.) Nec prioris domini meritum te deprimere conuenit, nec præſentis. non, inquit, ceciderunt merita tua: nec poſt illius actoris maximi exceſſum te portat inferior, ſubijcitur petitionis modus. ¶ Da ſternere corpus, Loricamq́;.) Colligit petitioni ſummam in eas aſſerens difficile non eſſe, quod poſtulabat, fecit autem hoc, vtpote qui fuerat, cæterum haſta verba eius nec ſentire poterat, nec audire: vſus eſt tamen ſuaſoris partibus dicens, quid cuperet prouenire. Præſta, inquit, vt ſternamus hoſtem nec metuas eum, qui vir corpore eſt & animo fœmina: deniq; gerit crines muliebri more compoſitos criſtatus ferro candenti & madidus myrrha: Turpemus igitur, quod ille cum fœminis diligit, ſternamus campo ſunus eius, & multo puluere turpemus vnguenta, & qdquid ad virorum infamiam ars ludibrioſa cõpoſuit, obſcuret terra tenuis, & arena cõfundat, pereat, cui diſplicet eſſe, quod natus eſt, pereat, qui non ſe virum cupit apparere ſed fœminam: pereat criminoſum ſtudium, quod contra naturam rerum nititur, vt maculato ſexu, quem indigne ſortitus eſt, fœminas potius contendat ſuperare, q̃ viros. ¶ His igitur furijs.) Quãdo enim ſanis eſſe ſenſibus poſſet, cuius ante oculos ſtabat forma virginis, & roſeus candorę ¶ Lotoq́; loquentis ab ore.) Aſſiſtunt, hoc eſt exire non ceſſant. ¶ Oculis micat acribus ignis.) In his ſigna iſta videri ſunt ſolita, q conceptę iracundiæ congruos exitus inuenire non poſſunt. ¶ Mugitus veluti.) Similitudo inducitur, vt oſtendatur Turni inanis & nulli commodo profutura conſtantia. quemadmodum, inquit, Taurus vanos ciet mugitu terrores, & iratus incumbit in cornua, luctaturq́; cum arboris trunco, ventosq́; ſibi exiſtimans inimicos auras pedibus verberat: & adhuc procul à periculo diſcretus verum proludit ad bellum: Proludere eſt ludendo imaginẽ quandam veritatis oſtendere.

ASCENSIVS.

¶ Hęc vbi dicta, &c.) Docet quomodo ſe Turnus inſtruxit ad pugnam armauitq́; armis inſignibus, vnde eſt hoc ſolum Donati, Stygia vnda, conſecrationem quandam enſis oſtendit. Corripit, quaſi dicat, ſine conatu extulit, quãuis tanta eſſet, vt adminiculis columnæ egeret. Hoc ille. ¶ Ordo eſt. Vbi. i. poſtq̃; Turnus dedit hæc dicta. i. verba præmiſſa, & ipſe rapidus. i. feſtinus receſſit in tecta. i. in domicilium ſuum priuatum. Ipſe poſcit. i. exigit equos, & gaudet tuens. i. inſpiciens eos frementes. i. animoſe geſtientes, ante ora. ſ. ſua, quos. ſ. equos, ipſa Orithya. ſ. Orithei regis Athenarum filia, & vxor Boreæ qui ex equabus Erichthonij ſecũdũ Homerum ſub forma equi admiſſam generauit equos velociſſimos, & cãdidiſſimos, vnde Orithya ad Pilumnum atauũ Turni equos propagatos dono miſerat, aut ſi non miſerat, quia tamẽ ipſa ſobolem conſeruauit, & educauit, vnde ad Pilumnum hi equi peruenerant per emptionem aut cõmutationem, aut alia quauis via dicitur ipſa eos miſiſſe ſeu dediſſe ſicut in Geor. India mittit ebur, qa India producit elephantes. Nihil eſt ergo quod critici merito notent, cum remotiſſimi Reges ſe mutuo donent. Sed ad ordinẽ redeo quos ipſa Orithyia dedit Pilumno. i. Atauo Turni, decus. i. p decore, & inſigni dono qui. ſ. equi anteirent. i. ſuperarent candore niues, & curſibus. i. velocitate auras. i. vẽtos. Aurigæ. i. Agaſones, circunſtant properi. i. properare, & vrgere parati, & laceſſunt. i. prouocant ad curſum, & animoſitatem: pectora. ſ. equorum plauſa. i. palpata, manibus cauis. i. concauis, & pectunt colla comãtia i. fruticantia, & piloſa, Ipſe. ſ. Turnus dehinc. i. poſtq̃; equos viſitauerat circundat humeris. ſ. ſuis loricam ſquallentem. i. per modũ ſquamarum piſcium relucentem auro. i. ſquamis aureis, & Oricalcho. i. illo genere metalli albo. ſ. reſpectu auri. i. paulo pallidiore, & ſimul aptat habendo. i. vt habeatur, aut habiturus, & habilẽ facit enſem, & clypeum, & cornua rubræ criſtæ in galea. i. poſita. Enſem inquit, quem ipſe deus ignipotens. ſ. Vulcanus fecerat Dauno parenti. ſ. ipſius Turni, & quem candentem. i. cum ipſum temperaret tinxerat vnda ſtygia qua. ſ. incõſumptibile effecerat, exin i. exinde, hoc eſt poſtea aut deinde ipſẽ corripit. i. celeriter rapit vi i. virtute, & extulit haſtam validam. i. valde fortem & magnam quæ ſtabat ſupp. in ędibus annixa. i. incumbens ingenti columnę, quaſi parua eam ſuſtentare non potuiſſet: aut ideo ingenti dicit: quia cum ipſa eſſet ingens ad paruam ſaltem in longitudine ſtare non potuit appoſitorie: ſpolium Actoris Aurũci. i. de gente auruncorum qui antiquiſſimi populi Italiæ ſunt, aut qua Actor alios, aut qua ipſe Actora ſpoliauerat: hoc hemiſtichium aſſumit Iuuena. in deriſionem Othonis qui ſpeculum muliebre ferebat, ſicut Turnus haſtam Actoris, & ipſe quaſſat, ideſt quaſſando trementem facit haſtam, vociferans. i. exclamans, ò haſta nunq̃; fruſtrata. i. quæ ſemper perfeciſti meos vocatus. i. inuocatiões, & deſideria mea ad quæ te vocaui, maximus Actor geſſit, ſup. aliquando te, & dextera Turni gerit nunc te. Tempus adeſt nunc ſup. quo tui egebo, da igitur ſternere corpus. ſ. Æneæ & lacerare manu valida, loricam reuulſam. ſ. à corpore phrygis. i. Troiani. ſ. Æneæ ſemiuiri. i. mollis & effœminati, & da ſedare in puluere crines, ſcilicet eius, vibratos calido ferro. i. calamiſtratos, & madentes. i. delibutos, myrrha. i. vnguento ex myrrha facto, Turnus agitur his furijs, vt. ſ. haſtam alloqueretur quaſi rationem habentem, & ſcintillæ. i. ſigna ardoris abſiſtunt. i. diffunduntur ab ore toto ardentes, & ignis micat. i. coruſcat, oculis acribus. i. acrimoniæ idicibus veluti. i. quemadmodum cum taurus cieṭ. i. excitat in prima prælia. i. ad primum inſultum faciendũ mugitus terrificos. i. ad terrorem faciendum: aut tentat iraſci in cornua. ſ. obnixus. i. obtinens trũco arboris, & laceſſit, ideſt dilacerat ventos ictibus. ſ. cornuũ, aut proludit, ideſt facit præludia, & attentamenta ad pugnam, harena ſparſa. ſ. pedibus, vnde in Bucolicis. Iam cornu petat & pedibus qui ſpargat harenam.

PIERIVS.

¶ Circunſtant properi aurigæ.) Veteres aliquot codices, propere, legũt, ſed inemẽdate. Aliquot alij. pueri aurigæ. vt in Oblõgo. Vaticano. Serui. cũ pleriſq; veteribus exẽ. properi, mauult. Interpretatur enim feſtini, veloceſq́;. ¶ Manibusq́; laceſſunt pectora pulſa cauis.) Nõ negarim pulſa, In veteribus aliquot exẽpla. inueniri. Sed. n. longe magis placet, quod in ijs probatioribus quæ ſequimur, plauſa, legitur, à doctis omnibus lectio plauſibiliter recępta, vt in Georgi. & plauſæ ſonitum ceruicis amare. ¶ Actoris aurũci.) In Roma. cod. in portio, & aliquot alijs antiquis. aurũci, legitur,

legitur, vt alibi, auruncos ita ferre ſenes, tam & ſi pleraq; vetera exēplaria. Arrunci, r, geminato ſcribūt, ſed male. Nā & Liuiani codices antiqui vna cum his Virgilianis notæ melioris, Aurūcos ſcribūt. Semiuiri phrygis.) In codicibus aliquot antiquis, phrygij, legitur. Sed omnino, phrygis, Gētile nomē melius. q̄ poſſeſſiuū. Myrrhaq; madentes.) In Romano codice & aliquot alijs, murra, per, v, vt etiam in antiquis Dona. co. Idq; abſq; aſpiratione cuius rarus apud veteres vſus fuit de litera vero, y, dictum ſæpius. Scintillæ abſiſtūt oculis micat acribus ignis.) In Romano codice exiſtunt, legitur, quod ex paraphraſi deſumptum crediderim, quum exemplaria reliqua, abſiſtunt, legant. eſt & antiquus admodum codex, in quo numerus ita mutatus. Abſiſtunt ſcintillæ oculis micat acr. ignis. ſane vero Donatus. abſiſtunt agnoſcit, & exire non ceſſant interpretatur. Mugitus veluti cum prima in prælia taurus terrificos ciet.) Romanus codex atq; aliquot alij peruetuſti, cum primum in prælia, legunt eodem omnino ſignificato. Nā & prima in prælia, initio pugnæ ſignificat. Atq; iraſci in cornua tentat. In Rom. co. & antiquioribus alijs aut iraſci, legitur. Sed in Geor. quoq;. Atq; habet eo loco atq; iraſci in cornua diſcit. Ventoſq; laceſſit ictibus & ſparſa ad pu. pro. ha.) Antiqui oēs. co. aut ſparſa legunt. Hinc fit vt nō grauate alterum. Aut, ſuperius admittam. Nam in Geor. Tota natura tauri deſcribitur, huic vero comparationi vel hæc, vel ille geſtus, ſatis, ſuperq; eſt. Aduerte vero, proludere Donato eſſe imaginem quandam veritatis oſtentare, ludendo.

SERVIVS.

Nec minus interea maternis ſæuus in armis
Æneas acuit martem, & ſe ſuſcitat ira,
Oblato gaudens componi fœdere bellum.
Tum ſocios, mœſtiq; metum ſolatur Iuli,
Fata docens, regiq; iubet reſponſa Latino
Certa referre viros, & pacis dicere leges.
Poſtera vix ſummos ſpargebat lumine montes
Orta dies: quum primum alto ſe gurgite tollunt
Solis equi, lucemq; elatis naribus efflant.
Campum ad certamen magnæ ſub mœnibus vrbis
Dimenſi, Rutuliq; viri Teucriq; parabant,
In medioq; focos, & dijs communibus aras
Gramineas, alij, fontemq;, ignemq; ferebant
Velati lino, & verbena tempora vincti.
Procedit legio Auſonidum pilataq; plenis
Agmina ſe fundunt portis: hinc Troius omnis,
Tyrrhenuſq; ruit varijs exercitus armis,
Haud ſecus inſtructi ferro, quam ſi aſpera Martis
Pugna vocet: necnon medijs in millibus ipſi
Ductores auro volitant, oſtroq; decori,
Et genus Aſſaraci Mneſtheus, & fortis Aſylas,
Et Meſſapus equum domitor, Neptunia proles.
Vtq; dato ſigno ſpacia in ſua quiſq; receſſit:
Defigunt tellure haſtas, & ſcuta reclinant.
Tum ſtudio effuſæ matres & vulgus inermum,
Inualidiq; ſenes, turres, & tecta domorum
Obſedere: alij portis ſublimibus aſtant,

Sæuus.) Fortis: more ſuo. Et ingentem moderationem dat Æneæ, quippe quem inducit laborantem, vt poſſit in irā moueri, cum Turnū ita dicat furere, vt nec Latini conſilijs, nec Amatæ ꝑcibus poſſit obedire. Acuit martē.) Irritat ſe ad futura certamina. Componi fœdere bellū.) Finiri. Vt, Ante diem clauſo cōponet veſper Olympo. Tum ſocios, mœſtiq; metum ſolatur Iuli.) Intelligimus hos ſpe ſingularis certaminis pro ducis ſalute eſſe turbatos. Latino certa referre viros.) κατὰ τὸ σιωπώμενον: etiam Latinum ad Æneā legatos miſiſſe intelligimus. Nā ſupra Turnus tm̄ dixerat, Nūcius hęc Idmō Phrygio mea dicta tyranno. Pacis dicere leges.) Quas paulo poſt ipſo fœdere eſt dicturus Æneas. Lucemq; elatis naribus efflant.) Ennianus verſus eſt ordine cōmutato. Ille enim ait, Funduntq; elatis naribus lucem. Et ſciendum nuſquam diem ſic patenter deſcripſiſſe Virgilium. Campum ad certamen.) Totus hic de fœderibus locus, de Homero tranſlatus eſt, vbi Alexander cū Menelao ſingulari certamine eſt dimicaturus. Dimenſi Rutuliq; viri.) Inter ſe per certa ſpatia diuidentes, quę quiſq; loca purgaret: & hoc loco Fauni lucum euertere Troiani. Vnde eſt, Sed ſtirpem Teucri nullo diſcrimine ſacrū Suſtulerant, puro vt poſſent concurrere campo. Focos.) Quicquid ignem fouet focus vocatur, ſiue ara ſit, ſiue quid aliud in quo ignis fouetur. Et dijs communibus aras.) Dij communes ſunt, vt alij dicūt, Mars, Bellona, Victoria: ꝙ hi in bello vtriq; parti poſſunt fauere. Vt autem altioris ſcientiæ hominibus placet, dij communes ſunt qui ἄζωνοι dicuntur, ideſt qui cœli certas partes non habent: ſed generaliter à cunctis coluntur. vbiq; enim eos eē manifeſtum eſt: vt Mater deū, cuius poteſtas in omnibus zonis eſt. Nam ideo & Mater deum dicitur, ꝙ cū omnibus, eius eſt communis poteſtas. Alij cōmunes deos volunt, Solem, Lunam, Plutonem, Martem. Hi enim apud omnes homines inueniuntur, & ſunt in omnibus terris. Prior tamen ſenſus eſt ſimplex, & magis aptus negocio. Aras gramineas.) Romani enim moris fuerat ceſpitem aræ ſuperimponere, & ita ſacrificare. Gramineas aūt ideo, quia & de bello res agitur, & marti ſacrificatur, cui gramē eſt conſecratum: quod ſecundum Plinium in naturali hiſtoria ex humano cruore procreatur. Gramen autem herbæ ſpecies eſt, licet omnis herba gramen vocetur: ſicut robur, omne lignū, cum ſit & ſpecies. Fontemq; ignemq; ferebāt.) Fontem pro qua poſuit, à toto partem. Sane ad facienda fœdera aqua & ignes adhibentur, vñ econtra, quos arcere volumus à noſtro conſortio, eis aqua & igni interdicimus, ideſt rebus quibus conſortia copulantur. Velati lino.) Atqui Feciales & Pater patratus per quos bella per fœdera confirmabantur, nunq̄ vtebantur veſtibus lineis. Vnde dicimus errore factū vt linea veſtis contra morē adhiberetur ad fœdera, quæ firma futura non erāt. Scimus enim hoc vbiq; ſeruare Virgilium, vt rebus quibus denegatur exitus, det etiā infirma principia. Sic in Thracia ciuitatem condēs Æneas, quam mox fuerat relicturus, contra morē Ioui de Tauro ſacrificauit. Sic ſenatum ad priuata Latinus conuocat tecta, quando eius nō erūt firma cōſilia. Sic paulo poſt in augurio liberatus cygnus in fluuium concidit, quia Turnum Rutuli, licet rupto fœdere, liberare nō potuerūt. Caper tamē & Iginus hoc loco dicunt lectionem eē corruptam, nam Virgilium ita reliquiſſe confirmant. Velati limo.) Linus autē eſt veſtis q̄ ab vmbilico vſq; ad pedes teguntur pudenda poparū. hæc autem veſtis habet in extremo ſui purpuram limam, ideſt flexuoſam: vnde & nomen accæpit, nam limū, obliquum dicimus. vnde & Terētius Limis oculis dicit. i. obliquis. Et verbena tēpora vincti.) Verbena ꝓprie eſt herba ſacra, ſumpta de loco ſacro Capitolij, qua coronabantur Fœciales & Pater patratus fœdera facturi, vel bella indicturi. Abuſiue tn̄ iam verbenas vocamus omnes frondes ſacratas, vt eſt laurus, oliua & myrtus. Terentius, Ex ara hinc ſume verbenas. Nam myrtum fuiſſe Menāder teſtatur, de quo Terētius tranſtulit. Legio Auſonidū.) Pro Auſonidarum, quod venit ab eo quod eſt hic Auſonida: ſicut hic auriga. Nā Auſonis generis fœminini eſt: vnde Auſonidū facit, quod vt diceret, metri eſt neceſſitate compulſus. Ruit.) Cū impetu venit: quod apud Gręcos eſt ὥρμησεν. Inſtructi ferro.) Bona œconomia, & rei futuræ prȩparatio. ruptis enim fœderibus in bella deſcendent. Vulgus inermum.) Senum. ſ. ac matrum, ſicut ipſe commemorauit.

DONATVS.

Nec minus interea.) Interea, hoc eſt, quū prædicta Turnus gerit, ac loquitur, mandata eius ad Æneam nuncio prȩferēte peruenerunt, quo facto acuere bellum cœpit. Acuere bellum eſt ad eius rigorem aliquid addere, vt crudeſcat potiusq̄ accedēte remiſſione torpeſcat. ſatis lȩtus, quia offerebatur, quod oibus votis optabat. Illūaūt ſuſcitabat ira nullo hortante vel vrgēte extrinſecus. Ipſe ſibi fuit hortamēto, hoc dicitur, vt oſtēdatur optaſſe. non. n. in factū niſi inuitus impellitur. hic, quia optatū nūciū ſumpſerat, ipſe ſe excitabat ad bellū: gaudebat nihilominus per interpoſitā pactionē fœderis futurum oīum certaminū finē. Tum ſocios, m. q;. me. ſo. iu. Fa. do.) Suſpēſos ſocios, & filij ſui metū ſolamine releuabat oſtēdēs fatorū ſuffragio ſe eſſe tutiſſimū, perindeq; ſuā futurā eſſe victoriā. Regiq; iubet reſ.) Futurū inter ſe Turnūq; certamē iubet ad regē Latinū tota maturitate perferri, vt ipſe, qui ſummā teneret ptātē pacis, leges diceret. Ecce quātū Æneę dedit, vt ipſe cōſolaretur futuros in ocio, q fuerat pugnaturus, ipſe gau/

more fuſtem nodoſum, quo ruſtici vtũtur, quum eunt ad bellũ. Ipſe bellator interea tali equo vectus diſcurrebat inter cateruas, vt nõ equo ferri videretur ſed vento, & quũ eſſet in multitudinis medio ſolus altior apparebat. ¶ Hũc illa exceptũ.) Hũc ideſt talibus armis inſtructũ, & tanti equi velocitate confixũ. illa hoc ẽ, q̃ noſſet vſum belli meliori peritia, exceptũ eũ fugientẽ cũ cæteris percuſſit, qũo dixit exceptũ? excipe qppe dicũtur, q contra veniunt, vt in venabula feræ, niſi hoc intelligi voluit exceptum ſeparatũ electione animi, & ad pœnã deſtinatũ ex omnibus, quum noua ſpecie incederet, & ſolus altior fuit. erat autẽ facile talẽ diſcernere, qa auerſo agmine terga prębuerat. Ferro traijcit, inquit, hoc eſt ſi neſcium percuſſit, vt omne ferrum per corpus eius eundo traſiſſet. ¶ Et ſuper hæc ini. pe. fa.) Aperit cauſam poeta oſtendens, cur eum camilla in tanta multitudine fugientium ſpecialiter perſecuta eſt. temerarius enim bello ſeſe miſcuerat, & eius inertiam armorum qualitas demonſtrabat. debuit igitur belli ſentire virtutem, qui arbitratus eſt non emerſurum quẽquam, a quo poſſet occidi. ergo animi ſui cõmotionem camilla & iracũdiam pectoris his vocibus fudit. ¶ Syluis te tyrrhene feras.) Neſciens camilla, ꝙ ornitus diceretur, gentes cũ nomine argui, in quo graue voluit eſſe conuitiũ: deniq; ſic exorſa eſt. Apparet, inquit, tuæ vanitas gentis. ratum quippe te conſtat non contra hoies ire, ſed feras: & non in campum aut bellum; ſed in ſyluas venandi voluptate contẽdere. ¶ Aduenit, qui ve. dies.) Aduenit dies, qui armis mulieribus veſtra redargueret verba. tales vos vel nunc eſſe cognoſce, quos mulieres occidant. ¶ Nomẽ tamen haud leue.) Ipſe per iracundiam factum ſuum depreſſit dicendo magnũ eſſe dedecus armis muliebribus viros occũbere. ipſa iterum, quum veneris, inquit: ad parentum tuorum manes comitabitur te magni nominis fama: eriſque diſſimilis cæteris, ꝙ camillæ dextra dicaris occiſus. hęc non ſe expugnat, ſed duo admirabiliter tenuit. ait. n. habes maximum crimen, ꝙ fœmina tibi intulit mortem: laudẽ vero meliorem, ꝙ camilla.

ACENSIVS.

¶ At medias.) Recitat pugnam & variã ſtragem Camillæ cuius deinceps vſq; ad necem eius erit pcipua narratio. Nihil aũt extat Donati. ¶ Sed ordo eſt. At. i. ſed Camilla pharetrata. i. pharetris iſtructa exerta pugnæ. i. ad pugnam gerendam, vnũ latus. i. habẽs mãmillam alterius lateris exertam, & abſciſſam, aut exuſtã, Amazon. i. quaſi Amazon, more Amazonidum: exultat inter medias cædes: quas. ſ. faciebat auiditate muliebri, & ipſa ſpargens manu nunc. i. aliquando, haſtilia lenta. i. flexibilia, denſat. i. condenſat & multiplicat ſup. ea. & ipſa indefeſſa. i. non defatigata, rapit nunc. i. aliquãdo dextra. ſ. manu bipẽnem. i. ſecurim duas pinnas habentem, validam. i. fortem & ad pugnam multũ valentem. Arcus aureus. i. inauratus ſonat ex humero. ſ. eius & arma Dianæ. i. ſagittę ſonant ſup. illi ex humero. illa. ſ. egregia bellatrix ſic receſſit qñ. i. aliquãdo pulſat in tergum. i. retrorſum: diripit arcu conuerſo. ſ. in hoſtem vnde ipſa quodammodo aduerſa abibat ſpicula fugientia, ſcilicet cum ea donec emiſſa erant. At, ideſt ſed, comites, ideſt cõſodales Camillę, ſcilicet Larina virgo & Tulla, & Tarpeia quatiẽs ſecurim æratam. i. ære munitam: Italides. i. in Italia ortę fœminæ lectæ. i. electæ aut delectæ ad hoc munus errant ſup. circũ, ſcilicet Camillã, quas. ſ. Italides aut Italidas ipſa dia Camilla delegit. i. delegerat ſibi decus. i. ornamẽtum, ſpecimen, & miniſtras pacis bonę. i. decentis & honeſtę ac vtilis, nam nõ omnis pax bona eſt. ſi quis enim opprimitur iniuſte, nec reſiſtit dũ poteſt, & debet pacẽ fouet non bonam. & miniſtras belli exiſtentes ſupple tales quales Amazones Threiciæ. i. in confinibus Thraciæ olim reſidentes cum. i. quando pulſant flumina Thermodoontis, ideſt fluentis Thraciæ & bellantur ideſt belligerant. armis pictis ſeu. i. ſiue. circum Hippolytem. ſ. reginam ſuam. ſeu circum ſup. Penthefileam cum ipſa Penthefilea, martia ideſt bellicoſa aut Martis filia refert ſe. ſ. e pugna. curru. ſ. de quo pugnauerat. & agmina fœminea exultant magno tumultu ideſt tumultuoſe. peltis ideſt breuibus ſcutis, lunatis. i. in formam lunularum inciſis. O virgo ſ. Camilla aſpera ideſt acris & ſtrenua. quẽ deijcis telo primũ, & quem poſtremum, quaſi dicat, tot deijcis vt neſciam quem primum quemve poſtremum dicam, aut quot corpora morientia fundis humi ideſt per humum quaſi dicat innumera. Ipſa ſup. nam ad tertiam perſonam tranſit deijcit primum Eumenium pater Clycio. i. cui Clycius erat pater. cuius aduerſi. i. ex aduerſo ſtãtis. ipſa tranſuerberat pectus apertum. i. nudatum abiete, ideſt haſta abiegna longa. Ille, ſcilicet Eumenius vomẽs riuos ſanguinis, cadit, ſcilicet occiſus. atq; mandit, ideſt mordicus oppetit. humum cruentam. & moriens verſat ſupple ſe ſub ſuo vulnere. Tũ ideſt deinde ſup. deijcit ſuper. ſ. Eumeniũ, Lyrin, & Pegaſum quorum alter, ideſt prior, ſcilicet Lyris reuolutus equo ſuffoſſo ideſt caſuro, aut eo ignorante transfoſſo. dum colligit habenas ſcilicet equi alter ſcilicet poſterior hoc eſt Pegaſus. reuolutus dum ſubit ideſt ſuccurrit. ac tendit, ideſt extendit, ac porrigit labenti. ſ. Lyri dextram inertem, ideſt ignauam, alter dico, & alter ruunt pariter præcipites, & ſup. Camilla: addit his Amaſtrum hippotadẽ. i. hippotæ filium: & ipſa incumbens eminus. i. de longe, haſta ſequit̃. i. perſequitur, aut inſequitur Terea, & Harpalicum, & Demophoõta, & Chromin hoſtes illos vt videt̃ ex ſequẽtibus phrygios: qa ſequitur, & tot viri phrygij cecidere quot ſpicula contorſit virgo emiſſa manu. ſ. Ornitus tyrrhenus ille fertur procul armis ignotis. i. nouis & incõſuetis aut ignobilibus, & equo hyapige. i. appulo. exiſtens venator. i. quo venari ſolitus erat Cui. ſ. ornito pugnatori. i. bellatori pellis erepta iuuẽco. ſ. lorica ex loris iuuenci cõſerta opit. i. tegit, & velat latos humeros, & cui ingẽs hyatus. i. rictꝰ oris lupi. i. lupini, & malę. i, maxillæ lupi, cũ dentibus albis: texere, ideſt cooperuerũt caput, & cui ſparus. i. telum illud agreſtis. i. ruſticũ armat manus, ipſe. ſ. pugnator Ornitus vertit̃. i. agit i medijs cateruis. ſ. ſuis aut Rutulorũ, & eſt ſupra. ſ. oẽs. i. eminet, toto vertice. Illa. ſ. Camilla traijcit hunc. ſ. talem ac tm̃ virum exceptũ ſ. cum in ſe irrueret. n. pro quia, quia neq;. i. nõ ſup. erat labor agmine verſo. i. quia agmen prius erat verſum in fugam, & ita ipediebatur ornitus & a fuga & ab impetu, & fatur ſuper. i. inſuper aut ſuper ipſum proſtratum ſtans: pectore inimico. i. animo hoſtili. O Tyrrhene. ſ. Ornite putaſti. i. putaſti ne te agitare feras. i. venari ſupple in ſyluis, dies. i. tempeſtas aduenit: qui redargueret armis muliebribꝰ, ideſt a virgine tractatis, verba veſtra, ſcilicet omnium tyrrhenorum ſuperba, & magniloqua: tamen tu referes. i. quaſi pro victoria reportabis, manibus. i. ad manes patrum. i. maiorum tuorum, hoc nomen. i. hanc famam & laudem non leue. i. graue & magni momenti, ſcilicet cecidiſſe, ideſt ꝙ cecideris & occiſus ſis, telo Camillę, ideſt meo cuius nomen tam inclytum eſt, vnde potius dixit telo Camillæ in tertia perſona q̃ telo meo. Eſt enim in ipſo nomine pondus.

PIERIVS.

¶ Haſtilia denſat,) In aliquot antiquis codicibus, denſet, ſecundæ coniugationis habetur. Sed vtrunq; agnoſcunt grammatici. ¶ Nunc validam dextra rapit indefeſſa bipennem.) In antiquo codice manu ſcripto legere eſt, nunc validam rapit in dextrã nõ feſſa bipennem. Sed quum indefeſſa agnoſcat Seruius, vulgata illi lectio potior. ¶ Aureus ex humero ſonat arcus.) In Roma. codi. legere eſt, ex humeris ſonat, vt duobus, ſſ, continenter pronũciatis, quodam velut ſibilo maior ſonitus excitetur, qualẽ Homerus ficto ex voce verbo mira expreſſit fœlicitate. ἔκλαγξαν δ᾽ ἄρ᾽ ὀϊστοὶ ἐπ᾽ ὤμων χωομένοιο. Sed aduertendum apud Donatum ſcriptũ eſſe. Aureus ex humeris erat arcus & arma Dianæ. Omnino enim paulo infra, Aureus ex homeris ſonat arcus, & aurea vati caſſida. vbi de ornatu Clorei ſacerdotis loquitur, habebimus. ¶ Quas ipſa decus ſibi dia Camilla.) In Roma. codi. dura, legitur vt illud. Durum a ſtirpe genus. Sed enim Seruius admittit epitheton, dia, quod in Mediceo & aliquot alijs antiquis codic. Diua, ſcriptum inuenias, Quo ſuper loco Donatus ait. Tantum Camilla ad Dianæ animum pertinebat, vt apud Socias ſuas pro dea haberetur. ¶ Paciſq; bonas belliq; miniſtras.) Bonas. quidẽ in codicibus aliquot antiquis habetur. Sed enim cum Mediceo plures atque ijdem probatiores, bonę, legunt. idq; Seruius agnoſcit. Donatiana tamẽ paraphraſis ad eam lectionem, quæ, bonas, habet accuſatiuo caſu, reſpicere videtur. Sic enim eſt. Denique cum iret ad bellum has ſibi eſſe comites voluit, quod eſſent ornamento in pace, & miniſtræ in certaminibus belli. Poteſt & ſic intelligi, vt bello & paci ornamento eſſe viderentur: & ſic in vtroque obſequerentur. Vt vtrunque ornarẽt, & hoc eſſe arbitror melius. Ipſa enim eſt pura ſocietas, & vera religio. Vt nullum tempus diſſimiles faciat. quos fœdera ſuſcæpta cõiunxerint. Pulchrũ eſt enim ſeruare ſocietatem, & eius cõmodum cuſtodire. Nulla iſtarum dicit belli geſſiſſe certamen, ſed aſſeruit miniſterio fuiſſe bellanti. Nec exponeretur Camilla de ſocijs, ſi impares eſſent in cauſa certaminum, aut ipſa quæ laudabatur eſſet inferior, ſi exercitationes illæ præſtarẽnt, tamen ipſarum pręſentia non vacua fuit, quum: vt dictum eſt, miniſterio iuuabant, operaq; bellantem. ¶ Quales threicię quum flumina thermodoontis.) Romanus quidem codex, & plerique alij veteres vno exemplo legunt, thermodoontis, verſu Adonio. Nam quę ſuper hoc nomine grãmatici de accentu loquuntur, in cauſa fuere, vt Thermodoontis pentaſyllabum, abſque ſynæreſi legi poſſe arbitrarẽtur. Sed enim

ſecunda

Parcarumq́; dies, & vis inimica propinquat.
Non pugnā aſpicere hanc oculis, non fœdera poſſum.
Tu pro germano, ſi quid præſentius audes,
Perge, decet forſan miſeros meliora ſequentur.
¶ Vix ea, cū lachrymas oculis Iuturna profudit, POE.
Terq́;, quaterq́; manu pectus percuſſit honeſtum.
¶ Non lachrymis hoc tempus, ait Saturnia Iuno, IVN.
Accelera, & fratrem, ſiquis modus, eripe morti.
Aut tu bella cie, conceptumq́; excute fœdus:
Author ego audendi. ſic exhortata reliquit
Incertam, & triſti turbatam vulnere mentis.

d ſuæ indulſiſſe Iunonē. ¶ Ingratum cubile.) Quod gratiā caſtæ non præſentat vxori Iupiter. Nam cum Iupiter multas vitiaſſe diceretur, nihil tamē à Iunone de Iuturna detractū eſt, ſed potius auctum eſt. Animaduertendum autem verſum hunc ſine cæſura eſſe. Nam Heptimemeris, quā habere creditur, in Synalœpham cadit: vt, Magnanimi Iouis ingratum aſcendere cubile. Terētianus de hoc, Rarum concedā fieri, non poſſe negabo. ¶ Cœli in parte.) In parte diuinitatis, nam locum numinum pro honore poſuit. ¶ Qua viſa eſt fortuna pati.) Quatenus, inquātum permiſit. & ſic ait, Qua viſa eſt, vt ſupra, Coeant in fœdera dextrę, Qua datur. Sane latenter oſtendit fauorem numinum ſine conceſſione fatorum non poſſe procedere. ¶ Cedere res latio.) Feliciter cuncta procedere. ¶ Video concurrere.) Pro concurſurum eſſe. licet, quaſi dea, bene præſenti vſa ſit tempore, quę etiam futura cernebat. ¶ Nō pugnā aſpicere hanc oculis.) Quoniam numina quoties morituros viderint eos, quibus fauent, ab his recedūt. Sic Statius Apollinē inducit Amphiaraum deſerentē, vbi eum vicinum eſſe morti cognouit. ¶ Præſentius audet.) Efficacius, vehemētius. nam decet germanā illicita etiam pro fratris ſalute tētare. ¶ Forſan miſeros meliora ſequētur.) Forte poſſit fatorū ordo mutari. ¶ Terq́; quaterq́; manu pectus percuſſit honeſtum.) Quia ſolā doloris audiuerat cauſam, nihil quēadmodum fratri poſſet mederi, nā paulo poſt audiet, Aut tu bella cie, cōcęptumq́; excute fœdus. ¶ Non lachrymis hoc tempus, ait, Saturnia.) Non flendi, ſed ſubueniendi tempus eſt. Statius, In matrum cōſolatione accenſos flebitis ignes. ¶ Concęptūq́; excute fœdus.) Placitum animo, prædeſtinatum vt fiat. ¶ Author ego audendi.) Nomina in tor exeuntia, fœminina ex ſe faciunt, quæ in trix terminantur, ſi tamē à verbo veniāt, vt ab eo quod eſt lego, & lector, & lectrix facit: doceo, doctor, & doctrix. Si aūt à verbo non venerint cōia ſunt, nam ſimiliter maſculina & fœminina in tor exeunt, vt hic & hæc ſenator, hic & hęc balneator, licet Petronius vſurpauerit, balneatricē dicens. Tale eſt Vt hic & hæc author: ſed tunc cum ab authoritate deſcendit, vt hoc loco. Quum autem venit ab eo quod eſt augeo, & auctor & auctrix facit, vt dicas auctor diuitiarum, Vel auctrix patrimonij. ¶ Reliquit incertā.) Quia licet dederit ei conſilium, dicendo tamen forſan, eam reliquit incertam.

DONATVS.

¶ At Iuno ex ſummo.) Iuno è ſummo tumulo montis, qui tūc nec honorē habuit, nec nomen, aut aliquam gloriā, nunc vero ex nomine albæ albanus dicitur, aſpectabat partes, & ipſam latini ciuitatem, aſpectabat ad omnia pertinet, vt ſit, aſpectabat campū, aſpectabat acies vtriuſq; partis, aſpectabat latini vrbē. ¶ Extēplo Turni ſic eſt af. ſor.) Diua, deā varie dicere voluit, certū hoc eſt diua, ꝙ eſt dea: dicendo ſtagnis & fluminibus ſonoris, & ſtagni naturam breuiter ſcripſit, & fluminum. Stagna quippe non ſonāt, quia ſtant, & flumina ideo ſonant, qa ſemper currūt, & præcipitata ſonitum mittunt: ſonoris ergo nō ſtagnis & fluminibus accipiendū eſt, ſed fluminibus ſolis. Quū igitur diſpoſitiones partium & cuncta, quę gerebantur, de ſummo proſpiceret Iuno, quia ſciebat imparem Turnū, metuens ne ipſius morte ipſa quoq; cum ſuis conatibus caderet, adhibuit in Turnū, ꝙ ipſa quoq; eſſet dea, & Turni germana, perindeq; quæ mandata implere deberet, & poſſet. ¶ Hunc illi rex æthe. al. ho.) Quia veriſimile eſſe nō poterat alteꝝ ex germanis fratribus eſſe mortalem, alteram vero deam eſſe potuiſſe: dicta eſt cauſa, quæ Iuturnam ex mortali fecerat deam: & ipſa turpis: nam acquiſitū honoris meritū ſummi dedecoris fuit: in quo & dantē & accipientē poeta pariter notat, dicens hunc honorem veris dijs conuenientem, illi impudicæ. ſ. & tanto dedecori obnoxię, rex ętheris altus, apud quē honeſtas omnis & caſtitas eſſe debuerat, vtpote, qui eſſet cœli rector, & ſiderum pro mercede illiciti ſtupri & flagitioſę libidinis ꝓmio ſacrauit, & dedit. Hæc obtrectatio eo pertinet, vt Turnus ex ſorore tali maculam potius haberet, q̄; aliquā dignitatē. ¶ Nympha decus fluuioꝝ.) Simulata dictio & nō ex animo ſed ex tēporis neceſſitate compoſita. qn̄. n. fieri pōt, vt vxor pellicē libenter cōpellat? aut amet? Procedebāt tamen iſta veluti blando ex animo, non vt aliqs inter duas purus monſtraretur effectus, ſed vt excogitata per Iunonis dolū in Turno

no perficeret. Nympha, inde coepit beneuolam facere, vnde potuit eſſe ſuſpecta, ne contra voluntatem Iuno habere videretur, ꝙ eam ſtupri merito conſecrauerat Iupiter, addidit decus fluuiorum in eo exprimens, quid ſit nympha: quaſi per quam meliorem gratiam habeant flumina animo gratiſſima noſtro q̄ ſuperlatiuo vſa eſt gradu oſtendit ſe amare & alias, ſed plus iſtam, & hoc tamen ſubtilitate compoſuit, vt cætera. Tunc enim, ꝙ amaretur Iuturna, poterat credere, ſi illa diceret ex ſuis eſſe, vt omnes liceret pellices, in eo tamē iſtam potioris eſſe meriti, ꝙ animo eius vehementiſſime placuiſſet. ſcis, vt te cunctis vnam quæcunq; latinæ Magnanimi Iouis ingratū aſcendere cubile Prætulerim, cœliq́; libens in parte locarim, iſte ſenſus ordinatur ſic, ſcis, vt te cunctis vnā prętulerim cunctis, quæcunq; latinæ magnanimi Iouis ingratū aſcendere cubile, cœliq́; libens in parte locarim, ꝓbatiōis loco poſuit, ſcis, vt ex eo cōfirmari poſſet, quantū eā plus amaret q̄; alias, plus faciens vt ſuoꝝ præſtitorum ipſam adhibeat teſtem. ſcis, inquit, quaſi diceret, ceſſat probatio aſſertionis meæ, quādo, quæ dico, bene tibi ſunt cognita, quēadmodū te dilexerim ſemꝑ, & prætulerim cæteris, quas Italia genuit, quaſq́; tecum noſti illicitos cum Ioue habuiſſe concubitus, in tantum, vt tibi in regionibus cœli libens fecerim partē. Ecce vt ſe melius cōmendaret Iuturnæ rerū affectus attendens ſuū eſſe mentitur, ꝙ volente Ioue cœli conſortiū Iuturnas cōmeruit: addidit etiā ſe id libenter feciſſe. multa. n. ab inuitis fiūt aliqua neceſſitate cogēte. nō vacat, quod Iuno ſuū eſſe confingit, quod Iuturna in cœlo eſſe cōmeruit, aut ꝙ pellicem peroſam ſimulat nō habere. In eo quippe ſubtilis cōminatio demōſtrata eſt. poſſet. n. offenſa tollere, quod diſſimulando cōtempſerat, duas igitur neceſſitates habuit Iuturna, qbus facere cogebantur, quod Iuno cupiebat. vnam, quia pro fratre alteram, quia nec peroſa fuit: & magis putabat diligi ſe ab ea, q̄ poterat adiſſe vehementer. Interea videndū eſt ne nos aſſertiōis diuerſitas turbet. ſupra. n. dixit, hunc illi rex ætheris altus honorē Iupiter pro virginitate ſacrauit, ſequenti vero loco ait ex perſona Iunonis, ſcis vt te cunctis vnā quęcūq; latinę Magnanimi Iouis ingratum aſcēdere cubile, Prætulerim, cœliq́; libens in parte locarim, poeta ex perſona ſua dixit, quod fuerat verū, Iouē pro ſtupri mercede conſecraſſe Iuturnam, quando aūt ad perſonam Iunonis ventum eſt, inductum eſt mendaciū propter affectus, quos cupiebat impleri. non. n. illa Iuturnam vere diligebat, aut fratrē, ſed agebat cām ſuam, ne in aduerſo euentu certaminis Turni, ipſa cū ſuis conatibus caderet: peractis ꝓncipijs ad ipſam negocij inſinuationē venit, in qua & quid ageretur, & quid conueniret fieri, apertius monſtrat. ¶ Diſce, inquit, tuum, ne me incuſes Iuturna do.) Quæ agebat negocium ſuum diſſimulata vtilitate propria fingit totum cauſa fieri Turni, & Iuturnę. prędico, inquit, fratrē tuum ad ſummum ſupplicium eſſe venturum, ne quum id factū fuerit, dicas te amore meo iuuari nequiſſe, ecce addidit ēt hic veluti beneficia ſua hoc modo. ¶ Qua viſa eſt fortuna pati.) Non enim tegitur, niſi quod non pōt ſtare viribus ſuis, hic quoq; aſſerit poeta fatalē neceſſitatem cuius vis ope ſuperari non poſſet. ¶ Nunc iuuenem imparibus.) Noluit dicere ex aperto Æneā fuiſſe fortiorem dixit imparibus telis, vt heros troius magis armoꝝ genere q̄; viribus proprijs eſſet obtenturus. Addidit diē fatis vltimis debitū, vt quicquid ad Æneæ gloriā ex morte Turni redūdare potuiſſet, auferretur ei, & eſſet magis fatorū, quod fortioris dextra fuerat proceſſurum. ¶ Non pugna aſ. ha. ocu.) Oculi, inquit, mei dura fugiunt, & ſæua videre non poſſunt. Hoc ideo, ne Iuturna diceret, tu auxiliare per te, quia plurimū potes, illa ait, nec tale genus fœderis oculi mei videre poſſunt, nec tale certamen, nō placet mihi concordia partium, quam tui fratris firmabit interitus, funditur ſanguis inſontis, & vnius procurabit morte, quod vehemēter horremus. Finxit hęc cogitari pro Turno, nec ſibi aliquid profuturū, ſi fœdera turbarentur, & omne conſiliorū cōmodum in Iuturnę partē plena argumentatione transfundit, vt illa pro fraterna vtilitate faciēs procuraret vtilia, neſciaq́; Iunonis ſtudio prouenturum eſſet qcquid in ea cauſa labor poſſet acquirere. Nos iſta hæc, quæ licet dicta non ſint & tamen apparent, debemus conſiderata inimicę perſona colligere, vt iccirco pugnam ipſam videatur hor

ruiſſe,ne victorem cerneret:quę per infinita tempora ac innumeros caſus nõ valuit ſuperare,& hoc quoq; videndũ eſt,illã ipſam ſic de Ænee Turniq́; partibus loqui,vt pręferat Turnũ & Æneã cupiat eſſe deiectũ:nunc,inquit,iuuenem imparibus video cõcurrere telis,Parcarumq́; dies & vis inimica ꝓpinquat. Iuuenis eſt noſter,& poterat vincere,ſi equis armis contẽderet,aut nulla ingrueret maior vis,aut vltima illũ fata nõ premerent:quanta virtus dicentis? vt quod Æneę eſt propriũ,ex aperto id in aliã partẽ obtrectantis ęmulatione duceretur? ¶ Tu pro germano.) Si ꝓ fratris ſalute inuentiones profuturas extendas,nõ poteris reprehendi.quapropter perge,hoc eſt incipe prouidere,quod ꝓſit: vt eius mortẽ penitus repellas aut differas,hoc quoniã potuit dici,quid proderit hęc exhiberi morituro? vltro addidit. ¶ Forſan miſeros me.ſeq.) In deſperatiõe,inquit,vltima magis debet quæri quod proſit,nec deſerẽdus eſt auxiliãdi labor,fortaſſis.n.mutabitur in melius fortuna,dum ſęuit,& erit felix,qui fuerat miſer,vt in integrum redditus aliquid boni,quod non ſperat,inueniat.Huic loco etiam ſñia illa conſentit,multos alterna reuiſens Luſit,& in ſolido rurſus fortuna locauit. ¶ Vix ea quũ lachrymas.) Pulchra ratio dictionis,vt ante Iuturnã diceret lachrymas effudiſſe,& contudiſſe pectus,& crines diſſipaſſe,q̃; Iuno compleret. ſic.n.poſt animum dolentis expreſſit,vt medium ſermonem,quo triſtia de fratre cognouerat,lachrymę rumperent.hunc locũ,quum ꝓnunciamus,ſic debemus diſtinguere, vt dicamus vix ea, hoc eſt ſtatim,ꝙ ea dicta ſunt,& ſic ſequãtur,cætera de lachrymis & verberibus pectoris,hæc quum vidiſſet Iuno,talia ſubiunxit. ¶ Non lachrymis hoc tempus ait.) Quũ aliud,inquit,præſens exigat tempus,& id agatur,ne veniatur ad lachrymas.Præpoſterum eſt Iuturna,quod plangis, debentur hęc non periclitanti ſed mortuo, ſubueniatur igitur tuo fratri,dũ viuit,& fiat mature,quod pro illius ſalute faciendũ eſt,ne tractatus noſtros mala pręcipitata pręueniant. Cõmodum ſatis ire obuiã dubijs & eoꝝ curſus obiectu prouiſionis abrumpere,totum poteſt cõſilioꝝ ratio ſi in ſuis temporibus agenda iungantur. Proinde ne te fraterno dolore confuſam prouidendi conſiliũ deſerat,quid tibi curandũ ſit,paucis aduerte,ſubtrahendus eſt q̃; primum morti,& hic omnis opera cõſumenda,vt imminens certamen effugiat,aut ſi iſtud nulla vi explicare potuerit,trudatur inimicum fœdus è medio,& confuſæ acies belli furore miſceantur, eueniat forſitan aliquid boni,ſi ab vnius malo in oẽs fuerit belli refuſa cõgreſſio,huic ne faciẽdi diffidentia concurreret,ſubiecit. ¶ Autor ego aud.) Audebis,inquit, oĩa hęc me authore & fauore meo cõplebis. ¶ Sic exhortata reliquit Inc.) Iuno quidem exhortata eſt Iuturnã,& abijt:ſed illa ſic vulneratione mentis habuerat,vt integri cõſilij ſubſtantiam perdidiſſet,incertam dixit relictam eſſe Iuturnam,vt eſſet,quod ſperaret,& quod metueret,non deeſſet,ne de ſecuritate fieret negligens,aut de deſperatione remiſſior.

ASCENSIVS.

¶ At Iuno ex ſummo.) Cõmemorat quõ Iuno fatorũ non ignara videns diẽ fatalem Turno adueniſſe alloquitur Iuturnam ſororem Turni,& nympham : admonens vt fœdus quãuis ratione diſturbent,quia ſi per fœdus Turnus cum Ænea congrediatur occidendus ſit.Recitatq́; Iuturnę reſponſionẽ. Vnde Dona.Animo
Ordo. gratiſſima noſtro:ſimulata verba pro tempore.nam pellex nunquam placet vxori.Hoc tantum ille. ¶ Ordo autem eſt.At.i.ſed, Iuno proſpiciens,ex ſummo tumulo q habetur.ſ.nũcupatus nũc i.tẽpore noſtro(inquit poeta) Albanus, ſed neq; nomẽ neq; honos neq; gloria erat tũc mõti ſpectabat campum,& ambas acies ſ.Laurẽtum & Troum.& vrbem Latini,& affata eſt extẽplo.i.ilico ſororẽ Turni.ſ.Iuturnam,ſic.i.in hæc verba affata eſt inquam exiſtens diua.i.dij.ſ.aeris domina, deã.ſ.nympham quæ præſidet ſtagnis & fluminibus ſonoris.i.quæ eſt præſes fontis præſtantiſſimi.Iupiter altus rex ætheris ſacrauit illi hũc honorem.ſ.vt nympha ſit pro virginitate erepta.i.reponens eũ pro vitio illato affata eſt inquam ſic,ò nympha decus fluuiorum gratiſſima noſtro animo,tu ſcis,vt.i.qualiter ego prętulerim te vnã.i.ſolam cunctis.ſ. pellicibus latinis:quęcunq; latinę aſcendere.i.aſcenderunt ingratum.i.eis minime profuturũ cubile Iouis magnanimi, & vt ego locarim.i.locauerim libens te in parte cœli.i.donauerim te cœlo diſce ò Iuturna tuum dolorem.q.d.res tua potius q̃; mea agitur ne incuſes.i.culpes me ꝙ non tibi ſignificauerim,ego texi.i.protexi Turnum & tua mœnia.i.vrbem tibi gratã:ſupp.eatenus qua.i. quatenus fortuna eſt viſa pati,& id ſm Epicurum,& parcæ.i.deę fatales,hoc eſt fata ipſa & id ſtoicę ſinebãt res cedere.i.feliciter ꝓcedere,latio.i.populo latino,nunc autẽ video iuuenem.ſ.Turnũ concurrere.ſ.cũ Ænea fatis imparibus.i.Æneæ plusq̃; ipſi fauentibus,& dies parcarum.i.periodus vitę à parcis cõſtituta,& vis.i. fatalis neceſſitas inimica.ſ.Turno cui mortem minatur, propinquat.i.inſtat.Ego non poſſum aſpicere oculis hanc pugnam: nec poſſum aſpicere oculis, fœdera.ſ.hæc, tu ſi audes quid.i.aliquid præſentius.i.dexterius,& fauſtius pro germano.i.fratre tuo perge.i.perſeuera,& perage id,quia decet, forſan meliora ſequentur miſeros.i.bello bis iam victos, Iuno ſup.vix.ſ.fata eſt ea.ſ.quę ꝓmiſſa ſunt cum Iuturna profudit.i.porro fudit:lachrymas oculis ſ.ſuis,& percuſſit ter,& quater.i.conſummate & perfecte, pectus honeſtum.i.pulchrũ,& Iuno Saturnia.i.Saturni filia ait hoc tempus non.ſ.cõgruit lachrymis,accelera.i.feſtina & eripe fratrem.ſ. Turnum morti.i.à morte,ſi quis modus eripiendi,ſupp.eſt ſupp. reliquus aut tu cie.i.concita bella,& excute.i.reijce abs te fœdus concęptum.ego.ſ.quæ diuum incedo regina Iouisq́; & ſoror & coniux ſupp.ero,aut eſſe volo auctor audendi Iuno exhortata.i. multum hortata Iuturnam : reliquit.ſ.Iutur.incertã.ſ.quid agat & turbatam triſti vulnere mentis.

PIERIVS.

¶ Tum neq; no.e.nec ho.aut gloria mõ.) In Oblong.Vaticanæ Bibliothe.Nec honos nec gloria. In Roma.Neq; gloria,in vulgatis.Neq; honos neq; gloria.In antiquo Med.& quibuſdam alijs. Nec honos aut gloria,quę lectio modo recipi cœpta eſt,plurimũ vero,tunc,per,c,finalem ſcriptum inuenias. ¶ Proſpiciens tumulo campum ſpectabat.) In codi.aliquot anti.legere eſt, adſpectabat. In aliquot alijs eiuſdẽ figuræ,aſpectabat,quod præcipue notatum eſt in Donati commentarijs hoc pacto.Aſpectabat ad omnia pertinet,vt ſit,aſpectabat campum, aſpectabat acies vtriuſq; partis,aſpectabat & latini vrbẽ. ¶ Nympha decus fluuiorum animo gratiſſima noſtro.) In Ro.codi.& aliquot alijs manu ſcriptis chariſſima,habetur.pleraq; tamẽ vetera exemplaria, gratiſſima, legũt.idq; mauult Ser.& ita ex Homero legẽdum autumat,& in Donati cõmentarijs gratiſſima legitur. ¶ Diſce tuum.ne me incuſes.) In aliquot antiquis exemplaribus,nec me incuſſes,legitur, vt occurrat obiectioni quæ eſſe poterat,cur non præcauiſti quæ Iouis es & ſoror & coniux,Noli ait me incuſare,quæ nihil prætermiſi,quod ꝓ Turni & latinorum tutela fieri potuerit,enumerãdo quæ fecerit.Donatus tamen,ne me,agnoſcit,quod in bona veterum codicum parte etiam legas. ¶ Qua viſa eſt fortuna pati.) Aruſianus meſſus in lib.de Virgilianis elocutiõibus hoc loco agnoſcit,quoad, exponitq́; quoad,pro donec, Sane Seruio, qua placere videtur,ſi modo codex incorruptus eſt,Aruſiani vero lectio per ſynęreſin erit,figuram in Virgiliano carmine frequẽtiſſimam.Probus Valerius tamẽ,quod hic monoſyllabum mauult, nempe κατὰ κρᾶσιν ex.Quo ad cadit vero ſub idem examen Terentianus locus, Munus noſtrum ornato verbis quoad poteris. Nam eo quoq; loco.Quod poteris à Terentio ſcriptum volunt, vt alibi in adelphis.Iſtam quod potes conſolere.Sed in anti.cod. loco hoc.Quam potes ſcriptum inueni.Tamẽ Hellenius Acron, quod agnoſcit,authore Cariſio,pro inquantum poteris. ¶ Vix ea cum lachrymas oc.iu.pro.) In cod.aliquot anti.tum lachrymas, legitur,quod procedere videtur ad Ti.Donati ſententiam,qui diſtinguẽdum ait,vix ea,hoc eſt ſtatim quod ea dicta ſunt,& ſic ſequantur cætera de lachrymis. ¶ Aut tu bella cie.) In anti.aliquot legere eſt,at tu,bella cie.Te enim decet hoc pro ſalute fratris facere,minusq́; obnoxium erit reprehẽſiõi. ¶ Author ego audendi.) Inualuit ætate noſtra mos,vt author,per th,ſcribatur,quod nõnullis perſuaſum fuit nomẽ id παρὰ τὸ αὐθέντω deduci,quorũ opinioni veterum grãmaticorum ſententia refragari videtur,Nã apud Valerium Probum ita legas.Auctor à verbo augeo fœminino ſignificato auctrix facit.Si non venit à verbo eo,ſed ſignificat principẽ,etiam fœminino genere auctor facit.Sicut Virgilius ex perſona Iunonis.Auctor ego audẽdi.Princeps,non quę augeam atq; alibi in arte de hoc ipſo loco ita diſputat.Quęritur quare Virgilius de Iunone auctor ego audendi,& non auctrix pronunciauerit,hac de cauſa,quoniam quæcunq; nomina à verbis anomalis venire intelliguntur,hæc autem deficiunt, aut certe anomale pronunciantur,Hinc quom & hoc nomen à verbo anomalo oriri reperiatur.i.ab audeo,facit enim ſpecie perfecta auſus ſum, & ideo hoc nomen fœmi.generis anomalum facere pronunciatur. Vtrunq; vero per.ct.ſcribit,non taciturus,ſi quã in ſcriptione differẽtiã agnouiſſet.Cariſius quoq; qui ineptiſſimum putat latino nomini gręcum etymũ dare,nulla de medijs cõſonantibus mentione facta,victor inquit,inſtitor,& Tutor ac ſimilia pro cõmunibus accipienda,Auctor ſiquidem propterea dicitur,quod augere generauit,Auctricem dicemus,quod pariter augere poſſit,cũ vero ad auctoritatem referatur pro cõmuni accipiẽdum. Neq; de

ſunt

ſunt qui quū vtriuſq; nois etymon Latinū agnoſcant, ita tamen diſtinguant, vt auctor ab augeo per, ct, notetur, ab audeo vero autor abſq;, c, quaſi, d, litera in, T, ſibi cognatam tantum trāſeat. Vetera vero oīa exemplaria, quæ vidimus auctor vtroq; ſignificato per, ct, notatū oſtēdūt. Nihil vero hic moror notas quaſdam antiquarū inſcriptionū Valerio Probo adſcriptas, tam eoꝝ qui trāſcripſerunt, q̄; ipreſſoꝝ negligentia corruptas, atq; ēt eorū qui manū in alienā meſſem inijcere auſi ſunt, multaq; arbitratu ſuo īterpretari, impudētia vitiatas. Quū anteacta ſęcula. Auctor, & auctoritas, per, ct, ſcripſiſſe tot veterū, quę paſſim extant monumēta declarent, cuiuſmodi aliqua retuliſſe non videatur importunum, ea vero in primis occurrūt q̄ omnibus maxīe ſunt in prōptu, tabula ænea in baſilica lateranē, in qua verba hæc ita notata leguntur. VTIQ. CVM EX VOLVNTATE AVCTORITATEVE IVSSV MANDATVVE EIVS. & quę ſequunť. Alibi vero in eo monumento, quod ꝓximis diebus abuectum eſt ex ponte Aurelio. EX AVCTORITATE IMP. CÆS. DIVI NERVÆ FILII NERVÆ TRAIANI AVG. GERMANICI. Quū vero & hæc & hmōi pleraq; perueſtigarē, vir bene literatus Mariangelus accurſius aqlianus, opportune mihi in hortis Columnēſiū ad. DD. Apoſtolos hāc inſcriptionē in vetuſto lapide notatā oſtendit. EX AVCTORITATE TVRCI APRONIANI. V. C. PRÆFECTI VRBIS. RATIO DOCVIT VTILITATE SVADENTE CONSVETVDINE MICANDI SVMMOTA. Et quæ ſequuntur, nunc minime ad cōmemorandum neceſſaria. Vbi vero Iulius. ij. Pont. Max. ꝑtorij, quod, ad diui Blaſij inſtituerat, fundamēta magnifico apparatu iecit. Ant. Lęlius ciuis meus antiquā indicauit inſcriptionē in ipſa Tyberis ripa pulchris characteribus ita notatā. EX AVCTORITATE IMPE. CÆS. VESPASIANI AVG. P. M. TRIB. POT. IIII. IMPE. X. P. P. COS. IIII. V. Cenſor, Caius Calpetanus, Rancius Quirinalis Valerius Ceſtus, cura torr. ripar. aluei. Tyberis terminauer. Et quæ inde notæ punctis interceptæ ſunt. Quo vero maiorē Lęlio gratiā debeo non grauatus eſt vir ingenij & eruditiōis elegātiſſimę, podagra ēt eū miſerabiliter affligēte ad recēter erutū lapidē viſendū me deducere. In quo quidem illud me maxime ſollicitū habuit, quod verba quæ dictionē terminauer. ſequerbātur ita detrita, manca, curtaq; erāt. vt qd nā ſibi vellent, nihil quicq̄; certo elicere poſſem. Notarū tñ ductibus obſeruatis, ita ſcriptum exiſtimaui, licet alij aliter excerpſerint.

R. R. PROX. CIPP. PED. XXIIII.

Cuiuſmodi inſcriptionem alteram alibi egomet ab artificum iniuria vindicaui, monumentum quippe in foſſa, quam Iulius, II. circum molem Hadriani ducere incœptauerat, quum ego molē ipſam inhabitarem, effoſſum eſt in hæc verba modumq;.

IMP. CÆSAR DIVI. F. AVGVSTVS PONTIFEX MAXIMVS TRIBVNIC. POTEST. XVII. EX. S. C. TERMINAVIT R. R. PROX. CIPP. PED. XIIIS.

Quia vero multos fore puto, qui vel anxie quęſituri ſint, quid in huiuſmodi monumentis ſibi velint primæ notæ illæ punctis diſſitæ. RR. prox. cipp. ped. Non ab re me facturum exiſtimo, ſi hac quoque in parte ſtudioſorum, qua fieri poteſt curioſitatē iuuero. Sunt qui Romanæ Ripe proximum cippum pedes, interpretentur. Sed in ijs, quæ ſub nomine Valerij Probi publicatæ ſunt, notarum interpretationibus, expoſitum vidi, Ruderibus recolligendis. T. Phædrus, quum Horatij poeticen interpretaretur eo loco. Seu curſum mutauit iniquū frugibus amnis doctus iter melius. Vbi ad id adluſit Horatius. Quod Aug. Tyberim, vt apud Suetonium eſt completum olim ruderibus, & ædificiorum prolapſiōibus coarctatum laxauerit, ac repurgauerit. In Cipporum inſcriptionibus, vltra quos cautum eſſet, ne quid inde aggeraret. Is ruderibus Reiectis, duo illa. R. R. interpretabatur, & nūc demum ita Valerius emendari cœptus. Sed vt ad nomē, de quo quęſtio' erat, reuertamur, ex ijs quas recitauimus grāmaticorū veterū ac diligentiſſimorū ſententijs, ac eruditi ſæculi, & tot ætatū vſu, auctor, latinā locutionē Valerio Probo. Flauio Soſipatro Cariſio, & alijs agnitā, per, ct, ſcribēdum docti vniuſcuiuſq; iudicio adſtipulante cenſuerim.

SERVIVS.

(Interea reges.) Longū Hyperbatō, nam ordo eſt, Interea reges procedunt caſtris. cætera enim per parentheſim dicta ſunt: nec eſt Eclipſis cū ſermo in oībus congruat. ⸢Ingēti mole.) Pompa, habitu. nam mō hoc ſignificat. ⸢Solis aui ſpecimē.) Vt etiā in ſeptimo diximus, Latinus ſm Heſiodū ī ἀσπιδοποιΐα, Vlyſſis & Circes filius fuit, quā multi etiam Maricam dicunt, ſecundū quē nunc dicit, Solis aui ſpecimen. Nam Circe, Solis eſt filia. Sane ſciendū Virgiliū in varietate hiſtorię, ſua ēt dicta variare. Sed de Vlyſſe, vt etiam ſupra diximus, temporum nos rō credere nō finit. ⸢Bigis it Turnus.) Quoties vtimur nominibꝰ tantum pluralis numeri, & vnum volumus ſignificare, ita dicimus, vnas bigas, vnas quadrigas, vnas ſcalas. Salluſtius, Hi poſtquam in vna mœnia conuenere. ⸢Romanæ ſtirpis origo.) Hoc ad laudem Auguſti reſpicit. ⸢Magnæ ſpes altera Romæ.) Male quidam Magna legunt. ⸢Puraq; in veſte ſacerdos.) Impolluta & pura dicitur veſtis, qua feſtis diebus vti cōſueuerant ſacra celebraturi. ⸢Setigeri fœtū ſuis.) More Romano: vt, Cęſa iungebāt fœdera porca. nam Homerus aliud genus ſacrificij cōmemorauit, dicens.

κήρυκεσ δ' ἄρα ἄσυ θεῶν φέρον ὅρκια πιςά
ἄρνε δύω, καὶ οἶνον εὔφρονα
καρπὸν ἀρούρησ
ἀσκῷ ἐν αἰγείῳ. φέρε δὲ κρατῆρα φαεινὸν
κῆρυξ ἰδαῖοσ ἠδὲ χρύσεια κύπελλα.

Nō præter rationem eſt quod ait, Fœtum ſuis. Item, Intonſamq; bidētem. Ideſt breuem adhuc. Nam in rebus quas volebant finiri celerius: ſenilibus etiam decreſcentibus animalibus ſacrificabāt, in rebus vero q̄s augeri & firmari volebant, de minoribus & adhuc creſcētibus ſacrificabāt. ⸢Dat fruges manibus ſalſas.) Far & ſal, quibus rebus & cultri aſpergebantur & victimę. Erant aūt ꝓbationes vtrum eſſet animal aptū ſacrificio. Obliquum etiam cultrum à fronte vſq; ad caudam ante immolationē ducere conſueuerant. Nā hoc eſt qđ dicit, Et tempora ferro Sūma notant pecudum. ⸢Eſto nunc ſol teſtis.) Bene primum inuocat deum, quē orientē intuens vidit. Nam ait, Illi aſſurgentē conuerſi ad lumina ſolē. Eſto autem multi volunt tertiā eſſe perſonam, ideſt ſit mihi Sol teſtis: quia ſequitur, Et hæc terra: vt elocutionem factam per nominatiuum intelligamus. Sed hoc non procedit, quia ſequentia vocatiuum habēt, vt, Et tu Saturnia Iuno. Itē, Tuq; inclyte Mauors. Vnde per vocatiuum eū omnia dixiſſe intelligamus: in hoc vero tātum ad nominatiuum feciſſe trāſitum.

POETA

⸢Interea reges, ingenti mole Latinus
Quadriiugo vehitur curru: cui tempora circum
Aurati bis ſex radij fulgentia cingunt,
Solis aui ſpecimen: bigis it Turnus in albis,
Bina manu lato criſpans haſtilia ferro.
Hinc pater Æneas Romanæ ſtirpis origo,
Sydereo flagrans clypeo, & cœleſtibus armis,
Et iuxta Aſcanius, magnæ ſpes altera Romæ,
Procedunt caſtris, puraq; in veſte ſacerdos
Setigeræ fœtum ſuis, intonſamq; bidentem
Attulit, admouitq; pecus flagrantibus aris.
Illi ad ſurgentem conuerſi lumina ſolem,
Dant fruges manibus ſalſas, & tempora ferro
Summa notant pecudum, paterisq; altaria libant,
Tum pius Æneas ſtricto ſic enſe precatur.
⸢Eſto nunc ſol teſtis, & hæc mihi terra precanti, ÆNE.
Quam propter tantos potui perferre labores:
Et pater omnipotens, & tu Saturnia Iuno
Iam melior, iam diua precor, tuq; inclyte Mauors,
Cuncta tuo, qui bella pater ſub numine torques:
Fonteſq; fluuioſq; voco, quæq; ætheris alti
Relligio, & quæ cœruleo ſunt numina ponto:
Ceſſerit Auſonio ſi fors victoria Turno,
Conuenit Euandri victos diſcedere ad vrbem,
Cedet Iulus agris, nec poſt arma vlla rebelles
Æneadæ referent, ferro ve hæc regna laceſſent.
Sin noſtrum annuerit nobis victoria Martem:
Vt potius reor, & potius dij numine firment:
Non ego, nec Teucris Italos parere iubebo,
Nec mihi regna peto, paribus ſe legibus ambæ
Inuictæ gentes, æterna in fœdera mittant.
Sacra, deoſq; dabo, ſocer arma Latinus habeto,

Imperium ſolenne ſocer, mihi mœnia Teucri
Conſtituent, vrbiq́; dabit Lauinia nomen.

rum.¶ Et hęc mihi terra precāti.) Licet etiam hic poſſet eſſe vocatiuus. nam δεικτικῶς eſt dictum, Hæc terra eſto mihi teſtis: ac ſi diceret, ò Italica terra teſtis eſto. Et huic eſt Homeri ſimile iuramentum.

ζεῦ πάτερ ἴδηθεν μεδέων κύδιστε, μέγιστε,
ἠέλιος θ᾽ ὃς πάντ᾽ ἐφορᾷς, καὶ πάντ᾽ ἐπακούεις,
καὶ ποταμοὶ καὶ γαῖα, καὶ οἱ ὑπένερθε καμόντες
ἀνθρώπους τίνυσθον, ὅσις ἐπίορκον ὀμόσσῃ,
ὑμεῖς μάρτυροι ἐστὲ, φυλάσσετε δ᾽ ὅρκια πιστά.

¶ Quam propter.) Propter habet accentū, quia eſt poſtpoſita præpoſitio, vt Greci περὶ βασιλέιας, cōtra dicāt βασιλέιας πέρι. ¶ Iam melior, iam diua precor.) Ac ſi diceret, Non Saturnia, ideſt iam minime nocens, ſed Troianis propitia. ¶ Torques.) Suſtines, regis. ¶ Quęq; ętheris alti Relligio.) Poſt ſpecialia intulit generalitatē. ¶ Ceſſerit Auſonio ſi fors.) Si forte: & bñ dubitat de hoc. Contra cum ad ſuum peruenerit nomen, dicet, Vt potius reor, & potius dij numine firment. Sane ratione non caret ꝙ primo de victoria Turni loquitur, poſt deſcēdit ad ſuam. ſcit. n. in augurijs prima poſterioribus cedere. ¶ Rebelles.) Homo rebellis dicitur: res ipſa, rebellio, nō rebellatio: ſic Suetonius. ¶ Annuerit nobis victoria Martem.) Hypallage: pro Si noſter Mars annuerit victoriam. nam Martem victoria comitatur. ¶ Inuictæ.) Quaſi inuictæ. Et bene ſibi conciliat populum, nam ſine dubio vna cum rege vincetur. ¶ Sacra deoſq; dabo.) Magna fuit apud maiores ſacroꝝ cura, ſicut diximus ſupra, vnde nunc Æneas id agit, ne pereant. Et re vera conſtat ſacrificia nunc Latinis tradita coluiſſe Romanos. ¶ Latinis habeto.) Aut antiquus vocatiuus eſt. Aut Habeto tertia perſona eſt. Sane ſciendum quia crebra ſoceri cōmemoratiōe ſibi fauorem Latini conciliat. Item dicendo, Mihi mœnia Teucri Conſtituent: popularem gratiam captat, quia ſupra dixerat Drances, Saxaq; ſubuectare humeris Troiana iuuabit.

## DONATVS.

¶ Interea reges.) Hic diſtinguendum eſt, ne fiat per numeros vitium: de omnibus. n. dictū eſt, qui procedebant ad confirmationē fœderis: ſperandum vero: vbi ſinguli deſcribuntur. ¶ Ingenti mole latinus Quadriiugo vehitur curru.) Nō quod quattuor iuga haberet, dixit, quadriiugo: ſed ꝙ quattuor iunctis animalibus diceretur. ¶ Cui tempora circū Aurati, &c.) Primo loco latinus ꝓceſſit quadriiugo curru, tempora fulgentia cingebat corona, quum duodecim radijs auratis tanto micans fulgore, vt non ipſe ſed ſol videretur exiſſe. ¶ Bigis it tur. in al. Bina manu.) Qui ad certamen exibat, expeditior proceſſit duos habens equos & duo haſtilia. ¶ Hinc pater Æneas.) Ex alia, inquit, parte Æneas tanta dignitate habitus & inceſſus, quam habere debuit Romani generis pater, & romani imperij conditor, flagrabat ſydereo clypeo & armis cœleſtibus, quaſi manibus cœlū portaret, & ſydera. ¶ Et iuxta Aſcanius.) Quantę iſtorū felicitatis fuit? ibat conditurus romanū imperium, & romanorum genus, ibat Aſcanius quoq; qui condita patris fuiſſet aucturus. ¶ Procedunt caſtris.) Hęc eſt cauſa, ꝓpter quam diximus ſuſpendendū & ſeparandū: interea reges. hic enim ꝙ ſinguloꝝ regum deſcriptio ſeparauit, redditur ſibi & fecit. ¶ Interea reges.) Explanatur, qui reges. Latinus, inqt, Turnus, Æneas Aſcanius, non dum quidem rex Aſcanius, ſed deſtinatus ad regnū & patri interim in ipſo proceſſu coniunctus. ¶ Puraq; in veſte ſa.) Pura, colore albo nec purpuræ variata picturis, qui ſacrorū ritus ſcrupuloſius intuentur, puram veſtem malunt contagione omni & criminum macula liberam & immunem. ¶ Setigeri fœtūſuis.) Fœtum porci dixit non fœtum porcæ patrē magis volens nominare q̃ matrem. ¶ Illi ad ſurgentem.) Deſcripſit omnia, quę ad ſacrorum ritum pertinebant, docuit, quæ gerantur in huiuſmodi ſacris, hoc eſt quum fœdera ſanciuntur. ¶ Tunc pius Æneas.) Pium hoc loco non miſericordem, vt alibi & iuxta parentes religioſum, ſed quia ſacris intererat, deorum cultorem debemus accipere. ¶ Eſto nunc ſol teſtis.) Eſto precanti ſol teſtis: eſto precanti teſtis terra: vt eſto, bis accipiatur, teſtis bis, precanti bis, mihi, bis, duos teſtes adhibuit præſentes, terram, in qua ſtabat, & orientem ſolem. ¶ Quam propter tantos po.) In animo habuit præcepta Heleni, quibus dixit, Iunonis magnæ primum prece numen adora, Iunoni cane vota libens, dominamq; potentem Supplicibus ſupera votis. Ait ergo iam melior, non eſt melior niſi qui primo fuerit bonus, quod dicitur, ſemper malam Iunonem ſenſit, nec aliquando habuit bonam, quomodo dixit iam melior? ſatiatum voluit eſſe, quod petebat, nec voluit dicere, exhibe te nobis ex mala bonam, ſed qualis potes eſſe, quum iam bona me

liorem

liorem te oſtendere volueris & probare. Iam diua precor, talem te exhibeas peto, qualē eſſe conuenit deam, vt ſit miſericors & nulli contraria. Iam, quod dixit, hūc videtur habere intellectum, debes iam nō eſſe aduerſa, quia tenemus Italiā. ¶ Tuq; inclite mauors.) Nec illum prætermiſit, quem propter præſentē neceſſitatem debuit habere propitium, & qui omne bellorum genus haberet in poteſtate. ¶ Fonteſq; fluuioſq; voco.) Vſus eſt ꝗppe his cum relicto mari deflexiſſet ad tyberim, vſus etiam quum ad Euandrum pergeret. ¶ Quæq; ætheris alti Relligio.) Recte interpoſuit generalitatē, amplexus eſt quippe in ea omnes religiones, nequam neſcius præteriret. Cœli igitur deos terræ ac maris vna deprecatione connexuit: nec omiſit aliquem, qui omniū fuit antiſtes & cultor, incipit iam dicere cōditiones fœderis, quas nulli fas eſſet violare vel ſoluere. ¶ Ceſſerit auſonio.) Poſuit primo non patrem Turni, ſed quod ſuos ſeruare cōgrueret. qui enim paria exacturus fuit de parte diuerſa, ſuam prior debuit ſuorumq; vincire perſonā. In eo tamen & ſuis prouidet, & filio ſuo, ne poſt aduerſum forſitan certaminis exitum, aliquid ipſi quoq; paterentur aduerſi. ſi, inquit, Turnum ſecuta proſperitas fuerit, redeāt Arcades ad ſua, cedat filius meus iſtius finibus terræ, neq; vnquam Troiani vllo Italos prouocent bello. ¶ Si noſtrum annuerit, &c.) Dedit obſeruandam legem parti aduerſæ, & ſe alia ſuoſq; cōſtrinxit. Si vero, ait, me victorem certaminis exitus fecerit, quod magis volo & cupio prouenire, atque numina poſco, nolim ſeruiant Troianis Itali, nec Italis troiani ſint pares ſed ſint vnanimes, ſint vna ac perpetua ſocietate concordes, nec mihi regnum vendicabo, quod eſt ſoceri, hoc ſolum Italis imponam, quo lætentur & creſcant. dabo deos, dabo ſacra. Quid tam honeſtum? quid tam commodum, quàm deos noſcere & diſcere venerationem? Adhuc de commodo ſuo & de fructu victoriæ nihil dixit, totum regi, totum ciuibus ſeruans. Hoc vt credibile fieret, venit ad partes ſuas. Solam. inquit, palmam & gloriam quæro, cæterum manentibus cunctis in ſuo ſtatu mei mihi ciuitatem condent, non trudam quenquam ſedibus ſuis, nec alieni iuris ſedes inuadam, ciuitati ipſi nomen Lauinia dabit: nullus me victorem ſentiet, quum omnis mihi ſit cauſa cum Turno: quam libēter auditus eſt quum non tantum meos non ſe aſperum futurum polliceretur, quibus authoribus conflatum eſt bellum: verumetiam quos hoſtes habuit retenturum, ſed aſſereret cum Troianis æquales futuros eē, & in eo monſtrauit ſe beneuolum ſacra illis promittēdo, munus ſcilicet optandum cunctis, & venerabiliter excipiendum. Deferendo autem ſocero & latinis quantum ſibi fauorem omniū iunxit? In eo vero plenam monſtrauit reuerentiam, quum illum & patris nomine appellauit & ſoceri. Habeto inquit, pater arma, habeto ſocer imperium. hoc eſt enim imperare habere, mouendorum armorum poteſtatem, quum neceſſitas fuerit: & pacem teucri, quam procurauerit labor & fortunæ ſuffragium. Sic poſuit ſocer latinus hebeto arma, vt gentis ſit magis locutiōis quàm declinationis interitus. Mihi vero citra laborem ciuium, citra cuiuſquam impenſas mei mihi conſtituent vrbem, & hæc Lauiniæ decorabitur nomine.

## ASCENSIVS.

¶ Interea reges, &c.) Docet quomodo reges icturi fœdus conuenerant, & prio quibus verbis Æneas vſus eſt. Vnde quia nihil extat Donati. ¶ Ordo eſt, Reges. ſ. Latinus & Æneas procedunt interea caſtris, nam ſupp. Latinus vehitur, ingenti mole, curru quadriiugo. i. quaternis equis tracto, cui. ſ. latino bis ſex, ideſt. xij. radij aurati. i. fulgentes vt aurum circuncingunt tempora fulgentia. i. reſplendentia appoſitorie, ſpecimen. i. decus & ornamentum, ſolis, aut ſecundum Heſiodum qui dixit. Vlyſſis & Circes, quę eſt filia ſolis filium, vt ideſt poſtquam Turnus criſpans manu bina haſtilia lato ferro. i. habētia latum ferrum in bigis. i. biiugis equis albis. ſ. inuectus. Pater Æneas origo ſtirpis Romanæ. Nā ab eo domus Iulia orta eſt; flagrans, ideſt ardens, & reſplendens clypeo ſydereo, aut ſyderibus ornato, vt more ſyderum ſplendente. aut diuino artificio fabricato, aut cœlitus hoc eſt per aerem demiſſo: vnde addit, & armis cœleſtibus, ideſt cœlo demiſſis aut cœleſtiū opera factis ſupp. vehitur hinc. i. ex hac parte, & Aſcanius ſpes altera magnæ Romæ vehitur ſupple iuxta. ſ. patrem. Hæc verba magne ſpes altera Romæ dicitur Cicero protuliſſe in laudem Virgilij, cum eius venam auream accæpiſſe quæ nunc conuertit in laudem Iuli propter domū Iuliam vt dixi. Ratio tamē temporis videtur refragari cum Cicero prius cęſus fuerit. Hæc autem omnia per parentheſim inſerta videntur. Nam Ordo eſt. Reges. ſ. Latinus Ordo

& Turnus

& Turnus ex vna parte,& Æneas,& Aſcanius ex altera.ꝓcedunt interea caſtris,& ſacerdos.ſ.fecialis,attulit in veſte pura.i. ĩpolluta & ſacrificijs apta fœtum ſuis ſetigeri.i.porcum ꝓcreatum a ſue ſetigero.i.ſetas gerenti,& bidentem intonſam.i.ouẽ biennem adhuc creſcentem vt fœdus diu duret,& admouit pecus.ſ. quod feriret,aris flagrantibus.i.incẽſis.illi.ſ.q fœdus percuſſuri ſunt reges conuerſi ad lumina ſolis ſurgentis.i.ad orientem dant manibus fruges ſalſas.i.molam cũ ſale,& notãt ſummã.i.ſuprema tẽpora.i.vertices pecudum,ferro.i.forcipe & libant.i.ĩbuunt ad futurũ ſacrificiũ altaria.ſ.in honorem deoꝝ cõmunem extructa,pateris.i.vino e pateris ſupfuſo.Tũ.i.deinde,Æneas pius.i. religioſus deoꝝ cultor precaꝛ ſic vt.ſ.ſequitur enſe ſtricto.i. habens enſem ſtrictũ.ideſt euaginatũ ĩ manu.O ſol eſto mihi precãti teſtis,& o terra.ſ.Italica propter quam ego potui perſerre tantos labores eſto mihi p̃canti teſtis,& tu o pater oĩpotens ſcilicet Iupiter & tu Saturnia.i.Saturni filia,coniux.ſ. Iouis o diua.ſ. Iuno iam melior.i.clemẽtior ſolito precor.i.qđ precor,aut vti precor,& tu o Mauors ideſt Mars inclyte.i.clare,& glorioſe qui tenes & qui torques.i.ſuſtines,& quo vis impellis cuncta bella numine.i.nutu & diuina voluntate ſeu poteſtate,ego voco.i.inuoco ſup.vos: vnde aptior eſſet conſtructio ſi legeretur & Saturnia teq; inclyte Mauors &c.& voco.ſ.in teſtimonium,& fontes & fluuios.i.deos fontium & fluuiorum,& queq;.i.quecũq; religio.i.,cultus deoꝝ eſt ętheris alti.i.quicunq; dij in ęthere religioſe coluntur, & numina quæ ſunt ponto cœruleo.i.mari cœrulei coloris.i.obteſtor omnia numina cœli,maris,terrę,& inferiorum,ſi fors.i.forte victoria ceſſerit Turno Auſonio conuenit:ideſt conueniẽs eſt mihi & placet nos victos diſcedere ad vrbem Euãdri,& Iulus.ſ.filius cui regnũ Italiæ ſciebat deberi,cedet agris,nec Æneadę rebelles i.rebellantes referent poſt vlla arma,ideſt nunquam deinceps rebellabunt,ve pro vel non laceſſent ferro,ideſt armis hęc regna.ſ. pro quibus certamus quę ſunt latini. Sin,ideſt ſed ſi victoria annuerit nobis noſtrum martem.i.felicem exitum belli noſtræ virtuti,& fatis debitum,aut per hypallagen ſi noſter mars annuerit nobis victoriam,vt ego reoꝛ potius.ſ.futuꝝ,& vt ſup.dij firmẽt, ideſt confirment potius numine.i.nutu,& diuina voluntate ſua, ego nõ iubebo nec Italos parere.i.obedire Teucris vt dedititios, nec peto mihi regna.i.dominiũ hoc eſt ſolus dominari,ſed ambę gentes inuictę.i.quaſi inuictæ ſint mittant ſe in fœdera æterna.i. indiſſolubilia:legibus paribus.i.equis neutri pluſquam alteri indigentibus,ego dabo ſacra & deos,ideſt fungar iure põtificio Latinus ſocer habeto.i.vt habeat concedo arma.i.ius armorum qđ ciuile vocamus:& ſocer habeto imperium ſolẽne.i.ſolidũ & toto anno duraturum. Teucri conſtituent mihi mœnia, & Lauinia dabit vrbi nomen.

PIERIVS.

¶Bigis it Turnus in albis.) Vulgata quędã exemplaria Bijugis legunt. Sed bigis,oĩno legendũ ex anti.codi.& Seruij interp̃tatiõe Eandẽ lectionẽ Dona.agnoſcit,curq; bigis veheretꝛ Turnus rõnẽ. adijcit. Qui ad certamen exibat,expeditior ꝓceſſit, duos habens equos & duo haſtilia. Quod vero exẽplaria quædã vetera. In altis legunt minime placet. Quia longe plura ſunt q̃, Albis,legunt, id qđ dictum eſt ad factionis colorẽ ſubindicandum. ⸿Setigeræ fœtũ ſuis.) Vulgata quidẽ exẽplaria pleraq; , Setigeræ fœmi.gene.legũt. In antiquis quotquot legi, Setigeri,virili genere ſcriptũ eſt. Sunt vero ex eruditis qui ſetigerę magis ꝓbent. Sed.n.Ti.Dona.apte Maſculinũ agnoſcit genus,ait.n.fœtum porci dixit, non fœtum porcæ,patrem volens magis noĩare q̃; matrem. ⸿Illi ad ſurgentis conuerſi lumina ſolis.) Exemplaria pleraq; vulgata,ſurgentis ſolis,oĩno legunt,caſu poſſeſſiuo.antiqua vero oĩa quęcũque hẽre potui,ita hñt, Illi ad ſurgentẽ conuerſi lumina ſolẽ. In quo ſtructura cõcinnior:& elocutio figuratior. ⸿Et hęc mihi terra p̃canti.) In Ro.cod.in Mediceo & pleriſq; alijs manu ſcriptis, vocanti,ſcriptũ. Nẽpe qđ ſatis erat ꝓximiore verſu dixiſſe, p̃caꝛ, Sed.n.Donatus oĩno,p̃canti,legit, vt vulgata hñt exẽplaria. ⸿Et tu Saturnia cõiux.) Romanus q̃dem codex,& quidã alter vaticanæ bibliothecæ manu ſcriptus , coniux,cũ antiquioꝝ ĩpreſſionũ exẽplaribus legunt. In Oblongo, Põponij læti delitijs, in Mediceo & pleriſq; alijs Saturnia Iuno,legiꝛ.quod plauſibiliter magis acceptum eſt ab eruditis,q̃; uis,poſito Ioue,cõiux nõ indecore additũ videreꝛ. Sed Donatus quoq;, Iuno, lectionẽ agnoſcit. ⸿Cedet Iulus agris.) Vetera q̃dam exẽplaria,cedat,hñt. Quædã ẽt,cedet,ob ſyncroniam.ſ.quod ſeq̃tur. Referent,& laceſſent. In Dona.tñ Paraphraſi omnia hæc dicta videnꝛ p imperãdi modũ. In Mediceæ bibliothecæ antiquo codice,vltima ſyllaba tota ab raſa eſt & ſupne.d.&.adſcriptũ. Vnde,cedet,priorem lectionẽ fuiſſe cõijcias. ⸿Sin noſtrũ adnuerit nobis victoria martẽ.) Antiqua exẽplaria pleraq;, Si nr̃m,legunt, Sed.n.orationis ordo: vt,ſin, legaꝛ. Expoſcit,eaq; lectio In Mediceo & ꝓbatioribus aliquot codicibus. ⸿Et potius dij numine firment.) In vetuſtiſſimo quodam exemplari legere eſt,& proprius dij numina firment. In Romano quoq;,numina ſcriptũ eſt. Sed,numine vulgata lectio magis recępta. ⸿Æterna in fœdera mittant) In Oblongo codi. mittent,eſt affirmatiuo modo,de futuro,boni ominis cauſa,& pariter ſequitur. Sacra deoſq; dabo.

⸿Sic prior Æneas. ſequitur ſic deinde Latinus, POE.
Suſpiciens cœlum:tenditq́; ad ſydera dextram.
[Hęc eadem Ænea,terrã,mare,ſydera iuro, LATI.
Latonæq́; genus duplex,Ianumq́; bifrontem,
Vimq́; deum infernam,& diri ſacraria Ditis:
Audiat hæc genitor,qui fœdera fulmine ſancit.
Tango aras,medioſq́; ignes,& numina teſtor,
Nulla dies pacem hanc Italis,nec fœdera rumpet,
Quo res cunq; cadet,nec me vis vlla volentem
Auertet,non ſi tellurem effundat in vndas
Diluuio miſcens,cœlum've in Tartara ſoluat.
Vt ſceptrum hoc(dextra ſceptrum nã forte gerebat)
Nunquam fronde leui fundet virgulta,nec vmbras,
Quum ſemel in ſyluis imo de ſtirpe reciſum
Matre caret,poſuitq́; comas,& brachia ferro,
Olim arbos,nunc artificis manus ære decoro
Incluſit,patribuſq́; dedit geſtare Latinis.
⸿Talibus inter ſe firmabant fœdera,dictis POE.
Conſpectu in medio procerum:tum rite ſacratas
Ia flãmam iugulant pecudes,& viſcera viuis
Eripiunt,cumulantq́; oneratis lancibus aras.

SERVIVS.

¶Terrã,mare, ſydera iuro.) Ornatior elocutio , & crebra apud maiores,q̃; ſi velis addere p̃poſitionẽ vt dicas. Iuro p maria,p terras. ⸿Eadẽ aũt bñ dixit.nã p mari,ille fõtes poſuit,p ſyderibus Solẽ. ⸿Latoneq; genus duplex.) Ac ſi diceret,vtrũq; ſexũ Latonię ſobolis. Et bñ in fœderibus duplicia inuocat numina , q̃a in vnũ duo coituri ſunt populi. ⸿Ianũq; bifrontẽ.) Rite inuocat:q̃a ipſe faciẽdis præeſt fœderibus. Nãq; poſtq̃; Romulus &,Titus Tatius in fœdera cõuenerunt, Iano ſimulacrũ duplicis frõtis effectũ eſt,q̃ſi ad imaginẽ duorũ populoꝝ. Legimus tñ Ianum ẽt quadrifrontem fuiſſe. Vnde Martialis ait,Et lingua pariter locutus omni. Nã oĩs de duobus nõ dicimus. ⸿Vim.) Duritiẽ, inexorabilitatẽ. ⸿Sacraria ditis.) Sacrarium ꝓprie locus ẽ in tẽplo in quo ſacra reponuntur:ſicut donarium,eſt vbi ponunꝛ oblata; ſicut lectiſternia dicuntur, vbi hoĩes in templo conſueuerunt ſedere. ⸿Qui fœdera fulmine ſancit.) Confirmat, ſancta eſſe facit:q̃a cum fiunt fœdera,ſi corruſcatio fuerit,confirmãtur. vel certe quia apud maiores aræ non incendebantur , ſed ignem

ignem diuinum precibus eliciebant qui incendebant altaria. Sancire autem ꝓprie eſt ſanctum aliq̃d,id eſt conſecratum facere,fuſo ſanguine hoſtiæ : & dictum ſanctũ, quaſi ſanguine conſecratum. ⸿Si tellurem effundit in vndas.) Hypallage,pro, Si vndas effundat ĩ terras. Diluuio miſcẽs.) Aquæ ſuperfuſione vniuerſa perturbans . ⸿Vt ſceptrum hoc.) Homeri locus verbum ad verbum.

ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον, τὸ
μὲν οὔ ποτε φύλλα καὶ ὄ-
ζους,
φύσει ἐπειδὴ πρῶτα τομὴν
ἐν ὄρεσσι λέλοιπεν,
οὐδ' ἀναθηλήσει, περὶ γάρ
ῥά ἑ χαλκὸς ἔλεψε
φύλλα τε καὶ φλοιὸν, νῦν
αὖ τέ μιν υἷες ἀχαιῶν
ἐν παλάμῃς φορέουσι δι-
κάσπολοι, ὅ τε θέμισας
πρὸς διὸς εἰρύαται ὅ δέ τοι
μέγας ἔσσεται ὅρκος,

⸿Dextra ſceptrũ nã forte gerebat.) Per parẽtheſim dictum eſt. Vt aũt ſceptrum adhibeatur ad fœderã, hæc ratio eſt, q maiores ſemper ſimulacrum Iouis adhibebant: quod cum tædioſum eſſet,præcipue quando fiebant fœdera cum longe poſitis gentibus,inuentũ eſt vt ſceptrum tenentes,quaſi imaginem ſimulacri redderẽt

redderent Iouis. Sceptrum.n.ipſius Iouis eſt proprium. Vnde nunc tenet Latinus ſceptrum, non quaſi rex: ſed quaſi Paterpatratus. ⌈Imo de ſtirpe.) Ideo genere maſculino vſus eſt, qa de arboribus loquitur. Nam de hominibus genere fœminino dicimus: vt, Heu ſtirpem inuiſam. dixit tamen, ſed vſurpatiue. Horatius de arboribus: vt, Stirpeſq; raptas, & pecus & domus matre caret.) Vel terra; vt, Antiquam exquirite matrem: vel arbore: vt, Parua ſub ingēti matris ſe ſubijcit vmbra. ⌈Ære decoro.) Ideſt orichalco. ⌈Dedit geſtare latinis.) Vt, Dat ferre. ⌈Talibus inter ſe firmabant fœdera dictis.) Latinus & Æneas. Turnum autem non inducit iurantē, quia dux eſt, qui rege pñte rege non habet ptātem. Et imitatus eſt Homerum qui poſt iuſiurandum Menelai, Alexādrum quaſi feruidum & adoleſcentem inducit excluſum, & Priamū adhibitum ad fœderis confirmationem. ⌈Rite ſacratas.) Rite expurgatas ſolēnitate, quā diximus ſupra.

DONATVS.

¶ Sic pater æneas ſequi.) Iccirco ſuperna aſpiciens, cœlum, quia templum in campo non fuerat. ⌈Hæc eadem ænea ter.) Vt oſtenderet latinus ſe fidem plenam interpoſitis pactionibus ſeruatuꝝ: & ego, inquit, ænea per deos ipſos iuro, per quos ipſe iuraſti: & elementoꝝ omnium numina pariter inuoco. ⌈Tango aras, med. q; ig.) Nihil enim aliud habuit in pręſenti niſi aras & ignes, quæ cōtingi manu potuerunt, numina autem inuocabat, vt teſtimonio eſſent firmantibus fœdera. ⌈Nulla dies pa. hanc ita.) Dicēdo, quo res cūq; cadent, oſtendit ſe medium inter duos, eiq; ſe ſeruaturum fidem, qui poſſet alterum ſuperare. ⌈Nec me vis vlla vo. Auertet.) Non me auertet ab iſtius fœderis fide, nec vis vlla nec voluntas mea, hoc eſt non mutabo in cōtrarium ſententiā meā, nec ſi vis irruat maior, quæ me hoc ipſum velle compellat. ⌈Nō ſi tellurem.) Non, inquit, rumpant iſtam pacem, & exponit quid ſit maior, nec ſi miſceatur terra cum pelago, aut cœlum ad inferos decidat: ⌈Vt ſceptrum hoc.) Magnum impoſſibile etiam hic poſuit, vt enim ferebat ſceptrum, ait, quomodo hoc ſceptrū, qđ mihi regēdorum latinorum cauſa datum eſt, ex quo à matre abſciſſum, & nec virgulta iam poteſt nec frondes emittere, ſic ego non mutabor nec mouebor à præſenti fœdere: imo de ſtirpe reciſum, ſi iungamus, faciemus, ſtirpem genere maſculino contra ipſius virgilij ſnīam, qui omnibus locis ſtirpem fœminino protulit genere, Vt ſtirpis achilleæ faſtus: & heu ſtirpem inuiſam. & hic quoq; non multo ſupra hinc pater æneas romanæ ſtirpis origo. Hunc ſcrupulum, qui declinare voluerit, ſic pronuntiare debet, & ſic intelligere, vt quod dictum eſt, imo, ſeparet: vt ab imo abſciſſum, hoc eſt ab inferiore arboris parte, & a ſtirpe. ⌈Talibus inter ſe.) Quum vero ſuper dicta cōmunis ac firma voluntas conceſſiſſet, fiebat conſequenter, quod ꝑtinebat ad ſacrificiorum ritum. In flammam fundebatur ſanguis animalium, & anteq̄ morerent, extrahebant eoꝝ viſcera, & aris imponebant.

ASCENSIVS.

¶ Sic prior Æneas.) Recitat verba Latini ad fœdus faciēdū quo fere celebrato cœperūt Rutuli timere partibus Turni vt ſequētia docebūt, hoc aūt loco cū nihil extat Dona. ¶ Ordo eſt Æneas prior ſup. locutus eſt ſic, i. quēadmodū pręmiſſum eſt, Latinus ſequtur deinde ſic ſuſpiciēs. i. ſurſum aſpiciēs cœlū, & tendit dextrā ad ſydera. O Ænea iuro hęc eadē. ſ. quæ iuraſti terrā mare ſydera, & Latonę genus duplex. ſ. Apollinē & Dianā, hoc eſt ſolē & lunam, & Ianūbifrontē. i. bicipitem & vim deū. i. deoꝝ: infernā. i. quę eſt apud inferos, & ſacraria. i. repoſitoria ſacroꝝ, aut loca execrabilia ditis. i. Plutonis. diri. i. imanis & imitis genitor. ſ. Iupiter hominū & deoꝝ pater qui ſancit. i. ſancte conſtituit & ſtabilit fœdera fulmine. i. punitione fulminis ſi violent audiat hæc. ſ. quæ dicturus ſum ego tāgo aras & ignes medios. i. cōſocios & teſtor numina. ſ. deoꝝ, nulla dies. i. nullū tēpus rumpet Italis hāc pacē nec rūpet hæc fœdera quocūq;. i. in quēcūq; ſtatū res cadēt. i. accident, nec vlla vis. i. violētia auertet me volentē. ſ. hæc fœdera firma & rata eſſe non. ſ. auertet vlla vis ſi. i. tametſi effundat tellurem. i. terrā in vndas miſcēs. i. cōfundens ea elemēta diluuio. i. inundantia aqrū oīa diluuentium ſicut olim, vel ꝓ vel, ſi. i. tametſi ſoluat. i. diſſoluat aut reſoluat cœlū in tartara, quæ duo maxime diſtant. Vt. i. quēadmodū hoc ſceptrum (nā gerebat forte ſceptruz dextra) nūquam geret virgulta. i. nō amplius pullulabit aut germinabit frōde leui. i. molli & tenera, nec fundet vnq̄ vmbras cū reciſum ſemel in ſyluis de imo ſtirpe caret mr̄e. ſ. ſua hoc eſt arbore aut terra, & poſuit. i. depoſuit comas. i. frondes, & brachia. i. ramalia ferro, ideſt cultro, quod ſup. fuit olim arbos. i. arbor virēs, & manus artificis: incluſit nūc ſup. ipſum ęre decoro. i. orichalco ipſum decorante & dedit patribus latinis geſtare. i. fecit ipſis geſtabile. hoc eſt non prius diſſoluetur hoc fœdus q̄ hoc ſceptrum reuirebit. & frondebit. Reges ſup. Æneas, & Latinus firmabant inter ſe fœdera talibus dictis: in medio conſpectu procerum. tum. i. deinde iugulant. i. mactant in flammam pecudes ſacratas. i. expurgatas rite i. ſm ritum, & cerimonias ſacrificantiū, & excipiunt viſcera. i. inteſtina aut exta hoc loco viuis. i. adhuc viuentibus, & cumulāt. i. cumulatim opplent aras lancibus oneratis. i. plenis & pōderoſis.

PIERIVS.

¶ Vimq; deum īfernā diri ſacraria ditis.) In antiqs porro oībus exēp. ſcriptum obſeruaui, duri, & apud Ser. tale aliqd obſeruesdū exponit duriciē inexorabilē, pro Vimq; deū infernā. Ditē vero flecti indocilē ait Claudianus, quod congruit duro. ⌈Tango aras mediosq; ignes.) In Ro. co. in Medi. & aliquot alijs antiqs legere ē, tāgo aras medios ignis, abſq; particula copulatiua. Hoc loco Dona. ait. Medios dicit, quia nihil aliud habuit in pñti, niſi Aras & Ignes, quæ cōtingi manu potuerint. Numina aūt inuocabat vt teſtimonio eſſent firmātibus fœdera. hęc ille. Qui vero nolūt Virgiliū paſſim fari, ideo medios dictum aiunt, ꝙ ignis inter humanā diuināq; naturā medius ſit: quia materię applicatus ad ſublimiora ſpōte ferē, ſedēq; ſibi ſupiori loco debitā affectat. nullūq; ita ſit cōmodius internunciū, quod res noſtras ad deoꝝ aures & oculos ꝑferre poſſit. ⌈Cœlum've ī tartara ſoluat.) In Ro co. ſcriptū eſt cœlūq;. ſed ſingula hæc diſtincta Ti. Dona. ponit. Pręterea ī veteri co. quodā, in tartara vertat, hr̄, qđ forte ſumptū ex paraphraſi. Nā ſoluat, lōge plura legūt exēplaria. ⌈Cū ſemel ī ſyluis imo de ſtirpe reciſum.) Quia Grammatici ſolliciti ſunt de noīs genere quærūtq; nōnulli. Imo ne ſtirpe, an Ima dicēdū ſit. Et rñſum Seruij eſt fœmi. gene. dici de hoībus, virili vero de arboribus quāuis Hora. Stirpesq; raptas dixerit. Ea mihi viſum eſt apponere quæ ſup hoc Dona. ait. Si iugamus, inqt is, faciemus Stirpem genere Maſcu. contra ipſius Virgilij ſnīam, qui oībus locis ſtirpē fœminino ꝓtulit genere. Vt Stirpis Achilleæ faſtus, & Heu ſtirpem inuiſam, & nō multo ſupra, hinc Pater Æneas Romanæ ſtirpis origo. Hunc ſcrupulum q declinare voluerit, ſic ꝓnunciare debet, & ſic intelligere, vt quod dictum eſt. Imo, ſeparet. Vt ſit ab imo abſciſſum hoc'eſt ab inferiore arboris parte.

At vero Rutulis impar ea pugna videri
Iandudum, & vario miſceri pectora motu.
Tum magis, vt propius cernunt non viribus æquis,
Adiuuat inceſſu tacito progreſſus, & aram
Suppliciter venerans, demiſſo lumine Turnus,
Pubenteſq; genæ, & iuuenili in corpore pallor.
Quem ſimul ac Iuturna ſoror crebeſcere vidit
Sermonem. & vulgi variare labentia corda,
In medias acies, formam aſſimulata Camerti,
Cui genus a proauis ingens, clarumq; paternæ
Nomen erat virtutis, & ipſe acerrimus armis:
In medias dat ſeſe acies haud neſcia rerum,
Rumoreſq; ſerit varios, ac talia fatur.
⌈Non pudet o Rutuli cūctis pro talibus vnā IVTVR.

SERVIVS.

¶ Videri & miſceri) īfiniti ſūt ꝓ indicatiuis. ⌈Propius.) Diligētius: vt, Propius res aſpice noſtras. ⌈Nō viribus eqs.) Eos congreſſuros ſubaudis. ⌈Inceſſu tacito.) Pro ipſe tacitus, Hypallage eſt. ⌈Cui genus à ꝓauis ingens.) Cuius authoritatę commēdabat, & origo maiorū, & paterna virtus, & ꝓpria fortitudo. ⌈Pro cunctis talibus.) Qualis etiā Turnus eſt & attendit ſenſum ſuperiorem, vbi ait Turnus, & ſolus ferro crimen cōmune refellam. ⌈An viribus eqs nō ſumus?) Bene addidit Viribus. Nam legimus in Salluſtio, Memorare poſſumus quibus in locis populus Romanus ingentes hoſtium copias parua manu fuderit. Virg. Exigui nūero ſed bello viuida virtus. ⌈En omneis.) Ne occurreret, Sed eſt in caſtris alter exercitus. ⌈Fataliſq; manꝰ.) Troianorum. ſ. q fataliter ad Italiam venerant, vt ſit iteratio. ⌈Hetruria autem infenſa.) pro Hetruſci, qui etiam Turno inimici ſunt propter Mezentium. ⌈Deuouet aris.) Quia ait ſupra. Nobis animam & aram ſuppliciter venerans. Item ſupra, Vobis animam hanc ſoceroq; Latino Deuoui. Nam ipſa iterat verba.

ba. ¶ Viuusq; per ora feret.) Tanq̃ de viuo oẽs loquent. ¶ Lẽti.) Otiosi: vt, Nos patriã fugimus, tu Tityre lentus in vmbra.

Obiectare animam? numeró ne, an viribus æqui
Non ſumus? en omnes, & Troes & Arcades hic ſunt,
Fataliſq; manus, infenſa Etruria Turno:
Vix hoſtem alterni ſi congrediamur: habemus.
Ille quidem ad ſuperos, quorum ſe deuouet aris,
Succedet fama, viuuſq; per ora feretur:
Nos patria amiſſa dominis parere ſuperbis
Cogemur: qui nunc lenti conſedimus aruis.

DONATVS

❡ At vero rutulis.) Supererat, vt iuraret & turnus: ſed rutulis conditio ipſa iam cœperat diſplicere. Multo ante enim videbant impar futurũ eſſe certamen, & in eum fuerant perducti tractatus, vt animoꝝ diuerſis ſententijs mouerentur: qui eſſe poſſent mixti pectorũ metus, æſtimationi legentium poeta cõmiſit, vt plus ſentiamus, q̃ potuit dictione concludi. ¶ Tum magis, vt proprijs.) Quod ſuſpitionibus rutuli colligebant, cœperant de proximo oculis approbare. ¶ Adiuuat ingreſſu tacito.) Apparebant in turno ſigna oĩa, quæ imparis diffidentiam comprobarent. Primo ingreſſus eius hoc eſt ambulatio tacita, & progreſſus .i. ad vlteriora ſegnior acceſſus. Ecce his ſignis colligebat animi eius corporiſq; defectio. Laſſos quippe tacitos habuit greſſus, dum vix pedem mouebat, & vix reponebat alterum, vt progrederet vlterius. Fuit alterum diffidentiæ ſignum, quod aram venerabat oculis deiectis ad terram. ¶ Tabenteſq; genæ,) Tertium ſignum tabentium genarum fuit. nam repentina in acie fuerat deformatus. quartum palloris. qui ĩ iunone eſſe nõ debuit, ſi deeſſet & metus? ¶ Quem ſimul ac Iuturna ſoror.) Ecce opportunitas arripiendi perficiendiq; conſilij. vbi enim vidit iuturna vtiles per populum in turnũ tractatus increbeſceret, & nõnullis contraria ſentientibus perturbari, quæ cõmoda cæteris eſſe potuiſſent. ¶ In medias acies.) Ne ſententiarum diuerſitas & vtraq; partẽ facilis mobilitas vulgi contra turnum conualeſceret, vſa eſt iuturna cõſilio ſatis tpi neceſſario. vertiſe in camertis formam notæ nobilitatis ab auis & proauis, ac retro maioribus ornati, paternis quoq; meritis ac ſuis neceſſario poſuit: fruſtra ſunt enim ornamenta generis, ſi propria vniuſcuiuſq; defuerint, quũ autem non deſunt, tunc vtuntur omni gloria & ſe inuicem mutuo decore perfundunt. Hoc fuit in camerte: & ideo eius ſuſcepta perſona eſt, vt ſuadentis ſermo & generis autoritatem præferret & ſuam. ſi .n. ab imbelli procederet iſtiuſmodi perſuaſio, diceretur, & in hoc periculo quum nõ habes partem, non potes conſilium dare? Ergo quia & genere nobilis fuit & præſtans ipſe virtute, aſſumpta eſt & perſona talis hoĩs, quia facile poſſet audiri: ¶ Non pudet o rutuli.) Exhortatio eſt quum quadã obiurgatione, in qua modum cõſeruat: ne imperioſa ſatis aut iniurioſa turbaret aĩos vulgi: & qd' cœperant velle, non facerent. Licet enim ꝑſona eſſet appoſita, quæ pp generis amplitudinem & virtutis ſuę meritũ poſſet audiri, poſſet tamẽ contendi, ſi ad verboꝝ iniuriam tẽderet. Fuit ergo tẽperata dictio neceſſaria, vt factum eſt. difficile quippe eſt a bono & ſecuritate vitæ transduci quẽquã, vt euidentẽ ſubeat mortẽ. at his viſum eſt facile ꝑſuaderi poſſe, quum iam licet dubij in certamen aĩum duxiſſent. Huic loco cõſentit terentiana ſnĩa, qua dictum eſt. dum in dubio eſt aĩus paulo momento huc vel illuc impellit. habuit ergo hanc occaſionẽ iuturna cõuerſa in camertis formã, vt primũ ſe inſereret medijs. qui .n. in medio agmine loquit, facile põt à circũfuſis audiri, quũ medio vicini ſint oẽs. Incipit ſic. Non pudet, hoc arguentis eſt. Quod vero addidit: hortantis, qd' tertio dixit rutuli, animantis effectum, & indicium laudantis impleuit. Et turpe, inquit, & pernicioſum nobis eſt ò rutuli vnũ pugnare in multos. aliena aũt ope defendi tanti ac talis pudoris nõ ferenda iactura. ſtultitia vero ſingularis in vnius aĩo, potius quã in multoꝝ ſpem collocari vincendi. Subire autem tale fœderis factum, vt cũ nota viuendum ſit, ſi valuerimus vincere, aut ſeruiendũ ſit perpetuo, ſi fuerimus ſuperati. Ego ciues probare non poſſum, quo ex ore, vel qua mente, quaue infami patientia ſedeam in alieno certamine ſpectans periculũ meum. Faciant hęc, qui, ſibi adeſſe non pñt, faciant impares numero, aut virtute diſſimiles. Quid quærimus aliena ope defendi? quum id quod ex illius ſperamus auxilio, facilius poſſit ꝓprijs laboribus prouenire? Conſiderate, qui ſitis & quales rutulorum nomen, & facta quanta vbiq; prædicatiõe laudentur. nihil interea è diuerſo exiſtit, quod aliquem incutiat motum non numero præcedit hoſtis, aut robore. quidquid opinio formidoloſum ſparſerat, pręſto eſt, & ſubiectum oculis veſtris totum, quod habet pars vtraq; ſubſtantiæ, prodidit campus, quod contra fidem rerum onerauerat fama terroribus. Troiani adſũt, videntur arcades, in conſpectu ſunt, quos fatales apparẽt, & hoc

eſt

eſt totum, quod infenſa etruria in turnum potuit. Proinde ſi regis exemplo ſingulare placuerit ſubire certamen, nõ erit, qui nobis oĩbus pugnaturus occurrat: nec me arbitremini vtilitatem turni cõmodumq; tractare. Felix ille eſt, & habet etiã in ipſis aduerſis poſitam laudẽ, perueniet ad deorũ conſortium, qui dijs teſtibus pugnaturus eſt. ¶ Ille quidem ad ſuperos.) Erit illius per omne æuum magnificum nomen, cumq; illius corpus viuẽdi finis extinxerit, fama tamen manebit incolumis. nos vero ſequitur proditio, regis crimen, & grauiſſima ſęuiendi conditio. Cumque ipſa ſeruitus intoleranda per ſe ſit, cõſiderate qualis ingruat, quę proficiſcitur a plurimis, & imponit inſuetis, imponit indignis. quis dominos feret, quos victoria dederit ſuperbos? iratos, offẽſos? Quod moderamen poterit ſperari ſeruitij? qualeſue ipſi futuri ſunt, quos ſecundarum reru3 elatura ſuperbia eſt, & poſt inimicitiarum vires ſecuta dominationis autoritas. non iam exigentur iuſta de ſeruis ſibſequia, ſed de addictis hoſtibus pœnæ. Mori potius ciues placeat, q̃ ſeruire victori. patria, inquit, amiſſa hoc eſt perdita libertate. Liber .n. habet patriam, quam nõ habet ſeruus, vſq; adeo qui plenam ſumpſerit à domino libertatem ciuitatem romanam dicitur conſecutus.

ASCENSIVS.

❡ At vero &c.) Recitat quomodo Iuturna videns Rutulos diffidentes viribus Turni de iniqua cõditione fœderis querulos in ſpẽ Camertis fœdera diſrumpere cohortata ſit circa quam rẽ potiſſimũ circa mœſtitiã Turni dicit Dona. ſic, Inceſſu tacito, q̃tuor ponit ſigna timoris. Primum eſt ingreſſus tacitus, dum .ſ. vix pedem mouebat, Alteꝝ, ꝙ aram venerabat oculis deiectis, Tertiũ tabentiũ genaꝝ ex macie ẽpentina. Quartum palloris, Hæc ille.
❡ Ordo aũt eſt. At vero .i. ſed certe ea pugna videri .i. videbat iãdudum .i. iam paulo ante impar .i. inęqualis: cũ Æneas fortior, & robuſtior videret q̃ Turnus, & pectora miſceri .i. miſcebant aut miſceri cœperũt vario motu .i. cõmotione varia. Tum magis .i. & tunc magis, vt .i. poſtq̃ cernũt ꝓpius .i. attẽtius & diligẽtius ſup. videri .i. videbant Æneas, & Turnus nõ viribus æquis .i. nõ hẽre vires ęquas .i. æquales Turnus ꝓgreſſus ĩceſſu tacito .i. ipſe tacẽs, & cogitabundus, & venerans arã ſuppliciter vultu demiſſo, adiuuat .ſ. talẽ opinionẽ, & de ipſo exiſtimationẽ. & geñ .ſ. eius pubentes .i. adhuc molli barba, & tenui lanugine tectæ, & pallor in corpore iuuenili ſupple adiuuant exiſtimationem talem. Quẽ ſermonẽ .ſ. de Turno ſimul, ac .i. ſtatim poſt, Iuturna ſoror .ſ. Turni vidit crebreſcere .i. crebriorẽ fieri, & magis ac magis diffũdi, & corda vulgi labentia .i. vacillantia, variare .ſ. ſermonem, aut ſnĩas de Turno alijs dicẽtibus victurũ alijs vincendũ eſſe, ipſa aſſimulata formam .i. per formã Camerti .i. illi viro ſtrenuo, cui .ſ. Camerti, genus erat ingens .i. magnũ & generoſum & nomẽ virtutis paternæ, erat clarum, & qui ſup. ipſe .i. ipſemet, aut in ꝓpria, vt dicunt ꝑſona ſup. erat acerrimus .i. maxime ſtrenuus armis, dat ſeſe ĩ medias acies, dat inquit ſeſe in medias acies, haud neſcia .i. perita reꝝ, ſerit varios rumores, ac fatur talia. o rutuli cuncti, aut potius o rutuli nõ pudet vos cũctos obiectare .ſ. ꝑiculo, & aleæ belli vnã aĩam .i. vnius hoĩs vitã pro talibus .i. tam arduis .ſ. negotijs in quibus .ſ. certat pro libertate patriæ. An non ſumus æqui .i. æquales Troianis numero an viribus, en oẽs troes, & oẽs arcades qui .ſ. obuerſari nobis poſſint ſunt hic .i. in hoc paruo exercitu, & manꝰ fatalis .ſ. Ttoianoꝝ, qui fataliter in Italiam ſe veniſſe iactant. & Etruria infenſa Turno .ſ. pp ſocietatẽ Mezentij, ſup. eſt hic, Nos vix habemus ꝓ hẽamus alterni .i. alternatim. vt dũ alter habeat, alter non habeat, hoc eſt pro dimidio exercitu hoſtẽ .i. duplo plures ſimus: ſi congrediamur. ille quidẽ .ſ. turnus ſuccedet fama ad ſuperos .i. merebitur immortalitatem, & trãsferetur ad ſuperos, quorum aris ipſe deuouet, ideſt morti addicit. & ſacrificat ſe. nos ſup. aũt cogemus patria amiſſa, ideſt poſtquam amiſerimus patriam parere, ideſt obedire, & obtemperare dominis ſuperbis, ideſt tyrannis phrygijs de victoria ſupbientibus. nos inquit qui conſedimus .i. reſides locũ cæpimus lenti .i. otioſi. & ignaui, ſup. in aruis .i. campis vbi illi congreſſuri ſunt.

PIERIVS.

❡ At vero Rutulis impar ea pugna videri Iãdudum & va.) Antiquiores aliquot codices. Rutuliſq; impar. legunt. Nam, q̃ præiectum alteri copulatiuę &. venuſtam reddit orationẽ. ¶ Adiuuat

inceſſu

inceſſu tacito.) vetera quidem exemplaria multa cū vulgatis. Inceſſu legunt. In oblongo tamen vaticano, ingreſſu, ſcriptum eſt. Incedere enim quū plerunq; ſit maieſtatis, & venerabile neſcio quid præ ſe ferat locum hic habere non videt̃. vbi omnia perquiruntur, quæ timorem in Turno manifeſtum indicent. Præterea Seruius quoq; ingreſſu, agnoſcere videtur, ſi, diligenter īſpicias. Haud quaquam vero obſcure Donatus. ingreſſu, legendū oſtendit, dum ait. Apparebant in Turno ſigna omnia, quæ imparis diffidentiam cōprobarent. Primo ingreſſus eius, hoc eſt ambulatio tacite, & ꝓgreſſus, hoc eſt: ad vlteriora ſegnior acceſſus. Ecce his ſignis colligebatur animi eius corporiſq; defectio, laſſos quippe tacitos habuit greſſus, dum vix pedem mouebat & vix reponebat alterum: vt ꝓgrederetur vlterius. Fuit alterum diffidētiæ ſignū, quod aram venerabat̃ oculis deiectis ad terrā. Et (vt reliqua perſequamur) Tertiū ſignū tabentiū genarum fuit, nā repentina macie fuerat deformatus. Quarto palloris. qui in iuuene eſſe nō debuit. ſi deeſſet & metus. ¶ Et aram ſuppliciter venerans.) Sunt qui, ad aram: legunt: vt ſit progreſſus ad aram. Sed. n. exēplaria vetera, & aram, habent: vt ſit. & aram ſuppliciter venerans. Vnū enim vti dictum ex Donato, de quatuor ſignis, quæ timorē indicabant, fuit ea veneratio demiſſo lumine præſtita. ¶ Pubentesq; genas. Antiquus codex Medicee Bibliothece in Pubentes. primā literam abraſam, & alio atramēto in, p, notatā oſtendit. Sed quę ſubſequit̃ vocalis a, eſt, & ea quidē incolumis conſeruata, ſed. v. vocali quinta ſuperne adſcripta. Vt quod prius tabentes, legebat̃: in Pubentes. ſit imutatū. Sed & alij codices pleriq;, tabentes, legunt: & quod Tib. Donatus tertiū ſignum tabentiū genarū fuiſſe dicit, nullā dubitationē reliquam facit, quin lectio caſtior ſit. Tabenteſq; genas. ¶ Nō pudet o rutuli cūcti pro talibus vnam obiectare aiam.) Ro. codex, & Oblongus Vaticani Mediceusq;, & nō nulli alij veteres, pro cunctis talibus, legunt. Quam lectionē Seruius agnoſcit, dum ait, tales latinos reliquos: qualis eſt Turnus. ¶ Numero ne an viribus æqui nō ſumus.) In codicibus aliquot manu ſcriptis, ęquæ, habes: quia dixerat vnam animam ita ęquę aiæ, quod nō ꝓbatur. in aliquot alijs, viribus ęqs, ſed ęqui. vulgata lectio oīno caſtior. ¶ En oēs & troes & arcades hi ſunt.) In antiquo codice ſcriptū eſt. En oēs hi troes & arcades hi ſunt. q. d. inimici noſtri, qui ſedibus ſuis expulſi, terram alienam inuaſere: ne pp fœdus initum, eos iam amicos effectos exiſtimarent: & ideo certare nollent. Seruius, hic ſunt, cū vulgata lectione legit, ne in caſtris alteꝝ exercitum eſſe ſuſpicarent̃, quæ lectio magis placet oīno, quia propoſitū eſt. Numerone: an viribus æqui nō ſumus. Mediceus codex, & aliquot alij perueteres eadem ſnīa lectione paulo ſecus ſcripta, ita legunt, En oēs & troes & arcades hi ſunt. vt ſuſpendatur. En oēs inde ſubijciatur. & troes & arcades hi ſūt, quos. ſ. ante oculos habetis. & nō alijs vſquam. In Ro. autē codi. legere eſt. Et troes & arcades hinc ſunt fataliſq; manus & in aliquot alijs codicibus, fatales numero multitudinis habet̃. Quod ita forte quis interpretetur, & troes & arcades hinc ſunt, in latinis quippe caſtris tam ſtrenui, tamq; præſtantes virtute viri habentur, quales & troes & arcades feruntur. vel potius diſtinguendum, vt dicas, En oēs & troes & arcades mox de ſuis hinc ſunt fataleſq; manus infenſa Etruria Turno. hoc eſt Latino quoq; nomini fauent fata, ne eos tm̄ fatis fretos huc veniſſe pſuaſum habeatis. Et qđ magis excitare aīos poſſit. Etruria, quę infenſa Turno eſſe conſueuit, nobiſcum militat, pp eos, qui Mezentium ſecuti erant. vt ita ſit rn̄ſum ad id, qđ propoſitū erat, eſſent ne æqui viribus. de numero vero ait. Vix hoſtem alterni, ſi congrediamur, habemus. Cæteꝝ crediderim ego, n, literā in Ro. codi. ſuperfluam eſſe, vt ſæpe alibi in eodē reperitur. Eamq; oīno caſtiorem eſſe lectionē, quæ vel, hic, aduerbium vel hi, pronomen demōſtratiuū ſcriptū oſtendit: preſertim quom Ti. Donatus ita locum hunc interpretetur. Conſiderate qui ſitis, & quale Rutuloꝝ nomen, & facta quanta vbique prædicatione laudantur. Nihil interea e diuerſo exiſtit, quod aliquem incutiat metum. Non numero p̄cedit hoſtis, aut robore: quicquid opinio formidoloſum ſparſerat, pręſto eſt, ſubiectum oculis noſtris. Tum quod habet pars vtraque ſubſtantię, prodidit campus, quod contra fidem rerum onerauerat fama terroribus. Troiani adſunt, videntur Arcades, in conſpectu ſunt, quos fatales appellant, & hoc eſt totum, quod infenſa. Etruria Turno potuit.

Talibus incenſa eſt iuuenum ſententia dictis, POE.
Iam magis, atq; magis: ſerpitq; per agmina murmur.
Ipſi Laurentes mutati, ipſiq; Latini,
Qui ſibi iam requiem pugnæ, rebuſq; ſalutem
Sperabant, nunc arma volunt fœduſq; precantur
Infectum, & Turni ſortem miſerantur iniquam.
His aliud, maius Iuturna adiungit, & alto
Dat ſignum cœlo, quo non pręſtantius vllum
Turbauit mentes Italas, monſtroq; fefellit.
Nanq; volans, rubra fuluus Iouis ales in æthra,
Littoreas agitabat aues, turbamq; ſonantem
Agminis aligeri, ſubito cum lapſus ad vndas,
Cycnum excellentem pedibus rapit improbus vncis.
Arrexere animos Itali, cunctæq; volucres
Conuertunt clamore fugam (mirabile viſu)
Ætheraq; obſcurant pēnis, hoſtemq; per auras
Facta nube premunt, donec vi victus, & ipſo
Pondere defecit, prædamq; ex vnguibus ales
Proiecit fluuio, penituſq; in nubila fugit.
Tum vero augurium Rutuli clamore ſalutant:
Expediuntq; manus, primuſq; Tolumnius augur:
Hoc erat, hoc votis, inquit, qđ ſæpe petiui. TOL.
Accipio, agnoſcoq; deos, me me duce ferrum
Corripite o Rutuli, quos improbus aduena bello
Territat inualidas vt aues, & littora veſtra
Vi populat: petet ille fugam, penituſq; profundo
Vela dabit, vos vnanimi denſate cateruas,
Et regem vobis pugna defendite raptum,

SERVIVS.

¶ Fœduſq; precantur infectum.) Rogant vt pro non facto ſit, ne piaculū videant̃ admittere. ¶ Et alto dat ſignū cœlo.) Vt religio alia religione ſoluat̃. ¶ Præſentius.) Efficacius. ¶ Mōſtroq; fefellit.) Bene fefellit. nā q; hoc auguriū nec oblatiuū eſt, nec impetratiuū, ſed īmiſſum factione Iuturnę, qđ carere fide indicat ſedes negata. Nam vbicūq; firmum introducit auguriū, dat ei firmiſſimā ſedem: vt, Ipſa ſub ora viri cœlo venere volātes, Et viridi ſedere ſolo. Itē, Ante ſiniſtra caua monuiſſet ab ilice cornix. In hoc aūt augurio liberatū cygnū cecidiſſe in aquā dicit, quā inſtabilē eē māifeſtum eſt. ¶ Littoreas agitabat aues.) Paluſtres. Nā littus dr̃ oīs terra aquis vicina. vt, Viridiq; in littore conſpicitur ſuis. ¶ Excellētē.) Magnū, ſicut in exercitu magnus eſt Turnus. ¶ Cōuertunt clamore fugā.) Redeūt cū clamore, ſicut in exercitu ſolet fieri. ¶ Auguriū ſalutāt.) Venerant̃. Et ꝓprie. nā ſalutari dicimus deos. Terētius, Hinc deos domum ſalutatū pergā. ¶ Expediuntq; manus.) Dimicare ſe velle ſignificant. hęc enim eſt conſenſio militaris. Lucanus, Elataiq; alte quæcūq; ad bella vocaret Promiſere manus. ¶ Qđ ſæpe petiui.) Quaſi impetratum vult videri hoc augurium. ¶ Accipio, agnoſcoq; deos.) Modo quaſi de oblatiuo loquit̃. nam in oblatiuis augurijs in poteſtate videntis eſt vtrū id ad ſe ptinere velit, an refutet & abominetur. Ergo nūc dicit ſe auguriū libenter amplecti, & agnoſcere circa ſe fauorem deorum. ¶ Quos īprobus aduena territat.) Interpretat̃ augurium: & cōfirmat id ad pñs negotium pertinere. ¶ Littora veſtra.) Bona iteratio. nam ſupra ait, Littoreas agitabat aues. ¶ Vi populat.) Antiq; . nā veteres & populo & populor dicebant. nunc tm̄ populor dicimus. populo aūt de vſu penitus receſſit. ¶ Penituſq; profundo vela dabit.) Vt ſupra de aquila, Penituſq; in nubila fugit. ¶ Denſate cateruas.) Sicut, Cygni hoſtemq; p auras Facta nube pręmunt.

DONATVS.

¶ Talibus incē. eſt iu.) Quia iuuenes fuerāt, hoc eſt fortes, facile quaſi quodā flatu exhortationis incenſi ſunt. ¶ Iā magis atq; magis:) Magis, inqt, & hoc idē duplicauit, qa volētis cohortatio īpulerat. ¶ Serpitq; per agmi. murmur.) Et paulatim procedebat ī ſingulos inutile fœderis murmur: atq; in vniuerſa agmina vadendo creſcebat: ¶ Ipſi laurentes mutati.) Laurentes poſſemus accipere ipſos, qui in ciuitate morabantur: latinos vero, qui confluxerant ab illis locis. Ipſi igitur qui dixerant, ſcilicet vt turno contingat

regia coniux, nos animæ viles, inhumata, infletaq; turba Sternemur campis. etiam tu, ſiqua tibi vis, ſi patrij quid martis habes, illum aſpice, contra qui vocat. Ipſi mutati ſunt in eam ſniam quam præmiſerant: ┌ Qui ibi iam requiem.) Intantum mutati ſunt, qui iam ſperabant otium & plenã requiem: qui iam ſalutis ac rerum fiducia tenerentur, arma cuperent, recuſarent fœdus, & miſeratione turni pleniſſima tenerentur. ┌ His aliud maius.) His hoc eſt illis, quæ ſuperius locuta eſt: vel quos loquendo cõmouerat, præſtantes adiungit, & monſtrum tam magnũ, & ita ad cãm præſentis tpis compoſitum, vt oĩum feſellerit ſenſus. ┌ Nãq; volans rubra.) Inuentum artificioſe cõpoſitũ, primo, vt alitem maſculum immitteret, ſi enim fœmina eſſet, non tangeret æneæ pſonam, deinde ait iouis ales, vt turbandũ fœdus nec perficiendũ eẽ etiam iupiter videretur oſtendere. agitabat ille littoreas aues innoxias. ſ. nec importunas cuiquam. rubra in æthra, cœlo mundo & ſereno. aurora. n. tunc vigore integro ſplendet, quũ nulla nube fuſcatur. dedit ei auium multitudinem, quæ ſignificaret exercitũ: dehinc ad vndas lapſum dixit, maioremq; cycnũ pedibus ſubſtuliſſe, vt inter minores perſonas aliqua potior putaretur, hunc ait cycnum ſubito vncis pedibus rapuit. Ecce in ipſo etiã monſtro æneæ perſona potior inuenit. nam nihil eſt hoc genere alitis fortius, vtpote, qđ erigitur corporis forma, & roſtro vnguibuſque armatum eſt, perindeq; quidquid tenuerit, laniet. dehinc qa pertinet ad iouem, tutum eſt ſemper: nec alicui periculo ſubiacet: exercitus ipſe iners imbellis per littoreas aues oſtendebat. nam nihil eſt illis opportunius ad prædam, cycno quoq; ineptius nihil, qui tam facile potuit capi quando cum cæteris auibus volare nõ valuit. deinde potuit teneri vnguibus, quod ipm ſine ſanguine vulneribuſq; nõ fuit. ┌ Arrexere ani. ita.) Quum eſſent ex omine publico tractatu ſuſpenſi, conuerterunt in aues intentionem ſuam, ne quid pro ſuis partibus in illa expectatione colligerent. ┌ Cunctæq; volucres Conuertunt.) Hæc pars aliquid potuit ſignificare pro turno. nam volucres cunctæ denſatæ in cateruam atq; inſtantius perſecutæ raptorẽ adegerunt remittere vnguibus prædam, quod ille fecit pondere ſuperatus, & impreſſione perſequẽtium: Perdito autem põdere fugit in nubila, hoc eſt eo, vnde venerat, remeauit. ┌ Tum vero augurium rutuli cla. ſal.) Tñ illud auguriũ dubitantes hortatũ eſt, armauitq; in prælium. vt omnes vna voce quaſi felix ſignũ futuri exitus, ſalutarent, armarent manus, & bellũ, quod dudũ abiecerant, quærerent. ┌ Primuſq; tolũnius augur. ┌ Hoc erat, hoc votis, inquit.) Non ſoli falſi ſunt alij, ecce iuit in errorẽ & ipſe, q auguriorũ ſcientiã profitebatur. qđ petiui, inquit, accipio fauentibus dijs, quos p votorũ obſequia & ritus ſacrorũ in meas partes adduxi, meme duplicando, hortãdi cumulauit affectũ. ┌ Me duce ferrũ Cor.) Hoc eſt me primo ferrũ corripiente etiã vos manus armate miſeri. Incipit iam exponere errores potius augurij, q̃; veritatẽ, vt hoc genere cõfirmaret animos vulgi. ┌ Quos ĩprobus aduena bello, Territat.) Quẽadmodũ vidiſtis improbitatẽ vnius alitis, cæteras ĩnoxias agitari, atq; vt illæ affuerunt potiori oẽs, & eum eripuerunt vniuerſæ vnanimes: ita & vos cõgregati fugate hoſtẽ, & regẽ veſtrũ eripite manibus inimici fugiat ille, & alium nauigium petat, nobis ſufficiat noſtrum liberaſſe captiuum.

ASCENSIVS.

¶ Talibus &c.) Docet quomodo verbis Iuturnæ ĩ forma camertis loquẽtis ex augurio per eandẽ fallaciter ĩducto violatũ eſt fœdus per Tolũnium augurẽ aſſentientibus iuuenibus. Vnde Don. Primuſq; Tolũnius. nõ ſolũ Rutuli ſed ẽt Tolũnius augur augurio deceptus eſt. Hoc ille. ¶ Ordo eſt. Snĩa iuuenum incenſa eſt. ſ. ad diſrũpendũ fœdus talibus dictis. ſ. Iuturnæ ſub ſpẽ Camertis accenſa eſt inquã iam magis atq; magis, & murmur ſerpit per agmina. ſ. fœdũ eſſe Turnũ ſolũ p oĩum libertate dimicare, ij, ſupp. qui ſperabant. i. optabant ſibi iã. i. pauloante requiẽ. i. intermiſſionẽ aut abolitionẽ pugnæ & ſalutẽ rebus volunt. i. expetunt nunc arma. i. bella, & precantur fœdus infectum. i. vt ſit non fcm̃ aut annihilatum, & miſerantur iniquã ſortẽ Turni, qui. ſ. ſolus cõtra fortiorẽ ſe dimicaturus ſit. Iuturna adiungit his aliud maius. ſ. portentum & pro. i. dat ſignum. i. prodigium ſeu augurium, alto cœlo. i. in aere, quo. ſ. ſigno vllum. ſ. aliud non turbauit præſtantius i. efficacius mẽtes Italas. i. Italicas, aut Italorum, vel ſic quo nõ vllũ. i. nullum ſignũ exiſtẽs pſtãtius. i. magis idoneũ ad hoc turbauit mentes Italas, & fefellit mõſtro. i. monſtratione falſi augurij, ſeu auſpicij. Nã ales Iouis. i. aquila fuluus. i. fului coloris, volans in æthra. i. in aere, rubra. alta & rubeſcente agitabat aues littoreas i. in littore verſari ſolitas, & turbã ſonantẽ. i. ſonoram, & canorã ſ. agminis aligeri. i. auiũ cũ. i. quando ipſe ales Iouis lapſus ſubito ad vndas, rapit ĩprobus. i. ĩprobe & ĩmaniter pedibus vncis. i. incuruis, hoc eſt vnguibus, cicnum. i. olorẽ excellentẽ. Itali. ſ. id videntes arrexere aĩos, & cũctæ volucres cõuertũt fugã clamore. i. redeunt, vt fugerent cũ clamore mirabile viſu. i. quæ res erat mirabilis viſu. i. ad vidẽdum aut dum vr̃, & ſup. volucres oẽs obſcurant. i. occultant æthera. i. ſuperiorem aerẽ, & premunt hoſtem, ſ. aquilam, cui Æneam cõparat, & Turnum cycno a ſuis eripiendũ per auras, ergo nube. i. dẽſitate alarum multarũ facta. ſ. ab auibus in æthere, donec. ſ. ales victus, ſupp. fuit, vi. i. violentia, & defecit ipſo pondere. i. arduitate negocij, & donec ales proiecit fluuio. i. in fluuium, pdam. ſ. cycnũ ex vnguibus. i. quã habuerat prius ĩter vngues ſuos, & fugit penitus in nubila. i. obſcurũ aerem. Tũ vero i. tunc præcipue, aut ad verũ, aut ſed tunc maxime Rutuli ſalutant i. venerantur & blande affantur ratum ſaluumque eſſe cupiunt augurium. ſ. per Iuturnã fraude oblatum, & expediũt manus. i. ad pugnã aptant, & Tolumnius augur, inquit, primus hoc erat in votis. i. quod ſæpe petiui & deſideraui. Ego accipio. i. ratum habeo, & agnoſco deos, ideſt voluntatem & fauorem deorũ erga nos. O Rutuli corripite ferrũ, meme, geminatio affectũ exprimit duce, ideſt ductore & auſpice. O Rutuli ĩquit quos aduena. ſ. Æneas improbus. i. improbandus, vt augurium indicat territat bello, vt aues inualidas. i. imbelles, & populat. i. populatur, & depredatur, vi. i. violentia nõ iure, noſtra littora. i. extremas oras quaſi paulo poſt fugititurus, ille. ſ. improbus aduena petet fugã ſicut aqla petijt, & dabit penitus vela pfundo. ſ. mari ſicut aquila penitus in nubila fugit vos igitur denſate cateruas. i. acies collectas vnanimi pugna: ſicut cunctæ volucres hoſtẽ p auras facta nube preſſerũt, & defendite vobis. i. ad vtilitatẽ veſtrã, regem raptum. ſ. Turnũ, qui p hoc fœdus in manibus prædonis eſt eripiẽdus a vobis per fœderis diſruptionem. Põt etiã ordo eſſe, defendite vnanimi pugna regem raptum vobis, ideſt in damnũ veſtrum.

PIERIVS.

¶ Talibus incenſa eſt iuuenum ſnĩa dictis,) In antiqs aliquot codi. accenſa, legitur, quã lectionẽ Donatus ẽt agnoſcit. ┌ Quo nõ præſtantius vllum turbauit mentes Italas,) Antiqui aliquot co. præſentius, legunt vt illud. Præſentemq; viris intentant omnia mortẽ. In Mediceo, præſtãtius, qdem ſcriptum eſt: in dictionum ſeq̃la. Sed ſuperne vetus hæc lectio pñtius addita. ┌ Rubra fuluus Iouis ales in æthra,) In antiquis pleriſq;. fuluos. vti etiã ſuperius. Viuoſq; per ora feretur. de quo ſcriptiõis modo ſatis alibi dcm̃, Id præterire non poſſum. quod Ti. Donatus artificioſe cõpoſitũ ait, primo vt Alitem maſculinum ĩmitteret: ſi. n. fœmina eſſet, nõ tangeret. Æneæ perſonam. Deinde ait. Ales Iouis, vt turbandum fœdus, nec pficiendum, & Iupiter videretur oſtendere. ┌ Mirabile viſu,) Antiqui aliquot codices vna cum Mediceo. Miſerabile, legunt. Sed vulgata lectio accæptior eruditis. ┌ Donec vi victus & ipſo pondere defecit,) In antiqs pleriſq; codi. deficeret, habetur. Magis tñ placet, defecit, vt vulgata habent exẽplaria, non ſine veterum aliquot codicum aſſenſu. ┌ Me me duce ferrũ corripite o Rutuli, Quos improbus Aduena Bello ter.) In Rom. cod. legere eſt. O miſeri. non o Rutuli, ſubiecta vero ſtatim ratio cur miſeri, quos. ſ. improbus Aduena bello territat, inualidas vt aues, & littora veſtra vi populat. In Mediceo, & aliquot alijs antiquis. O rutuli ſcriptum eſt Ti. Dona. O miſeri, agnoſcit, dicit enim. Et vos manus armate. O miſeri, hoc eſt dolendi. ┌ Et littora veſtra vi populat,) Sunt aliquot antiqui cod. vbi noſtra legatur. Sed oĩno veſtra melius. ┌ Dẽſate cateruas,) In Romano cod. Denſete, legitur coniugationis ſecundæ, vt ſuperius. deſent. ſed hic aures offendit tam exiliate vocalis tenuiſſimæ ter continenter poſitæ: q̃; etiã ſono ipſo elangueſcentis.

┌ Dixit, & aduerſos telum contorſit in hoſtes POE.
Procurrens, ſonitum dat ſtridula cornus & auras
Certa ſecat, ſimul hoc ſimul ingens clamor, & omnes
Turbati cunei, calefactaq; corda tumultu.

SERVIVS.

¶ Et aduerſos telũ contorſit ĩ hoſtes.) Hoc loco ab Homeri œconomia receſſit. Ille. n. ĩducit Mineruam pſuadẽtem Pãdaro, vt iacto in Menelao tẽlo fœdera diſſipet. hic vero dicit ipm augurẽ telum ſpõte torſiſſe, & occidiſſe vnum de nouem fratribus: quod ptinet ad œconomiam. Neceſſe enĩ erat vt fr̃es ex vnius morte commoti bellum mouerent. Si enim vilis aliquis interire poterat

Haſta volans,vt forte nouem pulcherrima fratrum
Corpora conſtiterant contra,quos fida crearat
Vna tot arcadio coniux Tyrrhena Gilippo:
Horum vnum ad medium,teritur qua ſutilis aluo
Baltheus,& laterum iuncturas fibula mordet,
Egregium forma iuuenem,& fulgentibus armis
Tranſadigit coſtas,fuluaq; extendit arena.
At fratres animoſa phalanx,accenſaq; luctu,
Pars gladios ſtringunt manibus,pars miſſile ferrum
Corripiunt,cæciq; ruunt,quos agmina contra
Procurrunt Laurentum,hinc denſi rurſus inundant
Troes,Agillinią;,& pictis Arcades armis.
Sic omnes amor vnus habet decernere ferro.
Diripuere aras,it toto turbida cœlo
Tempeſtas telorum,ac ferreus ingruit imber:
Craterasq; focosq; ferunt.fugit ipſe Latinus,
Pulſatos referens infecto fœdere diuos.
Infrenant alij currus,aut corpora ſaltu
Subijciunt in equos,& ſtrictis enſibus adſunt.
Meſſapus regem,regisq; inſigne gerentem
Tyrrhenum Auleſten,auidus confundere fœdus,
Aduerſo proterret equo:ruit ille recedens,
Et miſer oppoſitis à tergo inuoluitur aris
In caput,inq; humeros:at feruidus aduolat haſta
Meſſapus,teloq; orantem multa trabali
Deſuper altus equo grauiter ferit,atq; ita fatur.
¶Hoc hēt,hęc melior magnis data victīa diuis. MES.
¶Concurrunt Itali,ſpoliantq; calentia membra. POE.

poterat eius mors ob fœderis religionē forte contēni. ¶Sonitum dat.) Id eſt facit. ¶Certa.) Ineuitabilis,vnde icerta, eſt infirma & vitabilis. ¶Haſta volans.) Minus eſt Nāq;. ¶Horum vnum.) Ordo eſt, Tranſadigit vnū coſtas. & figurate dixit Vnū, pro Vnius. ¶Teritur qua ſutilis aluo baltheus.) Rē phyſicā dixit.oīa enim qbus vtimur non nos terunt,ſed ea nos terimus,vt annulum, veſtem. ¶Aīoſa phalanx.) Quaſi phalans, id eſt legio. ¶Cæci.) Salutis improuidi. ¶Inundant.) More vndę fluūt. ¶Sic omneis amor vnus habet.) Sic,ideſt dum paulatim ſuis inuicē ſubueniūt,oēs in bellum coacti ſunt. Sic Salluſtius. ¶Diripuere aras.) Deiecerunt,diſſipauerunt. ¶Ferreus imber.) Permāſit in trāſlatione,qa dixerat Tempeſtas telo℞. ¶Ferunt.) Auferunt.nā Aphęreſis eſt,vt tenere,ꝓ cōtemnere. ¶Pulſatos diuos.) Id eſt violatos, læſos fractis fœderibus. ¶Infrenāt alij currus.( Ideſt equos,ſic alibi, Neque audit currus habenas. ¶Subijciunt in equos.) Super quos iaciunt.ſed ꝓprie nō eſt loquutus,magisq; cōtrariæ. nā Subijcere eſt aliquid ſubter iacere. ¶Regiſq; inſigne regentem.) Id eſt diadema habētem. ¶Auidus cōfundere fœdus.) Legitur & Auidum.ſed melius Auidus:quia Meſſapus Turno fauebat,qui erat impar ad ſingulare certamen. ¶Altus equo.) Equi magnitudinē latēter oſtēdit. ¶Hoc habet.) Hoc eſt lethali percuſſus eſt vulnere. Terētius, Certe captus eſt,habet. Sanè Sarcaſmos eſt,de loci qualitate inuentus.nā quia ſuper aras cecidit,ait, Hæc melior magnis data victima diuis.

DONATVS.

¶Dixit,& aduerſos.) Primus.n.eijcere telum debuit, qui dixit me me duce corripite ferrū o miſeri. ¶Sonitū dat ſtri. cor.) In ſtridore.n.telū volare per aera nō potuit. ¶Et auras certa ſecat.) Hoc eſt ſi volabat, vt percuteret quenq;. ¶Simul hoc,ſimul ingens cla.) Mox,vt ille hoc fecit, ſecuti cæteri veluti periti hois factum oēs turbati ſunt, vt caluerunt ardore bellandi. ¶Haſta volans.) Illa.ſ.quam miſerat auguris manus. ¶Vt forte nouē pulcherrima fra.) Ex vna atq; eadē matre perindeq; ſibi inuicē cari,vtpote qui ijſdē eſſent parentibus geniti,ſtabant, inquit, congeſti. Dicta eſt cā,vn̄ ſibi inuicem cari,in qua laudatur caſtitas matris, quæ fidē ſeruās marito hos peperit. ¶Horum vnum ad mediū.) Horum,inquit,vnum percuſſit haſta directa non in vnum ſed in nouem. Veniens enim in plurimos fruſtrari non potuit.addit ad occiſi meritū,ꝙ egregius fuit,hoc eſt ꝓcerus & pulcher,& ſpecioſe armatus. Deſignauit etiam locū,in quo ictus occubuit, letalem.ſ.ne ſi eſſet vulnerati leuior cauſa non tanto dolore moueret animos fratrum. Illic,inquit, veniētē ictum excipit, vbi cōuenienti a balthei capite mordacis fibulæ iunctura concordat.ne hoc ipſum remaneret incertū.addit trāſadigit coſtas vt oſtēderet latus eius fuiſſe transfoſſum. ¶At fratres animoſa phalanx.) Et animum habebant ad vltionē pronū,& germanitas cogebat & luctus,vt cōgrue mouerentur,eo vel maxime,quia tam plurimi fuerunt,vt in illo℞ numero facies exercitus appareret.ecce deſcribuntur ardētes ex luctu:& ꝙ illo℞ numerus copioſus eſſet, dicitur,quę fecerint diuerſi. ¶Pars gladios ſtringunt.ma. Quum ſoli octo eſſent,ſic deſcripti ſunt,quaſi latioris numeri.dixit enī pars gladios rapuit,pars miſſilibus telis manus armauit,cadens ī bellū ſine reſpectu diſcriminis ſui. ¶Quos agmina cōtra pro.laurē.) Factū eſt per iuturna,ꝙ iuno mandauerat.nā & bellum conflatū eſt,& fœdus excuſum, in tantū vt vna omnes pugnandi ſententia tenuiſſet,& toto amore quęrerēt,ꝙ conſtabat eſſe contrariū.

omnis

oīs.n.pugna ſine ſanguine ipſius victoris non pōt explicari decernere aūt ferro, qd eſt niſi apertum ſubire diſcrimē? ¶Diripuere aras.) Cœcati furore certandi diripiebāt aras, non cōſiderantes in ipſa diſſipatione deos magis offendi, q̄; gramina qbus fuerant īſtructę.iam.n. ipſarū conſecratio cucurrerat iurantibus ęnea & latino:miniſtratis aūt per ſacerdotes rite ſolēnibus. ¶It toto turbida cœlo Tem.) Volabant tela ſtridentia in tēpeſtatis modum,& imbriū morem. ¶Craterasq; focoſq; ferunt.) Auferebant quæ dudū neceſſaria ſacris attulerant. ¶Fugit ipſe latinus Pul.refe. in ſoe.di.) Latinus vero religioſus & grauis,fugiebat ad tuta referens deos pulſatos, ne deteriora paterenť. nulla iterea fœderis pactione perfecta,poteſt intelligi pulſatos,quū arę diriperentur, poteſt intelligi pulſatos in eo,ꝙ ꝓlati ad confirmationē fœderis contēpti ſunt. ¶Infrenant alij currus,) Quia ſpes fœderis multos ab armorū cura diſſoluerat alio rerū exitu excitati,alij infrenabāt currus,alij ſaltu in equos facto expeditiores aderāt eductis gladijs & paratis ad necē. ¶Meſſamus regē.) Meſſapus auleſtē regem tyrrhenū habentē inſignia equo obuius ꝓterrebat. Cupiebat.n.firmari fœdera, q̄ fuerūt cōfuſa. ¶Ruit ille recedens, Et miſer.) Quū retrorſum auletes cederet meſſapo ꝓterrente,nō ſe auertens ne terga hoſti nudaret,deceptus eſt ara℞ obiectu non viſo:illic qppe in caput inq; humeros inuolutus cōcidit. ¶Ac feruidus aduolat haſta Meſſapus.) Feſtinādū.n.fuit,ne ille ſeſe colligeret,& tāti caſus periret occaſio. ¶Telo orātē multa tra.) Multa orantē trabali telo grauiter percuſſit. trabale telū eſt forte,vt ſunt trabes.quomodo autem grauiter ferierit, ipſe poeta deſcripſit.graue,inquit,& forte ſatis habuit telū,quod facile potuit dimitti cū pondere,quia ex ſummo deſcendit,quū ille equo portaretur. ¶Atq; ita ſatur.) Qui.n.infeſtus venerat,& habuit fortunę ſuffragium,gratulationis ſuę vocem miſit,ꝙ inſultaret exanimi. ¶Hoc habet.) Hoc eſt bene ſe habet res. ¶Hæc melior.) Nunquid interrupti ſunt actus noſtri?ſacrificandū numinibus fuit meliore victima, vota ꝑſoluimus. Cum ioco meliorem victimam dixit, quia in aram cecidit,& illic occiſus eſt. ¶Cōcurrunt itali.) Auiditatem hic italorum expreſſit,& nobilem auaritiam, qui ante ad detrahenda ſpolia cōuolaſſent,q̄; funus obruiſſet occiſi.

ASCENSIVS.

¶Dixit.) Docet qūo augur Tolūnius ſecutus fallax auguriū primus fœdus diſſoluit. ¶Ordo eſt. Dixit.ſ.tolūnius augur,& cōtorſit telū.i.haſtā aut iaculū in hoſtes aduerſos ꝓcurrens,cornus.i.haſta cornea,ſtridula:i.cū ſtridore ꝑtrāſiens aerē dat ſonitū, & ipſa certa.i.ineuitabilis ſecat.i.interſecat auras,& hoc,ſup.fit ſimul, & ingēs clamor fit ſimul,& oēs cunei.i.acies militū in morē cuneo℞ collectę turbati ſunt & corda,ſup.oīa calefacta,ſup.ſunt tumultu. Haſta volās, vt.i.ſcd̄m ꝙ nouē pulcherrima fratrū cōſtiterant.i.ſimul ſteterāt forte.i.a caſu cōtra.i.ex aduerſo,quos tot nouē frēs,vna coniux tyrrhena.i.hetruſca,fida.i.fidelis marito ſuo crearat.i.ꝓcreauerat. Gilippo.ſ.marito ſuo arcadio.i. arcadi.haſta igiť volans adigit vnū ho℞.ſ.nouē frat℞ ad mediū.i.circa vmbilicū trans coſtas.ſ.eius,qua.ſ:ꝑte Baltheus ſutilis.i. cōſutus teriť.i. abſumiť aluo.i.iuxta aluū,& qua fibula mordet iuncturas late℞: adigit dico vnū ho℞ exiſtētē iuuenē egregiū forma,& armis fulgētibꝰ,& extēdit.i.extēſū ꝓſternit eū harena fulua,at.i.ſed frēs phalāx.i.q̄ſi phalāx aīoſa accēſa.i.acrior facta,luctu.i.dolore frīs occiſi,pars.i.ꝑtim ſtrigūt.i.euaginát & denudāt gladios,& ꝑs.i.ꝑtim corripiūt manibus ferrū miſſile.i.iacula ferrea,aut ferrata,& ipſi

cæci

cæci.i.excæcati & perciti furore,ac ſalutis improuidi ruunt,ſ.in hoſtem,cōtra quos agmina Laurentum.i. Laurētium ac latinoꝝ, procurrunt. Troes inundant.i.more vndarū irrunt hic.i.hoc lo/co,& tempore,cum talia fierent rurſus.i.iterū denſi.i. ſtipati,& ſe mutuo comprimentes,& agilini.i.miſſi ab Agilia vrbe, & ar/cades pictis armis.i.habentes arma picta,& inſignita,vt nobiles bellatores. Vnus,ideſt vniformis amor habet omnes ſic.i. intan/tum decernere ferro.i.periculū facere:vtri fortiores ſint armis, aut vnus amor hēt oēs decernere ferro,ſic.i.vt paulatim ſuis in/uicē ſubueniant. Ipſi diriguere.i.diſſipauerunt aras.ſ.ad fœdus ſerendū extructas,& tēpeſtas.i.grādo hoc eſt grādinis aut niuis ſimilis ꝓcipitatio telorū,it turbida toto cœlo.i. per totū cœlum hoc eſt turbans & obſcurans totum aerē,ac &.i.imber ferreus.i. ferratorum teloꝝ ingruit.ſ.toto cœlo. Et ipſi rutuli ferunt,ideſt auferunt,& ſecum ferunt,crateras.i.pocula vinaria,& focos.i.in qbus fouebatur ignis ſacrificiis aptus. Ipſe Latinus.ſ. rex fugit.ſ. a tumultu belli referens diuos pulſatos,ideſt læſos, & repulſos fœdere infecto,ideſt non conſummato. Alij infrenāt currus,ideſt equos,aut ſubijciunt,ideſt ſurſum iaciunt corpora in equos.i.ſa/liunt ſuper equos,& adſunt.i.pſto ſunt enſibus ſtrictis.i.nudatis. Meſſapus vir ille filius Neptuni,auidus cōfundere fœdus proterret, ideſt procul aut ab interiore parte terret Auleſtē tyrrhenum, regē &,gerētem inſigne regis.ſ.diadema proterret inquā equo ad uerſo.i.ex aduerſo obiecto,ille.ſ.Auleſtes,recedens.i.recedere pa rans,ruit.i.præceps cadit & voluitur miſer a tergo.i. retrorſum ſ caput,& in humeros aris oppoſitis.i.quia iuenit aras oppoſitas, ac Meſſapus feruidus.i.ardens aduolat haſta,& ipſe altus equo, ideſt in equo alto ferit grauiter deſuper.i.a ſuperiori loco ſupple ipſum Auleſtem orantē multa,ferit dico telo trabali.i.inſtar tra/bis,aut trabe ꝓ haſta ſumpta,atq; Meſſapus faẗ ita,hoc habet.ſ. Auleſtes,hoc eſt letali percuſſus eſt vulnere,hæc eſt melior victi ma data magnis diuis q̄.ſ.porcus,qui fuiſſet in fœdera cęſus. Itali concurrunt & ſpoliant.ſ.inſignibus regalibus membra calen/tia.i.adhuc tepida & palpitantia.

PIERIVS.

¶Telum contorſit in hoſtes.) In anti.aliquot,coniecit,ſed id ex paraphraſi. ¶Fuluaq; extēdit arena.) In Roma.codice in Oblongo vaticanis in Medic.in eo,qui apud me eſt,& aliquot alijs vno exēplo legitur,effundit,Harena.quod magis mouere pathos vi/detur,quia maiorem præ,ſe fert vulneris vehemētiā. ¶Hæc me/lior magnis data victima diuis.) Cum ioco dictum ait Donatus meliorem victimam,quia in aram cecidit,& illic occiſus eſt.

Obuius ambuſtum torrem Corineus ab ara
Corripit,& venienti Ebuſo,plagamq; ferenti
Occupat os flammis,illi ingens barba reluxit,
Nidoremq; ambuſta dedit:ſuper ipſe ſecutus
Cæſariem læua turbati corripit hoſtis,
Impreſſoq; genu nitens,terræ applicat ipſum.
Sic rigido latus,enſe ferit,Podalirius Alſum
Paſtorem,primaq; acie per tela ruentem
Enſe ſequens nudo ſuper imminet:ille ſecuri
Aduerſi frontem mediam mentumq; reducta
Diſijcit,& ſparſo late rigat arma cruore.
Olli dura quies oculos,& ferreus vrget
Somnus,in æternam clauduntur lumina noctem.
At pius Æneas dextram tendebat inermem
Nudato capite,atq; ſuos clamore vocabat.
[Quo ruitis?quæ ve iſta repēs diſcordia ſurgit? ÆNE.
O cohibete iras,ictum iam fœdus,& omnes
Compoſitæ leges,mihi ius concurrere ſoli,
Me ſinite,atq; auferte metus, ego fœdera faxo
Firma manu.Turnum iam debent hęc mihi ſacra.
[Has inter voces,media inter talia verba, POE.
Ecce viro ſtridens alis allapſa ſagitta eſt,
Incertum qua pulſa manu,quo turbine adacta:
Quis tantam Rutulis laudem,caſus ne,deus ne
Attulerit,preſſa eſt inſignis gloria facti:
Nec ſeſe Æneæ iactauit vulnere quiſquam.

SERVIVS.

¶Torrē.) Erit nominatiuus hic torris,& ita nūc dicimus, nam illud Ennij & Pacuuij penitus de vſu receſſit,vt hic torrus huius torri dicamus. ¶Nidorē.) Mō pudorē. ¶Ferre⁹ ſomn⁹.) Homerus. χάλκεον ὕπνον. ¶Nudato capite.) Scilicet vt poſſit agnoſci. Sanè q̄/ritur quēadmodum Nudato dixerit,cū ſupra eum nuſquā tecto induxerit capite. nā nu/datum eſt quicquid fuit antè coopertum. Nudum vero dicitur,quod tectum antè non fuerat. Ergo aut Nudato pro Nudo accipiamus,vt ſit ꝓ nomine participium: aut dica/mus tectū eū habuiſſe caput cum deſcendit ad campum. Nā legimus,Sidereo flagrans clypeo,& cœleſtibus armis. ¶Suos clamore vocabat.) Vtrūq; exercitum iam ſuum vocabat, vt talis fuerit eius clamor, Cur in vos inuicem ruitis mei? ¶Repens.) Aut ſu/bito, vt ſit aduerbium,ideſt repente:vt,Sole recens orto. Aut repens diſcordia, pro re/pentina. ¶Faxo.) Faciā. ¶Incertū qua pulſa manu.) Hoc loco adhuc quidem quaſi dubitat:tñ intelligimus à Iuturna imiſſum quēdam qui vulneraret Æneam. Quod aūt paulò pòſt Iuno dictura eſt de Iuturna, Nō vt tela tñ,nō vt cōtēderet arcū:minime eſt mirandū.nā ſcimus vnicuiq; imputari qđ alter in eius fecerit grām,ſicut eſt,Et potes in totidē claſſes cōuertere Nymphas. Æneam aūt vulneratū ab hoīe indicat Iupiter paulò pòſt dicens, Mortali non decuit violari vulnere diuum.

DONATVS.

¶Obuius ambuſtū.) Chorineus Ebuſo iam obuiā venienti, plagamq; ferenti obuius factus,quū ſe aduerterit manus hoſtis pernicioſe incidiſſe rapuit ex ara fuſtem ardentē, eūq; ori venientis obiecit. ¶Illi ingens barba.) Duæ fuerūt occaſiones. vna ignis ſū pti ex ara,altera & occurrit facies,quę barbæ fomite exceptū nutriret incendiū. ¶Super ipſe ſecutus Cæſa:) Poſteaq; flāma turbauit hoīem,eiq; eripuit aſpectū,aduolauit ille,īplicuitq; eius co/mas lęua,& nitens genu ſuperatū ad terrā vſq; ꝑduxit,īpreſſitq; lateri eius rigidū gladium,hoc eſt ſatis acutū. ¶Podalirius alſum Paſto.pri.q; acie per te.ruen.En.ſeq.nu.) Podalirius,dum alſum paſtorem ſequitur,propterea ꝙ auſus eſſet in prima acie verſari, ille ex aduerſo veniens inimici ſui mediā frōtem ſecuri percuſſit tāto pōdere,vt vſq; ad mētū eius diſtenderet:qđ ipſum factum eſt arte ferientis q poſt inflictam cædē reduxit dexteram. veniens.n.ſecuris intulit plagā,& reducta geminauit, quod fecerat. Poſt tantā autē vim conſecutus ſanguis cæſi arma perſudit. ¶Olli dura qes ocu.) Eſt.n.quies alia non du/ra,& non ferreus ſomnus,& nox non æterna, qbus q vtuntur ad tṗs,incolumē retinent vitā. ¶At pius ęneas.) Quū illic hæc non ſine ſacrilegij cri/mine gererent, troianæ vero partes reſiſtendi ſtudio duce/renẗ,emerſit idem ipſe æneas pius.i.deoꝝ cultor nudo capite,atq; inermi dextra, vt co/gnoſceretur a ſuis:aut ne ipſe quoq; reatus particeps eēt,ſi fuiſſet armatus. Locutus eſt aūt ad ſuos clamore magno, ne ſecuti hoſtiū deſperationē ipſi quoq; ſacrilegij ſceleribus implicarenẗ. ¶Quo ruitis.) Aliud eſt ire,aut tēdere, aliud ruere. Ruere eſt incōſulte ali/qd aggredi. cadētis.n.more decipiẗ.nō.n.qūo vult cadit, q ruit.dr̃.n.caſus violētia nō ꝓ/pria voluntate. ¶Queue iſta repens diſ.ſur.) Vel quos vos trahit ſurgens repētina diſcordia,& incautos decipit in ꝑniciem veſtrā pernicioſe ſerpendo? Multa ſubiacebant,quę poſt dici potuerūt:ſed tṗs nō fuit, vt in ſupfluis moraref.reuocari.n.a ſceleribus debuerant, quos ſacrilegij conſiderabat effectos eſſe participes. Cęterū dicere potuit,o ciues,o ſocij,aut o miſeri vel incōſiderati,& alia,aut bona aut iniurioſa. Dixit ergo o tm̄modo,& ne vagaretur longius ad ipſam rem,quæ neceſſario fuerat dicenda peruenit. ¶O cohibete iras.) Perfectum,inquit,iuſiurandū eſt,& impletum,leges dictæ pacis & belli:quib⁹ ſolus ipſe obnoxius teneor,me ſolū fœdera nexue/runt,me pugnare ꝑmittite:nec vllus vos exagitet metus,virtute mea firmabuntur geſta,quę ſacrilegorū temeritate fuit læſa, ſa/cra neceſſe eſt turni ſupplicijs expiari. quanta in duobus diuerſi/tas?in turno metus,in ænea conſtantia:in turno diffidentia in ę/nea eminens virtus,& procul excluſa formido. Poſtremo, quæ turnus horreſcit ac timet,æneas exoptat, & ſecurus amplecti/tur. ¶Has inter voces,) Prope aderat,vt impleretur iunonis di/ctum. ſupra enim ait,forſan miſeros meliora ſequentur. ecce in/tererat ęneas non cuiuſpiam virtute,ſed caſu. nā dum a certami/ne reuocat ſuos:dū nudo capite atq; īermi dextra loqtur īcertū,

captatus inſidijs ſagitta percuſſus eſt:huius autem latere autor maluit,q̃ ſeſe de tanti herois aduerſo iactare.

ASCENSIVS.

❡ Obuius ambuſtum.) Docet qua reliqua ſubſecuta ē pugna,& quomodo vulneratus eſt Æneas. Circa quã partem dicit Donatus. Olli dura quies,quia ē quies nõ dura,& ſomnus nõ ferreus, & nox non ęterna, Ruitis,aliud eſt ire,aliud tendere,aliud ruere. Hæc ille. ❡ Ordo eſt. Corineus vir ille vt videtur, Troianus obuius.i.obuiam veniens corripit ab ara torrem.i. facē ambuſtũ.i. circumuſtam,& occupat.i.impedit Ebuſo veniēti,& ferenti.i.īferenti,aut inferre volenti plagam.i.vulnus os flãmis ignis barba reluxit illi.ſ.Ebuſo,& ipſa ambuſta.i.circũuſta dedit nidorem.i.fetorem,ipſe.ſ.Corineus ſecutus ſuper.i.inſuper corripit.i.celeriter rapit læua.i.ſiniſtra manu cæſariem.i.comam hoſtis.ſ. Ebuſi turbati.ſ.flãmis,& ipſe nitēs.i.annitēs genu impreſſo , applicat ipm terræ,& ferit.i.percutit,ſic.ſ.applicito terræ enſe rigido latus. Podalirius etiam de parte Æneæ ferit Alſum paſtorem,& ſequens, i.perſequens enſe nudo ipſum timentem ſupple in prima acie,ꝑ tela.i.per medium telorum ſupereminet.i.eminēter ſuper ipſum incũbit,ille.ſ.ſupereminēs. Podalirius.aut potius Alſus,nã ſi Podalirius enſe ſequebatur non procedit,ꝙ ſecuri percuſſerit,videt̃ ergo hoc dicere,quod Alſus,vbi fugere amplius nõ poterat, reſtans inſequentem ſecuri percuſſit,quod genus armorum paſtori congruit. Ille ergo reſtans.ſ. Alſus,diſijcit ſecuri reducta.i.retrorſum ducta,vt fortius feriret frontem mediam,&mētũ aduerſi.i. oppoſiti:& contra ſtantis , & rigat arma,ſcilicet ipſius interfecti cruore ſparſo.i.ſparſim effuſo. Dura quies,& ſomnus ferreus.i. durus,& īperturbabilis vrget,ideſt premit olli,ideſt tũc illi oculos,& lumina ſup.eius claudunt̃ in noctē.i.caliginē ęternã. At.i. ſed pius Æneas tendebat.i.extēdebat dextrã inermē,exiſtēs capite nudato,pro eo,qđ eſt nudo,aut nudato ad hoc,vt agnoſceret̃, potuiſſet.n.orto tumultu galeam ſuſcæpiſſe,atq; vocabat ſuos.i. nuncupabat eos,clamore.i.ſimul clamans, Quo ruitis.i. præcipitanter tenditis , quæ ve iſta diſcordia ſurgit repens.i.de repente, aut repentina nam a repo prima ſecundũ naturam produceret̃, o cohibete iras:quia fœdus eſt iam ictum.i.percuſſum,& oẽs leges.i.conditiones pacis aut fœderis ſunt cõpoſitæ:ius ſupple eſt mihi ſoli cõcurrere.ſ.cum Turno,finite me ſolũ ſup. concurrere, atq; auferre metus,quos.ſ.īfertis,ego faxo.i.faciã fœdera firma ideſt ſtabilia manu.ſ.victo hoſte capitali,hæc ſacra.i.ſacrificia violata,debēt mihi Turnũ.i.caput Turni aut vitã eius. Ecce.q.d. ꝑter ſpem,& ex īprouiſo,ſagitta allapſa eſt viro.i.in virũ,ſtridens alis i.plumis pēnaꝝ,allapſa dico eſt inter has.ſ.tam pias voces , atq; inter media talia verba,īcertũ ſup.eſt qua manu pulſa,ſup.fuerit. aut allapſa ſit,& quo turbine.i.īpetu aut tormēto adacta, qs vel caſus vel Deus attulerit Rutulis tantã laudē vt.ſ. Æneas vulneratus ſit,gloria īſignis facti eſt preſſa.i.ſuppreſſa ignorato authore, nec qſq̃ iactauit.ſ.vnq̃ poſtea ſe vulnere Æneæ.i. ꝙ vulnerauerit Æneã. Vñ putat̃ Iuturnæ in ſpecie Camertis monitu factũ.

PIERIVS.

❡ Ille ſecuri aduerſi frontem mediã mentũq; reducta Diſijcit.) In Ro.co. Diſcidit Legitur. Secare.n.ſecuris eſt &ſcindere. Sed in Oblõgo in Medi.& aliquot alijs. Diſſidit in vno ſimplici,ſ,in altero,ſſ,geminato ſcriptum. ❡ In æternã claudunt̃ Lumina Mor.) Quãuis in codic.aliquot antiquis,mortē,legat̃. Legendũ tñ eſt, noctē,vt in emendatioribus habet̃. Quã lectionē ēt Donat.agnoſcit. ❡ Quęve iſta Repens diſcordia.) In codi.aliquot ant. quoue, legitur,ſed ꝓbatiores, quæue hñt. Sunt ēt in qbus non repens, ſed Recens,habeat̃. Repēs aũt agnoſcirur a Seruio. Et repentina diſcordia eſt in Donati paraphraſi. ❡ Me finite atq; auferte met⁹, ego fœder.faxo.) In co.aliquot antiqs,atq;,nõ habet̃. Sed abſq; ſinalepha legere eſt. Me finite auferte metus. Idē apertiſſime eſt iiij. Ænei. Quid ſtruit aut qua ſpe inimica ī gēte morat̃? Pręterea In Ro.codi. Metuus Attiano more ſcriptũ eſt,vocali,q̃ longa eē debuerat geminata. Sic in nomē clatura quadã antiquo lapide,a Curru. Curruus,pro currus,legitur.

Turnus vt Ænean cedentem ex agmine vidit,
Turbatosq; duces,ſubita ſpe feruidus ardet.
Poſcit equos,atq; arma ſimul,ſaltuq; ſuperbus
Emicat in currum,& manibus molitur habenas,
Multa virum volitans dat fortia corpora leto,
Semineces voluit multos,aut agmina curru
Proterit,aut raptas fugientibus ingerit haſtas.
Qualis apud gelidi cum flumina concitus Hebri
Sanguineus Mauors clypeo increpat,atq; furentes
Bella mouens,immittit equos:illi æquore aperto
Ante notos,zephyrumq; volant,gemit vltima pulſu
Thraca pedum,circunq; atræ formidinis ora,
Iræq;,inſidięq;,dei comitatus aguntur.
Talis equos alacer media inter prælia Turnus
Fumantes ſudore quatit,(miſerabile)cæſis
Hoſtibus inſultans:ſpargit rapida vngula rores
Sanguineos,miſtaq; cruor calcatur arena.
Iamq; neci Sthenelumq; dedit,Thamyrinq;,Polũq;,
Hũc congreſſus & hũc,illum eminus:eminus ambos
Imbraſidas,Glaucũ,atq; Laden,quos Imbraſus ipſe
Nutrierat Lycia,paribusq; ornauerat armis,
Vel conſerre manum,vel equo præuertere ventos.
Parte alia media Eumedes in prælia fertur,
Antiqui proles bello præclara Dolonis,
Nomine auum referens,animo manibusq; parentem,
Qui quondam,caſtra vt Danaum ſpeculator adiret,
Auſus Pelidæ pretium ſibi poſcere currus.
Illum Tydeides alio pro talibus auſis
Affecit pretio,nec equis aſpirat Achillis.
Hunc procul vt campo Turnus conſpexit aperto
Ante leui iaculo longum per inane ſecutus
Siſtit equos bijuges,& curru deſilit,atq;

SERVIVS.

❡ Molitur.) Regit:& eſt Acyrologia.nã proprie Molitur, ē parat. ❡ Hebri.) Fluuij Thraciæ. ❡ Sanguineus mauors.) Gaudēs ſãguine. ἁιμοχαρὴσ. ❡ Clypeo icrepat.) Sonat. Alibi arguit:vt, Increpat vltro Cunctãtes ſocios. ❡ Vltima.) Hoc eſt toto:ſi enim gemit vltima,omnis ſine dubio. ❡ Miſerabile cæſis.) Id eſt miſerabiliter. Nomen pro aduerbio. ❡ Ipſe nutrierat.) Solent enĩ plerũq; filios alijs dare nutriēdos parentes. ❡ Auſus pelidæ pretium ſibi poſcere currus.) Difficilis Hypallage.nam hoc vult dicere, Qui vt Achillis equos poſſet accipe , ire auſus eſt ad caſtra Gręcorum. Ordo enim nõ procedit,qui vt iret, auſus eſt petere. ❡ Affecit pretio.) Modo pœna. nã pretiũ eſt τῶν μέσων. Terentius, Ergo pretiũ ob ſtultitiã fero. Vñ & Græci τιμορίαν. pœnã vocãt,ἀπὸ τῆσ τιμῆσ, quod ē pretium . ❡ Nec equis aſpirat Achillis.) Aſpirat apud maiores accedit ſignificat. Cicero, Nunquã aſpirauit ad curiam: Sed hic figurate dixit, Aſpirat equis pro ad equos,ideſt occiſus eſt,nec ad equos Achillis acceeſſit. Melius tamen eſt vt de Diomede intelligamus, vt ſit ſenſus, Diomedes occidit Dolonē,qui equos Achillis eſt auſus petere : quos nec ille qui eum vicit , popoſcit. ❡ Dextræ mucronem extorquet.) Quaſi prooeconomia eſt,vt non eum ſuo interimat gladio ne agnoſcat quod Metiſci eſt:& iã nunc ſuũ regrat, quo facto perire poterat ſequēs fracti gladij œconomia. ❡ En agros.) Quos victore Ænea te accipere poſſe credebas:inde.n. Sarcaſmos facta eſt. Nã conſuetudo erat vt victores imperatores,agros militibus ſuis darent,vt in hiſtorijs legimus. Item in Lucio, An melius fierent piratæ magne coloni, ❡ Sternacis equi.) Ferocis,qui facile ſternit ſedētē. ❡ Edoni Borec.) Thracij. nã Edon mõs eſt Thracię. Sane ſciendum hoc loco erraſſe Donatũ,qui dicit Edonij eſſe legendum,vt do breuis ſit ſecundũ Lucanum qui dicit, Edonis Ogygio decurrit plena Liæo. Nãq; certũ eſt Syſtolen feciſſe Lucanũ. Vnde Edoni legendum eſt,vt ſit hic Edonus huius Edoni. Statius & Virgiliũ & artē ſecutus ait, Triſtius Edonas hyemes Hebrumq; niualem.non Edonias. ❡ Æ geo.) Mari ſcilicet,ſicut ſequētia indicant. ❡ Sequiturq; ad littora fluctus.) Nã male ait Donatus montem eſſe , vnde flat Boreas,cũ certũ ſit eũ de Hyꝑboreis montibus flare.

DONATVS.

❡ Turnus,vt ęneã.) Vidit.nõ ſemel accipiendum eſt, vt ſit, vidit ęneam cadentem , vidit turbatos duces. cõpendioſa narratio,in q̃ ēt non dicta pñt intelligi




Semianimi,lapſoq; ſuperuenit,& pede collo
Impreſſo,dextra mucronem extorquet,& alto
Fulgentem tinxit iugulo,atq; hæc inſuper addit.
ſEn agros,& quam bello Troiane petiſti: TVR.
Heſperiam,metire iacens,hæc præmia,qui me
Ferro auſi tentare,ferunt:ſic mœnia condunt.
ſHuiccomitem Aſbutẽ,cõiecta cuſpide mittit. POE.
Chloreaq;,Sabarimq;,Daretaq;,Therſilochumq;,
Et ſternacis equi lapſum ceruice Timœten.
Ac velut Ædoni boreę cum ſpiritus alto
Inſonat Ægæo,ſequiturq; ad littora fluctus:
Qua venti incubuere:fugam dant nubila cœlo.
Sic Turno quacunq; viam ſecat,agmina cedunt,
Conuerſæq; ruunt acies,fert impetus ipſum,
Et criſtam aduerſo curru quatit aura volantem.

Intelligi.nõ.n.deſcripſit ęneã cedentẽ ex agmine,aut duces turbatos:ſed quaſi iã dixiſſet, ſic turnũ aſſeruit hęc vidiſſe. ſSubita ſpe feruidus ardet.) Huius mali occaſiõe arrepta turnus ardere cœpit,vt vulnerato inſiſteret,q cõgredi ante nõ audebat.Poſcere igitur equos cœpit atq; arma,& exultantiũ more quaſi ſupior eſſet effectus,gratulabatur de hoſtis aduerſo.ſEmicat in currũ.)Emicat in currum,hoc eſt dũ ſe iactat,tranſcẽdit in currũ luxuriãs,& habenas equoꝝ tẽperabat manibus ſuis ſuſcepto rectoris officio. ſMulta viꝝ volitans.d.)Exiſtimãs turnus letali vulnere æneã eſſe ꝑcuſſum,ingẽti lætitia ferebaẽ,vſq; adeo vt ĩ alioꝝ necẽ iãiret,q̃ſi de cõfecto potiore ſecurus.multos ĩterea fortes viros ſtrauerat, multos dimittebat ſemineces ꝑterebat alios curru equoꝝ.ſ.pedibus,& rotaꝝ ĩpulſu,nõnullis quũ fugerẽt haſtas ĩgerebat an ſuas raptas haſtas ingeſſerit hoſtibus,an hoſtibus raptas.i.ſublatas,in certũ eſt,melius eſt tñ,vt ſuas rapuiſſe & hoſtibus ingeſſiſſe videaẽ.ſQualis apud geli.) Quẽadmodũ,iqt,ſolet mars ſanguineus,non ipſe ſanguineus,ſed ꝑ quẽ ſanguis effunditur.oĩs.n.pugna ſine ſãguine eſſe nõ põt.Apud hebri,inqt, flumina:ipſe fluui⁹ hebrus dr, & dixit hebri flumina, vt illũ appareat ꝑ multa ora effũdi. clypeo increpat.ſtrepit.n.ſcutũ,quũ forte pugnaẽ,qacõcuſſum ſonat,vẽ quẽadmodum equos furentes mars dimittit ꝑ campũ:illi vero accepto ptã te curſu ꝑueniunt ventos.Terra aũt pulſata crebris vngularũ ictibus gemit,& vltima pedũ thraca cõtremiſcit, & illic ſine metu atq; ira nihil eſt ac ſine inſidijs nihil.ſTalis equos alacer.) Sic & turnus agebat equos ſuos fumantes ex ſudore, vt ardere putarentur interius. ſMiſerabile cæſis hoſt.) Tantas faciebat cædes cum inſultatione plena, vt actus ejus ſic ſine miſeratione videri non poſſent.ſSpargit rapida vngu.) Nimietatem



UNIVERSITA DE GRAN

ſaſi ſanguinis expreſſit, vt q currẽtes quaſi quoſdã rores ſanguineos ſpargerent angulis ſuis. ¶ Mixta cruor.) Diuerſitatẽ quadã fecit in deſcriptiõe copioſi ſanguinis, vt pars eius equoꝝ pedibus ad vicẽ roris ſpargeretur, vngulis premeret altera. ¶ Iãq; neci.) A generali deſcriptione cæſoꝝ ad ſpecialẽ tranſitũ fecit aſſignans vno in loco tres datos neci, ſtelenũ, tamirũ, pholũq;. ꝙ tm̃ ſemel poſuit, dedit, nos tribus aptemus, trãſit ad alioꝝ necẽ. ¶ Hunc cõgreſſus.) Nõ hunc & hunc cõgreſſus occidit, ſed cõgreſſus dedit neci hunc & hunc, dicit iam quo illum eminus, alterum cõminus hoc eſt vnũ gladio, alteꝝ haſta deiecit. ¶ Ambo imbraſidas.) Imbraſi filios glaucũ & laden cõgreſſus eſt, illum eminus, alterum cõminus neci dedit. Qđ.n. ſupra dixit, iamq; neci ſtelenumq; dedit, hamarymq;, pholumq;, etiã ad imbraſi filios ꝑtinet, glaucũ, & laden: quoꝝ primo dixit, necẽ eſſe perfectã, & dehinc eoꝝ p̃rem nominauit. ¶ Quos imbraſus ipſa.) Dixit noīa ipſorum, deſignauit & numeꝝ, patris & regionis ipſoꝝ nomen oſtendit. & queadmodum ſunt nutriti atq; armis paribus muniti viderent. Exponit iam, qđ ſit, paribuſq; onerauerat armis. vel cõferre manũ, vel equo prꝫuertere ventos. ipſa erant paria arma, vt ambo noſſent cõgredi pedeſtri certamine, ambo ex equo pugnare. ¶ Parte alia media.) Dicitur origo iſtius, & ꝓpter plenã perſonæ cognitionẽ parentum quoq; eius repetit fabula. Ipſius enim geſta narrant. filius, inqt, fuit dolonis eumedes. eumedes nepos ſummi viri, & in bello probatiſſimi nõ minore virtutis robore patri progenit⁹. Hic dolon tanta cõſtantia fuit, vt belli troiani tempore in caſtra graioꝝ ſibi pro laboris cõmodo decerneret achillis currus. ¶ Illum tydides.) Hoc ꝓmiſſum nec aggreſſus eſt, nec impleuit. Rapuit.n. eius vitã diomedes, & cõſilia eius virtutis autoritate præuertit. eũq; docuit ſpolia nõ quærere fortioris. ¶ Hunc procul.) Hoc eſt cũ eo meden iuniorẽ. ¶ Vt campo turnus.) Hunc turnus quum ꝓcul vidiſſet. fuit.n. lõgius videndi procliuis occaſio, quũ hanc daret ęqualitas diffuſa cãpoꝝ, auiditate feriendi ꝓuocatus iaculo potius celeri, q̃; manibus tenuit. Potuit.n. maturius fieri, vt per inane volitans haſta ipſius aduentum turni præueniret, & vinceret. ¶ Siſtit equos bijuges,) Ecce quantum ꝓfuit miſſi celeritas iaculi, ſi ad eum turnus cũ ſuꝑuenit, iam lapſus, iam ſemianimis fuit. ¶ Et pede collo Im.) Quæ quũ ita eſſent, p̃ſſit pede collum eius ad terrã, & ſuo illum gladio iugulauit. Iratum voluit turnum oñdere, vt morienti ẽt gladium alta ſecaret in iugulum. Cæteꝝ ſi hoc feciſſet, moreret ex prio vulnere: vſq; adeo cõmotum exp̃ſſit, vt ſequerent & verba, q̃ congruerãt facto. ¶ Atq; hęc inſuꝑ ad.) Vera iſultãtis vox, habes, inqt, troiane, qđ votis tuis ꝑuenire cupiebas. iaces in agris heſperiæ, & ſpatio corporis tui q̃; lati ſunt potes metiri, ſi velis. hunc hñt exitum, q me ꝓuocãt bello, & tale ſibi domicilium cõdunt. ¶ Huic comi. bu.) Butẽ eumedi comitẽ mittit cõiecta cuſpide. i. miſſa. ¶ Cloreaq;, ſibarimq;.) Comitẽ huic mittit, ad ſingulos ꝑtinet, quoꝝ cõplexus eſt noīa. Oẽs, inqt, haſta deiecit, thymetes autẽ ſternacis equi ceruice deceptus eſt: qđ ſit ſternacis eq, ex facto colligere poſſumus. eius.n. genibus fixis ꝑ ceruicẽ lapſum eqtem fudit. ¶ Ac velut edo. bo.) Parabola inducta eſt oſtẽdens turni diſcurſus & geſta. Vt ſolet, inqt, boreæ vẽti flatu fortiſſimo pelagus cõmoueri, ac dare ſonum, & fluctus in littora voluerę, & in eã partem vrgere ĩpetus ſuos, qua incubuerit ventus: ſic cedebãt turno agminã, q̃cunq; tendebãt.

ASCENSIVS.

¶ Turnus vt Æneã.) facit poeta in gloriã Ænee, qđ Hom. in gloriã Achillis, nam ſicut Hom. propter raptã Briſeida inducit Achillẽ iratum a bello deſiſtere eoq; deſiſtente, Græcos oẽs in fugam verti, q prius victores fuerant, ita poeta noſter inducit Æneã propter vulnus illatum a bello deſtitiſſe, vt eo abſente cæteri a Turno cæderent pateretq; quanta fuerit vnius virtus quo bellante ſui victoriam obtinebant, ceſſante fugiebant. docet ergo ſtragem quam Turnus edebat de qua hoc ſolum eſt Dona. Sãguineus, nõ ipſe, ſed qui alijs ſanguinẽ effundit. Ordo eſt. vt ideſt poſtq̃; Turnus vidit Æneã cedentẽ ex agmine, & vidit duces turbatos. i. cõſternatos animo, ipſe feruidus. i. incenſus & feruefactus ſpe ſubita. i. ſubito orta. Poſcit equos atque arma ſimul, & ipſe ſuꝑbus. i. elatus emicat ſaltu. i. ſaliendo eminenter peruenit in currum. ſ. vnde depugnaret, & molitur. i. cum molimine regit habenas, manibus. ſ. ſuis & ipſe volitans. i. percurrẽs celeriter dat leto, ideſt morti, multa fortia corpora virum ideſt Virorum. ſ. fortium, & voluit. i. proſternit, & ſuppeditat, multos ſemineces. i. ſemioccisos. aut proterit curru agmina, aut ingerit fugiẽtibus haſtas raptas. i. celeriter correptas, vnde addit comparationem dicens. Qualis Mauors ideſt Mars ſanguineus. i. ſanguinem effundens, aut ſanguinolentus, cum. i. quando ipſe concitus. i. feſtinus, ĩcrepat ideſt creparę facit, ac reſonare clypeo. ſ. ſuo flumina hebri. i. illius fluuij in Thracia, Martis patria gelidi. ſ. niuibus, & glacie horrẽtis, atq; cum ipſe mouens bella immittit equos furentes. i. incenſos Martio furore, illi. ſ. equi iam immiſſi, volant æquore, aperto, ideſt ꝑ æquor, hoc eſt campum ęquũ, & planum, apertum ante notos, & zephyros, ideſt rapidiſſimos vẽtos. Thraca. i. Thracia vltima. i. tota, ita ꝙ ad vltimam vſq; oram gemit pulſu pedum. ſ. equorũ & ora atrę. i. pernicioſæ formidinis & iræ. & inſidiæ appoſitorie comitatus, ideſt quę res comitatus eſt dei. ſ. Martis aguntur, ideſt impelluntur circum. i. per circuitum, Turnus alacer. i. lætus, & celer exiſtẽs talis. ſ. qualis Mars, quatit inter media p̃lia, equos fumantes inſultans hoſtibus cęſis miſerabile. i. miſerabiliter, vel q̃ res miſerabilis eſt, vngula. ſ. equorum tepida. i. tepefacta ĩ ſanguine fuſo, ſpargit rores ſanguineos, & cruor calcatur mixta harena. Et Turnus dedit iam neci. i. occidit Sthelenum, & thamyrim, & polum, illos tres Troianos, dedit dicit neci, cõgreſſus. i. cõminus; hunc. ſ. Sthelenum, & hũc. ſ. Thamyrim, & illum. ſ. Pholum eminus. i. de lõge, q̃ſi e manu miſſo telo, & dedit neci ambos (legit & ambo more vetuſto) imbraſidas. i. filios Imbraſi. ſ. Glaucũ atque Ladẽ, quos Imbraſus ipſe. i. ꝓpria ope nutrierat, ſuꝑ. in lycia, & onerauerat. ſ. ab infantia armis paribus, vel conferre manũ i. inuadere, vel præuertere ventos equo. i. cæleriter effugere. Eumides proles antiquę. i. nobilis aut annoſi dolonis p̃clara. i. inclyta bello, fertur alia parte. ſ. a Turno, in media prælia, referẽs auũ nomine, quia & auus eius Eumedes dictus erat, & parẽtẽ animo i. animoſitate, & manibus. i. rebus p̃clare geſtis, qui auſus ſuꝑ. fuerat quondam poſcere ſibi currum Pelidæ. i. Achillis Pelei filij p̃tium. i. in pretium, & mercedẽ vt ipſe ſpeculator adiret caſtra Danaum. i. Danaorum, hoc eſt græcorum vnde ſignificatur Troianus fuiſſe, ſed ſuꝑ. Tydides ſeu Tytides. ſ. Diomedes Tydei filius, affecit eum pro talibus auſis alio pretio, quia occidit eum excęptum inſidijs nec. i. licet victor dolonis, aſpirat. i. auſus eſt aſpirare equis Achillis, ideſt ad equos Achillis habendos, vt. i. poſtquã Turnus proſpexit procul hunc ſuꝑ. in cãpo aperto, ſecutus ſuꝑ. eum ante. i. prius iaculo leui. i. miſſili per lõgum iane, ideſt per lõgum ſpatium aeris, qui inanis putatur, ſtetit, ſcilicet poſtea. i. ſtare facit, equos bijugos & deſilit curru, ideſt & ſalit de curru atq; ſuperuenit ſemianimi & elapſo, & pede impreſſo collo, ideſt poſt quã impreſſerat collo eius pedem ſuum: extorquet. i. vi expellit mucronem dextra ideſt quem habebat in dextra, & tinxit. ſ. mucronem extortum, fulgentem, ſcilicet prius alto iugulo. ſ. occiſi, atq; addit inſuper hæc, ſcilicet verba, O Troiane, en metire iacẽs ideſt iam proſtratus, agros, & heſperiam quam petiſti bello. i. per bellum, hæc. i. huiuſmodi ferunt. i. auferunt ſuꝑ. a me, illi qui auſi ſuꝑ. ſunt tentare. i. laceſſere, & prouocare me bello, & ipſi cõdunt ſic mœnia. i. proſternuntur exãgues, & ipſe mittit. ſ. ad inferos cuſpide coniecta, Butẽ. i. Troianum illum, comitem huic. ſ. Eumedi & Chlorea, & Sibarim, & Dareta, & Therſilocum, & Timœtem lapſum ceruice. i. de ceruice, aut per ceruicem, equi ſternacis. i. ferocis, & facile aut aſſidue ſternere ſoliti, inſidentes dorſo ſuo. Ac veluti cum ſpiritus. i. flatus, boreæ. i. illius venti, Edoni. i. Thracij ab edone monte Thracię flantis, inſonat ęgeo. ſ. mari, & fluctibus ſcilicet ęgei maris ſequitur ad littora qua. i. quacũq; parte venti. i. flatus boreæ, incubuere ſuꝑ. ea dant nubila fugam cœlo ideſt per cœlum. hoc eſt aerem ideſt quemadmodum nubes, & procellæ aquaꝝ diffugiunt a facie impetuoſiſſimi venti, ſic cedunt agmina Turno quacũq; ſecat. i. interſecat viã & acies ruunt conuerſæ. ſ. in fugã ĩpetus fert ipſum. ſ. Turnum & aura quatit criſtam. ſ. illã efferam flammis volantem. i. celeriter agitatam: curru aduerſo, ideſt ex aduerſo veniente.

PIERIVS.

¶ Proterit aut ruptas.) In Romano. & in alijs, aut, hoc vero loco Dona. ait. An ſuas raptas haſtas ingereret hoſtibus, an hoſtibus raptas. i. ſublatas: incertum eſt, melius tñ vt ſuas rapuiſſe, & hoſtibus ingeſſiſſe videat. ¶ Sanguineus mauors clypeo increpat.) In Ro. codi. intonat, ſed increpat. Seruius agnoſcit, & Dona. atq; ita legitur in Mediceo & pluribus alijs. ¶ Circũq; atrę formid. ora.) In Ro. codice, atra, quippe ora. legit. Sed magis placet, atræ formidinis, vt ĩ alijs pleriſq; habet. ¶ Thamyrimq; Pholumq;.) Et thamarim, & thamuꝝ, & thamyrum, in diuerſis codi. legit. Quin etiam, taurũ, in aliquot antiquis exẽplaribus habet. Sed.n. θάμυρισ apud græcos nomen eſt propriũ adagiũq; fertur. θάμυρισ μαίνεται. Furit thamyris, de ijs, qui cum intellectu polleant delirare tñ in operibus videant, eundem porro thamyrin, & thamyran græci dicũt. ¶ Eminus ambos.) Eſt &, ambo, vt ſi duo p̃terea tel. id. tul. Cuius declinationis varias obſeruatiões ex antiqs grãmaticis

maticis alibi recitauimus.¶ Imbraſidas glau.atque Laden.) Oblongus cod.hymbraſide.& hymbraſus, habet per,y, & hyaden, non Laden,in quam lectionem multa conueniunt exemplaria,licet in Mediceo aliena manu,laden.factum ſit,prima litera contacta. In aliquot alijs.caden,legitur, In Romano, embraſidas,& embraſus.Sed enim ἴμβρασος græcis ὄνομα κύριον. Ergo imbraſidas,melius puto.¶ Vel equo pertertere vetos.) In veteribus aliquot exemplaribus,equis,plur.nume.¶ Media eumedes in prœlia fertur.) In Mediceo quidem,& alio,qui apud me eſt antiquo codice.eumedes,legitur. In alijs pleriſq; veteribus,eumenides, vna plus ſyllaba.¶ Nomine auũ referẽs.) In perueteri codice,auom, habetur vt in vterum inſcriptionibus,cuiuſmodi ea eſt, quam in hortis Colotianis inſpeximus.

M. CAESONIVS. PRIMVS. AVOS.

Et auonculo.ſuperius ex æde Diui Baſilij protulimus, Præterea Terentius Scaurus,q reliquas id genus ſcriptiões reijcit auos & auom,non excludit.¶ Cãpo Turnus conſpexit aperto.) In Romano codice legere eſt,proſpexit,vt commendatio etiam ſit ab acumine viſus:qui in bellicis negocijs obeundis eſt magno vſui. ¶ Fulgentẽ tinxit iugulo.) In Mediceo.& antiquis pleriſq; codicibus,tingit,præſenti tempore legitur:vt reliqua, quæ pcedunt, quæq; ſubſequuntur verba,eadem periodo contenta.¶ Huic comitem butem.( Quamq; βούτης.inter nomina propria locũ habeat,a quo Butadæ propagatæ familiæ celebrantur, antiqua tamen exemplaria pleraq; omnia,aſbutem,hic legũt.Nã butes ſuperius occiſus eſt,vbi legitur.Protinus Orchilochũ,& Butẽ.Aſbuten deniq; hoc loco Dona.agnoſcit in itegris cõmẽtarijs. ¶ Chloreaq; Sibarimq; Daretaq;.) In cod.aliquot vulgatis,ſabarim,legitur.In nõnullis antiquis habarim,eſt & vbi,fabarim legas.Sane.h.littera vt alibi latius nunc in,f,tranſit.vt faba pro haba, nũc in,ſ,vt exſibeant,pro exhibeant,quod aquilę antiquo cernitur monumento pro foribus ædis.S.Marie de Rodio.

EX. QVORVM. VSVRIS. PER. SINGVLOS. ANNOS. CONVIVIVM. DEDICATIONIS. EXSIBEANT.

Quare minime mirũ lectionẽ hãc ita variare.ſed hęc.vt pul momẽti ptereamus.¶ Ac velut edoni boreæ.) In antiqs cod.fere oĩbus,edonij,geminato,ij,ſcribitur:vbi neceſſe ẽ p ſynezeſin vltimas illas duas in vnã coire ſyllabã.Nam Do.ω μέγα eſt.

SERVIVS.

Inſtantem Phegeus.) Aut ſibi,aut omnibus,¶ Ad currũ.) Pro currui ſe obiecit.¶ Citatorum.) Aphæreſis,pro concitatorum.¶ Bilicem loricam.) Li longa eſt,& accentum habet:ſicut bifidum,Fi producitur: quia & fila & licia dicimus.¶ Deguſtat corpus.) Id eſt leuiter tangit.vnde contrà de alto vulnere ait, Virgineumq; alte bibit acta cruorẽ. ¶ Procurſu.) Impetu: & eſt vna pars orationis pcurſus. ¶ Sæuit.) Scilicet,quia nõ poteſt in bella procedere. ¶ Enſe ſecent lato vulnus.) Animum viri fortis expreſſit. ¶ Iapix.) Aptum nomen medico. nam ἰᾶσθαι Græci dicunt curare. ¶ Augurium citharamq; dabat.) Vera lectio eſt dabat. nã nõ dedit. Sanè per citharam, ſcientiam indicat armoniæ. ¶ Vt depoſiti.) Deſperati.nam conſuetudo erat vt deſperati, ante ianuas ſuas collocarent, velvt extremum ſpiritum redderent terrę,vel vt poſſent à tranſeũtibus forte curari, q aliquãdo ſiſi laborauerant morbo.Cicero, Ægram & prope depoſitã reipublicæ partem. ¶ Ptãtes herbarũ.) Vim, poſſibilitatem.nã in herbarum cura nulla ẽ ratio.vñ ẽt ait, Mutas artes,licet alij mutã artẽ, tactum.venę velint.Alij mutas artes, muſicę cõparatiõe. ¶ Vſumq; medendi.) ἐμπειρικὴν ſciam,hoc eſt medicinã, in vſu,non in rõne conſtantẽ. ¶ Inglorius.) Comparatione ſagittarum,armoniæ & diuinitatis.¶ Pęonium in morẽ.) Medicinalem:à Pæone.Nam Doricæ linguæ eſt Pæan : naturale eſt Pęon.¶ Nulla viam fortuna regit.) Nullus euẽtus rõnẽ præſtat. ¶ Nihil author Apollo.) Medicinæ inuẽtor. Nam Æſculapius pręeſt medicinæ,quam Apollo inuenit:qui in Ouidio de hac re ait, Inuentum medicina meum eſt.¶ Propiusq; malum.) Ex fuga ſcilicet Troianorum.¶ Stare.(Plenum eſſe.

Non tulit inſtantem Phegeus,animiſq; frementem,
Obiecit ſeſe ad currum,& ſpumantia frenis
Ora citatorum dextra contorſit equorum.
Dum trahitur, pendetq; iugis,hunc lata retectum
Lancea conſequitur,rumpitq; infixa bilicem
Loricam,& ſummum deguſtat vulnere corpus.
Ille tamen clypeo obiecto conuerſus in hoſtem
Ibat,& auxilium ducto mucrone petebat:
Quem rota præcipitem & procurſu concitus axis
Impulit,effuditq; ſolo,Turnuſq; ſecutus
Imam inter galeam,ſummi thoracis & oras,
Abſtulit enſe caput, truncumq; reliquit arena.
Atq; ea dum campis victor dat funera Turnus,
Interea Ænean Mneſtheus,& fidus Achates,
Aſcaniuſq; comes caſtris ſtatuere cruentum,
Alternos longa nitentem cuſpide greſſus.
Sæuit,& infracta luctatur harundine telum
Eripere,auxilioq; viam,quæ proxima,poſcit:
Enſe ſecent lato vulnus, teliq; latebram
Reſcindant penitus,ſeſeq; in bella remittant.
Iamq; aderat Phœbo ante alios dilectus Iapis
Iaſides,acri quondam cui captus amore
Ipſe ſuas artes,ſua munera lætus Apollo
Augurium,citharamq; dabat,celereſq; ſagittas.
Ille,vt depoſiti proferret fata parentis,
Scire poteſtates herbarum,vſumq; medendi
Maluit,& mutas agitare inglorius artes.
Stabat acerba fremens,ingentem nixus in haſtam
Æneas magno iuuenum,& mœrentis Iuli
Concurſu,lachrymiſq; immobilis:ille retorto
Pæonium in morem ſenior ſuccinctus amictu,
Multa manu medica,Phœbiq; potentibus herbis
Nequicq̃ trepidat,nequicquam ſpicula dextra
Sollicitat,prenſatq; tenaci forcipe ferrum.
Nulla viam fortuna regit,nihil author Apollo
Subuenit,& ſæuus campis magis ac magis horror
Crebreſcit:propiuſq; malum eſt.iam puluere cœlum
Stare vident,ſubeunt equites,& ſpicula caſtris
Denſa cadunt medijs,it triſtis ad æthera clamor
Bellantum iuuenum,& duro ſub Marte cadentum.

DONATVS

Nõ tulit inſtãtẽ phegeus.) Non tulit,hoc eſt,non eſt paſſus phegeus hoiem ſic ferri, atq; ita ſæuire ĩpune in oẽs. ¶ Obiecit ſeſe ad currũ.) Mira hoĩs virtus & ſingularis audacia,vt iret ad currũ,nec metueret ſuperiorẽ hoſtẽ. Impetum quoq; equorũ currentiũ frangeret,& torqueret in aliã partẽ.¶ Dũ trahitur.) Ex eo,q vnus currus vnũ habeat iugum,ſic exponunt pleriq;,q̃ſi pluralẽ numerũ pro ſingulari poeta poſuerit:nos contra ſentimus. qui.n.ora citatorũ dextra detorſit equorum,proculdubio frenos tenuit,non iugum,& nõ iugo pẽdebat,ſed iugis,hoc ẽ frenis iunctorum equorum: vt hoc ei ad virtutẽ accedat, q biiuges pleno ictu currẽtis nitebãtur vincere.recte etiã trahitur dixit, vt partẽ potiorẽ daret virtuti equorum citatorũ,ptem vero fortitudini retinentis.q n.pendens trahebatur euicerat aliquid:ſed duorum equorum vim ad plenum ſuperare non valuit.non minor etiam locorum laus quæ impedita frenis & hoĩs pondere,durabant tamen,& trahebant perſeuerantem.¶ Hunc lata retectũ Lancea.) Quũ traheretur, inquit,pendens lancea ingenti de ſummo percuſſus eſt : & quia difficultas feriendi inter equorũ capita fuit, & ictui loricæ robur fortioris obſtabat: letale vulnus infigi nõ potuit. deguſtauit tñ eius ſanguinem ferrũ.¶ Ille tamen clypeo.) Ille excepto licet leui vulnere in ipſum hoſtẽ cœperat tendere obijciens ſcutũ, & fidens auxilio gladij,quẽ ſtrictũ tenebat,hoc eſt paratũ ad feriẽdũ. ¶ Quẽ rota præcipitẽ.) Hũc, q ſcutũ obijciebat,rota & axis quũ procurrerẽt, dederũt pręcipitem,quod facile fieri potuit,vbi fuit periculum duplex,aliud qppe axis & rotarũ incurrit,dum haſtam vitare cõtẽdit.Plus.n.diſcriminis ſperabatur e ſũmo,& ipſe fuerat feriendus,qui valebat occidere.Dum igitur ſu-

periora reſpicit,ſicut dictũ eſt,impulſu axis & rotę proſtratus ẽ.
procurſu,quod ait,vna pars eſt ſententiæ,quaſi porro tenens cur
ſum.hunc ꝓcurſum,vt melius exprimeret,addidit,cõcitus axis:
vt apertius oſtẽderet,qd eſſet ꝓcurſus. ¶ Turnuſq; ſecutus Imã
in.ga.) Mox,inquit,vt ille prouolutus iacuit,illico ſecutus eſt tur
nus,& inter loricæ fines,& galeæ,caput eius gladio abſcidit, re/
linquens arenæ truncũ corporis. ¶ Atq; ea dũ campis.) Dum hæc
ageret turnus,& tot funera victor daret in cãpo,æneas vel troia/
ni cũ eo quid agerent,dicitur.Mneſtheus atq; achates, inquit,&
aſcanius licet adhuc puer ſciens tamen qd patri vel maxime vul/
nerato deberetur,ſtatuerunt eum cruentũ ex vulnere auxilio ha/
ſtæ mouentem greſſus. vbi percuſſum deſcribit, non oſtendit
poeta vulneris locum:ſed quum hic dicit,Alternos longa niten/
tem vulnere greſſus,intelligere poſſumus ſagittã pedi eius inhæ
ſiſſe. ¶ Sæuit.) Non ſęuiebat ex vulnere:ſed ꝙ tardaretur ex bel/
lo.Deniq; ſequitur. ¶ Et infracta luctatur arun.) Ecce impatiens
animus viri fortis nõ expectauit,vt ordine medicinæ ſagitta ex/
traheret̃ ex vulnere.moras.n.nõ ferebat,quæ fuerãt properanti
cõtraria.manu,inquit,propria arundinẽ cupiebat infringere,fer/
rũq; ipſum eripere.Eripere eſt nõ retrahere paulatim, ſed ſemel
rapere:quod fieri ſine magno corporis malo nõ potuit, vt q pro
perabat ad cũpũ maioris curę cauſa,annecteret. ¶ Auxilioq; viã,)
Quia ſagittã nõ poterat rapere,cũ hamis iterius teneret̃, dicebat
proximã eſſe auxilio viã.i.facilius eſſe,& celerius prouenire poſ/
ſe remedium,vt lato enſe ſecent vulnus. ¶ Teliq; latebras.) Quo
niam illo tpe odioſas habuit moras,totum qd volebat effici,mo
ras afferri nõ cõpendium potuit.nam ſagittam,rapere, & lato en
ſe penitus ſecare latebram teli,augmentũ vulneris fuit:ex augmẽ
to ipſo maior dolor & longi tpis cura.totum igit̃ properanti vt
dictum eſt cõtrarium fuit.ſed totum redigit̃ ad aium viri fortis
ardẽtis in bellum:qui dolores oẽs fidebat poſſe ſe tolerare & vin
cere ſuſtinendo,ſi ſagitta caruiſſet. ¶ Iamq; aderat,phœbo.) Ante
alios,plus dilectusq; alĳ:non.n.ſolũ apollo diligebat. ¶ Iaſides.)
Iaſi filius. ¶ Acri quondã cui captus amo.) Hunc iapigẽ qd am/
plius quẽ pręcęteris apollo diligebat,voluit diuerſis artibus eru
dire. Potuit.n.vtpote,q inumeras nouerat,ſuas,inquit,artes, ſua
munera:quidqd artium nouerat,optauit illi cõferre,vt ſcientia ſi
mul dei gauderet,& munere,haberetq; diuinum bñficium,ſi do
ctrinã numinis pleniſſimã retineret. Lætus apollo multis locis,
hoc & in nono libro poſitum eſt,magnã eſſe gratiã dãtis,ſi lętus
aliqd pſtet.illic.n.dixit.Has ego dardanio iuueni cũ claſſis egeret
læta dedi.nonnunq;.n.damus aliquid inuiti perindeq; non lęti,
quũ ad dandum neceſſitate aliqua non amore cõpellimur. apol/
lo autem lætus hoc fecerat, quia multum dilexerat iapigem,vt
æneam mater deum. Incipit enumerare quibus artibus apollo
abũdaret,augurium & citharam,& celeres ſagittas,ſciam quoq;
colligendoꝝ futurorum,& muſicã,artemq; cordaꝝ,& quemad/
modum ſagittæ dirigant̃,vt deſtinata feriant.ſed ille hoc magis
ſequi maluit,vt depoſiti hoc eſt iam morituri vel mortui patris
ſui poſſet fata in longum ducere,& in aliud tp̃s differre. Laudat
iapigem,&reuocandi patris cã hanc artem,quam ꝓpter alios ma
luit ſequi,ſcire quã vim ſingulæ herbæ habebant, & quẽadmodũ
homines curentur.qm̃ repetita longã narrationem faciunt,mira
vſus eſt arte referendi,vt magnũ vitium vitaret: Induxit.n. apol
linem magiſtrũ fuiſſe iapigis. verum quum artium genera ꝑcur
reret,quæ dilectiſſimo filio tradebantur,non oẽs enumerauit eẽ
propoſitas,ne cum veniſſet ad eas, quas iapix cæteris prætulit,
neceſſe eſſet iterum eas dicere.Alias igitur traditas dixit,alias ve/
ro pręlatas cæteris: vt oſtenderet etiam ipſas apollinẽ docuiſſe.
Iapix.n.eas non habuiſſet præclaras,niſi quia & ipſas phœbo do
cente cognouerat,ſecutus eſt ergo non illa,quæ placere auribus
poſſent,& cordarum ſonis mulcere animos vulgi,vel quę bello
rum periculis miſcerent̃,aut futura prædicerẽt:ſed quod ꝓdeſſe
poſſet morituris,aut mortuis,& ſubuenire laborãtibus. Maluit,
inquit,has artes ſine periculo ſequi,nullã petẽs ex inutilibus glo
riã. Multas artes dixit,quas ille habuit prælatas,propter illas,in
quibus vox expectatur,aut ſonus. valere autẽ proferendi fati ar/
tẽ,non hoc tãtum loco virgilius aſſeruit,ſed alibi multo melius.
nam hic dixit poſſet fieri.in ſeptimo autẽ libro factum eſſe,&pro
fuiſſe perſcribit dicens.nãq; ferunt fama hippolytum poſtquã ar
te nouercæ occiderat patriaſq; explerat ſanguine pœnas, Turba/
tis diſtractus equis,ad ſydera rurſus Aetherea,& ſuperas cœli ve
niſſe ſub auras, Pæonis reuocatũ herbis,& amorae dianæ. ¶ Sta/
bat acerba fremens.) Redĳt ad narrationẽ,quã interpoſita dimi/
ſit iapigis fabula.ſtabat,inqt,acerba fremens.dolebat.n.belli po/
tiusq; vulneris cauſam,& plurimis circũfuſis ac filio lachrimãti/
bus

bus ipſe immobilis,hoc eſt a vulnere ac fletu omniũ cõſtantię fir
mitate diſſimulans,& hoc quod ſtabat,magnę fuit virtutis ani/
mi.nã in cauſa poſito pede ſedere debuit aut iacere potiusq; ſtare
inde debilis eſſe poſſet addidit ingentis haſtę adiumentũ, quæ la
borantẽ iuuare potuiſſet,& tanti herois pondus congrue ſuſtine
re. ¶ Ille).ideſt iapix. ¶ Retorto Pęonium in morẽ.) Quũ æneas
ſtaret & fremeret,flerẽt pñtes,& filius lachrymas funderet,iapix
operã nauarę cœpit,vt medicas adhibens manus curaret heroẽ,
& reſtitueret bello.Accinxit ſe iapix more pæonio,hoc eſt medi/
corum & alia faciẽs manu,alia herbarũ cupiens leuare remedio.
quarũ vim phœbo docente cognouerat. ſed quũ hæc properans
ageret nõ ſequebatur effectus. Fruſtra.n.trepidabat,fruſtra tenta
bat ſagittam,& preſſam forcipe fruſtra nitebatur extrahere.Lon
ge prorſus fuit fortuna quæ iuuaret inſtantẽ longe,apollinis do/
ctrina. ¶ Et ſæuus campis.) Ex vna parte non proficiebat cura.ex
alia malum belli creſcebat,& apertum diſcrimen eſſe cœperat ꝓ/
ximum. ¶ Iam puluere cœlum.) Talis apparebat puluis,vt cœlũ
portare videret̃. ¶ Subeunt equites, ) Equites iam erant tantum
proximi,vt ſpicula,quę mittebant in media caſtra deſcenderent,
Ibat autem triſtis clamor ad cœlum,eorum.ſ.qui cernebant eui
dens malum,& eorum audiebant gemitus,qui cadebant. omnis
aderat deſperatio,& apparebat, quid tempus afferret, ni fuiſſet
æneæ ſubuentum.quanta ei laus his generibus dicitur. ſolus ab
eſt ex cauſa vulneris,& alios extrema pſſerunt, alios iam ipſe vr
get interitus.

ASCENSIVS.

¶ Non tulit,&c.) Proſequitur reliquã Turni victoriã,& quã edi
dit ſtragẽ:abſente Ænea,cuius vulneris grauitatẽ,& difficilẽ cu/
rationẽ ope humanã non procedente ſubinfert. Sed cũ nihil extet
Donati.Ordo eſt. Phegeus Vir.ille Troianus,nõ tulit.i.nõ eſt per/
peſſus.Turnũ ſup.inſtantẽ.ſ.aut ſibi aut alĳs,& frementẽ animis
i.ferocientẽ,ſed ſup.obiecit ſeſe ad currum,& detorſit dextra ſua
manu,frenis.i.cõtrahẽdo frena ora equoꝝ citatorum pro conci/
tatoꝝ ſpumantia.ſ.ex impetuoſa agitatione. Lancea lata.i. latũ fer
rum habens conſequitur hunc.ſ.phegea:retectum.i.nudatũ,inte/
rea.ſ.dum trahitur videlicet ab equis & pendet iugis.ſ. equoꝝ, &
lancea infixa rũpit loricã trilicẽ.i.tribus licĳs ſeu ordinibus ſqua/
marã cõſtantẽ,& deguſtat.i.modicum mordet ac ſauciat,corpus
ſummum.i.ſuꝑficiem corporis,hoc eſt cutem vulnere tamẽ.i.ni/
hilominus quãuis leuiter vulneratus ille.ſ.Phegeus ibat conuer/
ſus in hoſtẽ.ſ.Turnũ,clypeo obiecto.ſ.cõtra ictus,& petebat au/
xilium.ſ.contra hoſtem ipm̃ impediendo,mucrone ſtricto.i. nu/
dato aut euaginato quẽ rota.ſ.currus & axis concitus.i. concita/
tus procurſu.i.procurrẽdo,impulit præcipitẽ,& effudit ſolo,&
Turnus ſecutus.ſ.cadentem abſtulit ipſi caput enſe.i. gladio per/
cutiẽdo.ſ.inter imam galeã,& oras.i.extremitates ſummas, ſum
mi.i.ſupremi thoracis,hoc eſt ſecando ceruicem vbi ima pars ga
leę fere coniungit̃ loricę ſeu thoraci,q̃uis thorax in pectore pro
prie ſit,& reliquit truncum.i.trũcatum,& mutilum corpus ſup.
in harena. Atq; interea dum Turnus victor dat ea funera campis
i.per cãpos Mneſtheus & Achates fidus qui.ſ.nunq; dereliquerat
ducẽ,& Aſcanius comes.i.ſocius laboris ſtatuere Æneã cruentũ
ſcilicet ex vulnere,ſup.in caſtris.ſ.ſuis nitentem.i. molientem, &
cum labore facientem,greſſus alternos.i.alternatim & longo in/
teruallo factos,cuſpide longa cui.ſ. ipſe longus incumbebat aut
qua fulciebatur. Ipſe ſup.ſæuit.i.ſæue iraſcitur,& indignat̃ ꝙ ſuis
adeſſe non poſſet,& luctatur.i.conatur eripere telum cuſpide in/
fracta.i.intrinſecus fracta,& poſcit.ſ.a pręſentibus viam.i. modũ
& rationem ſanãdi q̃ proxima.i.pſentiſſima aut viciniſſima eſt au
xilio.i.ad auxilium,aut poſcit auxilio.ſ.i auxilium, viam quę pri
ma eſt,videlicet vt ſecent enſe lato vulnus,& recidant,ideſt ſcin/
dendo aperiant,penitus,ideſt pene intus & funditus, latebram
teli,ideſt vbi telum latebat,& remittant ſeſe in bella. Iamq; ideſt
& iam aderat,ſcilicet auxilio, Iapis Iaſides,ideſt Iaſi filius dile/
ctus Phœbo,ideſt Apollini ſummo medicoꝝ principi ante alios,
ideſt ſuper cæteros,cui,ſcilicet Iapi ipſe Apollo captus quondã
acri,ideſt vehementi amore dabat,ideſt offerebat lætus,ideſt lu/
bens & gaudens ſuas artes,& ſua munera,ideſt officia ſcilicet au/
gurium,ideſt peritiam diuinandi & cytharam,ideſt artem muſi/
cam,& ſagittas celeres,ideſt artem ſagittandi. Ille ſcilicet Iapis
vt proferret,ideſt extẽderet,& porro teneret fata ideſt mortem,
parentis ideſt patris ſui,depoſiti ideſt deſperati a medicis, & ita
depoſiti,quis forte aduenerit,qui ſanet in via offendat,maluit ſci
re poteſtates herbarũ,& vſum medẽdi,& agitare ideſt ſectari aut
exercere artes mutas.i.occultas,& gloriam non afferẽtes. vñ ad/
dit exiſtẽs inglorius.i.ſine gloria reſpectu muſices,& rei bellicę;
æneas

Æneas ſtabat fremẽs acerba.i.acerbe,nixus.i.annitẽs in haſtã ingentẽ ſupp.in magno concurſu iuuenũ & Iuli.ſ.adoleſcentis,aut ideo ſeorſum nominat vt egregiũ ſignificet,Iuli ergo mœrẽtis.ſ. pp dolorẽ patris,& belli periculũ & ſtabat imobilis.i.imutabilis lachrymis.ſ.Iuli & alioꝝ.Ille.ſ.Iapis,ſenior,& iõ peritior & experitior.ſuccinctus amictu retorto.i.retrouerſo,ĩ morẽ Pœoniũ i.medicinalẽ,trepidat.i.trepidanter tẽtat multa.i.multas res,manu medica & herbis phœbi.i.quas phœbus docuerat aut quibus ſol virtutẽ influit,vnde addit potẽtibus.ſ.ad medicinalẽ virtutẽ, trepidat dicit nequicq̃.i.fruſtra & nihil per hoc efficiẽs,& ſolicitat.i.tẽtat nequicq̃.i.fruſtra,educere dextra.ſ.manu ſpicula.i.telũ acutũ infixum,& prenſat.i.frequẽter capere tentat ſed fruſtra,forcipe tenaci,ferrum.ſ.teli.Nulla fortuna.i.nullus euentus inopinatus aut ꝓter artẽ regit.i.dirigit viam.i.ꝓſtat rõnẽ.Apollo author.ſ.artis illius nihil.i.nõ,aut in nullo ſubuenit.i.auxiliat̃, & horror ſæuus crebeſcit.i.fit creber magis ac magis cãpis.i.ꝑ campos vbi Turnus ſtragẽ faciebat,& malũ.i.periculũ Turno iminẽs:eſt propius.i.vicinius & vidẽs cœlũ.i.aerẽ ſtare.i.dẽſum ac plenũ eſſe iã puluere,equites ſubeũt.i.appropinquant,& ſpicula.i. miſſilia tela,cadunt denſa.i.denſe,aut frequẽtia,medijs caſtris.ſ.ĩ media caſtra imiſſa,clamor triſtis.i.lamẽtabilis,iuuenũ bellantũ & cadentũ ſub duro marte,it.i.diffundit̃ ad ęthera.i.ad ſũmũ aerem.

PIERIVS.

¶Ora citatoꝝ dextra contorſit equoꝝ.) In Med.& oĩbus his venerandæ antiquitatis cod.detorſit ſcriptũ obſeruaui quod magis placet,& agnoſcitur a Donato,qui ſic ait.Mira hominis virtus,& ſingularis audacia,vt iret ad currũ,nec metueret ſuperiorem hoſtem,impetum quoque equorum currẽtium frãgeret,& torqueret in aliam partem,ea enĩ eſt paraphraſis verbi eius,detorquet. ⸢Dum trahitur pendent iugis hunc lata retectum Lancea cõſequitur.) In codi.aliquot antiquis legere eſt.Pendetq; iugis hic. Sed enim ſententiam Donatus latius explicauit:quæ quoniam ſuperiori adnexa eſt adnotationi,ea quoq; videtur ad verbum adſcribenda.Ex eo quod vnus currus vnum haberet iugũ,ſic exponũt pleriq;,q̃ſi pluralem numerũ pro ſingulari poeta poſuerit. Nos contra ſentimus,qui enim ora citatorum dextra detorſit equoꝝ, dubio procul frenos tenuerit,non iugum,& nõ iugo pendebat, ſed iugis,hoc eſt frenis equorum iunctorum,vt hoc ei ad virtutẽ accedat,quod bijuges pleno ictu currentes nitebatur vincere.Recte etiam,trahitur,dixit,vt partem potiorẽ daret virtuti equoꝝ citatorum.partem vero fortitudini retinentis.Qui enim pendẽs trahebatur,euicerat aliquid,ſed duorum equorum vim ad plenum ſuperare non valuit,non minor etiam equorũ iocus qui impediti frenis,& hominis pondere,durabant tamen,& trahebant perſeuerantem.Sunt etiã antiqui codices,qui pro retectũ,legant, relictum.Quod vero nõnulli dicunt retectũ.i.qua parte exarmatus erat,nõ procedit,quia ſtatim ſequitur rumpitq; infixa bilicẽ loricam.⸢Ibat & auxiliũ ſtricto mucrone petebat.) In veteribus aliquot cod.legere eſt,auxiliumeducto mucrõe.In aliquot alijs, ducto a mucrone,alij malunt,ducto mucronẽ,legere abſq; vlla prępoſitiua particula,vt habetur ĩ Mediceo,& aliquot alijs. Sed enim Donatus,ſtricto,legit,dum ait,fidens auxilio gladij,quem ſtrictum tenebat,hoc eſt paratum ad feriendum.⸢Impulit effunditq; ſolo.) In aliquot veteribus exemp.effundit eſt pręſenti tẽpore.Male vero ſuperiore verſu in exẽplaribus pleriq; diſtincta ꝓpoſitiua particula & nomine legit̃,pro curſu cõcitus axis.Quũ dubio procul ꝓcurſu,vnica dictiõe legẽdũ fit.vel Seruio ſubmonente,id quod ita Donatus adnotauerat,procurſu,quod ait, vna pars eſt orationis,quaſi porro tenens curſum.Hunc procurſum, vt melius exprimeret,addidit,cõcitus axis,vt apertius oſtenderet,quod eſſet procurſus.⸢Trũcũq; reliquit arena.) In aliquot antiquis codicibus,relinquit eſt,pręſenti tpe.Eſt & in pleriſq;,harenæ,caſu acquiſitiuo,quod agnoſcit Donatus. ⸢Aſcaniuſq; comes caſtris ſtatuere cruentum.) In Ro.codi,Aſcaniusq; puer,nõ comes legitur,eãq; caſtiorem lectionem eſſe didicimus ex Ti.Donato ita ſcribẽte,Mneſtheus,atq; Achates(inquit)& Aſcanius,licet eſſet puer,ſciẽs tamen quid patri,vel maxime vulnerato deberet̃,& quę ſequunt̃.⸢Phœbo ante alios dilectus iapis.) In antiquioribus his cod.iapyx,per,y,&,x.ſcriptum habetur.Alij volunt medici nomen a vento diſtingui ſcriptiõe,huiuſq; nominis obliquos caſus in,c,Donatus mittere videtur.iapicis,iapici, q ꝑ g proferuntur in vento.Horatius.præter Iapyga.⸢Lachrymiſq; immobilis.) In Mediceo codi.& aliquot alijs antiquis, abſq; copulatiua particula legere eſt,lachrymis imobilis.⸢Prenſatq; tenaci forcipe ferrum.) In antiquis aliquot.codicibus, preſſat,legitur.In Roma.forfice.Sunt enim qui forfices & forcipes ita diſtinguant,vt forfices eſſe ſarcinatorum velint a faciendo. Quæ vero ferrum calidum capiant forcipes.tonſoꝝ,quod pilũ ſecent,forpices.Sed enim inepta hæc eſſe Cariſius monet ex Lucilio qui etiã Medicoꝝ forcipes dicit,L.xix.Scalproꝝ forcipiũ millia.xx.Item paulopoſt.forcipibus dentes vellere.Sed Virgi.in.viij. Verſantq; tenaci forcipe ferrum,quod in codici.alijs maſſam, ſcriptum eſt. ⸢Iam pul.coe.ſtare vi.ſubeunt equites.) In antiquis pleriſq; codicibus,ſubeuntq; equites,legitur,quod numeroſius eſt.

SERVIVS.

¶Indigno dolore.) Qui fuerat natus ex vulnere ĩdigne illato.ſ.ꝑ inſidias. ⸢Dictamũ.) Hęc herba licet vbiq; naſcat̃, tñ melior eſt in Creta. ⸢Puberibus caulem folijs.) Hoc eſt adultis.ſic in quarto,Pubẽtes herbę.Et eſt reciproca iter herbas & hoĩes trãſlatio.nam & pubertatem herbaꝝ,& florem iuuentutis vocamus. ⸢Faciẽ circũdata.) A parte totũ corpus accipimus.⸢Fuſum amnem.) Pro aqua.A toto partẽ:ſic ſuprã Fontemq; ignẽq; ferebãt. ⸢Ambroſię ſuccos.) Ambroſia eſt cibus deorum. nam nectar potant. ⸢Panaceam.) Genus herbę. Sciendũ tamen Lucretium panaceam vbiq; ſalem dicere: vnde poſſumus etiam hoc loco ſalem intelligere.nã omnẽ pellit dolorem. Sed melius herbã,q̃ ait odoriferam. ⸢Quippe dolor.) Quaſi dolor: cuius natura hęc eſt, vt adhibito remedio ſtatim recedat. Nam dolor cõſequens res eſt, non principalis: vnde ſublata cauſa ẽt ipſe ſtatim recedit.hinc ait q̃ppe.nam infuſa aqua, inhęrens laxare cœperat telum , quod antea inferebat dolorem.⸢In priſtina.) In vſum priorem. ⸢Maior agit deus.) Apollo, inuentor ſcilicet medicinæ. ¶Verumq; laborem.) Quẽ per me ipſum ſuſcipio:nõ qui ex aliorum virtute imperatoribus aſcribi conſueuit.⸢Fortunam ex alijs.) Subaudimus.Opta. neque enim fortũa dicitur.& eſt Zeugma non integrum.⸢Inter pręmia.) Ad præmia.Cicero,Dico te priore nocte aduenisse inter falcarios,id eſt ad falcarios.⸢Matura adoleuerit ætas.) Adoleſcendo matura eſſe cœperit.

Hic Venus indigno nati concuſſa dolore,
Dictamum genitrix cretæa carpit ab Ida,
Puberibus caulem folijs,& flore comantem
Purpureo,non illa feris incognita capris
Gramina,cum tergo volucres hæſere,ſagittæ.
Hoc Venus obſcuro faciem circũdata nimbo
Detulit:hoc fuſum labris ſplendentibus amnem
Inficit,occulte medicans,ſpargitq; ſalubris
Ambroſię ſuccos,& odoriferam Panaceam.
Fouit ea vulnus lympha longæuus Iapis
Ignorans,ſubitoq; omnis de corpore fugit
Quippe dolor,omnis ſtetit imo vulnere ſanguis.
Iamq; ſecuta manum nullo cogente ſagitta
Excidit,atq; nouæ rediere in priſtina vires.
[Arma citi properate viro,quid ſtatis?[Iapis IAP.
Cõclamat,primusq; animos accẽdit in hoſtes. POE.
[Non hæc humanis opibus,non arte magiſtra IAP.
Proueniunt,neq; te Ænea mea dextera ſeruat,
Maior agit deus,atq; opera ad maiora remittit.
[Ille auidus pugnę,ſuras incluſerat auro POE.
Hinc atq; hinc,oditq; moras,haſtamq; coruſcat.
Poſtq̃ habilis lateri clypeus,loricaq; tergo eſt,
Aſcanium fuſis circũm complectitur armis,
Summaq; per galeam delibans oſcula,fatur.
[Diſce puer virtutem ex me,verumq; laborem, ÆNE.

DONATVS.

¶Hic venus indigno.) Admiranda dicentis inuentio, vt tali tempore & in tali cauſa in tanta deſperatione omnibus quoq; & ipſo aſcanio lachrymantibus, trepidãte medico, & ipſius medicinæ deficiente ſubſtantia, affuiſſet mater , q̃ ſolatiũ filio & remedium ferret:quã ipſam poſteriorem fecit,vt emineret filij meritũ,& mr̃is affectus.ait igit̃. Hic venus indigno nati concuſſa dolore.nõ quo ſit aliqs dolor di-

Fortunam ex alijs:nunc te mea dextera bello
Defenſum dabit,& magna inter præmia ducet.
Tu facito mox,quum matura adoleuerit ætas,
Sis memor,& te animo repetentem exempla tuorum,
Et pater Æneas,& auunculus excitet Hector.

gnus filioꝝ:ſed quia pro aio parentũ indignũ eſt, quidqđ filij fuerint paſſi.nõ tulit hæc cãm filij ſic inefficaciter trahi, admodũ quippe videbatur incongruum,& illum ſic teneri vulneris cauſa,& impune periculum creſcere. Itaq; dictęa Ida ſuſtulit ſuis manibus caulẽ dicta,cognomen eſt idæ. vt alio loco dicit,dictæa negat tibi iupiter arua.quod ait, manu carpit, & matris animũ expreſſit,vt ipſam diceret opa ſua ꝓcuraſſe, qđ ſanare filiũ potuiſſet,& non ferro ꝓpter remediũ,ſed manu aſſereret ſublatã.dubium.n.nõ eſt certo modo,& ſuo more ac tépore eſſe detrahenda terris:quę aliqbus ſunt procuranda remedijs: vt ipſe alio loco virgilius dixit: Falcibus &meſſe ad lunã quęruntur ahenis Pubẽtes herbæ.Ecce & illic falcibus dixit ahenis,& ad lunam,& meſſis tpe.in pñti vero ait.Manu caulẽ carpit, thirſum ipſum.ſ.quo erigebatur,vt emitteret florẽ,deinde ipſum florẽ aſſeruit eſſe purpureũ,& comantẽ.non.n.vnus aut ſingularis eſt, vt ſunt roſę aut lilia,ſed quaſi in comas purpureo flore diffunditur.⸿Non illa feris incognita.⸿Tanta,inqt,naturalis vis eſt in feris capris hoc eſt capreolis,vt quũ tergis forte ſagittas exceperint confugiant illico ad hanc herbã:comedant eã,& ſagittis ſimul & vulneribus careant.quãta ſigna iſtius dãta ſunt ſpeciei? quippe & regio expreſſa eſt,in qua naſcitur,& nomen editum montis,& ipſius nominis.deinde,quum ad deſcriptionem prędicti graminis accederet,caulẽ,inquit,facit,& comantẽ florẽ & colore purpureo.Tolli eũ ad vſus remedioꝝ procuratũ eſſe oñdit.huius virtutẽ caprę ferę prodiderunt.nã ipſa curanť,qm̃ nouerũt eã,& naturali induſtria ipſæ ſibi proſunt,quũ ſagittis appetunť.Gramẽ appellabit nouo vſurpationis genere,alia dicẽs folia: cæterũ vero nomine dictami in regione ſua diciť appellari.vnde nonnulli ſic exponunt hunc locũ,vt aſſerant virgilium dixiſſe dictamum genetrix cretea carpit ab ida.quod vſq; adeo nõ eſt, vt ſi ſequentia coniungas,fiat vitium.Dictami.n.caulem dicere debuit,nõ dictamum caulẽ.melior eſt ergo ſuperior,manu carpit caulem , a dictæa ida:cuius herbę nomen qa non dixit ſigna eius, infinita protulit,vt poſſet ſcire,quæ eſſet.⸿Hoc venus obſcuro.)Venus obſcurata nimbi caligine,atque ita,vt videri a nullo potuiſſet, hoc detulit,& eodem ipſe aquam infecit,quam iapix ſtudioſe ſplendentibus labris infuderat,vt foueret vulnus,& addidit alias ſpecies,vt omnium ſucco & in vndas transfuſa virtute medicabilis liquor ex ſimplicitate fieret.⸿Fouit ea vulnus lym.) Ignorãs geſta veneris iapix,ea lympha vulnus fouit. ⸿Subitoq; oĩs decor.fu.) Pulchre dixit,fugit dolor.Fugit.n.qui ſenſerit fortiorem , & oĩ celeritate diſcedit.dolore vero fugiente ſanguis fluens ex imo vulnere ſtetit.Excluſumq; eſt perinde,ꝙ fuerat inimicũ,& ſucceſſit quod retinendo vigori corporis fuerat neceſſariũ.⸿Iamq; ſecuta manum.)Si nullo cogente quomõ ſecuta manum? Hoc ne claudicet,ſic intelligendũ eſt,vt ſagitta nõ manu tenentis ſecuta videatur ſed fouentis.⸿Atq; nouæ rediere in priſtina vires.) Fugiente dolore facta eſt nouitas virium,& redijt totum,quidquid inflictũ vulnus excluſerat.nouas vires multi non tales quales abſceſſerant,ſed multo meliores exponunt.ſed quid in ſequentibus dicemus,quibus ait.rediere in priſtina vires.nouas ergo poſt fugatũ dolorẽ ſeparatas intelligamus.multum enim fuit. ex debilitato talis eſſet redditus,qualis fuerat antea q̃ vulnus eſſet inflictum.⸿Arma citi properate viro.)Hoc viſo,quum iam iapigen admiratio tenuiſſet,clamare cœpit,date ãrma viro forti, date inquit quamprimum.qua voce & ſanitatem proueniſſe nuntiauit, & fugatã dudum hominis remeaſſe virtutem.quę vox ęneã ipm optatum excitauit in bellum.non ſibi tamẽ plurimum dedit,vt hoc ipſum diceret factum opera ſua:addidit quippe alia , quibus nec ſibi arrogaret aliquid,& æneam ipſum meliori ſpe propriæ felicitatis accenderet.⸿Non hæc humanis opibus.)Non pudenda confeſſio,quoniã iapix profitebatur nõ illam hominis ſed diuinam fuiſſe medicinam.in eo nec ſibi aliquid dempſit,& æneæ merita ſtudio melioris prædicationis cumulauit. ⸿Ille auidus pugnæ.) Ille hoc eſt,qui iamdudum etiam cum ipſo vulnere ardebat,in bellum,conſecuta ſanitate corporis ſui magis magiſque properans ſuras auro incluſerat:⸿Hinc atq; hinc.) Ita vt nihil earum appareret.⸿Oditq; moras.) Hic mos eſt properantis,tardum putare etiam,ſi quod faciendum eſt,celeriter fiat.⸿Haſtãq; coruſcat.) Haſtam ſic tenebat,vt cœlum coruſcare putaretur:
⸿Poſtquam habilis lateri clypeus , loricaq; tergo eſt. ) Poſtquam bene ſibi aptauit clypeum lateri , & loricam tergo . habilis bis accipiẽdũ eſt:vt ſit poſtquã habilis clypeꝰ eſt,& poſtq̃ habilis lorica eſt.⸿Aſcaniũ fuſis.) Non dixit eã ſibi galeã induiſſe , & hic dicit, ꝑ galeã oſculabať filiũ ſuuꝫ. Ergo aut more ſuo hoc ꝑtermiſit , aut ex oſculis per galeam datis,intelligamus eum etiam ipſam ſumpſiſſe,aut vulneratum ſic remãſiſſe cum galea:aſcanium vero non fuſis armis complexum , ſed circumfuſis,vt ſcuto amplexus ſit.quem cõſolari oſculis,& verbis cupiebat inſtruere.aut amplexus armati,ne omen eſſet deponere ſcutum,&manibus nudis filium amplecti ipſo ſcuto,quum ad ſe colligit quo & ſe defenſurus fuerat & ſecuro filio quæſiturus imperium. Interea,quia viderat eum flentem,& lenijt oſculis animum pueri,& ne vltra eſſet de paterna ſalute ſuſpectus, dictis quoq; compoſuit:⸿Diſce,inquit,puer virtutem ex me. ) Diſce,non tantum ad virtutem pertinet , verumetiam ad laborem quoq; & fortunam:vt ſit diſce virtutem,diſce laborem, diſce fortunam.ſed diuiſit,hęc alia aſſcribens perſonæ ſuæ,alia alijs. Ex me,inquit,fili velim diſcas,q̃ ſit commodum ſtudiũ ſectari virtutis,quanta animi patientia labores duri tolerandi ſint,& tolerando ſuperandi.quantum autem ad aduẽtum fortunæ attinet, ſub cuius vi homines periclitantur incerti,opto ex alijs diſcas.
⸿Nunc te mea dextera bel.) Facit eum de pręſentibus ſecurum, defenſionem pleniſſimam ſpondens,& ex victoria commodũ: ⸿Tu facito mox.) Citius enim præteritorum pueri immemores fiunt:quę res neceſſario ſuggerebat,vt geſta præſentis temporis ad perpetuitatem memoriæ cõmendarentur.facto æneas,inqt, quum fueris maior,memoriter voluas,quæ videris puer. ⸿Et te animo repe.) Et quum tuos animo cœperis enumerare maiores,patrem atq; auunculum imitari contendas,hoc eſt tuorum potius,& ex cæterorum exemplis.

ASCENSIVS.

⸿Tum Venus &c.) Narrat ſanationem Æneæ opera materna factam eiusq; armationẽ , & in prælium properationem,vnde nihil eſt Donati,ſed ordo talis. Tum.i.deinde poſtq̃ ſummũ immineret periculum. Venus genitrix.ſ.Ænee,& genitorum oĩum per influentiam concuſſa indigno dolore nati.i.filij ſui Ænee carpit ab Ida.ſ.ſyluoſo monte Crętea.i.cretenſi ad differentiã Idæ phrygię,dictamum.ſ.herbam illam appoſitorie caulem.i.thyrſum & coſtam per medium herbarum protenſam, folijs puberibus.i.abundantibus,& maturis,ac ſucci plenis,& comantem flore purpureo. Illa gramina ſcilicet dictami:non ſunt incognitã feris capris,ideſt capreis,alij legunt ſed minus apte feris captis,ſcilicet ferro cum,ſcilicet ſagittæ volucres.i.veloces hæſere tergo.i. dorſo earum venus circũdata faciem,ideſt habens faciem circundatam nymbo obſcuro.i.velamẽto aereo ne agnoſceretur dedit hoc,ſcilicet dictamum,&inficit.i.miſcet hoc,ſcilicet dictamo,amnem,ideſt aquam fluentẽ,fuſum.i.reſperſum labris ſplendentibus.ſ.de ſe,ſed nunc nymbo tectis medicans.i.temperans per artem medicinæ,occulte & ſpargit ſuccos ambroſiæ.i. herbæ qua dij dicunť veſci,ſalubris.i.ſalutẽ afferẽtis,&panaceã.ſ.herbã odoriferam. Iapis longęuus.i.longiæui medicus,fouit vulnus.ſ.Æneæ,ea lympha.i.aqua ſic temperata ignorans.ſ.ꝙ talis eſſet , & omnis dolor fugit.i.aufugit , & euanuit quippe.i. vtpote dolor hoc eſt quaſi dolor & non vulnus fuiſſet ſubito.i.ilico de corpore.ſ.Æneæ,& oĩs ſanguis ſtetit imo vulnere.i.non emanauit,nec effluxit,& ſagitta ſecuta iam manũ.ſ.chirurgici,nullo cogente,excidit,atq; vires nouæ.i.magnæ, rediere in priſtina.i.in vſum priſtinũ aut in membra priſtina. Iapis cõclamat.i.ſtatim,vt hoc vidit clamat,o vos Teucri ſup.ꝓperate.i.feſtinanter afferte citi.i.feſtini viro.ſ.Æneæ,arma:qd ſtatis?& ipſe primus accendit aĩos.ſ.Teucroꝝ in hoſtẽ,dicẽs.ſ.Hæc non ꝓueniunt opibus.i. facultatibus & ptãtibus humanis,& non ꝓueniunt arte magiſtra.i. magiſterio artis medicinę,neq; o Ænea mea dextera ſeruat te,ſed deꝰ maior.ſ.Venus,aut Apollo inuentor medicinæ agit.ſ.hãc curam, atq; remittit.i.iteꝝ mittit te ad opa maiora. Ille.ſ.Æneas auidus pugnæ,incluſerat.ſ.priuſq̃ aduenerant qui ipſum armarent ſuras.i.poſteriora tibiaꝝ,hoc eſt a pte totũ crura ſua , auro.i.ocreis aureis,hinc atq; hinc.i.ex vtraq; parte,& odit.i. odio ꝓſequitur moras.i.dilatiões,coruſcat.i.quatit & vibrat haſtã. Poſtq̃ clypeꝰ habilis.i.portabilis & aptus eſt lateri,& lorica tergo.i. poſtq̃ armatus erat cõplectitur Aſcanium armis circũfuſis,& delibãs per galeã ſumma oſcula.i.prębens oſcula ſũmis labris fatur.i.inquit. O puer diſce virtutẽ & veꝝ laborẽ ex me,& ſup. opta fortunã ex

alijs

aliĳs.ſ.fœlicioribus me,mea dextera dabit nūc te defenſum.i.defendet nunc te bello,& ducet inter magna p̄mia.i.participem magnorum p̄miorum quia regni. Tu facito mox vt cum ætas adoleuerit matura.i.adoleſcēdo cœperit eſſe matura ſis memor,& vt, ſup.&.i.ſimul pater Æneas,& Hector auūculus excitet te repetētem animo.i.conſiderantem & memoria repetentem exemplaria tuorum,ſcilicet parentum.

PIERIVS.

¶Tum Venus indigno nati concuſſa dolore.Dictamum genitrix cretea carpit ab ida.Puberibus caulem foliĳs.) Ex antiqs partim exempl.partim ex veterum grammaticorum obſeruatiōe hi verſus ita leguntur.Tū venus indigno gnati concuſſa dolore, Ipſa manu genetrix dictęa carpſit ab ida,puberibus caulem foliĳs.carpſit quidē in pleriſq; antiquis exēpl.vt eadē ſit ſynchronia cū altero p̄terito,quid ſequit̃,detulit,ſed enim donatus carpit p̄ſenti tempore legit,& ita in veteribus cod.nōnullis,q apud me ſunt, habetur.Idem dictæa agnoſcit,dum ait,itaq; a dictæa ſubſtulit ſuis manibus caulē.Dicta porro cognomen eſt idæ,vt alio loco. Dictęa negat tibi Iupiter arua.Sed enim Dicta ipſe quoq; mons eſt cretę,cuius callimachus mentionē facit.Quod vero ipſa manu genetrix,pro,dictānum genitrix,legatur,lectionem hanc Ti. Donatus agnoſcit,cuius hæc eſt interpretatio. Quod ait,manu carpit,& matris animū expreſſit,vt ipſam diceret opera ſua p̄curaſſe,quod ſanare filium potuiſſet,& nō ferro propter remediū, ſed manu aſſereret eſſe ſublatum.Dubium.n.nō eſt certo modo, & ſuo modo,ac tempore eſſe detrahenda terris,q̄ aliquibus ſunt procuranda remediĳs,vt ipſe alio loco Virgilius dixit. Fálcibus & meſſę ad lunam quæruntur ahenis.vbi & modū & tempus expreſſit.In p̄nti vero ait,manu,& inferius.Quanta ſigna iſtius data ſunt ſpeciei,cuius nomen omiſſum eſt.Quippe & regio expreſſa eſt,in qua naſcitur,& nomē editū montis,& ipſius nominis ſignum.deinde quū ad deſcriptionē prædicti graminis accederet, caulem (inquit) facit,& comantē florem colore purpureo. Et ifſerius gramen appellauit nouo vſurpationis genere alias dicēs folia.Cęterum vero nomine dictānum in regione ſua dicitur appellari.Vnde nōnulli ſic exponunt hunc locum,vt aſſerant Virgiliū dixiſſe dictānum genetrix dictæa carpit ab ida. Quod vſq; adeo admittendum non eſt,ne ſi ſequentia coniungas,fiat vitium. Dictāni enim caulem dicere debuit,non dictānum caulem, Melior eſt enim ſuperior lectio.Ipſa manu carpit caulem a dictęa ida,cuius herbę nomen qa nō dixit,ſigna eius infinita protulit, vt poſſet ſciri,q̄ nam eſſet.Hæc Donat. apud quē dictānum ,p,m,&,n, ſcriptū inueni,prout etiam δίκταμνον.in exēplaribus gręcorum manu ſcriptis,Theophraſti quippe,& Dioſcoridis pene omnibus obſeruatur.Et in antiquiſſimę traductionis dioſcoride,quem literis longobardicis ſcriptum oſtendit mihi Florētię vir clariſſ.nic.

Scōberges

Scōberges campanus archiep̄s,dictānu.paſſim ſcriptum erat. In quod illud p̄cipua fuit obſeruatione dignum:quod,quū phraſis alioqui,& latina eſſet,& recte græcorum vocabuloꝝ vim & proprietatem exprimeret,formę tamen quas nos in,um,vel em,terminamus,plurimū illic abſq;,m,notatę ſūt,hoc modo. Dictānu multi dicunt puleiu agreſte.Sed nec florē,nec ſemen habet,ita illud.Eſt aūt alterum dictānu de creta adlatu.Que quāuis ita ſint, plurimum tamen delectant ob ſermonis puritatem,& venerādę memoriam antiquitatis.Vt vero ad donatū reuertamur,q̄uis ille,vti dictum,de lectione ſentiat iure ſuo, antiqua tamen exemplaria,quæ legimus omnia,eam lectionem oſtendunt, quā ipſe improbat.Papiniusq; his exemplis p̄pior accedere videtur,vbi ait.Dictamni florentis opem.quod Vir.florem comātem dixerat. Et Priſcianus,vbi agit de conſtructione partium orationis, Dictānum genetrix vr̃ agnouiſſe,diuerſaq; genera,& diuerſos numeros Virgi.hoc loco authoritate ſua κατὰ τὴν ἀλλοιότητα cōſuluiſſe.Quod vero neq; florē,neq; ſemē dictāno eſſe Dioſcorides, & pleriq; aliĳ tradunt.Virgi.Theophraſtum ſequi vr̃.qui flores in dictāno ponit,vel quod vni,& deteriori cuidam ſpeciei.q̄ vulgo naſcitur,proprium eſt,toti dedit generi,vt deſcriptionē hāc laſciuius exornaret.Quia vero vergiliana ſnīa de dictāno,eiuſq; vi cū Tulliana conſentit,viſum eſt ex tertio de natura deoꝝ hæc ſubiūgere.Dictānum herba eſt,quā caprę ſagittis venenatis percuſſæ quęrere dicunt̃.quā quum guſtauerunt ſagittæ excidunt a corpore.Alia Pli.libro naturalis hiſtoriæ quinto & vigeſimo. ¶Hoc fuſum labris ſplendentibus amnē inficit occulte medicans.) In codicibus aliquot antiquis legere eſt,labris pendentibus. Sed.n.cū hic labrum pro vaſe poſitum ſit,quod olim id lauabrū dicebant, magis placet.ſplendentibus,hoc eſt nitidis,& depurgatis,vt oīa cū decoro fiant.Ait vero Ti.Dona.in huius loci paraphraſin,Venus aquam infecit,quam Iapis ſtudioſe ſplendentibus labris iſuderat,vt foueret vulnus. ¶Sparſitq; ſalubris ambroſię ſuccos.) Antiqui aliquot cod.ſpargit,legunt,inſtanti t̄pe, vt cum, inficit, conueniat.Sed in pluribus, ſparſit,præteritum. ¶Omnis ſtetit imo vulnere ſanguis.) In Roma.codice,& aliquot aliĳs ant.cod. in particula iteriecta,imo in volnere,habetur. ¶Nūc te mea dextera bello Defenſum dabit.& magna inter premia ducet. In codici.pleriſq; veteribus.Magna inter prę lia,legitur.Sed præmia,videtur agnouiſſe Ti.Donatus,dum ait.Facit eum de præſentibus ſecurum defenſionem pleniſſimam ſpondens,& ex victoria commodum.Nam qui poſſit prę lia commodum ſignificare non video. ¶Tu facito mox cum matura adoleuerit ætas.) In antiquis aliquot exemp.legere eſt,Maturo.Sed vulgata lectio magis acceptа eſt. ¶Et auūculus excitet Hector.) In antiquis aliquot exemplaribus,auoncolus,prout in veterum monumētis ſcriptum eē ſuperius non vno oſtendimus exemplo.

[Hæc vbi dicta dedit,portis ſeſe extulit,ingens POE.
Telum immane manu quatiens,ſimul agmine denſo
Anteus,Mneſtheusq; ruunt:omniſq; relictis
Turba fluit caſtris:tum cæco puluere campus
Miſcetur,pulſuq; pedum tremit excita tellus.
Vidit ab aduerſo venientes aggere Turnus,
Videre Auſoniĳ,geliduſq; per ima cucurrit
Oſſa tremor.prima ante omnes Iuturna Latinos
Audiĳt,agnouitq; ſonum,& tremefacta refugit.
Ille volat,campoq; atrum rapit agmen aperto.
Qualis vbi ad terras abrupto ſydere nymbus
It mare per medium,miſeris heu prę ſcia longè
Horreſcunt corda agricolis:dabit ille ruinas
Arboribus,ſtragemq; ſatis,ruet omnia late:
Ante volant,ſonitumq; ferunt ad littora venti.
Talis in aduerſos ductor Rhœteius hoſtes
Agmen agit:denſi cuneis ſe quiſq; coactis
Agglomerant,ferit enſe grauem Tymbræus Oſyrin,
Archetium Mneſtheus,Epulonē obtruncat Achates,
Vfentemq; Gyas,cadit ipſe Tolumnius augur:
Primus in aduerſos telum qui torſerat hoſtes.
Tollitur in cœlum clamor,verſiq; viciſſim

SERVIVS.

¶Anteusq;, Mneſtheusq;.) Seruauit τὸ πρέπον. neceſſe n.erat vt vulnerato duce,multi cū eo in caſtra remanerent. ¶Miſcet̃.) Mō cōfundit̃: alibi p̄turbat̃.vt, Miſcet agēs telis nemora inter frondea turbā. ¶Aggerē Turnus.) Eminētia.de via aūt aggerē nō poſſumus dicere,niſi viæ aggerem dicere voluerimus.i.viæ coaceruationem,quā hiſtorici viā militarē dicunt:vt, Qualis ſæpe vię deprenſus in aggere ſerpēs. ¶Atrū rapit agmē.) Pulueris nube coptū. ¶Abrupto ſydere.) Magna tēpeſtate. Alibi,Sorbet in abruptū fluctus. Itē,Scit triſte Mineruę Syd⁹. ¶It mare p mediū: miſeris.) Statius planius de hoc ſenſu, Deflent ſua dāna coloni,Et tn̄ oppreſſos miſerant̃ in æquore nautas. ¶Ruet.) Eruet,& euertet.Alr̃ dictū eſt, Ruit alto à culmine Troia. ¶Talis.) Taliter,ſiſi mō. Sic paulò pòſt, Similis medios Iuturna p hoſtes. ¶Rhœteius.) Troianus à p̄montorio Troiæ. ¶Cuneis ſe quiſq; coactis Agglomerāt.) Deſent̃,vt cuneatim dimicēt, ſcilicet in cuneoꝝ modum cōpoſiti. ¶Tollitur ī cœlum clamor.) Occiſo eo qui author fuerat fœderis diſrūpēdi , exortus eſt clamor :& ſtatim ſecuta fuga Rutuloꝝ:vt , Verſique viciſſim Puluerulenta fuga Rutuli dant terga p agros. ¶Nec tela ferentes inſequit̃.) Ideſt nec fugientes, nec contra ſtātes dignat̃ occidere . Et magna Ænee oñditur pietas, qui nec vulneratus iraſcit̃: vt velit contra legem fœderis in bella moueri. ¶Virago.) Dicitur mulier quæ virile implet officiū. ¶Peruolat.) Per magnas ędes volat. Nā more ſuo verbo dedit detractā nomini p̄poſitionē. ¶Vacuis.) Magnis:vt, Vacua atria luſtrat Saucius. ¶Nec conferre manū.) Cū Ænea.nā alios p̄ſequit̃. ¶Auia.) Ab ea.ſ. parte qua vēiebat Æneas. ¶Tortos orbes.)

Puluerulenta ſuga Rutuli dant terga per agros.
Ipſe neq; auerſos dignatur ſternere morti,
Nec pede congreſſos, nec equo, nec tela ferentes
Inſequitur, ſolum denſa in caligine Turnum
Veſtigat luſtrans, ſolum in certamina poſcit.
Hoc concuſſa metu mentem Iuturna virago,
Aurigam Turni media inter lora Metiſcum
Excutit, & longe lapſum temone relinquit:
Ipſa ſubit: manibusq; vndanteis flectit habenas,
Cuncta gerens, vocemq;, & corpus, & arma Metiſci.
Nigra velut magnas domini cum diuitis ædes
Peruolat, & pennis alta atria luſtrat hirundo
Pabula parua legens, nidiſq; loquacibus eſcas,
Et nunc porticibus vacuis, nunc humida circum
Stagna ſonat, ſimilis medios Iuturna per hoſtes
Fertur equis, rapidoq; volans obit omnia curru:
Iamq; hic germanum, iamq; hic oſtendit ouantem,
Nec conferre manum patitur: volat auia longe.
Haud minus Æneas tortos legit obuius orbes,
Veſtigatq; virum, & diſiecta per agmina magna
Voce vocat. quoties oculos coniecit in hoſtem,
Alipedumq; fugam curſu tentauit equorum:
Auerſos toties currus Iuturna retorſit.
Heu quid agat? vario nequicq̃ fluctuat æſtu:
Diuerſæq; vocant animum in contraria curæ.

orbes.) Obliquas & implica/
tas vias. ¶ Veſtigatq; virum.)
Inquirit: tranſlatio à canibus.
¶ Diſiecta per agmina.) Diſſi/
pata aduentu Æneæ. ¶ Heu
quid agat?) Oē aduerbiũ ver
bo cohæret. Vnde heu & atat
& ſimilia, quia verbo cohære
re non poſſunt, ſeparatam fe/
cerũt aliam partem orationis,
ſcilicet interiectionem: quam
ſola latinitas poſſidet.

DONATVS.

¶ Hæc vbi dicta dedit,) In/
gens. ſ. animo & corpore. ¶ Te
la manu qua.) Minantis hoc
fuerat ſignum, plena fiducia
pergẽtis ad pugnam. ferre au
tem telum inæſtimabilis ma
gnitudinis, & id vna mãu tra
ctare quantũ fuit inſignis vir/
tutis? ¶ Simul agmine dẽſo,)
Procedente ęnea in campum
oibus bellandi ſtudium cre/
uit, tãtumq; illius fiducia fuit,
vt nullus dubitaret exire. pro
ceſſerũt deniq; duces, nec ali/
quis remanſit in caſtris. ¶ Tũ
cæco puluere cam.) Neceſſe
n. fuerat globũ pulueris cre/
ſcere, quẽ maioris numeri cõ
mouebat exercitus. ¶ Pulſuq;
pedũ tre. ex. tel.) Tantus ipe/
tus pergentium fuit, vt eo℞ pedibus pulſata contremiſceret ter/
ra: ¶ Vidit ab aduerſo.) Bene dixit primo turnum vidiſſe venien/
tes, vel quia in aggere contra poſitus fuerat: vel quia in cauſa ſua
debuit eſſe circũſpectus. ¶ Videre auſonij.) Qui paulo ante pro vi
ctoribus ferebantur, ęnea ex cauſa vulneris impedito, vt vide/
runt agmen, in ſe verſum ferri, intellexerunt in illa multitudine
ẽt ęneam ipſum fuiſſe pręſentẽ. quo facto non iam pauor, vt me
tus, ſed tremor oĩs eos inuaſerat. ¶ Prima ante alios.) Iuturna,
quã ſpecialis pro ſalute fratris ſollicitudo tangebat, prima vidit,
prima audiuit, prima cognouit, prima contremuit, & fugit. qđ ic
circo fecit, ne videret exitum turni vel eius copias ſterni. ¶ Ille vo
lat.) Tanta æneas celeritate ferebaẽ vt non ambulare: ſed volare
videreẽ. ¶ Cãpoque atrum ra. agm. aper.) Cãpoq; aperto atrum
agmen rapit. atrum ideo, quia ſordibus pulueris fuerat oneratũ.
cãpum apertũ dixit, quia cęſis hoſtibus vel metu ſparſis, vacuus
videbatur & patens. rapiebat ideo, qa volantem ſupra deſcripſit,
vt mactantibus hoſtes non occurreret reſiſtentium mora. ¶ Qua
lis vbi ad terras.) Quanta vis eſt nimbi, quę conflatur ex magna
pluuia℞ copia, cui licet ire per mediũ mare. ¶ Miſeris heu pręſcia
lon.) Nõ. n. prius fluctus pelagi ſcindit niſi ante eraſerit campos.
deniq; ſequiẽ. ¶ Dabit ille ruinas Arb.) Satis dixit diuerſis ſemini
bus terræ mandatis. ¶ Ruit omnia late.) Hoc eſt late proſternit.
¶ Ante volant, ſo. que ſe. ad litto. ven.) Torrens. n. poſt ſtrages &
arboribus & ſatis illatas, quũ propinquare in mare cœperit, pre/
cedit eum ſonitus aquarum. & anteq; ipſe perueniat, ſigna eius
volantes afferunt venti: ¶ Talis in aduer.) Quemadmodum ag/
men aqua℞ torrentibus præcipitatur, & vrget in mare non ſine
eo℞ pernicie, per quæ forte tranſierit. ſic quum agmine ſuo ęneas
in rutulos ferebaẽ infeſtus. ¶ Denſi cun. ſe quiſque coactis Agglo
me.) Multum enim valet plurimorum in vnum arctata conge/
ſtio. proinde vnuſquiſq; ſe ſtipabat in cuneum, ne opportunus fie
ret morti: ¶ Ferit enſe grauem.) Obtruncat, ad omnes percuſſo/
res pertinet, mneſtheum, achaten, gyan. ¶ Cadit ipſe tolumnius
augu.) Quo ait ipſe poterat dubitare, quid ſignificaret. ideo hoc
ipſum prius expoſuit poeta. cecidit ipſe augur tolumnius, q mit/
tẽdꝰ telum primus turbauit fœderis pacta. ¶ Tollitur in cœlum
clamor.) Quis enim non excitaretur in vocem, augurem ipſum
nec vitare potuiſſe pœnam? nec præuidere ſupplicia? ¶ Verſique
viciſſim Pulueru. fuga ru. (Non congeſti affuerant, ſed ſparſi fu/
giebant, quæ res indicabat oppreſſos magna virtute. Tendebant
autem ad agros indicantes exiſſe, nõ eſſe credituros. ¶ Ipſe neq;
aduerſos.) Ipſe æneas indignum exiſtimabat mactare obuios,
aut equo pede congreſſos occidere: ſed nec illos inſequebaẽ, qui
veniebant

veniebant telis armati. Dicit
iam qua cauſa id fiebat. ¶ So/
lum denſa in cali. tur. Veſtig.
lu.) Nouerat enim & pruden
ter conſiderabat ſolum eẽ vin
cẽdum, qui ſolus eſſet pugnã
di cauſa. ſeruandam eſſe plebẽ
victoriæ ſuæ, nec vlterius cę
dendam. ¶ Hoc concuſſa me/
tu.) Vbi ſenſit iuturna hoc age
re ęneam vt ſolius turni inte
ritum quæreret, redijt ad aliã
partem mãdatorum iunonis,
quum fratrem in confuſionẽ
fœderis liberare nõ potuiſſet,
cœpit hunc infeſto hoſti velle
ſubtrahere, ne inuentus occũ/
beret. ſic enim illa dixerat, nõ
lachrymis hoc tempus, acce/
lera, & fratrẽ, ſiquis modus,
eripe morti, aut tu bella cie,
conceptumq; excute fœdus.
Ergo vt dictum eſt, quoniam
fruſtra fuit, fœdera diſſipaſſe,
cœpit niti ſubtrahere periclitã
tem: quod fieri ſine fraude nõ
potuit: iccirco remouit auri/
gam fratris, & in remoti locũ
ipſa ſucceſſit: ¶ Cũcta gerẽs.)
Facile enim, in quam vellet
formam, tranſire potuit. ¶ Ni
gra velut magnæ.) Fœtibus
ſuis alimonia quęritans, vt ſa
lutem incolumen retineant. ¶ Et nunc porticibus va.) Nigram hi
rundinem pro dolentis perſona etiam quæ ſit domeſtica, vt iu/
turna de eadem domo, & familia, qua turnus, lugentis poſuit hi
rundinis quoq; non inaniter comparationem induxit. ¶ Similis
medios iutur. per ho.) Volebat iuturna ſic turnum oſtendere, vt
gaudere potius q̃ rebus ſuis diffidere videretur. nec tamen hunc
cõmittebat congreſſibus, & longe ad ea illum ducebat loca, quę
non conſtaret bello. ¶ Haud minus ęneas.) Quantum iuturna ſe
parabat à congreſſibus fratrem: tantum æneas cõpendioſis orbi
bus præbebat ſe obuium, & præueniebat errantem: nec iam oc/
culte, nam hũc per tot ſparſos exercitus voce magna ꝓuocabat:
¶ Quoties oculos coniecit in ho.) Quoties viſo hoſte æneas ire
obuiam voluit, toties iuturna currus in alias partes ĩflexit. ¶ Heu
quid agat?) Cogitabat quid ageret, dolens, & ſine aliquo effectu
remedij diuerſis ęſtibus agitabatur. ¶ Diuerſęq; vocant animũ.)
Quidquid voluendo tractabat, totum contrarijs tractatibus effi
ciebatur infirmum.

ASCENSIVS.

¶ Hæc vbi, &c.) Cõmemorat, vt ꝑ Æneã inſtaurata pugna, Tro
iani duces animoſiores effecti multos ꝓſtrauerint. Ænea ſolum
Turnũ inueſtigante quẽ Iuturna auriga eius mentita ſemp ab oc
curſu auertit. vñ nihil quoq; extat Dona. Sed ordo eſt. Vbi. i. poſt/
q̃ Æneas dedit hæc dicta, ipſe extulit ſeſe altis portis. ſ. caſtrorũ,
quatiẽs manu, telũ imane. i. haſtam terribilẽ prę magnitudine, &
ſimul. i. vna cũ eo, & Anteus & Mneſtheus & oĩs turba ruit reli/
ctis caſtris, agmine denſo. i. ſe cõſtipante. (Seruius legit Anteuſq;
Mneſtheus, quę vera mihi vř lectio vt Ante⁹ ſit diſſyllaba dictio
hñs in fine diphthongon quę in accuſatiuo diſſoluiẽ, vt in primo
Antea ſi quẽ, I actatũ vẽto videat) tum. i. deinde cãpus miſceẽ. i.
confundiẽ puluere cæco. i. excęcante. & tellus excita. i. commota
pulſu pedũ tremit. Turnus vidit ab aggere aduerſo. i. ex oppoſito
ſito, vbi ipſe erat, venientes. ſ. teucros cum Ænea, & auſonij vide
re. ſ. venientes & tremor gelidus. i. frigus & horrorem incutiens,
cucurrit per ima oſſa. ſ. Auſonio℞. Iuturna audijt & agnouit ſonũ
prima ante oẽs latinos. i. priuſq̃ aliquis latino℞, & ipſa tremefa/
cta refugit. Ille. ſ. Æneas q cã timoris erat, volat & rapit. i. ſecum
trahit raptim, agmen atrũ ꝑꝑ puluerẽ campo aperto. i. per cam/
pũ apertum. Qualis nymbus. i. ventoſa, & pluuioſa nubes, ſupp.
eſt vbi it ꝑ medium mare ad terras, & hoc ſydere abrupto. i. ma/
gna tempeſtate diſſoluta. Corda pręſcia longe. ſ. calamitatis futu
rę, heu dolẽtis interiectio, horreſcũt. i. horrore rigeſcũt. agricolis
miſeris, ille. ſ. nymbus (vt dicunt agricolæ) dabit ruinas arbori/
bus. i. proſternet arbores, & dabit ſatis ſtragẽ. i. proſternet ſata, &
ruet.

ruet.i.eruet & euertet omnia late.Talis.i.taliter aut talis exiſtẽs, ductor rheteius.i.Troianus.ſ.Æneas à rheto promontorio Troiano denominatus,agit agmen in hoſtes aduerſos,& ipſi denſi agglomerant.i.condẽſant,quiſq; ſe,& hoc cuneis.i.aciebus in morẽ cuneorum coactis.i.in vnum compulſis.Tymbreus vir ille phrygius à loco dictus,ferit enſe oſyrim grauẽ.i.grauatum aut pondere aut ſenio,& Mneſtheus.i.Troianus ille ferit Archetiũ,& Achates obtrũcat Epulonẽ,virum ſic denoiatum.Bona alluſio in vocabulis.Nã Achates curam ſignificat,quę nimirum epulonẽ.i.guloſitatem obtruncat,& gyas Troianus ille,obtruncat aut occidit Vfentem.Ipſe Tolumnius augur,qui torſerat p̃mus telum in hoſtes aduerſos cadit.i.occumbit,& ſupp.ex eius caſu,clamor tollitur in cœlũ.& rutuli verſi viciſſim,quia prius teucros in fugã verterãt,dant per agros terga puluerulenta,fuga.i.per fugam celeriter excitatam ipſe.ſ.princeps belli.ſ.Æneas neq; dignatur ſternere morti.i.ad mortẽ aduerſos.i.quos obuios, & aduerſos offendit,nec inſequitur congreſſus æquo.i.æquali pede,nec ferentes tela.i.licet animoſos offenderet,qui viriliter reſiſterent,tamen non dignatur eos proſternere ſed luſtrãs.i.circunſpiciẽs veſtigat.i.inquirit ſolum Turnum ſup.in caligine denſa,& poſcit ſolũ.ſ.Turnũ in certamina,ſic.n.fœdera exigebant,Iuturna virago.i.virile ĩplens officium cõcuſſa mentẽ.i.habẽs mentem cõcuſſam hoc metu excutit.ſ.ab equis Metiſcum aurigam Turni inter media lora,& reliquit lõge lapſum temone.i.de temone,vel reliquit,lõge à temone.i.ligno oblongo,quo currus cõnectitur,& dirigitur ipſum lapſum,Ipſa ſubit.ſ.officium gubernãdi,& flectit manibus habenas vndantes.i.laxas,& abundantes gerens.i.præ ſe ferens cuncta,& vocẽ & corpus,& arma Metiſci.Velut.i.quẽadmodum cũ hirundo.i.volucris illa nigra ſaltẽ pro principali parte quãuis ventrem albis maculis diſtinctũ habeat, peruolat magnas ædes.i.domos domini.i.heri diuitis,& luſtrat.i.circunuolat pẽnis.i.alis atria alta,legens.i.colligens,pabula parua.ſ.muſcas,& culices,& eſcas.ſ.paruas,nidis loquacibus.i.in q̃bus ſunt pulli garruli,& ſonat nũc porticibus,& nunc circum ſtagna humida,ſimilis.i.ſimiliter,Iuturna fertur equis per medios hoſtes,& ipſa volans obit.i.circũit omnia curru rapido.i.raptim acto, & oſtendit germanum.i.fratrem ſuum Turnum,ouantẽ iam hic.i.in vno loco,& iam hic.i.in alio loco,nec patitur ſup.eũ,cõferre manum.ſ.cum Ænea, & volat auia.i.ſine via,& ordine,lõge.ſ.ab Ænea,Æneas haud minus i.eodẽ modo,obuius.i.vt,obuius fit,legit.i.peragit orbes.i.circuitus tortos,ideſt obliquos,& veſtigat,ideſt inquirit virum,ſcilicet Turnum,& vocat,ſcilicet ipſum magna voce per agmina deiecta & quoties coniecit oculos in hoſtem,& tentauit, ideſt ſimulauit fugam,curſu equorum alipedum.i.quaſi alatos pedes habẽtium, toties retorſit Iuturna equos auerſos,ſcilicet ab ipſo Ænea, Et ita Æneas fluctuat nequicquã,ideſt fruſtra,vario æſtu,ideſt feruore irarum,heu dolentis vox dubitans,ſcilicet quid agat,ideſt agere debeat,quia nõ potuit habere occurſum aduerſarij,& curæ aduerſæ vocant animum in contraria.i.nunc hoc nunc illud attentauit,vt congreſſum habeat.

PIERIVS.

Hæc vbi dicta dedit, portis ſeſe extulit altis. Telum immane manu quatiens.) Non deſunt quidem antiquorum codicũ exemplaria,in quibus,altis,ſcriptum reperiatur.Sed enim Mediceum, & plura, atque ex his probatiora ſæpius reperta. non, altis,ſed, ingens, legunt, vt, ſi ad telum referatur,cum Homerica ſententia faciat.βρίθυ,μέγα,στιβαρόν.Sed enim Ti.Donatus,&, ingẽs, agnoſcit,& epitheton adcommodat Æneæ,dum ait,ingens,animo,ſcilicet & corpore. Vidit ab aduerſo venientes aggere Turnus.) In Roma.cod.& in ijs,qui apud me ſunt,non omnino contemnendi,atq; in aliquot alijs manu ſcriptis,agmine,legitur.Sed enim Ti.Donatus dubio procul aggere,videtur agnouiſſe. Ipſe neq; aduerſos dignatur ſternere morti.Nec pede congreſſos nec equo nec tela ferentes inſequitur.)Aduerſos,vulgata fere omnia exemplaria legunt,neque deſunt antiqui codices,qui lectioni adſtipulentur. Romanus tamen codex & Oblongus pomponianæ delitiæ legunt auerſos.Quodq; ſubſequitur,nec pede congreſſos, nec equo.Antiqua fere omnia,quæ verſamus,exemplaria,legũt. Nec pede congreſſos æquo, in quo tria pugnarum genera, tres ferientium geſtus animaduertas.Aut enim eos,qui terga dant occidimus,& hoc exprimit,auerſos,aut æquo reſiſtẽtes marte hinc ait,nec pede egreſſos æquo, aut eminus ferientes, hoc illud eſt. Nec tela ferentes inſequitur horum ſic pugnãtium nullum ille dignatur ſternere morti.Sed ſolum denſa in caligine Turnum veſtigat luſtrans.Donatus vero,aduerſos admittit,dum obuios exponit mecum vero ſentit in altero,diem ſubiungit, Aut equo pede congreſſos occidere.Quod vero legitur denſa in caligine.In Ro. codice,denſo eſt,virili genere cõtra grammaticorum præceptionem. Hoc concuſſa metu mentem Iuturna virago.)In Oblongo codice,hinc legitur,hoc eſt hac de cauſa,hęc,quod minime placet. Rapidoq; volans obit omnia curru.) In antiquis aliquot codicibus curſu ſcriptum eſt.Ea lectio in Mediceo ſuperne adnotata.In reliquis curru habetur. Iamq; hic germanum, iamq; hic oſtendit ouantem.)Hoc loco,vbi vana ſunt,quæ fiunt,magis placet,quod in Romano codice legitur oſtentat. Et diſiecta per agmina magna voce vocat.) In Mediceo,& aliquot alijs codicibus non,magna ſed longa ſcriptum eſt, addita ſuperne dictione magna vt fieri ſolet,pro paraphraſi. Auerſos toties currus Iuturna retorſit.) In antiquo admodum exemplari,toties curruus,legitur.uu,geminato,attiano,vti etiã ſuperius notatum dicebamus.

Huic Meſſapus(vti læua duo forte gerebat  
Lenta leuis curſu prętixa haſtilia ferro)  
Horum vnum certo contorquens dirigit ictu.  
Subſtitit Æneas,& ſe collegit in arma,  
Poplite ſubſidens,apicem tamen incita ſummum  
Haſta tulit,ſummasq; excuſſit vertice criſtas.  
Tum verò aſſurgunt irę,inſidijsq; ſubactus  
Diuerſos vbi ſenſit equos,currumq; referri,  
Multa Iouem,& læſi teſtatus fœderis aras,  
Iam tandem inuadit medios,& Marte ſecundo  
Terribilis, ſæuam nullo diſcrimine cædem  
Suſcitat,irarumq; omnes effundit habenas.  
Quis mihi nunc tot acerba deus,quis carmine cædes  
Diuerſas,obitumq; ducum,quos æquore toto  
Inq; vicem nunc Turnus agit,nunc Troius heros,  
Expediat?tanton' placuit concurrere motu  
Iupiter æterna gentes in pace futuras?  
Æneas Rutulum Sucronem(ea prima ruentes  
Pugna loco ſtatuit Teucros)haud multa moratus  
Excipit in latus,& qua fata celerrima,crudo  
Tranſadigit coſtas,& crates pectoris enſe.  
Turnus equo deiectum Amycum,fratremq; Diorem  
Congreſſus pedes,hunc venientem cuſpide longa,

SERVIVS.

Huic.) Pro in hũc:& eſt ordo,Huic dirigit. Se collegit in arma.) Ita ſe texit vt nulla parte poſſet feriri. Apicem tamẽ incita.) Galeæ eminentiã, quã Græci conum vocant, in qua eminẽt criſtæ. Multa Iouẽ, & læſi teſtatur fœderis aras.) Licet haberet iuſtã cauſam iracundiæ,q̃ effugiebat Turnus, & ipſe appetebatur inſidijs:nõ tamẽ ante prorupit ille in bellum,q̃ Iouis fidẽ & læſa fœdera teſtaretur. Nullo diſcrimine cædẽ ſuſcitat.) Indiſcrete obtruncat vniuerſos, q̃bus ante pari pepercerat mõ. Irarum habenas.) Poteſtatem,facultatem:vt,Et præmere,& laxas ſciret dare iuſſus habenas. Et hic moderate locutus eſt. Nam Ennius,Effundit irarum quadrigas,dixit. Quis mihi nũc tot acerba deus?) Ac ſi diceret nec muſa nec Apollo ſufficiunt.Statius,Maior ab Aonijs ſumẽda audacia lucis Mecum oẽs audete deę. Inq; vicem.) Inuicem. Nanque, vacat. Tanton' placuit concurrere.) Apoſtropha ad Iouem. Sane tantõ'on circũflectitur. Nam cum per Apoſtropham, Apocopem verba patiũtur, is qui in integra parte fuerat,pſeuerat accentus. Ruentes Teucros.) Quos Turnus inſequebatur mucrone. Crudum enſem.) Modo durum,alias crudelẽ. Et crates pectoris.) Donatus ſuperfluam vult eſſe cõiunctionem:& vt ſit Epexegeſis,adigit enſem per coſtas,ideſt pectoris crates,vbi celerius fata complentur. Et hoc eſt quod ait ſupra, Haud multa moratus. Amycum,fratrẽq; Dioren.) Hi duo duces ſunt etiã ſupra memorati, vt Nunc Amyci caſum gemit, nunc acris Orontis. Item, Et nunc tertia palma Diores. Vnde ad terrorem populi,eorum capita religant in curru. Curru.) autem aut ſeptimus eſt,aut datiuus antiquus ſecundũ regulã ne ſit maior à nominatiuo plurali. Mœſtum Onytẽ.) Naturaliter triſtem,ſeuerum,quem Græci

Hunc mucrone ferit, curruq́; abſciſſa duorum
Suſpendit capita, & rorantia ſanguine portat.
Ille Talon, Tanainq́; neci, fortemq́; Cethegum,
Treis vno congreſſu, & mœſtum mittit Onyten,
Nomen Echionium, matriſq́; genus Peridiæ:
Hic fratres Lycia miſſos, & Apollinis agris,
Et iuuenem exoſum nequicq̃ bella Menœten
Arcada, piſcoſæ cui circùm flumina Lernæ
Ars fuerat, pauperq́; domus, nec nota potentum
Munera, conductaq́; pater tellure ſerebat.

Græci ἀγέλαστον dicunt mittit aũt ſociũ ſupra memoratis. Sane Onyten Donatus dicit aut gentile eſſe, aut patronymicũ, vt nomẽ eius ꝓpriũ ſit Echionius. Sed hoc non ꝓcedit, quia neque patronymicũ in tes exit neque Onytes à qua gẽte veniat vſquã lectũ eſt. Proprium ergo eſt: & ſequẽs verſus erit, Nomen Echionium. i. Thebana gloria, per Periphraſin. Nã Echionij ſunt Thebani à rege Echione. Vñ male quidã legũt Nomine Echioniũ. ☞ Matriſq; genus Peridiæ.) Periphraſis: hoc eſt filium Peridiæ. ☞ Lycia miſſos, & Apollinis agris.) Vacat et. nã per Epexegeſim Lycia arua, Apollinis dixit. vt, Nunc Lyciæ ſortes. ☞ Exoſum nequicquam.) Sic ſupra, Inijcere manum Parcæ. Nam per tranſitum oſtẽdit eum vrgentibus fatis ad bella deductum: quæ nequicquam ſemper vitare cupiebat. Hũc autem Menœtem oriundo Arcada fuiſſe intelligimus, ſed habitaſſe circa Argos. nã Lerna palus eſt Argiuorum, in qua eum dicit ſolitum fuiſſe piſcari, nam hoc ſignificat. ☞ Piſcoſæ cui circum flumina Lernæ Ars fuerat, Pauperq; domus.) Hic & hæc pauper dicimus, nam paupera vſurpatum eſt. Sic Plautus, Paupera eſt hæc mulier. Sed hoc hodie non vtimur. Ea enim nomina quæ ablatiuo ſingulari in e exeũt, ſi fœminina ex ſe faciũt, ſimilia faciũt: nec. n. heteroclita eſſe poſſunt. i. alterius declinatiõis. vt puta, quia ab hoc hoſpite facit, hic & hęc hoſpes dicamus neceſſe eſt. Lucanus, Hoſpes in externis audiuit curia tectis. Ab hoc leone, hic & hæc leo: ab hoc latrõe, hic & hęc latro: ab hoc fullone, hic & hæc fullo: ab hoc nepote, hic & hęc nepos. Nã vt neptis dicamus propter ſucceſſionis diſcretionẽ admiſſum eſt. Sciendum tamẽ hoſpita, paupera, leæna, vſurpata à poetis. ☞ Potentum munera.) Obſequia, quæ pauperes diuitibus loco munerum ſoluunt.

DONATVS.

❧ Huic Meſſapus vti læua.) Meſſapus Æneæ forte loco proximus fuit. Huic ex duobus ferratis haſtilibus vnum certo ictu cõtorſit. Certus ictus eſt, q ſic deſtinatur, vt feriat. ☞ Subſtitit Æne.) Hoc artis erat, aptũ funderetur ictus, quẽ hoſtis dixerat certum. Subſedit, inquit, poplite, & ſe ſcuto cõtexit. ille. n. altius miſerat, vt caput feriret, aut pectus, & quoniam pro volũtate hoſtis altitudo corporis fuerat neceſſaria, humilẽ ſe ille cõtrario procurauit. ☞ Apicẽ tamẽ incita ſum.) Ecce vis mittẽtis, & ex alia parte declamantis ingenium. ſi. n. ſtans remanſiſſet, inueniſſet haſta, quẽ ſterneret: quod ipſum ex eo apparuit: quia in ipſa depreſſione corporis galeæ ſummam perdidit partẽ. ☞ Tum vero aſſu. ir.) Tum vero, ideſt tum magis irarum creuit augmentum. ☞ Inſidijſq; ſub.) Furebat enim ꝙ contrarijs luderetur inſidijs. ☞ Diuerſos vbi ſentit equos.) Vbi vidit aliorſum duci equos & currum. ☞ Multa Iouem.) Propter fidem iuſiurandi, quod cum latino perfecerat, ſolum quærebat Turnum, quem ſine crimine ſacrilegij poſſet occidere: ſed quum videret ſibi eius copiam denegari, teſtatus Iouẽ, & cæteros deos, per quos iurauerat ſe in bellum neceſſitate potius quàm voluntate compelli. ☞ Inuaſit tandem me.) Tandem ideo, quia diu expectauit. ne finis belli per Turni ſolius necem potuiſſet exire. medios, inquit, ſecundo Marte inuadit terribilis. Magna viri fortis conſtantia non dubitauit medios inuadere, vbi à circunfuſis poſſet interfici. Ecce & feliciter pugnat vallatus inimica multitudine, & inter tot ac tales terrori omnibus fuit: quanta laus eſt non timere, & ab omnibus metui. ☞ Sæuam nullo diſcrimine cæ.) Supra dixit, ꝙ ſolum Turnum ad necem quæreret, ac cæderet nullum. nunc ait, quoniam illud non prouenit, aliquando tamen commotus, paſſim atque confuſe ſternebat quoſcunq; repperiſſet, nullum eligens ad mortẽ, nullumq; proſternens, tantum conſenſerat iracũdiæ ſuæ, vt nullis iam retineri nexibus poſſet. ☞ Quis mihi nunc tot ac. de.) Deus, inquit, nũc eſt neceſſarius, ſed quid ſit iſte inuenire nõ poſſum, quo iuuare valeam complecti quãtos duces Turnus, quãtos Æneas occidit. ☞ Tãton pla. cõ. mo.) Neceſſaria exclamatio poetæ admirantis deorum iniquitatẽ. qui patiebãtur in alternam perniciẽ gẽtes tẽdere in æternam vẽturos perpetuamq; cõcordiam. ☞ Æneas rutulũ ſucronẽ.) Interpoſitũ eſt, ea prima ruentes pugna loco ſtatuit teucros. quum properarẽt, inquit, in hoſtium cędem Troiani, ibi cõſtiterunt, vbi Æneas rutulum Sucronem occidit. nam nõ multa mora interpoſita excępit eum in latus, ex qua vero parte corporis peti expeditius potuit, ipſa eum percuſſit, nam per latus & coſtas tranſfiecto enſe eum ꝓſtrauit. Interpoſitum diximus, ea prĩa ruẽtes pugna loco ſtrauit teucros quo facto diuiſum cõſtat vnũ ſenſum, nos iſto ſubtracto, integremus, quod interpoſita diuiſerunt. Æneas rutulũ Sucronẽ haud multa morantem. Exigit in latus, & qua fata celerrima crudum Tranſadigit coſtas, & crates pectoris enſem. Hic iungendum eſt, ea prima ruentes pugna loco ſtatuit teucros, & erit compoſitio directa verborum. ☞ Turnus equo deiectum am.) Multa ſemel hic dicta ſunt: ſed nõ ſemel accipiẽda: quippe Turnus equo deiecit amycum, equo deiecit & fratrem eius Dioren, nam quum addit fratremq; Dioren, & non ſignificat vtrum pedes an eques fuerit, etiã Dioren oſtẽdit vectum fuiſſe, ergo equo, & deiecto bis accipere debemus deiectũ equo amycum, deiectum Diorẽ equo ferit bis quoque intelligendum, vt ſit, illum ferit longa cuſpide, illum ferit mucrone. oſtentatiõis autẽ fuit incutiendi terrori, ꝙ cæſorum capita adhuc emittentia ſanguinẽ ſecum Turnus vehebat in curru. ☞ Ille Talon Tanaimq; neci.) Ille, inquit, & incertũ putatus reliquiſſe, vtrum de Ænea dictum videatur an de Turno, ſed nõ eſt vitium poetæ, nã ex Cethegi nomine, quem cõſtabat fuiſſe Troianum, queq; alijs nexuit, oſtẽdit non Æneam ſe dixiſſe, ſed ipſum Turnum. Tres igitur vno congrẽſſu, in quibus Cethegus fuit aſſiſtente virtute deiecit. Onyten vero hoc eſt Onytis & peridię filium, qui Echionio nomine diceretur, ſeparatim ſtrauit. Mœſtum dixit, quia incurrerat hoſtis manus, quas non potuit euaſiſſe: quod, ait, mittit, non ad Onyten ſolum, ſed ad omnes pertinet. ☞ Hic fratres ly. miſ.) Lycij ex partibus Æneæ fuerãt. ☞ Et Apollinis agris.) Ex Lycia & Apollinis agris fuerant fratres, Lyciam caram fuiſſe Apollini, & propriam, etiam in quarto libro memorauit dicẽs Qualis vbi hibernam lyciam, xantiq; fluenta Deſerit, hac delum maternam inuaſit Apollo. ☞ Et iuuenem exoſum.) Menethes quoque peroſa habẽs bella quum inertẽ ætatem iuuenis duceret, pro bellatore proſtratus eſt. dicit cauſam propter quam fruſtra ducebatur ad bellũ. Ipſa. n. fecerat, vt pugnare neſciret. ☞ Arcada, piſcoſæ.) Arcas iſte, inquit, fuit piſcãdi ſemper deditus ſtudio, qui ſolum lacum lernæ & domum ſuam pauperem. i. anguſtæ ſubſtantię nouerat: neſciẽs prorſus, quid diuites agerent, nec alicuius obſequijs deditus, nec ſolum ipſe pauper verumetiam pater eius, nam in terra cõducta morabatur dans operã ſeminibus iaciendis: Ecce verecundat paupertas in neceſſitate poſita, non quęſijt patrocinium diuitis non maioris ſubſtantiæ deſiderauit auxiliũ: piſcatio alebat filium, conductus patrem ager paſcebat & ipſe non grãdis, ſed pro facultatibus pauperis intelligendus. quis. n. pauperi magnũ crederet prædium laudandum in duobus inſtitutum? quos nõ polluit neceſſitas, aut aliqua paupertas ſcelere maculauit.

ASCENSIVS.

❧ Huic Meſſapus, &c.) Docet quomodo Æneas à Meſſapo iaculo petitus ſed nõ lęſus eſt, verum acri furore percitus quo mortalium multos proſtrauit, vnde cum nihil habeamus Donati Ordo eſt. Meſſapus (vti. i. ſecundũ ꝙ ipſe leuis curſu. i. leui militia inſtructus gerebat forte leua. i. ſiniſtra manu, duo haſtilia lẽta. i. flexibilia & vibrabilia, præfixa ferro. i. habentia ferrum pręfixum) dirigit huic. i. in hunc. ſ. Æneam vnum horum. ſ. haſtilium. cõtorquẽs ſupp. ipſum, ictu certo. i. ineuitabili, & firmo, Æneas. ſ. animaduertens in ſe telum impelli ſubſtitit. i. manſit ſtans, & obſeruãs haſtile, & collegit ſe in arma. i. tenuit ſe in cuſtodia armorum ſubſidẽs ideſt incuruãs ſe poplite. i. parte crurum ex aduerſo genuum, tamen. i. nihilominus quãuis ſe in arma collegerat, haſta incita tulit i. abſtulit ſummũ apicem. ſ. galeæ. i. conũ, & excuſſit vertice ſummas criſtas. Tum vero. i. pręcipue tunc, aut & tũc ad verũ iræ aſſurgunt. i. eriguntur & ipſe ſubactus. i. impulſus inſidijs. i. qa vidit ſe inſidijs appeti, vbi ſenſit equos diuerſos. i. in diuerſas agi, & currum referri. ſ. à curſu inſtituto cum obuiam traheretur, ipſe teſtatus Iouẽ multa. i. multum, & aras fœderis lęſi. i. violati, ipſe iam tandem inuadit medios, & ipſe terribilis Marte ſecundo. i. proſpero ſucceſſu belli, ſuſcitat. i. excitat ſæuam, ideſt immitem, & maximam cædem. i. necem, nullo diſcrimine. i. ſine diſcretione perſonarum, & effundit omnes habenas irarum. Quis deus (inquit poeta) expediat. i. expedite narret mihi nunc tot acerba, ſcilicet ſu

nera

nera aut vulnera,qs expediat carmine cędes diuerſas,& obitū du
cum,quos Turnus agit nūc toto ęquore.i.toto campo ęquo inui
cem.i.viciſſim,& nunc heros Troius.i.troianus Æneas.q.d.nul/
lus.Vnde acclamat dicens.Tātō,tanto ne motu ò Iupiter placuit
ſup.tibi gentes futuras in æterna pace cōcurrere.ſ.tunc tam hoſti/
liter.Æneas haud.i.non moratus multa excipit in latus Sucronē
rutulum & tranſadigit enſe crudo.i.duro,coſtas & crates.i.iūctu
ras pectoris.ſ.circa pręcordia in ea videlicet parte,qua fata ſupp.
ſunt celerrima.i.qua mors celerrime accedit,qa vulnerato corde
ſtatim morimur,ea aūt pugna ſtatuit loco.i.firmauit,& ſtare fecit
pria teucros.i.Troianos,Turnus cōgreſſus pedes.i.pedibus inni/
tēs pedeſter ferit Amycū deiectum equo,& Diorem fratrē.ſ.eius
ferit dicit cuſpide longa hunc.ſ.priorē hoc eſt Amycū venientē.ſ.
cōtra ſe & ferit hunc Diorē mucrone.i.enſe,& ſuſpēdit curru.i.ad
currum capita duorum.i.ambo℞,illorum abſciſſa.i.amputata,&
portat ſupp.ea rorātia ſanguine.i.adhuc diſtillantia.Ille.ſ.Æneas
mittit neci.i.ad necē,Talon & Tanaim,& Cethegū fortē,tris.ſ.vi
ros,vno cōgreſſu,& mittit neci.i.ad mortē Onytem mœſtū.i.ſe/
uerum & ſignū mortis,prę ſe ferentem,onytem dicit noīe,Echio
nium.i.gloriam thebanā ab echione rege dictā, & genus.i.filium
Peridiæ matris.ſ.nobilis,hic.ſ.Turnus mittit neci,fratres miſſos
ſ.in auxilium Troianū,lycia.i.ex illa prouincia,& ꝑ.i.agris Apol
linis,& Menœtem iuuenē arcada.i.ex arcadia,exoſum.i.deteſta/
tum
tum,& abominatū,nequicq̄.i.fruſtra bella,quia occiſus eſt,cui.ſ.
Menœti,ars fuerat circū flumina lernæ.ſ.paludis apud argos pi/
ſcoſæ.i.piſcium plenæ,& cui fuerat domus pauper.i.tugurīū,aut
caſſa modica,nec.i.& non,& cui munera potentium non erāt no
ta.i.qui nihil à potentibus accæperat, & cui pater ſerebat.i.ſemi/
nabat tellure.i.aruis conducta.i.condictis.

PIERIVS.

¶ Multa Iouem & læſi teſtatus fœderis aras.) In antiquis fere
omnibus teſtatur legere eſt. In Med. vltimus apex abraſus,& no
ta,quæ teſtatus,legat,appoſita. ¶ Tanton placuit concurrere mo
tu.) In veteribus cod.&,tanton,& tanto,habetur. Sed enim,tan/
ton,notatur à grāmaticis,neq; temere agnoſcit à ſeruio. ¶ Haud
multa moratus excipit.) In Mediceo,& aliquot alĳs veteribus,
morantem, vt vno eum vulnere confectum oſtendat.) Crudo
tranſadigit coſtas,& crates pectoris enſe.) In Mediceo in Roma/
no & antiquis omnibus codicibus,quotquot habui,crudum trāſ
adigit coſtas,& crates pectoris enſem,ſcriptum obſeruaui, quod
etiā Seruius agnoſcit,ex hoc vero ſuperiorem lectionem commu
nire poſſis vbi de Turno legit ur crudū per coſtas exigat enſem.
Nam durum in aliquot codicibus legi dicebamus. ¶ Nomē echio
nium.) In ant.pleriſq; codicibus legas,nomine echioniū.Quam
lectionem improbat Seruius,neque Donato aſſentitur, qui ony/
tem nomen vel patronymicum,vel gentile putat. Et echionium
proprium.

Ac velut immiſſi diuerſis partibus ignes
Arentem in ſyluam,& virgulta ſonantia lauro:
Aut vbi,decurſu rapido de montibus altis
Dant ſonitum ſpumoſi amnes,& in ęquora currunt
Quiſq; ſuum populatus iter:non ſegnius ambo
Æneas Turnuſq; ruunt per pręlia:nunc nunc
Fluctuat ira intus:rumpuntur neſcia vinci
Pectora,nunc totis in vulnera viribus itur,
Murrhanum hic atauos,& auorum antiqua ſonantem
Nomina,per regeſq; actum genus omne Latinos.
Præcipitem ſcopulo,atq; ingentis turbine ſaxi
Excutit,effunditq; ſolo:hunc lora & iuga ſubter
Prouoluere rotæ,crebro ſuper vngula pulſu
Incita,nec domini memorum proculcat equorum.
Ille ruenti Hilo,animiſq; immane frementi
Occurrit,telumq; aurata ad tempora torquet:
Olli per galeam fixo ſtetit haſta cerebro.
Dextera nec tua te Graium fortiſſime Creteu
Eripuit Turno.nec dij texere Cupentum
Ænea veniente ſui:dedit obuia ferro
Pectora,nec miſero clypei mora profuit ærei.
Te quoq; Laurentes viderunt Æole campi
Oppetere,& late terram conſternere tergo.
Occidis,argiuæ quem non potuere phalanges
Sternere,nec Priami regnorum euerſor Achilles:
Hic tibi mortis erant metæ,domus alta ſub Ida,
Lyrneſſi domus alta,ſolo Laurente ſepulchrum.
Totę adeò conuerſæ acies,omneſq; Latini,
Omnes Dardanidæ,Mneſtheus acerq; Sereſtus,
Et Meſſapus equum domitor,& fortis Aſylas,
Thuſcorumq; phalanx,Euandriq; Arcadis alæ,
Pro ſe quiſq; viri,ſumma nituntur opum vi.
Nec mora,nec requies,vaſto certamine tendunt.

SERVIVS.

¶ Arētem in ſyluam.) Pro ari
dam. ¶ Dant ſonitum ſpumoſi
amnes.) Bellum ſemper incen
dio & fluminibus cōparat. Sic
In ſecundo, In ſegetem veluti
cum flamma furētibus auſtris
Incidit, aut rapit montano à
flumine torrens. ¶ Neſcia vin/
ci.) Horatius, Pelidæ ſtoma/
chum cedere neſcit. ¶ Murrha/
num hic atauos & auo℞ antiq̄
ſonantem Nomina.) Hoc eſt,
cuius maiores Murrhani ſunt
dicti,& reges fuerunt:vt, Per
reges actum genus omne Lati
nos. Scimus enim ſolere ple/
runq; fieri vt primi regis,reli/
qui nomen eius poſſideant,vt
apud Romanos Auguſti vocā
tur,apud Albanos Syluĳ, a/
pud Perſas Arſacidæ, apud
Ægyptios Ptolemæi, apud
Athenienſes Cecropidæ. Vnde
ſuperfluum eſt quod ait Dona
tus debere nos accipere inter/
emptum eſſe Murrhanum dū
auos & atauos Turni comme
morat,& effert laudibus ma/
ximis. ¶ Per regeſq; actum ge
nus omne Latinos.) Horatius
Et nepotum per memores ge
nus oē faſtos. de Lamo. ¶ Nec
domini memorum proculcat
equorū.) Domini immemo℞.
¶ Dextera nec tua te Graiū for
tiſſime Creteu Eripuit Turno,
nec dĳ texere Cupētum.) Ita
Æneam cōparat Turno vt eū
ſuperiorem eſſe ſignificet. Nā
quem Turnus interemit,forti
tudo ſua liberare non potuit:
ei vero quem occidit Æneas,
ne ſua quidem numina prodeſ
ſe potuerūt. Sane ſciendum Cupentum,Sabinorum lingua ſacer/
dotē vocari. ¶ Late terram conſternere.) Aliud ex alio oſtēditur.
Nam per hoc corporis exprimitur magnitudo. vt, Stabant trecē/
ti nitidi in præſepibus altis. ¶ Euerſor Achilles.) Separat Achillē à
Græcis:vt, Relliquias Danaum atque immitis Achilli. ¶ Mortis
metæ.) Ideſt mors quę meta eſt & finis,nam metam,finem vitę
dicimus, non mortis. Sciendum tamen hoc ita de Homero eſſe
tranſlatum,qui ait θανάτοιο τελευτὴ,hoc eſt finis mortis,nā in
ipſa
ipſa morte finis eſt. ¶ Lyrneſſi
domus alta.) Lyrnea ciuitas ē
Phrygiæ. Vnde fuit Briſeis, &
per trāſitum docet neminem
poſſe ſtatuta vitare. ¶ Conuer
ſę acies.) in bellū coactę. ¶ Pro
ſe quiſque viri.) Pro qualitate
virium ſuarum:ſic in quinto,
Pro ſe qſq; viri,& depromunt
tela pharetris. ¶ Summa nitun
tur opum vi.) Hemiſtichium
Ennianum.

DONATVS.

¶ Ac velut īmiſſi.) Duas flam
mas,diuerſoſq; torrētes duo/
bus viris fortibus comparauit
nam quomodo flammæ con/
ſumūt quicquid occurrerit,&
torrētes quicquid impulerint
trahunt,ſic iſti ſæuiebāt in ad/
uerſos elati ira, & cupiditate
vincēdi,non metuentes vulne
rum caſus,aut mortis. ¶ Mur/
rhanum hic ata.) Hic ꝑnomen
eſt non aduerbium loci,proin
de hic hoc eſt Æneas murrha/
num ſaxo ingenti deiecit,ma/
gnitudinē ſaxi ex eo oſtendit,
quū dicit,ingēti turbine,ſimul
probauit & mittentis virtutē,
huic aſſerit poeta vanitatē ani
mi ſui obfuiſſe,qui dum ſe pu
taret propter nobilitatē gene/
ris,quod per reges latinos ad
ipſum quoq; ꝑuenerat,à quo/
quam contingi non poſſe, ſic
Æneæ manu ꝓſtratus interĳt:
¶ Hunc lora & iuga ſubter ꝓ/
uoluere rotæ, Crebro ſuper
vngula pul. Inci.) Cadens,in/
quit,murrhanus nō extra cur
rum,ſed ſub ipſum temonem,
rotarum volubilitate perdu/
ctus eſt: quo facto equorum
ſuorum contundebatur pedibus,& rotis currentibus terebatur.
Equi,ait,non erant memores domini. Iocari voluit poeta nō ve
rum dicere, nam ſenſus iſte ab equis & rotis alienus eſt. ¶ Ille
ruenti hylo.) Ruenti dixit non cadenti ſed inconſiderata feſtina/
tione properāti. Deniq; huic & ingentem furorem dedit, vt pror
ſus neſciret quādo vel quemadmodum poſſet occidi. ¶ Telumq;
aurata ad.) Venienti, inquit,occurrit, vt oſtenderet conſtantiam
& fiduciam viri fortis, & in tempora aurata haſtam fixit. ¶ Olli
per

per galeam.)Ecce ipſe euidentius oſtendit:nam galeæ victa vſq; ad cerebrum eius haſta in terga peruenerat. Fixo ait cerebro ſtetit haſta:hic omnis vis expreſſa eſt.non enim funditur quidquam niſi interueniente maiori violentia, nec ſtat niſi quod alte infixū eſt. Factum hoc ad Turnum intelligitur pertinere. ¶Dextera nec tua.)Ecce & hic creteum dicit interemptum,quomodo igitur fieri potuit,vt homo vnus diuerſis temporibus bis occideretur? ne quaſi imemoris poetæ vitium exiſtat,melius eſt ſic intelligere,vt alter ille fuerit,de quo dixit,Cretea muſarum comitem,cui carmina ſemper,& citharæ cordi numeroſq; intēdere neruis,deniq; ſi idē etiam hoc loco fuiſſet,artes eius & peritiam muſicæ & ſciētiæ iterum prætuliſſet. ¶Nec dij texere cup.Æn.)Non potuerunt cupentum dij ſui tueri. ¶Dedit obuia ferro Pectora.)Tantum opportunus fuit ad excipiendam mortē,vt illum nec dij ſui nec munimēta corporis potuiſſent defenſare.quis enim deus morti poſſet auxilium ferre?quando aduerſum pectus vltro obtulit ferro, tantumq; ſe opportunum præbuit:vt nec obiectu clypei aliquas morti ſuæ moras afferret. ¶Te quoq; Laurentes vider.)Dixit & Æolum occiſum,ſed huius poeta exitum non ſine affectu miſerationis inſeruit.Deniq; occidis ait: hoc verbum occidis maiorum perſonis aptatur,ſed quoniam hunc de nobilium numero vult eē Virgilius,occidiſſe eum dixit non cæſum eſſe. ¶Argiuæ quem nō potue.pha.)Texiſti ait corpore tuo terras Italiæ,qui congredientibus exercitibus græcis & ipſo Achille euerſore totius regni non occubuiſti:per apoſtropham formoſam comparationem induxit exprimens in ea dolētis affectum:quaſi diceret potuiſti cadere in genitalibus terris,& à melioribus percuti nūc in peregrinis iaces, & te proſtrauit inferior. ¶Hic tibi mortis erant metæ.)Non tibi defuit virtus tua,ſed fatorum ratione perfectum eſt, vt natus in alijs terris viuendi fines ac terminos in alienis regionibus inuenires. ¶Lyrneſſi domus alta.)Naſcētem te excepit lyrneſſi domus mortui funus Itala terra complexa eſt. ¶Totæ adeo con.)More ſuo miſit generalitatem ne ſolos Æneam & Turnum fugātes induceret.Ait enim quod faciebant duo,faciebant & cæteri,nec aliquis fuit à belli certamine vacuus. ¶Omneſq; latini om.Darda.) Quum poſſit ſufficere,totæ adeo conuerſæ acies,ambitiōe dicendi ductus iuit per ſpecies homines aliquos & gentes enumerans. ¶Pro ſe quiſq; viri.) In bello enim nō curat vnuſquiſq; niſi quēadmodum primum vitam ſuā ſalutemq; tueatur,tunc ēt ſocioꝝ. ¶Nec mora,nec requies.)Nec mora certamini dabatur,nec reqes labori,continuum fuit quidquid illic gerebatur. hoc.n.exigebat magni operis ratio cupiditaſq; vincendi.

ASCENSIVS.

¶Ac veluti imiſſi diuerſis,&c.)Oſtendit reliquā Æneę,Turniq; ſtragē de qua nihil quidē habetur Donati. ¶Ordo aūt eſt. Ac veluti ignes imiſſi diuerſis partibus.i.aduerſis locis in ſyluam arētē.i. aridam & in virgulta ſonātia,lauro.i.frondibus, aut folijs lauri, ſup.ruunt qſq; populatus.i.deuaſtans aut cōburens ſuū iter.i.viā ſuā,hoc eſt qcquid offendit.Aut veluti vbi amnes ſpumoſi decurſu rapido.i.ꝑpter decurſum rapidum,aut in decurſu rapido.ſ.de montibus altis,dant ſonitum.ſ.ingentem,& currunt in ęquora.i. in cāpos planos aut in maria(ſed potius,quia de montibus dicit, in campos intelligam)quiſq;.i.vterq; amniū,ſup.currit.populatus.i.deuaſtans,& ſecū trahēs ſuum iter.i qcqd in itinere, hoc eſt via ſua offendit,Ambo Æneas.ſ.& Turnus ruunt.i.incurſant per pręlia,nō ſegnius.i.non tardius,ſed ęque impetuoſe vt illi ignes in ſyluam aridā miſſi,& illi amnes in æquora decurrētes. Ira fluctuat intus.i.in ꝑcordijs,nunc nunc.i.maxime nunc,& pectora.ſ. amboꝝ neſcia vinci rūpūtur.ſ.rigore & ſęuitia & itur.ſ.ambobus nūc totis viribus in vulnera, hic.i.alter eoꝝ.ſ.Æneas excutit.ſ.ex curru,murrhanum regē illum latinoꝝ quorundā ſonantē atauos & antiqua noīa atauoꝝ.i.habentē nomen ſuorum maiorum, qui oēs murrhani appellati erant,& ſonantē oē genus,actum.i.traductum per reges latinos excutit dicit pręcipitē.i.pręcipitatum ſcopulo.i.fragmēto rupis atq; ingēti turbine ſaxi.i.ſaxo ingēti turbine impulſo,& effundit ſup,ipſum ſolo.i.in ſolū hoc eſt terrā rotę prouoluere.i.prouoluerunt hūc.ſ.murrhanum excuſſum, ſubter lora.ſ.equoꝝ & iuga nec i.nō & vngula eqūoꝝ non memorum.i. oblitoꝝ dn̄i(Accipitur enim nō in dictione,nec)incita.i.incitata, crebro pulſu ſuper.i.inſuper aut ſuper hūc ꝓculcat,ſup.eū. Ille.ſ. Turnus occurrit Hilō Troiano illi ruenti.i.prędipitāter currēti,& frementi animis imane.i.imaniter,& torquet telum ad tempora aurata,galea tecta haſta ſtetit olli.i.tunc illi cerebro fixo.i.transfixo per galeā.i.per medium galeę traiecto telo. Nec ò creteu fortiſſime graium.i.graioꝝ,hoc eſt græcoꝝ tua dextera eripuit te Turno(Fuit ergo arcas. Minus aūt eſt quod ſua dextera.i.propria virtute à Turno ſe defendere nō potuit q̄ quod dij propitij,& fauētes nō texerunt Cupentum ab Ænea vnde,ſeqtur)nec dij ſui.i.fauentes texere.i.protexerunt Cupentum.ſ.qui ſacerdos interpretatur, Ænea veniente.i.impetum in eum faciente,ipſe ſup. Cupētus dedit pectora obuia ferro.i.mucrōi ferreo,nec mora clypei aeris pro aerei,aut nec mora aeris.i.facta per æs clypei.i.quod erat in clypeo,profuit miſero.ſ.Cupēto. O Æole campi laurētes viderūt i.videre ſi oculos habuiſſent potuiſſent,quoq;.i.ēt te oppetere.i. fortiter cadere terram petendo,& viderunt te cōſternere terram tergo.ſ.tuo,late.i.in latū,quia lato tergo. tu inquā Æole occidis i.occumbis,& in mortem cadis,quē phalanges argiuæ.i.acies inſtructæ argiuorum non potuere ſternere,nec Achilles euerſor regnorū Priami ſup.potuit ſternere, Metæ mortis,ideſt quas mors vitæ affert erant tibi.ſ.conſtitutæ hic.ſ.in campis Laurentibus domus alta,ideſt inclyti natales,aut claraꝓgenies,& origo erat ſup. tibi ſub ida.ſ.phrygia,domus inquit alta,ſup.erat tibi lyrneſſi.i.in illa ciuitate phrygię ſepulchrum ſup.eſt tibi in ſolo laurente,ideſt campo latino, Totæ acies conuerſæ ſunt adeo.i.omnino,ideſt coactæ ſunt in prælium, ita vt contra ſe mutuo ſtarent omnes,& omnes latini,& omnes Dardanidæ.ſ.Mneſtheus & Sereſtus acer qui ſunt Dardanidę,& Meſſapus domitor equum,pro equorum qui Italus erat,& Aſilas qui etiam Italus & phalanx tuſcorum.i. tyrrhenorū,& alę.i.leues armaturæ ſeu velites Euandri Arcadis, quos cum Pallante miſerat,ij ſup.viri nituntur ſumma vi,opū.i. facultatum ſuarum,quiſq; ſup.nititur pro ſe,& nec mora nec requies ſupp.fuit,quia tendunt.i.contendunt certamine vaſto,ideſt omnia vaſtante aut amplo.

PIERIVS.

¶Æneas Turnuſq; ruunt per prelia.)In cod.aliquot antiquis ruūt in ꝑlia,legitur. Sed per in pluribus. ¶Ingentis turbine ſaxi.) In Rom.ingenti,ſed magis placet ingentis ſaxi. ¶Ruenti hilo.)In antiquis codicibus,hylo,per,y,ſcriptum eſt. ¶Fixo ſtetit haſta cerebro.)Quidam codices antiqui.fixa ſtetit haſta.legunt.)In Mediceo fixa,prius ſcriptum fuerat,inde alio atramēto ducta circularis lineola in o,literā. ¶Graium fortiſſime creteu.)Vetera quædam exemplaria rheteu ſcribūt plura creteu. ¶Nec dij texere Cupentum. Antiqua omnia hæc exemplaria,cupencum,legunt,p,c, in finali ſyllaba. Eſt &,di,vnico,i,de quo ſępe dictū. ¶Clypei mota profuit ærei. Ant.oīa exemplaria,quæ voluimus,æris,legunt, quāuis,ærei,cultum magis videatur. ¶Euandriq; Arcadis alæ.) In antiquis omnibus exemplaribus,arcades,ſcriptum obſeruatur,quod minime diſpliceat,quia paſſim arcades Virgi.nominat.

SERVIVS.

¶Mentē Æneæ genitrix pulcherrima miſit.) Conſiliū:vt, Qua facere id poſſis,noſtram nunc accipe mentē.Et pulcherrima perpetuū eſt epitheton, nec ad negociū pertinēs.Sane bona vſus eſt œconomia,vt diceret inſtinctu numinis profectum eē Æneā ad ciuitatis excidiū.Nam incōgruū fuerat occupatū bello per ſe tale cæpiſſe cōſiliū. ¶Vrbiq; aduerteret agmē.) Cōtra vrbē. ¶Acies circūtulit.)Oculoꝝ.ſ.& bona occaſione. ¶Immunem tāti belli.)Sine officio dimicandi.Nā immunis eſt qui nihil præſtat, quaſi ſine muneribus ſiue munijs. ¶Impune quietā.)Quæ ſpecialiter debuit pœnas luere propter fœdus abruptū. ¶Pugnæ accēdit maioris imago.) Subaudis eū. ¶Nec ſcuta, aut ſpicula denſi Deponunt.) Ex eo quod non eſt factum,quod fieri ſolet indicauit: vt ſupra, Defigunt telluri haſtas,& ſcuta reclinant. ¶Eſto.)Sit. ¶Iupiter hac ſtat.) Pro nobis religio eſt, quam læſerunt Rutuli ruptis fœderibus. Nouimus

Hic mentem Æneæ genitrix pulcherrima miſit,
Iret vt ad muros,vrbiq́; aduerteret agmen
Ocyus,& ſubita turbaret clade Latinos.
Ille,vt veſtigans diuerſa per agmina Turnum,
Huc atq; huc acies circuntulit,aſpicit vrbem
Immunem tanti belli,atq; impune quietam:
Continuò pugnæ accendit maioris imago.
Mneſthea Sergeſtumq́; vocat,fortemq́; Sereſtum
Ductores:tumulumq́; capit,quo cætera Teucrum
Concurrit legio:nec ſcuta,aut ſpicula denſi
Deponunt.celſo medius ſtans aggere fatur.
¶Nequa meis eſto dictis mora,Iupiter hac ſtat, ÆNE.

Neu quis ob incœptum ſubitum mihi ſegnior ito.
Vrbem hodie cauſam belli, regna ipſa Latini,
Ni frenum accipere, & victi parere fatentur,
Eruam, & æqua ſolo fumantia culmina ponam.
Scilicet expectem libeat dum prælia Turno
Noſtra pati? rurſusq; velit concurrere victus?
Hoc caput ô ciues, hæc belli ſumma nephandi,
Ferte faces propere, fœdusq; repoſcite flammis.
¶Dixerat: atq; animis pariter certantibus oẽs POE.
Dant cuneum, denſaq; ad muros mole feruntur.
Scalæ improuiſo, ſubitusq; apparuit ignis.
Diſcurrunt alij ad portas, primosq; trucidant,
Ferrum alij torquent, & obumbrant æthera telis.
Ipſe inter primos dextram ſub mœnia tendit
Æneas, magnaq; incuſat voce Latinum,
Teſtaturq; deos, iterum ſe ad prælia cogi,
Bis iam Italos hoſtes, hæc altera fœdera rumpi.
Exoritur trepidos inter diſcordia ciues:
Vrbem alij reſerare iubent & pandere portas
Dardanidis, ipſumq; trahunt in mœnia regem.
Arma ferunt alij, & pergunt defendere muros.
Incluſas vt cum latebroſo in pumice paſtor
Veſtigauit apes, fumoq; impleuit amaro:
Illæ intus trepidæ rerum, per cerea caſtra
Diſcurrunt, magniſq; acuunt ſtridoribus iras:
Voluitur ater odor tectis, tum murmure cæco
Intus ſaxa ſonanr, vacuas it fumus ad auras.

eos autẽ interfuiſſe fœderi vt deos alios, & Iouis imaginẽ ſceptri præſentia redditã. ¶Neu quis ob imperium ſubitũ mihi ſegnior ito.) Tertia perſona eſt ito, id eſt eat: & hortatur eos vt ita in bellũ eant, quaſi res fuerit ante diſpoſita. Nam hoc dicit, Repẽtinũ imperium nullã nobis afferat morã. Vñ eſt paulo poſt, Scalæ improuiſo, ſubitusq; apparuit ignis. ¶Cãm belli.) Quia illic erat Lauinia. ¶Hoc caput ô ciues.) Vt, ô Latio caput horũ & cauſa malorũ id eſt principiũ. ¶Fœdusq; repoſcite flãmis.) Grauitate ſermonũ declamatiõi põdus impoſuit. Nã hoc dicit, Flammas fœderis vrbis innouemus incẽdio. nã repoſcite, eſt reuocate, innouate. ¶Diſcurrunt alij ad portas, primosq; trucidant.) Subaudis. ¶Improuiſo.) Et hæc ſimul pronuncianda ſunt, vt ſimul facta videãt: quo vehemẽs vis bellica poſſit agnoſci. ¶Inter primos.) Inter duces, inter principes. ¶Hæc altera fœdera rumpi.) Bis rumpi fœdera, bis hoſtes Italos fieri, bis ſe in prælia ſæua compelli. Nam varie eãdem rem iterat. Bis autem fœdera facta ſunt, ſemel per Ilioneum: & paulo ante propter ſingulare certamen. ¶Reſerare iubent.) Id eſt volũt, vt Terentius, Iubeo Cremetem ſaluere. ¶Trahunt in mœnia regem.) Trahere volunt. Nam volũtas, animi eſt, non facti. Trahũt autem. ſ. vt poſſit imminens videre diſcrimen. Donatus dicit trahunt in mœnia, pro dilacerãt in mœnibus rumoribus ſuis. ¶Incluſas vt cum latebroſo in pumice paſtor.) Pene omnia comparationis iſtius verba ad ſupradictum pertinent bellum. Nã ita apes incluſæ ſunt, vt homines qui obſidentur. Ita ciuitatem, timentiũ latebras dicimus, ſicut apium ſunt aluearia. Item paſtor vt rex, & re vera paſtor & ductor exercitus, vt Homer⁹ ποιμένα λαῶν. Pumicem autem iſte maſculino genere poſuit: & hunc ſequimur: licet Catullus dixerit fœminino. ¶Fumo amaro.) Quod elicit lachrymas. ¶Trepida rerum.) Neſcientes quid agant, ignaræ auxilij. ¶Ater odor.) Noue. nam in odore quis color eſt? Sed hoc dicit odor ater, fumi ſcilicet. ater odor, id eſt peſſimus: vt, Fumoq; impleuit amaro.

DONATVS.

¶Hic mentem Æneæ ge.) Non corpore formoſa mulier ſed mater pulcherrimi affectus & pro ſalute filij pulcherrima miſit mentem nato hoc eſt conſiliũ, ſic & in primo libro ait, noſtrã nũc accipe mentẽ hoc eſt cõſilium. ¶Iret vt ad muros.) Non tantum iret ad agmẽ, ſed & ocyus id faceret, exponit quare ocyus. ¶Et ſubita turbaret cla. la.) Grauius eſt enim malum, & citius obtinet, quod inopinantes oppreſſerit. Securi enim fuerant intra ciuitatem conſtituti, alijs in campo certantibus. ¶Ille, vt veſtigans.) Dum illuc atque illuc oculos tendit quæritans per diuerſas acies Turnum, reſpexit, vrbem ſic immunem cladibus belli, vt omnis illic quies eſſet & ſecuritas plena, quaſi nihil triſte inter cæteros gereretur. ¶Continuo pugnæ accedit.) Quaſi iam fieret, quod mente conceperat, ſic accenſus eſt. ¶Mneſthea, ſergeſtumq; vocat.) Non ſerestum ductores: ſed Mneſtheum, Sereſtũ, & Sergeſtũ omnes ductores. Iccirco, inquit, hos vocauit, quoniam ductores exercitus fuerant, & opportuit eos regis conſilium noſſe. ¶Tumulumq; capit.) Vnde poſſit ã circũfuſis audiri. ¶Quo cætera teucrum Con. ſe.) Conſtituto enim rege in edito loco & vocatis ductoribus intellexerunt omnes aliquem pro communi commodo futurũ eſſe tractatum. ¶Nec ſcuta aut ſpicula denſi Depo.) Atq; ita vt armati fuerant manſerunt: Oportuit quippe plenam eſſe cautelã, vbi tantus feruor certaminum vertebatur. ¶Celſo medius ſta. ag. fa.) Facile audiri potuit, qui in ſummo cõſtitutus fuit, & ſtabat medius, ſtans intellectum latiſſimum tenet. In neceſſitate enim tanta ſedere

dere non debuit: dein quia decuit honorificum eſſe principẽ vt ſtantibus vniuerſis etiã ipſe ſtaret: vel quia aliter videri & audiri non poterat niſi vidiſſet omnes, & videretur ab omnibus. ſic ergo ſuum cœpit referre cõſilium. ¶Ne qua meis eſto di. m.) Nulla, inquit, mora interponatur his, quæ poſtea dixero: nec repentinum quẽquã conſilium turbet. ſtat enim nobiſcum Iupiter, cuius fauore confido. Incipit iam dicere inuẽta ſua, & ad celeritatẽ prius inſtructis ꝓprium referre tractatũ. ¶Vrbem hodie cauſam belli.) Diu, inquit, errauimus, nec malorum omnium quæ eſſet principalis cauſa, potuimus noſcere, fiat ergo celerius quod tardius viſum eſt, excindenda eſt hodie ciuitas, cuius adhuc icolumitate victoria noſtra differtur: delendum latini imperium, neq; acquieſcẽt cõditionibus noſtris, niſi ſe iuſtis parituros Itali propria profeſſione ſignauerint. In campum redigenda vniuerſæ vrbis amplitudo, & inimicæ facies ardere debet, aut cadere, ſi ſuperiores nõ agnouerint teucros, aut de ſua conditione fateri noluerint. ¶Scilicet expectem.) An ego non prouideam commodis noſtris, donec Turnus pugnare velit, aut nolit, ſi cogor ſuperati hominis arbitrium ſequi? cur nõ ipſi ſentiant vim potentiamq; victoris? ¶Hoc caput ô ciues.) Feriendum eſt malorum noſtrorum caput: reliqua poſt eius ſupplicium parem ſortientur interitum. radẽda eſt neſarij belli ſumma, vt cõquieſcat penitus, quod ex ipſa per ſcelus emergit & pululat. ¶Ferte faces propere.) Qua breuitate cœpit, ipſa concluſit. Vrbẽ, inquit, hodie cauſam belli ſe velle delere, & quando, & quam ob cauſam id facere diſponeret, breuiter dixit. hic autem docet, quomodo hoc ipſum poſſet impleri, quum dicit, ferte faces propere, vt incendendam ſcirent, fœdusq; repoſcite flammis: vt procurarent pacem incẽdia, quam dolus & humanum procuraret inuentum. ¶Dixerat, atq; animis.) Magnam enim habet vim, quod pari conſenſu & vnanimiter regitur. ¶Omnes dant cun.) Suffecerat hoc dictum, addidit. ¶Atq; animis pari. ce.) Atq; vt dixerat, ſatiaret, connexuit, denſati ad muros mole feruntur. Ecce quãtum valuit iubentis authoritas, & fiebant iuſſa conſenſu omnium, & celeriter gerebantur. feruntur, inquit, vt vltra modum properantis, quos exagitabat tanti regis præceptum & vtilitas ſua. ¶Scalæ improuiſo.) Quæſitas ſcalas & aduerſas ignemq; allatum non dixit ſtudio breuiandæ narrationis. quid enim poneret, quod ex conſequentibus procuratum poſſet oſtendi? ergo agẽdis rebus magna eſt celeritas adhibita, nam quam cito, aut vnde inuentæ ſunt ſcalæ? quæ muris admouerentur? aut q̃ repente ignis apparuit? hæc extra muros gerebantur, incipit perturbationem ciuitatis oſtendere. ¶Diſcur. al. ad po.) Ne aperte faciles ingreſſus darent hoſtibus. ¶Primosq; trucidant.) Hoc eſt illos, qui primi ingrediebantur. ¶Ferrum alij torquent.) Diuiſerant officia ſubueniendi: nãq; alijs curantibus portis, alij miſſilia tela torquebant, tanta copia vt obumbratum cœlum videri non poſſet. ¶Ipſe inter primos.) Quum tela innumera muris iacerent, quum fuſi ante portas alij qui occubuiſſenr, Æneas adhuc ſe beneuolum latino monſtrabat tendebat inermem dexteram, quod fuit ſignum volentis pugnare. Loquebatur. n. magna voce latini incuſationẽ proſequẽs, generale hoc eſt. non. n. ſpecialiter dixit, quæ contineret prolixitas vocis, & clamorum magnitudo, ſuſpicari tamẽ aliqua diximus pro perſona loquentis. ſi enim latinus conſtans fuiſſet in ordinandis filiæ nuptijs, ſi tot aduerſis eſſet emendatus, non veniret ad talia. Magna, inquit, voce aliter quippe loqui non debuit, qui cogente ira & ſtrepente perturbatorum tumultu cupiebat audiri. teſtabatur aũt deos, qui ſoli humanarũ cogitationum gnari ſunt. Inui

tum ſeſe inter initia in certamen exiſſe,inuitum iterum cogi:iuſta
hęc obiurgatio fuit.primo enim ipſi cœperant bellum,ipſi etiam
rurſus facientes contra humanas & diuinas leges rumpentes ite/
rum fœdera . ΓExoritur trepidos inter diſcor.ci.)Diſcordiam di/
xit animorum diſſimiles motus,& non ſibi conſentientes:incipit
dicere,quid ſinguli ſentirent. ΓVrbē alij reſerare.)Qui videbant
periculum præſens in diſcrimen manifeſtum,dicebant aperire ci/
uitatem melius eſſe q̄ occupari armis aut flammis , & ob hanc
cauſam vrgebant regem in mœnia,hoc eſt ad muros . ΓArma fe/
runt alij.) Quibus tradendæ vrbis ſententia diſplicebat , manus
properantes ad arma conuerterant,vt contra hoſtilem vim mu/
ris aſſiſterent.ΓInclufas vt quum late.in pu.pa.)More ſuo pro/
pter addendum ſplendorē carmini ſubiecit ſimilitudinē cōparās
ciuitatē pumiceis latebris:quę comburi facillime poſſunt,& cito
diſſolui.apes latinorum actibus,aſperū animalis genus,ſed quod
fumo exiguo pōt ſuperari.Caſtra latinorum,apum cereis caſtris
quę ſine adminiculo virtutis exiguo poſſint momēto turbari,&
inuadentis leui manu cōminui,apum murmur cum latinorū tre
pidatione,Æneę veſtigatorem apum curantem ne fugiant fumū
incendio,quo Æneas vrbi minabatur excidium.

ASCENSIVS.

ℭHic mentem,&c.)Docet quō inſtinctu veneris Æneas vbi vi/
dit ſibi negatam copiam pugnandi cū Turno,applicuit animā ad
expugnandam vrbem,de qua re nihil eſt Donati,ſed. ℭOrdo eſt.
Genitrix pulcherrima.ſ.Venus,miſit hic.i.in hoc rerū ſtatu Æneæ
mentem.i.cōſilium.& animum,vt iret ad muros & aduerteret.i.
appelleret agmē vrbi.i.ad vrbem,ocius.i.celerius,aut ſubito val/
de & turbaret latinos clade ſubita.i.ex improuiſo de repente orta.
Ille.ſ.Æneas,vt.i.poſtq̄ circūtulit acies.i.acumen oculorū huc,
atq; huc.i.in diuerſas partes veſtigans.i.inquirens Turnum per
diuerſa agmina,ipſe aſpicit vrbem immunē tanti belli,atq; quie/
tam impune.i.ſine pœna ac punitione,aut vbiq; quia quod impu
ne ſit vbiq; fieri poteſt imago.i.ſpecies maioris pugnę accendit.i.
inflammat continuo,ſup.ipſum,& vocat.ſ.ad ſe Mneſthea Serge
ſtum & ſareſtum fortē ductores.ſ.exercitus,& capit tumulum.i.
colliculum,aut locum editiorem,ſeu altiorem,quo.i.ad quē cæ/
tera legio teucrum pro teucrorum , accurit nec ipſi denſi.i.quāq̄
denſi,& ſtipati deponunt ſcuta,aut ſpicula,& ſupp.Æneas ſtans
medius in aggere.i.colliculo celſo fatur ſup.ſic dicēs.Ne qua mo
ra eſto.i.impero ne aliqua mora futura ſit meis dictis.i.edictis,&
imperijs,Iupiter ſtat hac.ſ.parte noſtra.i.fauet nobis:quia illi fœ
dera ruperunt . Neu.i.neue quis ito.i.eat mihi ( vacat mihi ) aut in
detrimentum meum,ſegnior.i.tardior,ob incœptum ſubitum.i.
quia id quod concœpi,& incœpturus ſum,ſubito ortum ſit . Ego
eruam hodie vrbē appoſitorie cauſam belli,& ipſa regna latini,ni
i.niſi.ſ.vrbani,aut ciues fatentur accipere frenum , & pro.i.pare/
re imperijs ſicut equus freno conſtrictus paret,& æquo ponam
culmina fumantia.i.domorum ſummitates,& fumaria æqua.i.
ęqualia,& ęque plana,ſolo.i.vt ſolum eſt.Scilicet.i.ſcire licet.hoc
eſt quaſi vero expectem.i.expectare debeā donec libeat Turno pa
ti noſtra pręlia,& donec ipſe victus velit cōcurrere rurſus.ſ.ſi ha/
beat ciuitatem incolumē?O ciues,hoc eſt caput.i.hæc vrbs eſt ꝑn
cipalis cauſa belli nefandi,& hęc eſt ſumma.i.principalis ratio bel
li nefandi,
li nefandi,ferte faces propere.i.properanter,& repoſcite.i.innoua
te fœdus.ſ.quod dictum eſt,flammis non aris,ſed vrbi impoſitis.
Dixerat.ſ.Æneas.atq; omnes dant cuneum.i.componunt ſe in cu
nei formam animis certantibus pariter.i.certatim mādatū Æneę
molientibus,& omnes feruntur pariter ad muros,mole.i.multi/
tudine,& vi denſa,ſcalæ ſup.apparuerunt improuiſo.i.ex impro/
uiſo,& ignis ſubitus apparuit.ſ.vrbanis,vnde ſunt qui intelligant
ſcalas,& ignē à Venere miniſtrata præter ſpem Troianorum , ſed
verius intelligitur Æneas dum animo obſidendi primum accen/
deret ſcalas attuliſſe,quas nunc ſubito prius q̄ ciues perciperēt è
caſtris deprompſerunt.Alij.ſ.teucrorum diſcurrūt ad portas ſup.
ex improuiſo,& trucidant primos.i.quos primos obuios habent
alij torquent ferrum.ſ.in eos qui forte in muris erant , & obum/
brant.i.obſcurant quaſi vmbra æthera telis.ipſe Æneas tendit.i.
extendit dextram ſub mœnia:inter primos.ſ.ſcanſores , ſeu inter
duces & principes , & incuſat.i.arguit & exprobrat latinum.ſ.re/
gem,magna voce,& teſtatur.i.obteſtatur deos ſe cogi.i.compelli
iterū in prælia,& Italos ſup.eſſe aut effectos iam bis hoſtes.vio/
lato.ſ.bis fœdere:ſemel in aduentu,& nunc per Iuturnam,& hęc
altera.i.ſecunda fœdera rumpi.i.diſſolui.Diſcordia exoritur inter
ciues trepidos.Nam alij iubēt reſerare.i.aperire Dardanidis.i.Tro
ianis,vrbem,& pandere portas.ſ.eius , & trahunt ipſum , ſcilicet
Æneam , & regem.i.vt rex ſit in mœnia . Alij ferunt arma.ſ.con/
tra eum,& pergunt defendere muros . Vt,ideſt quemadmodum,
cum paſtor veſtigauit,ideſt inquiſiuit , & inuenit apes incluſas in
pumice.i.lapide illo latebroſo,ideſt cauernoſo,& impleuit ſup.la
tebras aut cauernas fumo amaro,illę,ſcilicet apes diſcurrunt in/
tus trepidę per caſtra cerea,ideſt fauos ſuos aut per cellas cereas:
& acuunt.i.prouocant iras magnis ſtridoribus , odor ater.i.teter
& rei fumoſæ voluitur tectis.i.ad tecta,ſaxa ſonant nunc,ideſt ali
quando intus,murmure.ſ.aptum cæco.i.occulto.& fumus it ad
auras vacuas:quia refunditur ex cauernis.Aut potius dicamus de
vrbe.ſubaudiēdo ſic,vt ſit.Sic odor ater.i.fœdus,& à re atra pro/
cedens voluitur tectis,ideſt ad tecta vrbis,& ſaxa ſonāt nunc in/
tus murmure cæco , ideſt muſſitatione populi,aut ſaxa immiſſa
ab oppugnantibus dant incertum crepitum,fumus it ad auras va
cuas vbi.ſ.non erant ædificia.

PIERIVS.

ℭVrbē hodie cauſam belli.)Tres verſus in Oblongo codice hoc
habentur ordine . Vrbem hodie cauſam belli , regna ipſa Latini.
Eruam.& æqua ſolo fumantia culmina ponam:Ni frenum acce/
pere,& victi parere fatentur.Sed enim magis placet conditiona/
lis oratio.Ni frenum accipere,& vincti parere fatentur . Interpo/
ſita,et,ante verbum,eruam.Eſt & illud adnotādum quod , freni,
inter ea nomina reponitur à Cariſio , quæ ſingularitate carent.
quamuis ſecus à Virgilio dicatur,vt hoc loco. ΓFerte faces prope
re.)Veteres pleriq; codices,properi,legunt . Vti ſuperius circun/
ſtant properi Aurigæ:ſed magis incitare videtur aduerbium. ΓPri
moſq; trucidant.) In Oblongo codice,fatigant,quod non ita pla
cet.Nam in prælijs mos eſt,vt primi ſemper ſint cædibus.& peri
culis magis expoſiti.Et ad aliorum terrorem clemētiſſimi etiam
imperatores expugnationis initio cæde aliqua ſæuire ſoliti ſunt.
ΓNunc murmure cæco.) In antiquis , tum,legitur:pro,nunc.

Accidit hæc feſſis etiam fortuna Latinis,
Quæ totam luctu concuſſit funditus vrbem.
Regina vt tectis venientem proſpicit hoſtem,
Incendi muros,igneſq; ad tecta volare,
Nuſq̄ acies contrà Rutulas,nulla agmina Turni.
Infelix pugnæ iuuenem in certamine credit
Extinctum,& ſubito mentem turbata dolore
Se cauſam clamat,crimenq; caputq; malorum,
Multaq; per mœſtum demens effata furorem,
Purpureos moritura manu diſcindit amictus,
Et nodum informis leti trabe nectit ab alta:
Quam cladem miſeræ poſtq̄ accæpere Latinæ,
Filia prima manu flauos Lauinia crines,
Et roſeas laniata genas:tum cætera circum
Turba furit,reſonant late plangoribus ædes.
Hinc totam infelix vulgatur fama per vrbem,

SERVIVS.

ℭEtiam fortuna.)Caſus . nā
omnis caſus in poteſtate fortu
næ eſt. ΓTectis veniētem pro/
ſpicit hoſtem.)Aut è tectis ꝓ/
ſpicit ; aut contra tecta venien
tē. ΓIncefſi muros.) Inuadi.
ΓMentē turbata.)Vt , Oculos
ſuffuſa. ΓEt nodū informis le/
ti.)Alij dicunt,ꝙ media ſe in/
teremerit.Sane ſciendū q̄a cau
tum fuerat in pontificalibus li
bris vt qui laqueo vitam finiſ/
ſet,inſepultus abijceretur . Vñ
bene ait informis leti,q̄ſi mor
tis infamiſſimę. ΓFlauos Laui
nia crines.)Antiqua lectio flo/
ros habuit.i.florulētulos,pul/
chros : & eſt ſermo Ennianus.
ΓEt roſeas laniata genas.)Mo
ris fuerat vt ante rogos huma
nus ſanguis effunderetᷣ vel ca/
ptiuorū
ptiuorū vel gladiatorū:quorū
ſi forte copia non fuiſſet,laniā
tes genas ſuū effundebāt cruo
rē,vt rogis illa imago reſtitue
retur.Tamē ſciendū cautū le/
ge duodecim tabularū,ne mu
lieres carperēt faciem,his ver
bis,Mulier faciem ne carpito.
ΓHinc totā.)De domo regia.
ΓInfelix fama.)Rerum infeli
cium nuncia. ΓDemittūt men/
tes.)Deſperant, ſicut econtra,
Sperātes aliqd,erigūt mentes.
ΓConiugis attonitus fatis,vr/
biſq; ruina.)Et priuatis & pu
blicis luctibus . ΓImmundo
puluere.)Bene immundo ad/
didit.Sic i Georgicis monitio/
nibus,Et cinerem immūdum
iactare per agros,quia etiā pul
uis ille quo vtuntur puellæ,ci
nis vocatur.Vnde etiā ciniflo/
nes

nes dicti ſunt. Horatius, Cuſtodes, lecticani, ciniflones, paraſiti. ꝩ Bellator.) Epitheton peracti temporis. ꝩ Minus ſucceſſu lætus equorũ.) Infirmitas animi ex equorum etiam tarditate veniebat. ꝩ Attulit hunc illi cæcis terroribus aura. Naturale enim eſt, vt à qua parte ventus flat, inde clamor audiatur. ꝩ Cõmiſtum clamorẽ.) Ex impugnatione & morte reginæ. ꝩ Arrectas aures.) Ad audiendum ſollicitas. Terentius, Arrige aures Pamphile. ꝩ Amẽs.) Conſilij egẽs, neſcius rei gerẽdæ. ꝩ Occurrit dictis.) Orationi eius verbis obuiã venit. ꝩ Prima victoria.) Ideſt primum. ꝩ Nec numero inferior pugnę nec honore.) Nec pauciores interimis, nec minor te q̃ Æneã comitabitur gloria. Nam occiſorũ multitudo cõpenſat hoc, ꝙ tu fugientes interimis. Sane ſciendũ in hac omni oratione Iuturnã occurrere quæſtionibus tacitis. ꝩ Prima per artem fœdera turbaſti.) Pria, aut inchoantia: aut tu prima, nã poſt eius orationem Tolumnius telũ contorſit. ꝩ Nam qd ago?) Argumentũ à neceſſario. ꝩ Me voce vocantẽ.) Atqui hoc nuſquam legimus, ſed aut κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligimus, aut mortis eſt omen, audire quod nõ dicitur: videre quod minime occurrit. Sic in quarto, Hinc exaudiri gemitus & verba vocantis Viſa viri. ꝩ Superat.) Viuit: vt, Superatne, & veſcitur aura? ꝩ Ne noſtrũ dedecus vſens Aſpiceret.) Ac ſi diceret, fortaſſe viueret, niſi iõ voluiſſet occũbere, ne nos victos videret. ꝩ Teucri potiũtur corpore & armis.) i. etiã ſepultura caret. Nam vt in Homero legimus, de virorum fortium cadaueribus erat inter hoſtes grande certamen. ꝩ Dextra nec Drancis dicta refellam?) Ideſt

Demittunt mentes: it ſciſſa veſte Latinus,
Coniugis attonitus fatis, vrbisq; ruina,
Caniciem immundo perfuſam puluere turpans:
Multaq; ſe incuſat, qui non accæperit ante
Dardanium Æneam, generumq; aſciuerit vltro.
Interea extremo bellator in æquore Turnus
Palantes ſequitur paucos, iam ſegnior, atq;
Iam minus, atq; minus ſucceſſu lætus equorum.
Attulit hunc illi cęcis terroribus aura
Commiſtum clamorem, arrectasq; impulit aures
Confuſæ ſonus vrbis, & illætabile murmur.
ꝩ Hei mihi, quid tanto turbantur mœnia luctu? TVR.
Quis've ruit tantus diuerſa clamor ab vrbe?
ꝩ Sic ait, adductisq; amens ſubſiſtit habenis. POE.
Atq; huic, in faciem ſoror vt conuerſa Meriſci
Aurigæ, currumq; & equos & lora regebat:
ꝩ Talibus occurrit dictis. Hac Turne ſequamur IVT.
Troiugenas, qua prima viam victoria pandit:
Sunt alij, qui tecta manu defendere poſſunt.
Ingruit Æneas Italis, & prælia miſcet:
Et nos ſæua manu mittamus funera Teucris:
Nec numero inferior, pugnæ nec honore recedes.
Turnus ad hæc.
O ſoror, & dudum agnoui, quum prima per artem
Fœdera turbaſti, teq; hæc in bella dediſti,
Et nunc nequicq̃ fallis dea, ſed quis Olympo
Demiſſam tantos voluit te ferre labores?
An fratris miſeri letum vt crudele videres?
Nam quid ago? aut quæ iam ſpondet fortuna ſalutẽ?
Vidi oculos ante ipſe meos, me voce vocantem
Murrhanum, quo non ſuperat mihi charior alter,
Oppetere ingentem, atq; ingenti vulnere victum.
Occidit infelix, ne noſtrum dedecus Vfens
Aſpiceret, Teucri potiuntur corpore & armis.
Excindi'ne domos (id rebus defuit vnum)
Perpetiar? dextra nec Drancis dicta refellam?
Terga dabo? & Turnum fugientem hæc terra videbit?
Vſq; adeo'ne mori miſerum eſt? vos ò mihi manes
Eſte boni, quoniam ſuperis auerſa voluntas.
Sancta ad vos anima, atq; iſtius inſcia culpæ,
Deſcendam, magnorum haud vnq̃ indignus auorum.

accedere, ẽt quod putabaẽ mori, ꝙ volabat ignis in tecta, ꝙ nullus defenſor aderat, qd dabit cõiectura metuendi caſum Turni? niſi ꝙ potuit moritura ſentire? qdqd. n. metuimus fieri in incertis, hoc ẽt falſo ſentimus. Iccirco ait. ꝩ Infelix pu. iu. i. cer. cre.) Infelicẽ mire poſuit, quę tã cito, q̃ nõ dum acciderãt, extrema Turni ſenſiſſet quęq; eſſet moritura viuo adhuc eo, quem diligebat vt mr̃. ꝩ Et ſubito men.) Subitus dolor quũ ſit ſolitus ẽt quietam turbare, tũ magis cõfundit ſenſus, quos ſuſpẽſos iuenerit: ide plus ĩfelix inani cõiectura cõpulſa eſt, & in repẽtino malo, accedente eo ꝙ fœmina ſexus ſui leuitate turbata circũſpectũ conſiliũ hr̃e non potuit, clamabat ſe eẽ maloꝝ oĩum caput, q̃ nihil fecerat, vtpote q̃ marito incolumi, de filię nuptijs iudicare nõ potuit: ſed tñ ꝓ Turni ꝑtib9 nixa cõtra mariti ſñiam interea mox ſeſe ad animi ſui deſtinata cõuertit, & ſecutũ ẽ, ꝙ habuit ꝑparatũ. Prodiderat n. diſpoſitionẽ ſuã eũ ĩparẽ iudicãs, quẽ cupiebat geneꝝ euocare à pugna. ſic. n. ſupius poſitũ eſt, q te cũq; manẽt iſto certamine caſus, & me Turne manẽt, ſimul hęc ĩuiſa, relinquã lumina, nec geneꝝ Æneã captiua videbo. Aliqua tñ loq cõpulſa eſt, & ſic vitã ſuã cõcludere ſecãm clamãs, & crimẽ, caputq; malorũ. Ipſe eſt reatus verus, & nulla defenſiõis ope ſuffulctus, quẽ reus ipſe cõfitetur, & firmat, qd amata faciebat: qm̃ cogebat demẽtia: vigebat & furor, nã nullus eſt, qui crimina ſua ſponte fateaẽ, niſi quẽ agit ĩpotẽtia mentis: aut quẽ tenet mortis affectus. ipſa igiẽ ꝓſecuta eſt accuſationẽ ſuã, ipſa iudicis officiũ tenuit in executione ſñię ſuæ, ipſa carnificis partes impleuit. ꝩ Multaq; per mœ.)

virtute, nam pro rei officio ipſam rem poſuit, dextram, ſcilicet ꝓ virtute. ꝩ Vſque adeo'ne mori miſerum eſt?) Tacitæ quæſtioni occurrit. ꝩ Superis auerſa Voluntas.) Quia vt ſupra diximus, donec viuimus, curæ ſumus ſuperis: poſt mortem ad inferos pertinemus, quibus ſe modo commendat. ꝩ Iſtius inſcia culpæ.) Vel fugæ: quia fuga grande crimen eſt apud virum fortem vel rupti fœderis & læſæ religionis: à qua re ſe dicit eſſe alienum propter futura ſupplicia. ꝩ Indignus auorum.) Gręca figura eſt. nam nos, indignus illa re, dicimus: contra Græci ἀνάξιοσ ϛεφάνου, ideſt indignus coronæ.

DONATVS.

❡ Accidit hæc feſſis.) Talis eſt iſte locus, qualis eſt ille. Hos inter motus medio flagrante tumultu, Ecce ſuper magna mœſti Diomedis ab vrbe Legati reſponſa ferunt. tunc enim vere fortuna ꝓbatur inimico, quum malorum aſperitas nec lenitur, & cumulatur aduerſis. Incipit iam referre cauſam luctus ingentis, qui totã faciẽ ciuitatis acerbitate confudit. ꝩ Regina vt tectis.) Quãtũ huic dedit verecũdię & cautelę? Regina, inqt, cũ e tectis ſuis bellorum operiretur euentus, ecce curioſam fecerat metus, & inde expectabat, qd gereretur in cãpo: vbi ipſa expectare nõ poſſet, nõ iuit ad alienam domũ, ſed ſua tecta cõſcendit, amor eam talẽ fecerat generi, & cõtra Æneã ſemel ſuſcępta ſñia, quum igitur cerneret venire ad vrbẽ hoſtilem manũ, quę maloꝝ proculdubio initium ferret, accedere,

Multa præterea effundens, quæ conuenirent demẽtis furentisq; perſonę. ꝩ Purpureos moritura manu.) Præter multa mala, quæ per dementiã & furorẽ locuta eſt, diſcidit quoq; purpuream veſtem perindeq; ꝓcioſam. quid. n. de ſpeciei merito cogitaret, quæ ipſam ſalutę ſuã mortis deſtinatiõe contẽpſerat? & nodũ informis leti trabe nectit ab alta. informis, hoc eſt nõ cõuenientis ſexui vel honori. Nodus intelligendus eſt, quo nexuit fauces ſuas, & funus ſuũ pendulum fecit. ꝩ Quã cladẽ miſeræ.) Conſentaneum fuerat domeſticam cladẽ mulieres noſcere, primo, quoniam viri in alijs fuerant occupati, verum quia ſecundo loco filiam putatur nominaſſe, non ſecundo dictam, ſed cum cæteris matribus latinis audiſſe eam intelligendum eſt, quo comperto prima diſcidit comam: prima, ait, veſtis indumenta diruit: prima laniauit faciem ſuam. Ipſa enim debuit primitus dolere, & luctibus grauius commoueri: ad quã materni funeris acerbitas ſpecialiter ꝑtinebat. ꝩ Tunc cætera circum.) Cætera turba earum accipienda eſt, quæ miſeratione potius reginæ ſuæ, quàm affinitatis ratione mouebantur. ꝩ Reſonant magnæ clamoribus ædes.) Moralis dictio paulatim quippe in omniũ notitia mala perueniunt, nã & de Pallãtis morte ſic dixit, fama mali tanti prenũcia luctus, Euãdrũ, Euãdriq; domos, & mœnia replet. ecce & hic ait, primã filiã cũ aliquibus latinis mulieribus ſciſſe poſtea tenſos clamores & vlulatus extitiſſe plangentiũ, vt reſonãs latitudo domus acerbitatẽ facti in occulto eſſe

UNIVERSITA

eſſe non ſineret, deniq; ſequitur. ¶ Hinc totam infelix.) Vulgatur hoc eſt per omne vulgus totius vrbis ſpargitur. ¶ Demittunt mentes.) Omnes, ſcilicet, qui audiere, ceciderunt animis. ¶ It ſciſſa veſte Latinus.) Latinus qui perſonam mariti gerebat, & regis & ſuis malis confuſus, & publicis, ſtupuerat in vnum tempus conueniſſe, intolerabilia mala vxoris, ſcilicet mortem & extremum periculum patriæ. Ibat autem ſciſſa veſte per publicum rex. ¶ Caniciem immũdo.) Et contra ætatis meritum & dignitatem loci ſui caniciem ſuam turpans immundo puluere. non enim eligere poterat dolens, quid imponeret capiti ſuo. ¶ Interea extremo.) Detrahentis animo hoc dictum eſt: dum enim hęc in ciuitate vel aduerſus ciuitatem gererentur, Turnus omnium ignarus, vtpote in extrema camporum parte conſtitutus raros inſequebatur. ¶ Iam ſegnior atque Iam minus.) Prope mortem enim conſtitutus & ingenium & cõſilium perdidit, deniq;, inquit, & ipſe & equi eius multo minus poterant, quàm ſolebant. ¶ Attulit hunc illi.) Licet ex longinquo tamen, quia magna fuit cauſa plangentium reginam & patriam, peruenit ad aures eius, non quid factum ſit, ſed aliquid mali commiſſum, nam ex confuſo clamore conijciebat interueniſſe aduerſa: quæ totam vrbem gemitu atque vlulatu & clamore confunderent, quantum Turni ſecordia reprehenditur? quum inducitur. Hic quædam deſiderantur.

ASCENSIVS.

¶ Accidit hæc feſſis, &c.) Docet quomodo Amata cum videret vrbem in periculo, laqueo vitam finiuit vnde clamor miſerabilis ſubortus eſt quem Turnus accipiens eo properauit, dehortante Iuturna ſub forma Metiſci aurigæ, quam tamen Turnus agnouit, ſed audita morte Amatæ eidem non obediuit: Vnde quia diſperijt Donatus. ¶ Ordo eſt. hæc fortuna, ſcilicet aduerſa, quia ſuſpendium Amatæ reginæ accidit etiam latinis feſſis: quæ concuſſit funditus totam vrbẽ luctu regina, ſcilicet amata vt, ideſt poſtquam proſpicit hoſtem venientem tectis, ideſt ad tecta & muros incendi, & ignes volare ad tecta, ſcilicet vrbis, & acies rutulas, ideſt rutulorum nuſquã ſupple eſſe aut apparere aut ſtare, contra, ideſt ex aduerſo, & nulla agmina Turni ſupple, contra ſtare, ipſa infelix credidit iuuenem, ſcilicet Turnum, & ideo quia iuuenem contra maturum virum contendere auſum extinctum in certamine, & ipſa turbata mentem, ſcilicet habens mentem turbatam ſubito dolore clamat ſe cauſam & crimen & caput malorum, ideſt incommodorum regni, & ipſa demens effata. i. elocuta multa per dolorem mœſtum. i. ex mœſtitia ortum diſcindit manu, ſcilicet ſua amictus purpureos, ideſt veſtes regales moritura. i. quia certa erat mori, & nectit ab alta trabe nodum. i. laqueum in nodũ contractum, leti. i. mortis informis, ideſt inhoneſtæ: quia qui laqueo ſibi vitam ademerant inſepulti abijciebantur propter fœditatem mortis. Quam cladem. i. calamitatem poſtquã latinæ. ſ. matronæ, miſerę accæpere. i. intellexerunt ſupple laniatæ genas furore feruntur. Nam ſequitur. Lauinia filia. ſ. eius laniata prima. i. inter primas: aut ante alias crines. i. capillos flauos, & genas roſeas ſupple furit circum tum. i. deinde cætera turba. ſ. latinarum furit circum. ſ. cadauer extinctæ. Ædes reſonant late aureæ ædes late reſonant plangoribus, & fama infelix vulgatur hic. i. ex his latis ædibus hoc eſt regia per vrbem totam, Demittunt. ſ. omnes mentes, ideſt animos hoc eſt deſperant. latinus attonitus. i. perplexus quaſi tonitru perculſus, fatis, ideſt morte coniugis, & ruina vrbis quam. ſ. imminere videbat, it veſte ſciſſa, ideſt diſſecta turpans, ideſt fœdans, caniciem perfuſam, ideſt perfundendo eam puluere Immundo, & incuſat ſe multa, ideſt multum qui. i. vtpote qui nõ accæperit ante. i. priusq̃ cogeretur, aut ea mala, pueniſſent & aſciuerit. i. aduocarit vltro. i. nondum coactus Æneam Dardanium. i. Troianum. generum. i. vt dicũt in generum vel vt ſibi gener. Turnus bellator ſequitur interea in extremo æquore. i. extrema parte campi, paucos, ſcilicet hoſtes Pallantes, ideſt oberrantes ſine ductore, exiſtens iam ſegnior, atque iam minus, atque minus lætus, ſucceſſu. ſ. inualido equorum: quia. ſ. videbat equos quoq; ſegnes effectos, & animos demiſiſſe, Aura attulit illi. ſ. Turno clamorem commixtum terroribus cæcis. i. incertis vnde procederent & ſonus vrbis cõfuſę & murmur illætabile. i. nullo modo lætificans, impulit. i. percuſſit, & ſolicitauit illi auras arrectas. i. quas impulſas arrigebat, vt melius caperet. Et ait ſic. Hei mihi quid. i. ad quid turbantur mœnia tãto luctu? ve pro vel quis tantus clamor, ruit ab vrbe diuerſa, ideſt diuerſa parte vrbis? ait inquam ſic atque ipſe amens. i. ſine mente, & cõſilio ſubſtitit. i. manet ſtans habenis adductis. i. ad ſe tractis. Atque ſoror. ſ. Iuturna (vt. i. ſecundum quod ipſa conuerſa in faciem. i. effigiem & formam Metiſci aurigæ regebat currus, & equos & lora. ſ. equorum) occurrit huic talibus dictis. Turne ſequamur. i. perſequamur troiugenas, hac. i. per hanc viam, qua victoria pandit. i. aperit & monſtrat nobis prima. i. primum viam. Sunt alij, qui poſſunt defendere tecta. ſ. vrbis manu. ſ. ſua, Æneas ingruit. i. irruit Italis. i. in Italos, & miſcet pręlia, mittamus igitur, &. i. etiam nos Teucris. i. in Teucros, manu. ſ. noſtra funera ſæua. i. magna & crudelia. Tu recedes. ſ. ſic faciẽdo, nec numero nec honore pugnæ inferior. ſ. Ænea. i. tot, & cum tanto honore occideris, vt Æneas. Turnus ad hęc, ſupp. reſpondit. O ſoror ego agnoui, &. i. etiam dudum, cum. i. quando, tu turbaſti prima, ideſt præcipua, fœdera per artem. i. aſtutiam & ſubtilitatem tuã, inducens augurium lætum & faciem mentita Camertis, cohortata es ad prælium ineundum, & cum dediſti te in hæc bella & tu dea. i. quáuis dea fallis nunc nequicquam. i. in nullo: ſed quis voluit te demiſſam Olympo. i. cœlo ferre tantos labores? an ſupple ideo veniſti aut demiſſa es vt videres letum. i. exitium crudele fratris miſeri. i. miſeratione digni? Quia vero malũ omen admonuit conſcientia vitare: affirmat dico dicens, dico, crudele letum, nam quid ago, aut quæ fortuna ſpondet iam ſalutem. q. d. nulla, quia ipſe. i. ego vidi Murrhanum, quo alter non fuerat mihi charior, murrhanum inquit ingentem: atq; victum ingenti vulnere oppetere ante meos oculos, vocantem me voce. i. propria vocatione ſeu appellatione. Vfens, vir ille infelix occidit. i. interijt, ne aſpiceret noſtrum dedecus. Teucri potiuntur corpore & armis. ſ. eius Perpetiar ne domos excindi. i. vrbem capi, & dirui? Nam id vnũ. defuit rebus. ſ. noſtris miſeris, quominus periſſent funditus, nec refellam. i. redarguam & refutabo. dextra. i. viriliter agendo dicta i. cõuitia Drancis. ſ. hoſtis mei capitalis? quaſi dicat id maxime conari debeo, Dabo ſupp. ne ego terga & hæc terra. ſ. quam defendere & mihi vendicare molior videbit Turnum fugientem? quaſi dicat nõ id cõmiſero, ne pro an, an mori eſt vſqueadeo. i. intantum miſerum, vt. ſ. malim inhoneſte fugere, quàm fortiter mori? quaſi dicat nequaquã & ideo, O vos manes. i. dij inferi: eſte mihi boni. i. propitij, & fauorabiles, quoniam voluntas eſt ſuperis auerſa. ſ. à me. i. non amplius fauent mihi. Ego deſcendam ad vos exiſtens anima ſancta atque inſcia. i. neſcia & inſons. iſtius. ſ. tam turpis culpæ. i. fugæ exiſtens haud indignus. ſ. inuentus vnquam, ideſt in vllo tempore magnorum auorum ſup. genere aut nomine, vel magnorum auorum, pro magnis auis; niſi poeta ſcripſerit, haud vllo vbi legitur haud vnquam.

PIERIVS.

¶ Regina vt teſtis venientem proſpicit hoſtem.) In Oblongo codice & in aliquot alijs conſpicit, habetur, quod magis moueret, propter periculi vicinitatem, ſed enim proſpicit. Seruius admittit, & vetera pleraque exemplaria conſentiunt. ¶ Incendi muros. Codices omnino aliqui veteres, incendi, legũt. Antiquitus enim cõtextis arboribus, lutoq;, aut calce illitis, infartisq; mœnia conſtrui ſolebant, quorum plurimus in gallijs vſus fuit teſte Cæſare. Sed enim Oblongus, Mediceus, atq; alij perueteres codices, inceſſi, legendum oſtendunt. Quod Seruius admittit, dũ exponit, inuadi. Romanus ambiguus eſt vnius mutatione literæ, in eo enim incenſi, legitur. Sed cũ alias primã ex duabus, ſſ, in, n, vertere conſuerit, vt multa ſuperius declarant citata loca, inceſſi, crediderim eſſe debuiſſe. Quum preſertim Aruſianus in elocutionũ exẽplis loci huius Virgiliani teſtimonio oſtẽdat eleganter dici, inceſſitur, illa res. Quare inceſſi muros, longe libẽtius legerim. ¶ Pugnæ iuuenẽ in certamine credit extinctũ.) Romanus codex, à certamine legit: ſed melius eſt in. Quędã vetera alia exẽplaria, iuuenem certamine, legunt, abſq; a, & abſq;, in. ¶ Multaq; per mœſtũ demens effata furorẽ.) In Oblõgo codice dolorẽ eſt, quod non æque placet, neq; quidẽ, quod effata, vel adfata, in nõnullis habetur. ¶ Flauos Lauinia crines.) Miror cũ Seruius aſſerat, floreos, antiquam eſſe lectionẽ, eam à poſterioribus non admiſſam. Synizeſis enim nõ eſt, adeo poetis inſolita, vt hoc loco eam reformidare debeamus. ¶ Reſonãt late plangoribus ędes.) In Oblõgo codice clãgoribus, legitur: quod non placet. Id enim tubarũ eſt. In Mediceo autem clamoribus: ſed plangoribus, omnino melius. ¶ Multaq; ſe incuſat.) In Ro. cod. deſiderãtur hi duo verſus. Multaq; ſe incuſat, qui non accæperit ante. Dardanium Æneam, generumq; aſciuerit vrbi. Nempe, quia in vndecimo ijdem habentur. Sed enim non incongruum videtur verſus eoſdem, eadẽ ſuperueniente rerum turbatiõe hoc etiam libro repetitos eſſe, quum preſertim eã ſecum reprehenſionẽ apportant, quæ græci illius dicterij teſtimonio grauiſſima videri poterat διςἐξαμαρτεῖν τ' αὐτὸν οὐκ ἀνδρὸς σοφοῦ. ¶ Curruſq; & equos.) In antiqs codicib. currũ, ſingulari numero. ¶ Qui tecta manu defendere poſſunt.) In antiqs plerſq; codicibus, poſſint.

Seruius.




[Vix ea fatus erat, medios volat ecce per hoſtes, POE.
Vectus equo ſpumante Sages, aduerſa ſagitta
Saucius ora, ruitq; implorans nomine Turnum.
[Turne in te ſuprema ſalus, miſerere tuorum. SAGES.
Fulminat Æneas armis, ſummasq; minatur
Deiecturum acies Italum, excidioq; daturum.
Iamq; faces ad tecta volant, in te ora Latini
In te oculos referunt, muſſat rex ipſe Latinus.
Quos generos vocet, aut quæ ſeſe ad fœdera flectat.
Præterea regina tui fidiſſima, dextra
Occidit ipſa ſua, lucemq; exterrita fugit.
Soli pro portis Meſſapus & Acer Atinas
Suſtentant aciem, circum hos vtrinq; phalanges
Stant denſæ, ſtrictisq; ſeges mucronibus horret
Ferrea, tu currum deſerto in gramine verſas.
[Obſtupuit varia confuſus imagine rerum POE.
Turnus, & obtutu tacito ſtetit, æſtuat ingens
Imo in corde pudor, miſtoq; inſania luctu,
Et furijs agitatus amor & conſcia virtus.
Vt primum diſcuſſę vmbræ, & lux reddita menti eſt,

SERVIVS.

[Implorãs noĩe Turnũ.) Ex multis rebus indicat perturbationem, ꝙ feſtinans venit, ꝙ ꝑ hoſtes, quod vulneratꝰ, quòd Turnũ nomine appellat. Nam cõtumelia eſt nomine ſuperiorem vocare: ſic in Georgicis, Mater Cyrene Mater: cũ præmiſiſſet, Et te crudelem nomine dicit. [Turnę in te ſuprema ſalus.) Omnia quæ ſupra, Iuturna dixerat, oratio iſta diſſoluit. [Fulminat Æneas.) Exaggeratio eſt. ſic paulopoſt, Horrendumq; intonat armis. [Minatur deiecturũ acies.) Quia dixerat, Et ęqua ſolo fumantia culmina ponã. [Muſſat.) Mõ dubitat. [Præterea regia tui.) Quia occurrebat, Amatam ꝓ eius partibus niti. [Soli ꝓ portis.) Contra illud, ſunt alij qui tecta manu defendere poſſint. [Varia confuſus imagine rerum.)

rum.) Multiplici nuncio. [Et obtutu.) Vario ſtetit vultu. Et obtutus eſt ꝓprie vultus, quẽ Græci dicũt πρόσωπον. [Pudor.) Propter illud, Tu currũ deſerto ĩ gramine verſas. [Inſania.) Quia in hoſtes ferebat. [Miſto luctu.) Propter Amatæ cognitã mortẽ. [Diſcuſſæ vmbræ.) Poſtq̃ mẽtis caligo diſceſſit, quod ſequentia indicãt: vt, Et lux reddita mẽti eſt. [Turbidus.) Plenus perturbatiõis. [Quam eduxerat ipſe.) Quod ei maiorem creabat dolorem. [Subdideratq; rotas.) Quo poſſet trahi ad ea loca, qbus hoſtis inſtabat. [Quicqd acerbum eſt morte pati.) Aut quicquid morte acerbum eſt, placet pati: hoc eſt inferna ſupplicia, quę vel poteſt ſuperbus hoſtis inferre, ſicut de Hectore legimus. Aut certe poſitiuus ſit pro cõparatiuo, Placet pa

Ardenteis oculorum vrbes ad mœnia torſit
Turbidus, eq́; rotis magnam reſpexit ad vrbem.
Ecce autem flammis inter tabulata volutus
Ad cœlum vndabat vortex, turrimq́; tenebat,
Turrim, compactis trabibus, quam eduxerat ipſe,
Subdideratq́; rotas, pontesq́; inſtruxerat altos.
Iam iam fata ſoror ſuperant, abſiſte morari, TVR.
Quò deus, & quò dura vocat fortuna, ſequamur,
Stat conferre manum Æneæ. ſtat quicquid acerbi eſt
Morte pati, nec me indecorem germana videbis
Amplius: hunc oro ſine me furere ante furorem.
Dixit, & è curru ſaltum dedit ocyus aruis, POETA
Perq́; hoſtes, per tela ruit, mœſtamq́; ſororem
Deſerit, ac rapido curſu media agmina rumpit.
Ac veluti montis ſaxum de vertice præceps
Quum ruit auulſum vento, ſeu turbidus imber
Proluit, aut annis ſoluit ſublapſa vetuſtas,
Fertur in abruptum magno mons improbus actu,
Exultatq́; ſolo, ſyluas, armenta, viroſq́;
Inuoluens ſecum. disiecta per agmina Turnus
Sic vrbis ruit ad muros, vbi plurima fuſo
Sanguine terra madet, ſtridentq́; haſtilibus auræ.
Significatq́; manu, & magno ſimul incipit ore.
Parcite iam Rutuli, & vos tela inhibete Latini: TVR.
Quæcunq; eſt fortuna mea eſt, me verius vnum
Pro vobis fœdus luere, & decernere ferro.
Diſceſſere omnes medij, ſpatiumq́; dedere. POE.

ti, ſi quid etiā morte acerbius inuenitur. Furere ante furorem.) Figura antiqua: vt, Seruitutem ſeruit, Dolet dolorē. Et ē ſenſus, ſine me furere bellicum furorem .ſ. antequā ad eum veniam, vt pugnā mente concipiam, & inſtructus furore in bella prorumpā. Saxū de vertice præceps cum ruit.) Comparatio iſta futurū euentum oſtēdit. Simul notandum quod ſicut ſupra in prælio, ita nunc etiam in cōparatione pfertur Æneas. Nā Turnū parti comparat montis, montibus exæquat Æneam, & eſt comparatio de Homero ſumpta.

ἀντικρὺ μεμαὼς ὀλοοίτροχος ὣς ἀπὸ πέτρης,
ὅν τε κατὰ στεφάνης ποταμὸς χειμάρροος ὤσῃ
ῥήξας ἀσπέτῳ ὄμβρῳ ἀναιδέος ἔχματα πέτρης
ὕψι τ' ἀναθρώσκων πέτεται, κτυπέει δέ θ' ὑπ' αὐτοῦ
ὕλη, ὁ δ' ἀσφαλέως θέει ἔμπεδον ὄφρ' ἂν ἵκηται
ἰσόπεδον τότε δ' οὔ τι κυλίνδεται ἐσσύμενός περ.

Auulſum vēto.) Propriè. nā Turnus inuitus ad bellum attrahitur. Mons improbus.) Pars mōtis. & ἐμφατικῶς dictum eſt. Sic ſupra, Aut partē exiguam mōtis. Magno actu.) Magno impulſu. Vbi plurima fuſo ſanguine terra madet.) Hypallage, vbi plurimo ſanguine in alto Terra madet. Stridūtq; haſtilibus auræ, ſic Homer°. Tela inhibete.) Cohibete, & eſt trāſlatio à nautis. Me verius vnū pro vobis.) Verius, Iuſtius: & ſenſus hic eſt, Iuſtius eſt me vnum pro omnibus rupti fœderis pœnas exoluere.

DONATVS.

Tu currum deſerto in gra. ver.) Tu verſas currum. verſare, eſt currum non celeriter ducere, & rotam lentius voluere: & delicato, inquit, rotarum motu currum ſegnius trahis. addidit, deſerto in gramine, delectat te mollicies graminis, vbi ſine īpulſu ac ſtrepitu tecum rotæ verſantur. dicēdo, tu, magnū nobis in vno pronomine reliquit intellectum, tenet quippe obiurgationem plenā hoc modo. tu, cuius cauſa eſt, tu, pro cuius cōmodo omnis Italia contendit, & dimicat: tu, qui primus in acie, primus pro patriæ ſtatu aſſiſtere debuiſti. tu, qui tantum eras periculis propior, quātum ſuperata fuerint cætera, putas te aliquid agere, quia delicioſus erras in deſerto gramine: hoc eſt vbi deeſt hoſtis, qui otioſum turbet, aut torpenti certamen intendat. Obſtupuit varia confu. ima. re.) Et propoſuit, & executus eſt omnes motus Turni. nam, quod ait generaliter confuſum varia imagine malorum ſtupuiſſe, hoc ſpecialiter ſubiecit. prima fuit pudoris cauſa, qua enim frōte veniret, ad ſuos deſertor commodi ſui, & inflictis tot malis? ſecunda fuit inſania, quæ oriebatur ex eo, qui conualeſcentibus aduerſis non valebat occurrere. tunc enim acrius ſæuitur, quū ſpes ceſſat vltionis, ſimiliter & alio loco dixit, ſæuit inops animi, accedebat huic & luctus ex eius morte deſcendens, in qua fuit omnis fiducia vxoris accipiendæ, ſequebatur amoris cauſa eius virginis, quam deſperabat ſibi poſſe coniungi, cumulabat omnium malorum congeriem virtutis conſcientia, quæ tot aduerſis ſimul oppreſſa reſpirare non poterat. Vt primum diſcuſſæ vmbræ.) Pulchre dixit vmbras animi. vbi enim pturbatus fuerit vel maxime plurimis malis tanquam in tenebris poſitus, non videt, qđ agat, nec inuenit viam, qua ſe poſſit exoluere. Et lux reddita menti.) Copioſa dictio, vbi enim remotæ fuerint tenebræ, lux continuo ſurrogata ſuccedit: vt fit, quum nox conſumitur, & conſequitur dies. Ardentis oculorum orbes.) Reſumpta luce poſt tenebras, vbi animum collegit, torſit ad eam partem oculos, in qua ciuitas fuit atq; ita, vt in curru fuerat, mœnia ipſa reſpexit. Ecce autem flammis.) Multis locis oſtendimus aduerſa nuntiari vrbi deniq; & hic incendium viſum eſt turris, quæ ſic ardebat tabulatorū fir-

mitate

mitate correpta, vt ex ei° ſumma parte in cœlum flāma conſurgeret. Turri cōpactis trabibus.) Multiformiter Turn° ēt ex cōflagratiōe turris dolore percuſſus eſt. Primo qa peri erat illud, quod diligentia ſua & ꝓprio laborare perfecerat. eſt. n. peculiaris affectus iuxta ea, q̄ vnuſquiſq; facienda curauerit, vel impenſo ſudore perfecerit. In quo iſte effuſum laborem ſuum & diligentiam gemebat, laborem in extruendo, diligentiā vero inſtructione pontium, & rotarum, vt facilius in eam eſſet Aſcenſus, & quo neceſſitas poſceret, poſſet adduci. Iamiam fata ſoror ſupe.) Conſentiendum eſt his ſoror, quæ renitendo ſuperare non poſſumus vincunt, & fata quo voluerint, etiam inuitū trahunt fortuna & deo vrgemur aduerſis, fiat quod voluit, qa nolle non poſſumus. Stat cōferre manum Æneæ.) Quia hic dici potuit, periclitaberis, ſi hoc fuerit factum, ipſe velut reſpondentis partibus functus occurrit. ſtat, inquit, quidquid acerbi eſt, morte pati ſtat hoc eſt cōſumptis tractatibus vniuerſis faciēdi fixa ſentētia eſt, & ſi certare contrarium eſt, præſtat cum gloria mori, q̄; cum ludibrio ſupereſſe. Neque me indecorem.) Vt hæc poſſet dolenti ſorori extorquere, dixit, quid cōmodi ex ipſis eſſet aduerſis habitura. Si, inquit, glorioſum fratrem ſoror habere nequis, habebis ex malis meis nonnullum beneficium, quod non videbis indecorem melius eſt, quod proueniat ſi ſemel doleas mortuum, quàm perpetuo gemas vitæ ludibrioſæ ſubiectum. Hunc oro ſine me furere.) Certe inſanire ante veram inſaniam cogor, permitte germana faciam ſatis aīo meo. mox, vt hæc dixit, è curru in arua ſeſe coniecit: non dixit, deſcēdit. habet enim deſcenſus moram, habet aūt ſaltus celeritatē. Perq; hoſtes, per tela ruit, mœſtamq; ſororē Deſerit.) Quid enim metueret, qui decreuerat mori? Ac veluti montis.) Quum dicit parabolam, qua Turni curſum in patriam monſtret: oſtēdit quibus caſibus ſaxa de montium verticibus proruant, auulſaq; voluantur. hæc, inquit, à ſoliditate diſcernit, aut flatus ventorum, aut pluuia aut vetuſtas diſſoluta, vt eſt, ſic voluuntur in præceps, vt eorum impetus non minuatur ſaltibus: ſed magis incrementa percipiat, & quicquid inuenerint, voluāt. Diſiecta per agmina Tur. ſic vr. ru. ad mu.) Hic multa deſiderantur.

ASCENSIVS.

Vix ea fatus erat.) Docet quomodo nunciata morte Amatæ reginæ Turnus è curru deſiliens ad muros ruit, Æneam ſi poſſet inde auerſurus, quod etiam effecit. vnde cum deſit Donat. Ordo eſt. Turnus vix erat fatus ea quæ præmiſſa ſunt, & ecce, quaſi dicat præter ſpem, & appellationem, Sages vir ille vectus, idest qui vehebatur equo volat per medios hoſtes, ſaucius ora aduerſa, ideſt habens ora aduerſa ſaucia, & vulnerata ſagitta, ſcilicet immiſſa, & ruit implorans, ideſt imploratu vocās, & expectans Turnum nomine, ſcilicet eius expreſſo. O Turne ſuprema, ideſt vltima ſalus, eſt ſupp. in te miſerere tuorum, quia Æneas fulminat. i. in morem fulminis proſternit, & ſæuit armis, & minatur ſupp. ſe deiecturum ſummas arces Italum pro Italorum, & daturū ſup. eas excidio. i. ad excidium, & exterminium, & faces volant iam ad tecta. Latini ferunt in te ora, & oculos, & ipſe rex Latinus muſſat. i. hæſitat ſummiſſe loquēdo, quos vocet generos, an Teucros, an rutulos, & ad quæ fœdera flectat, ideſt inclinet ſeſe, an ad ea q cum Ænea ferire promiſit an ad tua. Præterea ipſa regina, ſcilicet Amata, fidiſſima tui, ideſt rei, aut perſonæ tuæ occidit ſua manu, quia ſeſe ſuſpendit, & ipſa exterrita fugit lucem. ſ. vitalem malens occumbere quàm hoſtem tam terribilem videre. Soli Meſſapus & atinas acer ſuſtentant aciem pro portis ſtantes, ideſt ante portas

us pro defenſione ea℞ Phalanges ſtant circum hos denſe vtrinq; idest ab vtraq; parte & ſeges ferrea.i.pubes armata horret mucro nibus ſtrictis.i.euaginatis,& tu verſas,ideſt agitas currum in gra mine deſerto,ſcilicet ab hoſtibus,Turnus confuſus varia imagine rerum obſtupuit, & ſtetit obtutu tacito.i.cogitabundus vno ob/ tutu oculos tenens nec quicq̃ dicens. Ingens pudor æſtuat, id/ eſt efferuet in imo corde,& inſania ſup.agitata luctu mixto,ideſt commixto,& amor agitatus furijs,& virtus conſcia, ideſt cuius ipſe conſcius erat ſup.æſtuant in imo corde vt primum,ideſt Vbi primum vel cum primum vmbræ, ideſt tenebræ cæcitatis hoc eſt perturbationes excæcantes diſcuſſæ ſunt,& lux,ſcilicet ratio/ nis eſt reddita menti ipſe turbidus,ideſt adhuc corpore turbatus & commotus torſit acies oculorum ardentes ad mœnia,& reſpe xit ad magnam vrbem rotis, ſcilicet inter quas ſedebat. Autem pro ſed ecce vortex,ideſt ingẽs cumulus flammarum & fumi.vo lutus flammis,ideſt per flãmas inter tabulata,ſcilicet turris, quæ quidam ſolaria vocant vndabat.i.vndatim aſcendebat ad cœlum & tenebat.i.occupabat,turrim,turrim dicit ſup.eam quam ipſe.ſ. Turnus eduxerat trabibus compactis & ſup.cui ſubdiderat rotas vt transferri poſſit & inſtruxerat altos pontes.i.ſcalas quibus in ipſam deſcenderetur,& dixit ò ſoror iamiam inquit fata ſuperãt, ideſt vincunt me,& violenter trahunt in mortem abſiſte.i.deſine morari,ſequamur quo deus & quo dura fortuna vocat. Stat,ideſt placet & decretum eſt mihi cõferre Æneæ.i.cum Ænea manum, & ſtat pati morte quicquid eſt acerbũ,neq;,& non,& ò germana ſoror tu non videbis amplius me indecorem.i.expertẽ decoris & honoris,ſed oro ſiue me furere ante.i.prius q̃ moriar hunc fu rorem.ſ.quo concæpi cum Ænea congredi. Dixit inq̃ Turnus & dedit ocyus.i.celeriter aruis.i.in arua ſaltũ e curru,& ruit per tela & per hoſtes,& deſerit ſororem.ſ.Iuturnã mœſtã,ac rumpit cur/ ſu rapido agmina.ſ.hoſtium media, ac veluti cum ſaxũ auulſum vento ruit præceps de vertice mõtis,ſeu cũ imber turbidus pro/ luit.ſ.ipſum ſaxum,ſeu cum vetuſtas ſublapſa.i.quæ clam allapſa eſt annis.ſ.tacitis ſoluit.ſ.ſaxum fertur.ſ.ſaxum magno actu.i.im petu,in abruptum.i.in pręcipitium prius exeſum,exiſtens mons improbus.i.inſtar montis improbi,quia nulli parcit quia exultat ſolo,inuoluẽs ſecũ & ſyluas,& armẽta,& vites.i.quicquid offen/ dit,ſic Turnus ruit ad muros vrbis per agmina diſiecta,ſupp.per eam partem vbi terra madet plurima.i.plurimũ ſanguine fuſo,& vbi auræ ſtridẽt,haſtilibus.ſ.miſſis,& ſignificat manu.ſ.inditium ſiſtẽdi,& incipit ſimul magno.i.magniloquo ore. O rutuli parcite iam,& vos latini inhibete.i.continete thecis ſuis tela q̃cunq; for/ tuna eſt.ſ.reliqua,ea ſup.mea eſt,verius.i.iuſtius & ęquius eſt me vnum.i.ſolum luere.i.perſoluere aut purgare pro vobis fœdus.i. violationem fœderis,& diſcernere pro vobis ferro.i.armis.ſ.cum Ænea omnes medij.i.qui prius erant in medio diſceſſere,& dede re ſpatium.ſ.Turno vt cum Ænea dimicet.

PIERIVS.

¶ Quæ ſeſe ad fœdera flectat.) In Oblongo codic.mittat, legi/ tur:pro demittat,verum non æque placet. ¶ Acer atinas.) In ali/ quot aſilas: ſed & ſuperius acer atinas,habetur. ¶ Ponteſq; ex/ truxerat altos.) In anti.aliquot co.inſtrauerat,legitur,quod ma/ gis proprium eſt. Med.tamen.inſtruxerat,habet. ¶ Stat quicquid acerbum eſt, morte pati.) Acerbum quidem Seruius agnoſcere videtur:ſed in his antiq.exempla.nunc,acerbi,nunc acerbum eſt, legitur. ¶ Magno mons improbus actu.) In aliquot antiquis cod.actu, habetur,& agnoſcitur à Seruio. Sed in Oblong.in Me/ di.& in Porcio,ictu,legitur:quod non diſpliceat. ¶ Stridentq;,ha ſtilibus auræ.) In antiq.aliquot cod.ſtridunt,legitur, vt in Geor/ gicis. ¶ Stridere apes vtero,vtrunque enim dicimus.

At pater Æneas audito nomine Turni,
Deſerit & muros,& ſummas deſerit arces:
Præcipitatq; moras omnes:opera omnia rumpit
Lætitia exultans,horrendumq; intonat armis.
Quantus Athos,aut quantus Eryx,aut ipſe coruſcis
Quum fremit ilicibus quantus,gaudetq; niuali
Vertice ſe attollens pater Apenninus ad auras.
Iam verò & Rutuli certatim,& Troes,& omnes
Conuertere oculos Itali,quiq; alta tenebant
Mœnia,quiq; imos pulſabant ariete muros:
Armaq; depoſuere humeris,ſtupet ipſe Latinus
Ingentes genitos diuerſis partibus orbis
Inter ſe coijſſe viros,& decernere ferro.
Atq; illi vt vacuo patuerunt æquore campi,
Procurſu rapido coniectis eminus haſtis,
Inuadunt Martem clypeis,atq; ære ſonoro.
Dat gemitum tellus:tum crebros enſibus ictus
Congeminant,fors & virtus miſcentur in vnum.
Ac velut ingenti ſyla,ſummóve Taburno
Cum duo conuerſis inimica in pręlia tauri
Frontibus incurrunt,pauidi ceſſere magiſtri,
Stat pecus omne metu mutum,muſſantq; iuuencæ,
Quis pecori imperitet,quem tota armenta ſequátur.
Illi inter ſeſe multa vi vulnera miſcent,
Cornuaq; obnixi infigunt:& ſanguine largo
Colla,armoſq; lauant:gemitu nemus omne remugit:
Haud aliter Tros Æneas,& Daunius Heros
Concurrunt clypeis:ingens fragor ęthera complet.
Iupiter ipſe duas æquato examine lances
Suſtinet,& fata imponit diuerſa duorum,
Quem damnet labor,& quo vergat pondere letum.

SERVIVS.

¶ Quãtus Athon.) Hęc eſt ve ra lectio. Nam ſi Athos legeris os breuis eſt:& verſus nõ ſtat. Athon aũt dici,accuſatiuus in/ dicat,nam hunc Athona facit, ſicut Apollõ Apollona. Quod aũt Herodotus hunc Athon & hunc Apollon dicit, Atticę de/ clinatiõis eſt. Athon aũt mons in Thraciæ adiacẽs circa Lem/ non inſulã. ¶ Niuali vertice ſe attollens pr̃.) Apẽninus mons Italiæ,de hoc Lucanus, Nul/ loq; à vertice tellus Altius in/ tumuit,ꝓpiorq; acceſſit olym po. ¶ Troes,& oẽs.) Gręce de/ clinauit,vnde breuis eſt es: ſic ſupra,Troes agunt. ¶ Armaq; depoſuere.) Vel ſpectaturi,vel feſſi. ¶ Inter ſe coijſſe viros, & cernere ferro.) Vera & antiq̃ hęc eſt lectio. Nam Enniũ ſecu tus eſt qui ait. Olim cernebant magis de rebus agẽdis. Poſteri tas cœpit legere & decernere ferro. Secundũ quã lectionem Synalœpha opus eſt, excluſo os,vt ſit,Vir' & decernere fer/ ro. ¶ Fors & virtus miſcẽtur in vnum.) Caſus ĩ Turno,virtus in Ænea. Nã in bello ẽt caſus plurimũ valet. Cicero in Milo niana,Adde caſus,adde incer/ tos exitus marteq; cõem. ¶ Ac veluti ingenti ſyla, ſummove Taburno.) Syla mons eſt ſyl/ uę Lucaniæ:Taburnus mons Cãpaniæ. Salluſtius de fugiti/ uis,In ſylua Syla fuerunt. Vñ peſſime quidã Sylua legũt:qa ꝓpriũ appellatiuo non põt iungi & æquari. vnde bene proprium iunxit. ¶ Pauidi ceſſere magiſtri.) Proprie magiſtri,ſunt militum: paſtores,pecorum. Sed reciprocæ ſunt inter ſe iſtę tranſlationes. Nam ductor militum,paſtor vocatur,vt diximus ſupra,& magi/ ſtros pecorũ dicimus. Cicero, Quẽ magiſtrũ pecoris eſſe di/ cebat. ¶ Muſſantq; iuuencæ.) Dubitãt:ſicut,Muſſat rex ipſe Latinus. ¶ Iupiter ipſe duas æquato examine lances.) Aut poetice dictũ eſt,& rõne caret. nã Iupiter ignorare nihil pote rat,aut certe illud q̃rit quis de Turno & Ænea mortis affe/ rat cãm. Nam dicunt phi mor tẽ ad deum minime pertinere. Nam bona tãtũ pręſtat,nec ad eũ quę mala ſunt pertinẽt. Ta/ men ſciendum locũ hunc à Vir gilio ita eſſe tranſlatum, vt in Homero lectum eſt,

καὶ τότε δὴ χρύσεια πατὴρ ἐτίταινε τάλαντα
ἐν δὲ τίθει δύο κῆρε τανυλε/ γέος θανάτοιο,
τὴν μὲν ἀχιλλῆος, τὴν δ' ἕκ/ τορος ἱπποδάμοιο.
ἕλκε δὲ μέσσα λαβὼν, ῥέπε δ' ἕκτορος αἴσιμον ἦμαρ.
ὤχετο δ' εἰς ἀΐδαο, λίπε δέ φοῖβος ἀπόλλων.

¶ Examine.) Examen proprie eſt filum quo trutina regitur. ¶ Damnet labor.) Liberet. vt, Damnabis tu quoque votis. ¶ Vergat pondere letum.) Be/ ne vergat:nam morientes infe ros petunt.

ASCENSIVS.

¶ At pr̃ Æneas.) Recitat con/ greſſum Turni & Ænęę ĩ quo Turnus gladio effracto in fu/ gã verſus eſt,ſed nõ effugit pe nitus vt ſequẽtia docebũt. Cũ vero Donatus deſit. ¶ Ordo eſt. At.i.ſed Æneas pater.i.vir paterna veneratiõe propter pietatẽ & maieſtatem dignus,& ſimul deſerit muros,& deſerit ſummas arces,quas.ſ.expugnabat,deſerit dicit,audito nomine Turni.i.cũ omnes clamarent,eccum Turnum Turnus adeſt pater,& pręcipi

tat oēs moras,& rūpit.i.interrūpit,& ꝑtermittit omnia opera.i. oēs conatus incœptos exultās.i.tripudians lętitia.i.prę lętitia,& intonat armis.i.armatus,& in ipſis armis horrendum.i.horrēde, & horribiliter,exiſtēs.ſ.tantus.i.tm̄ eminēs,quātus Athon mons ille macedonię thracię imminens ad mare egeū tantę altitudinis vt vmbras ſuas in lemnum vſq; portēdat,aut quātus Eryx mons ille Sicilię aut quātus ipſe Apēninus pater.i.ꝑnceps montiū,quia in principe terra videlicet Italia,ſupp.eſt cū fremit.i.fremitū facit ilicibus coruſcis.i.coruſcātibus,& gaudet vertice niuali.i.niuibus tecto attollens.i.erigens ſe ad auras.i.ad altū aerem,hoc eſt tantū eminebat Æneas inter cæteros bellatores,quātū montes inſuis locis inter vicinos colles. Vero pro ſed,aut iam vero.i.ad verum, & pro vero,hoc eſt pręcipue iam & Rutuli & omnes troes cōuertere.i.ſimul verterunt in ſuum quæq; ducē oculos certatim.i.cū certamine & ęmulatione,& conuertere dico oculos omnes rutuli quiq;.i.& qui tenebant.i.defendebant alta mœnia videlicet latini quiq;.i.& qui videlicet troes,& ethruſci.pulſabāt muros imos i.euertere è fundamentis conabātur muros ariete.i.tali inſtrumēto,& machina bellica in morem arietis fronte feriēti,& depoſuere arma humeris,vt qui ius & officium bellādi ad duces ſuos referrent. Ipſe latinus.ſ.rex & cuius maxime intererat,ſtupet viros ingentis.i.ſine exemplo magnos quaſi extra conſuetū genus hominum genitos diuerſis partibus orbis,quia Turnum in Europa & Æneam in Aſia coijſſe inter ſe & cernere.i.decernere ferro.i.armis. Atq; illi.ſ.viri Turnus & Æneas,vt.i.poſtq̄; campi.i.loci capaces patuere, æquore.i.æquo ſpacio vacuo.ſ.hominibus inuadunt.i.auſpicanť,& ineunt martē.i.pugnā virilē,pro curſu.i.curſu longe incœpto,rapido.i.feſtino & hoc haſtis coniectis eminus i.de longe manibus inuadunt dico clypeis atq; ęre ſonoro.i.cum ſonoritate clypei atq; cæterorum armorum, Tellus dat gemitū ſ.ex ſonitu armorum & procurſu pedum tum.i.deinde poſtq̄; cōgreſſi ſunt ipſi cōgeminat enſibus crebros ictus fors.i.alea & dubius exitus belli,& virtus.ſ.militaris miſcentur in vnum.i.quicquid fortuna aut virtus poterat impartitum eſt pugnæ. Ac veluti cum duo tauri incurrunt.i.incurſu ineunt inimica prælia frontibus conuerſis.i.cōtra ſe inuicem verſis ſup.in ſyla monte illo Lucaniæ,ve pro vel,in Taburno monte illo campanię ſummo.i.altiſſimo,aut in altiſſima eius parte,vbi planiciē habet,tūc ſup.magiſtri.ſ.pecoris pauidi ceſſere,& omne pecus.ſ.reliquum.i.totum armentum,ſtat mutum.i.tacitum,& ſtupefactum metu.i.ꝑ horrore tanti certaminis,& iuuencæ muſſant.i.dubitant tacite ímurmurantes,qs.i.vter illorum imperitet.i.prędominetur pecori,& quē.ſ. quem.ſ.vtrum illoꝝ tota armēta ſequantur illi.ſ.tauri cōcertātes miſcent inter ſeſe vulnera.i.mixtim inferunt vulnera multa vi,& ipſi obnixi.i.obnitētes,infigunt cornua,& lauāt colla,& armos.i. humeros largo ſanguine,& oē nemus,remugit.i.reboat aut reſonat gemitu.ſ.ipſoꝝ,haud.i.non aliter hoc eſt conſimiliter,Æneas Tros.i. Troianus à Troe ortus & heros Daunius.i. Dauni filius Turnus concurrunt clypeis,& fragor ingens complet æthera. Iupiter ipſe.ſ.fatorum conditor ſuſtentat duas lancęs.ſ.librę aut trutinæ examine.i.haſta aut virga,ſeu lingua,qua de pondere diſcernitur,æquato.i.in ęquali diſtantia tento.i.diu facit ambiguā,vter victurus ſit,& imponit.ſ.trutinæ æquali,diuerſa fata amborum, quia alter victurus alter vincēdus erat,ſuſtinet dico lāces.i.dubiū facit,quē.i.vtrum eoꝝ labor.i.cōnixus & ſtudium dānet.i.liberet ſm̄ Seruiū. Sed illud dānabis tu quoque votis,ſignificat obnoxiū facies,vñ dici poſſet,quē labor.i.penuria mortalitatis,& periculum bellādi,dānet.ſ.ad mortē & quo pōdere.i.qua vi & violētia letum.i.mors,vergat.i.ad exitum tendat,& premat laborantem.

PIERIVS.

ℭ Quanrus athos,aut quātus eryx.) In antiquis athon,legitur.ſ. ex Seruij pręcępto,quē nōnulli damnāt,neſcientes apud græcos etiam ἄθων τὸ ὄροσ σὺν τῶ.ν.λέγεται,q̄;uis & ἄθωσ & ἄθουσ ἐκ τοῦ ἄθοοσ dicatur.⸿ Inter ſe coijſſe viros, & decernere ferro, & Seruius quidem,cernere,contendit ex Ennio legendum. Et Seneca li.vij.epiſtola prima in eadem eſt opinione,dum dicit. Ne te longe differam,quædam ſimplicia in vſu non erant,ſicuti,cernere ferro inter ſe dicebant. Idē Virg.hoc probabit tibi. Inter ſe coijſſe viros & cernere ferro,quod nunc decernere dicimus. Verū contra hos ſtat codicum pene omnium veterum auctoritas,in q̄bus legitur,& decernere. In quodam tamē perueteri deeſt,& ita legitur: coijſſe viros,decernere ferro. ⸿ Coniectis eminus haſtis.) In Ro.cod.cōlectis eſt,ſed inemendate,melius enim coniectis. ⸿ Ac veluti īgēti ſyla.) Peruetus codex,ſilo,legit. Romanus ſilua,quā lectionem Seruius improbat,reliqua exemplaria recta, ſyla qui brutiorum mons,hodieq; nomen retinet. ⸿ Quis pecori imperitet.) Rom.codex cum altero perueteri,nemori,legunt. Vt imperat aruis. In aliquot alijs,quis nemori imperet,& quem tota armenta ſequantur. In Med.quis pecori imperet & quem, quæ lectio etiam eſt in Portio co. In Vitaliano quoque,& in delphio,& ipſum habetur altera tamen dictione corrupta. ⸿ Colla armos lauant.) In antiquis aliquot exemp.lauunt,à lauo,is. ⸿ Haud aliter tros Æneas.) Ant.cod.quotquot habui,nō aliter legunt. ⸿ Ingēs fra.æth.complet.) In Oblong.pulſat,habetur,in alijs,complet.

Emicat hic,impune putans,& corpore toto,
Alte ſublatum conſurgit Turnus in enſem:
Et ferit,exclamant Troes,trepidiq; Latini,
Arrectæq; amborum acies. at perfidus enſis
Frangitur:in medioq; ardentem deſerit ictu,
Ni fuga ſubſidio ſubeat:fugit ocyor Euro,
Vt capulum ignotum,dextramq; aſpexit inermem.
Fama eſt,præcipitem,quum prima in prælia iunctos
Conſcendebat equos,patrio mucrone relicto,
Dum trepidat,ferrum aurigæ rapuiſſe Metiſci:
Idq; diu dum terga dabant palantia Teucri,
Suffecit poſtq̄ arma dei ad Vulcania ventum eſt,
Mortalis mucro,glacies ceu futilis,ictu
Diſſiluit. fulua reſplendent fragmina arena.
Ergo amens diuerſa fuga petit æquora Turnus,
Et nunc huc,inde huc,incertos implicat orbes.
Vndiq; enim denſa Teucri incluſere corona:
Atq; hinc vaſta palus,hinc ardua mœnia cingunt.
Nec minus Æneas(quāq̄ tardante ſagitta
Interdum genua impediunt,curſumq; recuſant)
Inſequitur,trepidiq; pedem pede,feruidus vrget,
Incluſum veluti ſiquando flumine nactus
Ceruum,aut puniceæ ſeptum formidine pennæ,
Venator curſu canis,& latratibus inſtat:
Ille autem inſidijs,& ripa territus alta,

SERVIVS.

ℭ Trepidi Latini.) Atqui eſſe debuerunt. Sed nimia oſtenditur Æneæ virtus. Nā naturale eſt vt ſocijs timori ſit inferioris audacia. Vñ nūc Latini territi ſunt,ex eo quod ſuperiorem ferire auſus eſt Turnus. ⸿ Vt capulū ignotū,dextramq; aſpexit inermem.) Locus hic totus ad gloriā Ænei pertinet. Nam id agit,ne videatur Turnus armoꝝ vtilitate ſuperatus. Vnde ei redditur gladius quo etiam cū diuinis armis ab Ænea poſſit extingui. ⸿ Pr̄io mucrone.) Eo ſcilicet tempore quo vulneratū vidit Æneā. Sane Patrio, modo paterno ſignificat. Nam Dauni fuerat gladius: vt eſt illud, Enſem quē Dauno pater ignipotens deus ipſe parēti Fecerat. Aliàs patrium à patria eſt deriuatiuū. ⸿ Mortalis mucro.) Mortali manu factus. ⸿ Vndiq; enim dēſa Teucri incluſere corona.) Stratagēma eſt. Nam poſtq̄; Turnū fugere, videre Troiani,clauſere loca ꝑ quæ euadere poterat. ⸿ Curſumq; recuſant.) Retardant.ſ. genua quę impediebāt vulnus illatum ſagitta. Sane perite facit vt gladio non vtať Æneas, ſed haſta eminus dimicare contendat: quia impediente vulnere nec ſequi poterat, nec in ictum cōſurgere. Vnde eſt, Hic gladio fidens, hic acer & arduus haſta. ⸿ Incluſum flumine.) Comparatio Apollonij. ⸿ Puniceæ ſeptum formidine pēnæ.) Lucanus, Claudit odoratę metuentis aera pēnę. ⸿ Venator canis.) Pro venaticus. ⸿ Inſidijs.) Pēnarum ſcilicet: inſtrumentum quoddam in fune ad terrēdas beſtias factum. ⸿ Viuidus vmber.) Acerrimus Thuſcus. Nam vmbria pars eſt Thuſciæ. ⸿ Iam iamq; tenet.) Ita vt videtur intuentibus, & hi duo verſus verbum ad verbum ſunt tranſlati de Apollonio. ⸿ Increpat.) Obiurgat, incuſat. Vt, Æſtatem increpitans ſeram. ⸿ Efflagitat enſem.) Cū clamore depoſcit. ⸿ Terretq; tremētes.) Quis.n.ſauciū non timeret inſtantē,cum eum integer fugeret? ⸿ Ludicra præmia.) Vilia, digna laudo: hi verſus de Home.trāſlati.
ἐπεὶ οὐχ ἱερήϊον οὐδὲ βοείην ἀρνύσθην ἅτε ποσσὶν ἀέθλια γίνεται ἀνδρῶν,

ἀλλὰ

Mille fugit refugitq́; vias: at viuidus vmber
Hæret hians iam iamq́; tenet: ſimilisq́; tenenti
Increpuit malis, morſuq́; eluſus inani eſt.
Tum vero exoritur clamor, ripæq́;, lacusq́;
Reſponſant circa: & cœlum tonat omne tumultu.
Ille ſimul fugiens, Rutulos ſimul increpat omneis,
Nomine quenq; vocans, notumq́; efflagitat enſem:
Æneas mortem contra præſensq́; minatur
Exitium, ſi quiſquam adeat: terretq́; trementes,
Exciſurum vrbem minitans, & ſaucius inſtat.
Quinq; orbes explent curſu, totidemq́; retexunt,
Huc, illuc: nec enim leuia, aut ludicra petuntur
Premia, ſed Turni de vita & ſanguine certant.

ἀλλὰ περὶ ψυχῆς θέον ἕκτορος ἱπποδάμοιο.

DONATVS.

¶ Deniq; ſic fallitur auiditate retinédi, vt dentes dentibus feriat quum media præda defuerit. ¶ Tum vero exoritur clamor.) Falſo, inqt, ſpectantium clamor tollitur, & reciproco locorum reſonantium reſponſo tanq̃ tonitrua mittũtur. ¶ Ille ſimul fugiẽs rutulos.) Turno quum Æneas inſiſteret, increpabat idẽ Turnus oẽs ſuos, & appellabat nominibus proprijs illius enſis auxilium quęrens, quẽ dimiſerat trepidãs, ſed dare nullus audebat: Æneas aũt contra mortẽ minabatur omnibus, & pręſens ciuitati minabatur exitium, ac etiam tremẽtes terrebat. facilius eſt. n. terreri metuentem, q̃ ſecurum moueri formidine, minabatur autem ſingulis, ſi aliqs Turnum gladio conaretur inſtruere, quod ait, increpat ſuos Turnus, nõ obiurgãtis fuit. neq;. n. lęſurus fuerat eos, quorum in tantis anguſtijs deſiderabat auxilium: ſed vocabat clara voce hoc ſolum reprehẽdẽs, q regi ſuo non ſubuenirent, vſq; adeo clara hæc voce dicebat, vt hunc ſequẽs Æneas audiret. ¶ Quinq; orbes explẽt.) Retexere eſt iter, vt qua itum eſt, ipſa parte redeatur. ¶ Huc, illuc.) Fuit. n. camporum ſpatium, quo fugiens huc atq; illuc cõtenderet. tale eſt, quale ſupra. Mille fugit refugitq; vias. Poetarũ eſt enim quẽcunq; numerum ponere, vt deſcriptio compleatur, cæterum quis illorum potuit numerare diſcurſus? quum fugã Turnus peteret, vt Æneas cõprehẽdere niteretur inſtabilem. ¶ Neq; enim leuia aut ludicra pe.) In Turni diſcrimine atq; euidenti exitio reprehendi non poterat procuratio moræ per fugam. tantum. n. in medio timoris, tantumq; periculi fuit, quod optabat euadere, q viuere cupiebat. agebatur. n. non ludicrum aliquid, vel ioculare, ſed quod Turni vitam ſeruaret, aut premeret.

ASCENSIVS.

¶ Emicat hic, &c.) Docet quõ Turnus, quẽ vbiq; audacẽ induxit capta opportunitate, q̃ impune ſperauit, Æneam poſſe ferire totis viribus in ipſum cõſurrexit validiſſimum ictum daturus, quo niſi Æneas diuinis armis munitus fuiſſet, ſi ille paternũ gladium habuiſſet, potuit totum interſecuiſſe, ſed quia caſu, aut pręcipitatione gladium mortali manu fabricatum in diuina arma totis viribus contuderat fregit ipſum atq; ſtupefactus ſe in fugam dedit, quem quanta maxima põt celeritate conſequitur Æneas. Vnde. ¶ Ordo eſt (nihil enim habetur Donati) Turnus emicat. i. eminenter agit ſeſe hic. i. hoc loco, & tẽpore, hoc eſt rebus ſeſe hoc mõ habẽtibus, putãs impune. i. ſine periculo, & punitiõe poſſe ferire, cũ Æneã ſeſe percuſſibilem exhibere videret, & cõſurgit toto corpore in enſem ſublatum. i. ſurſum latũ alte, & ferit. i. percutit Æneã, troes exclamant, vt. ſ. ſibi caueat deinceps Æneas, & latini trepidi ſcilicet præ anxietate, verentes haud impune fore, q ſic Æneã feriret, etiam ſup. exclamãt acies amborum ſunt arrectæ. i. attentiores effectę, cum ambę ſperarent & timerent, at. i. ſed enſis perfidus. i. fidem dño violans frangitur & deſerit. ſ. Turnũ ardentẽ. i. ardẽter percutientem, in ictu medio. i. priuſq̃ totas vires ictui adhibuiſſet, quia qui cũ timore percutit retrahit manum, qui vero audacter & affectate adhibet vires donec penetret, deſerit dico. i. deſtituit, ni. i. niſi fuga. i. profugium ſubeat. i. ſuccedat, ſubſidio. i. ad ſubſidium, fugit igitur ocyor. i. velocior euro vento rapidiſſimo vt. i. poſtq̃ aſpexit capulum. i. manubrium gladij ignotum. i. incognitum, & alterius gladij q̃ ſui, & dextram inermem. i. ſine gladio cum effractus eſſet ſoluſq; capulus remãſiſſet in manu. Fama eſt Turnum præcipitem cum. i. quando conſcendebat primũ equos iunctos in prælia. i. ad currum iam prælia ineundi rapuiſſe ferrũ, ideſt gladium ferreũ Metiſci aurigæ, & hoc patrio. i. paterno gladio quem Vulcanus Dauno fecerat relicto dum. i. interea dum ſui trepidant, ideſt feſtinanter vrgent. Et id. ſ. ferrum ſuffecit, ideſt ſatis fuit diu: dum, ideſt quandiu aut donec. Teucri dabãt terga Palantia, ideſt oberrantia in variam fugam ſed ſup. poſtquã ventum eſt ad arma Vulcania dei, ideſt à deo Vulcano fabricata, ipſe mucro mortalis, ideſt mortali manu fabricatus, diſſiluit, ideſt in diuerſa ſaluit, aut ſaliuit ictu. ſ. dato, ceu, ideſt quemadmodum glacies futilis, ideſt quæ cito funditur, & rumpitur cũ adhuc tenuis ſit, & fragmina. ſ. enſis aut glaciei aut potius vtriuſq; reſpondent in harena fulua. Ergo quia, ſcilicet dextram inermem habebat ipſe Turnus amens. i. ſine mente, petit fuga, ideſt per fugam, diuerſa æquora, ideſt diuerſa loca ęquoris, ideſt campi plani, & implicat, ideſt implicando facit incertos orbes, ideſt gyros & excurſus nunc huc deinde huc. Nam non potuit euadere neq; excurrere: enim pro quia, Teucri incluſere ſup. eum vndiq;, ideſt ex omni parte corona, ideſt cœtu circumcingente denſa, ideſt denſe ſtante atque palus vaſta, ideſt valde ampla cingit ſupple hinc, ex vna parte, & mœnia ardua cingunt hinc. i. ex alia parte. Nec minus, ideſt & æque acriter Æneas. inſequitur, ſcilicet Turnum & ipſe feruidus, ideſt feruenter inſtãs vrget pede, ſcilicet ſuo pedem, ſcilicet Turni trepidi, ideſt trepidãter aufugientis. Inſequitur dicit quãquã genua impediunt & recuſant interdum curſum, & hoc ſagitta, ideſt vulnere ſuſcæpto per ſagittam tardante, ideſt immorante & grauante, Vnde ſequitur quò. i. non erat ad plenum ſanatus, dat autem exemplum dicens. Inſequitur ſupp. veluti, ideſt quemadmodum, ſi venator nactus ideſt adeptus, & qui acquiſiuit quãdo, ideſt aliquãdo ceruum incluſum, ſcilicet canibus aut retibus in flumine, ideſt cum eſſet in flumine, aut ſeptum. i. circundatum, formidine pennæ puniceæ, ideſt aquilarum inſectantium, quibus pennæ punicei ſunt coloris, aut formidine pennæ puniceæ ad terrorem perdicis, aut chordis affixę canis, ſcilicet venaticus inſtat, ſcilicet curſu, & latratibus autem pro ſed ille. ſ. ceruus ſic circundatus territus inſidijs & ripa alta quam veretur ſuperare non poſſe, quin deprehendatur à canibus fugit, & refugit mille vias ac canis vmber. i. tuſcus (apud quem plurimæ ſunt feræ pingues, vt innuit Perſius dicens defenſis pinguibus vmbris) viuidus, ideſt acer & agilis. hęret, ideſt continuo perſequitur & perſeuerat hians, ideſt inhians, inhiando incumbens, & tenet: Iam iamq;. i. proximus eſt vt teneat, & ſemper tenturum ſe ſperat, & ipſe ſimilis tenẽti increpuit. i. crepitum dedit malis. i. maxillis quibus mordere ſperabat iam elapſum, vñ ſequitur & delus eſt morſu inani. i. nihil inter dentes offendenti. Tum vero, ideſt ſed tũc maxime exoritur clamor. ſ. cum Turnum Æneas tenere videretur, & ripæ & lacus reſponſant, ideſt frequenter reſpondẽt & ſonitum referunt circa. i. per circuitum, & omne ideſt totum cœlum. i. totus aer tonat tumultu. Ille ſimul fugiens increpat. i. obiurgat ob inertiam, & imprudentiam quia gladium non afferrẽt, etiam non admoniti omnes Rutulos vocans quẽq; ſ. in quo ſpem habere nomine. ſ. ſuo quia qui multis timidis aut inuidis imperat nemini imperaſſe videtur, ſi ſeorſum neminem nominat, & efflagitat enſem notum, ſcilicet paternũ, quo in prælijs ſæpe vſus erat. Æneas, contra, ideſt econuerſo minatur mortem, & exitium præſens, ſi quiſquam adeat, ideſt accedat Turnũ & terret, ſcilicet omnes trementes minitans ſupple ſe exciſurum vrbem, & ipſe ſaucius, ideſt quanuis ſaucius, ideſt vulneratus ſagitta immiſſa tamen, inſtat, ideſt inſtanter perſequitur Turnum, ipſi ergo, alter fugiendo, & alter perſequendo explent curſu, ideſt percurrunt quinq; orbes, ideſt gyros, & retexunt, ideſt replicant totidem. ſ. currentes huc illuc, nec enim, ideſt nam non leuia aut ludicra præmia petuntur, ſed certant de vita, & ſanguine Turni non autem Æneæ, quia tantiſper dum Turnus inermis erat non potuiſſet necem inferre.

PIERIVS.

¶ In medioq; ardentem deſerit ictu.) Roma. codex cum aliquot alijs veteribus legunt. Ardentem deſerit ictum, ſed ictu, vt in Mediceo & in Portio eſt, magis placet. ¶ Cũ prima in pręlia iunctos, conſcendebat equos.) In codicibus aliquot, non tamen ijs antiquioribus, cum primum, legitur: ſed magis placet, prima in prælia, hoc eſt initio belli, pugnęue. ¶ Fulua reſplẽdent fragmina arena.) In aliquot antiquis codicibus vnitatis numero legitur fulua reſplẽdẽt fragmen harena. Sed magis amplum, & maioris admirationis eſt, reſplendẽt fragmina, quod in plures diſſiluiſſe partis enſem oſtẽdit. Illud vero inemẽdate legitur in quibuſdã cod. glacies cui, quũ dubio procul, ceu, legendum ſit. ¶ Quãq; tardante ſagitta interdum genua impediuntur.) Roma. codex, Medi. & pleraq; alia, exem. tardata, legunt, quippe genua. ¶ Si quando in flumi

ne nactus.) Ro. codex, & aliquot alij ſi quando flumine, legunt, abſq; in. Quod tamen appoſitum & ſententiæ, & numero conſulit. ¶ Formidine pęnæ.) In antiqs, pinnę, de quo ſatis alibi. ¶ Iã iamq; tenet.) In Ro. co. tenẽs, legere eſt: ſed inemẽdate. ¶ Et cœlũ tonat omne tumultu.) In Mediceo cod. & aliquot alijs ant. legere eſt, & cœlum intonat omne fragore, in Portio, tumultu, habetur: atq; intonat, verbum.

SERVIVS.

¶ Sacer oleaſter.) Fere omnia Latina arborum nomina, generis fœminini ſũt, excæptis paucis vt hic oleaſter, hoc ſiler. Virgi. Molle ſiler. Item hoc buxũ licet & hæc buxus dicatur. Nã ſuperfluam quidam volunt facere deſcriptionem, vt hæc buxus de arbore dicamus: buxũ vero de ligno compoſito. Legimus in Virgilio de tibijs, Buxus vocat Berecynthia matris Idęę. Item cum de arboribus loqueretur, dixit, Et torno raſile buxũ. ¶ Venerabile lignũ.) Antiquam arborẽ voluit exprimere. ¶ Vbi figere dona ſolebãt.) Proprie: vt, Aut ſacra ad faſtigia fixi. ¶ Nullo diſcrimine.) Sine intuitu religiõis. ¶ Fixam: & lenta radice tenebat.) Plenum eſt, quam radix fixã tenebat. ¶ Ferrum terra tene.) Pro tellus: elementum poſuit pro dea. ¶ Non caſſa in vota.) Non ad inania vota popoſcit auxilium. ¶ Luctans moratus.) Luctatus & morat⁹ erat integrum, quod vitauit ꝓpter ὁμοιοτέλευτον. ¶ Rurſus ĩ aurigæ faciem mutata Metiſci.) κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligimus Iututnam in numẽ reuerſam, poſtq̃; Turnus currum reliquit. ¶ Audaci nymphæ.) Vt ſupra diximus, vbicũq; inducit nitentem aliquem, ſine effectu audacẽ dicit. ¶ Armis, animiſq; refecti.) Sicut armis, ita & animis, nãq; armorum inopia animi ante vtriuſq; torpebant. ¶ Certamina Martis anheli.) Alij certamine legũt: vt ſit ſenſus, Adſiſtũt contra ſe Martis anheli certamine.

Forte ſacer Fauno folijs oleaſter amaris
Hic ſteterat, nautis olim venerabile lignum,
Seruati ex vndis vbi figere dona ſolebant
Laurenti diuo, & votas ſuſpendere veſtes,
Sed ſtirpem Teucri nullo diſcrimine ſacrum
Suſtulerant, puro vt poſſent concurrere campo.
Hic haſta Æneæ ſtabat: huc impetus illam
Detulerat fixam, & lenta in radice tenebat,
Incubuit, voluitq; manu conuellere ferrum
Dardanides, teloq; ſequi, quem prendere curſu
Non poterat. Tum vero amens formidine Turnus,
¶ Faune ꝓcor miſerere (inquit) tuq; optima ferrũ TVR.
Terra tene, colui veſtros ſi ſemper honores,
Quos contra Æneadæ bello fecere prophanos.
Dixit, opemq; dei non caſſa in vota vocauit. POE.
Nanq; diu luctans, lentoq; in ſtirpe moratus,
Viribus haud vllis valuit diſcludere morſus
Roboris, Æneas: dum nititur acer, & inſtat,
Rurſus in aurigæ faciem mutata Metiſci
Procurrit, fratriq; enſem dea Daunia reddit.
Quod Venus audaci nymphę indignata licere,
Acceſſit, telumq; alta ab radice reuellit.
Olli ſublimes armis, animiſq; refecti:
Hic gladio fidens: hic acer, & arduus haſta:
Adſiſtunt contra certamine Martis anheli.

DONATVS.

¶ Forte ſacer Fauni.) In illo, inquit, loco, in quo hæc gerebãtur, oleaſter ſteterat aliquando, ac per hoc tunc nõ ſtabat, quum pugnabatur hæc arbor ſola quidem fuit in campo: ſed non ſine dei numine, nam cõſecrata fauno colebatur. ¶ Nautis olim venerabile lig.) Olim, ideſt quum ſtaret, & quandiu ſtetit. ¶ Seruati ex vndis.) Tantum illi arbori deferebatur ob honorem eius, & dei vt reduces nautæ illic ſeruatæ ſalutis vota perſoluerent, & indices deuotionis ſuæ ſuſpenderent veſtes. ¶ Sed ſtirpem teucri.) Teucri, inquit, nihil dantes religionis illi ligno abſcindẽdo curauerũt, ne eſſet pugnaturis impedimento. Sacrum, inquit, ſtirpem genere proferens maſculino, nec hoc loco tantum, ſed plurimis protulit, & fœminino: ſed, vt appareret hominum ſtirpem fœminino genere, lignorũm vero maſculino. ait enim. Stirpis Achilleæ faſtus, & Romanæ ſtirpis origo & ſtirpem admiſcent phrygiam: hic maſculino, vnde arbor abſciſſa eſt. ¶ Hic haſta Æneæ ſtabat.) Antea miſſam dixit nec ligno infixam. ¶ Huc impetus illam Detule.) Tenebatur, inquit, haſta Æneæ præciſæ illius arboris morſu, quo illam vis detulerat, & volatus incertus, dixit autem cauſam, propter quam ſic tenebatur, vt educi non poſſet. de ſummo enim cum magno veniens pondere ligno adhuc viridi & molli vehementer inſerta eſt, & excępta, penetrauit lentam radicem, dixit mollẽ, quia recens eius abſciſſio fuit. ¶ Incubuit voluitq; manu conuellere ferrum Dardanides.) Dimiſſo paulliper curſu, quo Turnum inſequebatur, voluit Æneas haſtam eximere: dicit quare. ¶ Teloq; ſequi quem prendere curſu Non poterat.) Vt volucris ictus celeritate ſequeretur, quem ex cauſa vulneris impeditus curſu pedes tenere non poterat. ¶ Tum vero amens formidine Turnus.) Tum vero tum magis exterritus Turnus atque amens factus intellexerat enim, quid ſibi pararetur. ¶ Faune precor miſerere, inquit, tuq; optima ferrum Terra tene, colui veſtros ſi ſemper honores, Quos cõtra Æneadæ bello fecere prophanos.) Iuſta vox pro perſona loquẽtis, ait enim faune, & præſens terra miſerere cõtra eos qui vos quoq; crediderũt bello eſſe appetẽdos, & cultus veſtros auſi ſunt ꝓfanare, per occaſionem certaminis noſtri non recipiat Æneas ferrum, nec ſinatur excludere, quod in exitium veſtri cultoris extorqueat. ¶ Dixit, opemq; dei.) Quod locutus eſt, inquit, deprecans, non fruſtratum eſt, nam mox ei affuit deprecantis auxilium, dicit quomodo. ¶ Nanq; diu luctans.) Præſtitiſſe aliquid faunum Turno pro deſiderio deprecatiõis poſuit. Cæterum.

Hic multa deſiderãtur.

ASCENSIVS.

¶ Forte ſacer.) Vt varietate delectet inducit varios euentus narratq; Æneam haſtam ſuam ſtipiti ac trunco oleaſtri infixam recipere non potuiſſe, donec Turno allato gladio per Iuturnam indignata Venus ipſam diſſoluit ac nato accommodauit quo facto ipſi ambo iam telis inſtructi ad acriorem pugnam ſeſe accingunt, vnde nihil quidẽ eſt Donati. ¶ Ordo autem eſt Oleaſter, ideſt olea ſylueſtris imitator oleæ ſacer, ideſt ſacratus fauno, ſcilicet deo ſylueſtri amaris folijs, ideſt habens frondes amaras, ſteterat forte, ideſt à caſu hic, ideſt hoc loco, non quia à caſu ſtetit, ſed quia præter opinionem, & à caſu ad illam arborem Æneas haſtam fixerat, quæ erat ſacra Fauno ſteterat ergo hic exiſtens olim, ſcilicet priuſquàm Teucri ſuſtulerant lignum venerabile nautis, ideſt antiqua veneratione, & religione cultum à nautis: vbi, ideſt ad quam ipſi nautæ ſeruati ex vndis ſolebant figere dona, ſcilicet votitia diuo Laurenti, ſcilicet Fauno, & ſuſpendere veſtes notas, in quibus. ſ. ſeruati erant ſed Teucri ſuſtulerant, ideſt amouerant nullo diſcrimine, ideſt ſine diſcretione religionis neſcientes arborem ſacram eſſe ſtirpem, ideſt radicem arboris, ſacrum, ſcilicet Fauno, vt poſſint concurrere campo puro, ideſt plano, & ſine impedimẽto, & arborum aſperitate haſta Æneæ ſtabat hic, ideſt ad huius arboris radicem impetus detulerat illam fixam hic, ideſt ad hanc radicem, & tenebat radice lenta, ideſt tarda ad remittendum, quod tenebat, hoc eſt tenaci, Dardanides. i. Dardani nepos licet multo interuallo Æneas incubuit, ideſt infixus eſt, & voluit conuellere ferrum, ideſt haſtã ferratam, aut ferrum haſtæ, manu, ſcilicet ſua, & voluit ſequi telo. i. iaculo, quod à longe mitti poſſet, ſupp. eum, quem non poterat prendere curſu. ſ. Turnum, verum pro ſed, & Turnus amens formidine, inquit tum. i. tunc, aut tum vero. i. tunc præcipue, ò Faune ego precor, miſerere. ſ. mei, & tu ò terra optima tene ferrum. ſ. haſtæ, ſi ego colui ſemper veſtros honores quos, ſcilicet honores Æneadæ. i. ſocij adhęrẽtes Æneæ, fecere prophanos. i. procul à phano. i. templo, hoc eſt reprobandos, & dijs indignos bello. i. per facinus bellicum. Dixit. ſ. Turnus, & vocauit opẽ. i. auxilium dei, in vota non caſſa. i. non caſſanda, ſed ratificanda. Nanq; Æneas luctãs. i. luctatus diu, & moratus, ideſt immoratus in ſtirpe lẽto. haud. i. non valuit diſcludere. i. aperire vllis viribus morſus arboris. i. recipere haſtam quam mordicus tenebat terra, dum ſcilicet Æneas acer nititur, & inſtat, dea Daunia. i. Iuturna. Dauni regis filia procurrit mutata rurſus in faciem, ideſt facturam & effigiẽ, Metiſci aurigæ, & reddit fratri enſem, quod. i. quam rem Venus indignata. i. ęgre ferẽs, licere. i. quòd liceret & permitteretur, Nymphæ audaci. ſ. Iuturnæ (vt fratris ſimilis dicatur vel ob factum vel quia Ioui concumbere auſa eſt, nam audaces virgines ſtupratas dicunt) acceſſit & reuellit telum. i. haſtam Æneæ ab alta, ideſt

ta, ideſt profunda radice, olli.i.& tunc illi.ſ.Turnus & Æneas refecti.i.inſtaurati armis & animis, hic.ſ.Turnus fidés gladio, hic.ſ.Æneas acer & arduus.i.elatus & ſuperbus haſta, inſiſtũt anheli.i.anhelátes cõtra certamina Martis, aut inſiſtũt contra.i.cõtra ſtant certamine martis anheli.i.tali certamine quale mars anhelans.i. maxime annitens edere ſolet.

PIERIVS.

¶ Vbi figere dona ſolebant. Laurẽti diuo, & notas ſuſpẽdere veſtes.) Oblongus codex, Medic.& pleriq; alij codic.antiqui votas legũt, ait enim ſeruati ex vndis, quod tempeſtatem præceſſiſſe ſignificat. Hũc vero morem tangit etiam Horatius. Suſpẽdiſſe potenti veſtimenta maris deo. ſ Lenta in radice tenebat.) Mediceus codex, & vetera quædam exẽplaria, lenta radice legunt, abſq;.in, quod alij viderint. ſ Lẽtoq; in ſtirpe moratus.) Qui ſuperius ſtirpem inuiſam: fœmi.genere. dixerat nunc maſculino dicit, ait Nonius quo genere etiã Ennius, & Pacuuius in hoc nomine vſi ſunt. Nam Ennius à ſtirpe ſupremo & ad ſtirpẽ exquirẽdum Pacuuius dixit. Donatus tamẽ vti ſuperius dictum, Virgilium ait paſſim in hoc nomine fœminino genere vſum. Agnoſcit vero Soſipater ſtirpem inuiſam fœmini.gene. pro Sobole, pro materia ſtirpem reciſum adiecto Virgiliano carmine. Sed ſtirpẽ Teucri nullo diſcrimine ſacrum ſuſtulerãt, quãuis Pacuuius. Qui ſtirpẽ occidit meum, dixerit de Sobole. Pom. Feſtus in ijs quæ ex Verrio Flacco deflorauit, antiquæ fuiſſe conſuetudinis ait. Recto fronte dicere, vt Cato in diſſertatione conſulatus, vt cum ait Ennius. A ſtirpe ſupremo, & Iliadia nepos, & lupus fœta. Etiam in commentarijs ſacrorum pontificalium frequenter eſt. Hic Ouis, & hæc agnus, ac porcus, quæ non vt vitia, ſed vt antiquam conſuetudinem teſtantia debemus habere.

Iunonem interea lex omnipotentis olympi
Alloquitur, fulua pugnas de nube tuentem
ſ Quæ iam finis erit coniux? quid deniq; reſtat? IVP.
Indigetem Æneam ſcis ipſa, & ſcire fateris,
Deberi cœlo, fatiſq; ad ſydera tolli.
Quid ſtruis? aut qua ſpe gelidis in nubibus hæres?
Mortalin' decuit violari vulnere diuum?
Aut enſem (quid enim ſine te Iuturna valeret)
Ereptum reddi Turno? & vim creſcere victis?
Deſine iam tandem, precibuſq; inflectere noſtris:
Nec te tantus edat tacitam dolor, & mihi curæ
Sæpe tuo dulci triſtes ex ore recurſent.
Ventum ad ſupremum eſt: terris agitare vel vndis
Troianos potuiſti, infandum accendere bellum,
Deformare domum, & luctu miſcere hymenæos.
Vlterius tentare veto. ſ ſic Iupiter orſus. POE.
Sic dea ſubmiſſo contra Saturnia vultu.
ſ Iſta quidẽ, quia nota mihi tua magna volũtas IVN.
Iupiter, & Turnum & terras inuita reliqui.
Nec tu me aeria ſolam nunc ſede videres
Digna, indigna pati, ſed flammis cincta ſub ipſa
Starem acie: traheremq; inimica in prælia Teucros.
Iuturnam miſero, fateor, ſuccurrere fratri
Suaſi, & pro vita maiora audere probaui.
Non vt tela tamen, non vt contenderet arcum.
Adiuro Stygij caput implacabile fontis:
Vna ſuperſtitio ſuperis quæ reddita diuis.
Et nunc cedo equidem, pugnaſq; exoſa relinquo.
Illud te, nulla fati, quod lege tenetur,
Pro Latio obteſtor, pro maieſtate tuorum,
Quum iam connubijs pacem felicibus (eſto)
Component, quum iam leges, & fœdera iungent,
Ne vetus indigenas nomen mutare Latinos,
Neu Troas fieri iubeas, Teucroſq; vocari,
Aut vocem mutare viros, aut vertere veſtes.
Sit Latium, ſint Albani per ſæcula reges,
Sit Romana potens Itala virtute propago.
Occidit, occideritq; ſinas cum nomine Troia.
ſ Olli ſubridens hominum rerumq; repertor. POETA
ſ Es germana Iouis, Saturniq; altera proles, IVP.
Irarum tantos voluis ſub pectore fluctus?
Verum age, & incœptum fruſtra ſubmitte furorem:
Do quod vis, & me victuſq;, volenſq; remitto.
Sermonem Auſonij patrium, moreſq; tenebunt,
Vtq; eſt, nomen erit: commiſti corpore tantum
Subſident Teucri, morem rituſq; ſacrorum.
Adijciam, faciamq; omnes vno ore Latinos

SERVIVS.

¶ Fulua de nube.) De aere, de elemẽto ſuo. ſ Quæ iam finis erit coniux?) Iã: deniq;. Verba iſta quaſi iam tædiãtis ſunt ad lõgã Iunonis iracũdiã, vñ paulo poſt ait, Deſine iam tãdem, ꝓcibuſq; iflectere noſtis. ſ Indigetẽ Æneã ſcis ipſa, & ſcire fateris.) Subaudis Fore. Et indigetes dij duplici rõne dicuntur, vel ſm Lucretium, quod nullius rei indigeãt, qui ait, Nihil indiga curæ. Vel certe indigetes ſunt dij ex hominibus facti: & dicti indigetes q̃ſi in dijs agẽtes. ſ Mortalin' decuit violari vulnere diuũ?) Nõ lætali, ſed aut quo mortales laborãt, aut à mortali illato. Diuũ autẽ ſubaudis Futurũ. ſ Quid enim ſine te Iuturna valeret?) Parẽthefis: poterat enĩ excuſare ſe Iuno, nihil feciſſe commemorãs. Vñ eam authorẽ fuiſſe Iupiter dixit, propter illud, Author ego audẽdi. ſ Deſine iam tandẽ.) Singula pronuncianda ſunt. ſ Nec te tãtus edat tacitã dolor.) Scilicet ſydereis odijs vigere Troianos. Sane edo, edis, edidi, integrũ verbũ eſt: Vt lego, legis, legit. Nã edo, es, eſt, eſſe anomalũ cõſtat. ſ Troianos potuiſti.) Ideſt iam non potes: iõ.n. præterito vſus eſt. ſ Submiſſo vultu.) Habitũ futuræ oratiõis oſtendit. ſ Quia nota mihi tua magna volũtas Iupiter.) Obiecerat.n. neceſſitatem fati, dicẽs, Ventũ ad ſupremũ eſt. Sed Iuno ſciens fatũ eſſe quicquid Iupiter dixerit, dicit ſe cedere eius voluntati. Nam id agit vt conciliet ſibi eius fauorẽ ad petitionẽ futurã. ſ Digna, ĩdigna pati.) Ideſt oĩa: & prouerbialiter dictũ eſt. ſ Nõ vt tela tamen, nõ vt contenderet arcũ.) Hoc loco quaſi Iuturnã ſagittã ieciſſe ſignificat. Sed vt ſupra diximus, poſſumus accipere, quod alter in eius gratiã in Æneã tela cõtorſit. ſ Pro vita.) Ac ſi diceret, ꝓ te nobis data, ideſt à ſuperis. ſ Adiuro Stygij caput ĩplacabile fontis.) Pro Iuro. nã protheſis eſt. Quidam tamen volunt Iuro tũc dici debere, cum confirmamus aliqd, aut ꝓmit ti mus.

timus. vt, Iuro me facturum: Adiuro vero, cum negamus: vt, Adiuro me non feciſſe. Terentius, Adiurat ſe non poſſe apud vos Pãphilo abſente perdurare. Poteſt tamẽ & ad, valde ſignificare. ſ Vna ſuperſtitio.) Religio, metus: eo q̄ ſuperſtet capiti omnis religio. & eſt Homeri locus,

καὶ τὸ κατειβόμενον ςυγὸσ ὕδωρ ὅςε μέγιςοσ
ὅρκοσ δεινότατόσ τε πέλει μακάρεσσι θεοῖσιν.

ſ Reddita.) Data. nam Protheſis eſt. ſ Nulla fati quod lege tenetur.) Bene Fati. nã victoriæ lex eſt vt victi cedant in habitũ nomẽq; victorũ. ſ Pro maieſtate tuorũ.) Reſpexit ad Saturnũ, qui in Italia qñq; regnauerat. Inde ait Tuorũ. nã & Latinus inde originẽ ducit: vt, Fauno Picus pater, iſq; parẽtẽ Te Saturne refert, tu ſanguinis vltimus author. ſ Eſto cõponẽt.) Conſentit: ſed inuita. ſ Sit Romana potẽs Itala virtute ꝓpago.) Hoc videtur dicere, Si fataliter imminet vt à Troianis origo Romana deſcẽdat, Troiani Italorũ nomẽ accipiãt: vt Romani de Italis nõ de Troianis videãtur eẽ ꝓgeniti. ſ Es germana Iouis, Saturniaq; altera ꝓles.) Locus de obſcuris, de quo quidam hoc ſentiũt, Petis pene illicita: ſed cõcedenda ſunt, qm̃ ſoror Iouis eſt.i. Saturni filia. Quod ſi voluerimus admittere, erit ſequens verſus incongruus: vt, Irarũ tãtos voluis ſub pectore fluctus? Vnde melius eſt vt ita intelligamus, Soror Iouis es.i. Saturni filia. Vnde nõ mirũ eſt tantã te iracũdiã retinere ſub pectore. Nã ſcimus vnũquẽq; pro generis q̃litate in irã moueri. nobiles enĩ etſi ad pſens videtur ignoſcere, tñ in poſterũ irã reſeruãt: quod nũc Iunoni videtur obijcere. Nã cum ſe cõcedere diceret, petit tamen quod grauiter poſſet obeſſe Troianis Sic Homerus inducit Calchãta dicentem de Agamẽnone, Regũ iræ ita ſe habent, vt etiam ſi ad præſens indulgere videantur, ſtimulos iracundiæ ad futurum reſeruent.

κρέσσων γὰρ βασιλεὺς, ὅτε χώσεται ἀνδρὶ χέρηι εἴπερ γάρ τε χόλον γε καὶ αὐτῆμαρ καταπέψῃ, ἀλλά γε καὶ μετόπισθεν ἔχει κότον ὄφρα τελέσσῃ.

Hinc genus Auſonio miſtum quod ſanguine ſurget,
Supra homines, ſupra ire deos pietate videbis:
Nec gens vlla tuos æque celebrabit honores.
[Annuit his Iuno, & mentem lætata retorſit. POETA
Interea excedit cœlo, numenq; reliquit.

¶Do quid vis.) Bñ pñti vſus eſt tpe. Nã ꝓmiſſio numinis ꝓ facto eſt. ¶Subſidẽt.) Remanebũt, latebũt, Latinoꝝ.ſ.multitudine vt, Galeaq; ima ſubſedit Aceſtes. ¶Ritusq; ſacroꝝ adijciam.) Veꝝ eſt: nam ſacra Matris deum, Romani Phrygio more coluerunt. ¶Mentem lætata retorſit.) Iſte quidẽ hoc dicit, ſed conſtat bello Punico ſecundo exoratam Iunonem: tertio vero bello à Scipione ſacris quibuſdam etiam Romam eſſe tranſlatam.

ASCENSIVS.

¶Iunonẽ interea.) Recitat modo alloquium Iouis & Iunonis decertantiũ conditiõe diſceptantiũ, in quo promiſſa Iouis in primo ad Venerẽ facta complentur. Nã aſpera Iuno conſilia in melius referet cõtenta hoc ſolo ꝙ latini priſtinũ nomen, & patrium ſermonẽ retineant, quod quia tẽporibus poetę fuit, ne Æneas nõ cenſeatur verus victor dicit deoꝝ volũtate effectũ, vt victis neq; nomen neq; ſermonẽ mutaret, licet ab eo ſit deductũ genus latinum.i.quod poetę tempeſtate latinũ erat, nam confirmando priſcum nomen, quaſi de nouo inſtituit, ſicut viſum eſt in procœmio illic, genus vnde latinũ. Albaniq; patres atq; altæ mœnia romæ. ¶Ordo aũt eſt. Rex Olympi omnipotentis.i.in quo eſt ipſe oĩpotens.ſ. Iupiter (niſi forte melius legamus oĩpotentis, dicitur enĩ ꝙ ſit totus ſplendidus) alloquitur interea Iunonẽ tuentem.i.inſpiciẽtẽ pugnas.ſ. Turni & Æneæ, de nube fulua.i.nymbo in aere ſuſpenſo O coniux quæ finis erit iam.i.tandẽ deniq; quid reſtat.i. reliquũ eſt. niſi.ſ.vt iuxta fata vincatur Turnus & vincat Æneas? tu ipſa ſcis & fateris ſcire, Æneam deum indigetem.i.in dijs agentem, & nullius egentem deberi cœlo.i.futurum eſſe in cœlo poſt victoriam, & tolli.i.erigi fatis.i.per fata, aut ſecũdum fata ad ſydera, vnde in primo. Sublimemq; feres ad ſydera cœli Magnanimum Æneam. Quid ſtruis.i.moliris, & conaris contra fata, aut qua ſpe hæres in nubibus gelidis.i.quid hic expectas. Mortalin.i. mortal ſne hoc eſt, nunquid decuit, diuum.i.deum futurũ violari i.lædi vulnere.i.telo, mortali.i.à mortali immiſſo, aut quo mortales vulnerari debeant, aut nunquid decuit enſem ereptum reddi, non eundem, ſed alterum aut ereptum dicit, quia fatorũ violẽtia neglectum reddi inqu á Turno, & ſi dicat Iuno, quid mihi id imputes? Reſpondit Iupiter per parentheſim.q.d.tibi imputo.n. pro quia quid valeret Iuturna ſine te.q.d.nihil poſſe ſignificet. Et nũquid decuit vim.i.virtutẽ, & vires creſcere victis.i.quia iam victi erant. Deſine iam tandẽ, & inflectere, aut reflectere.i.ſine, & ꝑmitte te flecti, precibus noſtris.i.vel ob noſtras prçces, quia te ꝓcamur qui cogere poſſumus, Nec tãtus dolor edat.i.rodat & conſumat te tacitam.i.tacentem, & nec ſupple curæ triſtes.i.triſtitiæ tuæ indices, coruſcent.i.cum coruſcatione quadam emineant mihi ex ore tuo dulci. Ventũ eſt ad ſupremum.i.finem fatorũ tu potuiſti.ſ.hactenus agitare Troianos terris, vel.i.etiam vndis, & accendere bellum infandum.i.deteſtabile inter generũ & ſocerum, fatis vetãtibus, & ipſis inuitis, & miſcere hymenęos.i.nuptias virginis, luctu.ſ.matris Amatæ à ſe ſuſpẽſæ, & aliorum interemptorum: ego vero tentare.i.attentare, & conari vlterius, Iupiter orſus eſt.i.ſermonem clauſit ſic, & dea.ſ. Iuno contra.ſ.orſa eſt.i.incœpit loqui, aut reſpondit ſic, vt ſequitur vultu ſubmiſſo.i.humili, quia vt dicit Terentius, vt res dant ſeſe ita magni atq; humiles ſumus. O Iupiter quidem.i.certe, quia iſta tua magna voluntas.i. fatorum ſeries eſt nota mihi, ego inuita reliqui, & Turnum, & terras.i.negocia terrena nec tu videres.ſ.aliter hoc eſt niſi ſic eẽt, me ſolã in ſede aeria pati digna indigna.i.& digna & indigna.i.quæcunq; fatis iubet ſine reſpectu perſonæ meæ, ſed ego ſtarẽ cincta flãmis ſub.i.in ipſa acie, & traherem Teucros in prçlia inimica.ſ. ipſis, hoc eſt, in quibus perirent, ego fateor ſuaſi Iuturnam ſuccedere.i.vt Iuturna ſuccedat (niſi amphibologiam vitare voluiſſet potuiſſet dixiſſe, Iuturnæ vt regat à verbo ſuaſi) fratri miſero.ſ. Turno, & probaui.i.approbaui ipſam ſupp. audere maiora.ſ.q̃; alioqui liceret pro vita.ſ.fratris ſeruanda, non pro laude obtinenda, vt iuſtior ſit ratio, tamen ego non ſuaſi vt ſupp. emitteret hoc eſt emittere faceret, tela.i.ſagittam, & non ſuaſi vt contẽderet, ideſt ſimul cum ſagitta tenderet arcum. Ego adiuro caput fontis ſtygij.i.ipſam ſtygem lacum infernalem dij cuius iurare timent, & fallere numen, vt in ſexto viſum eſt, implacabile.i.immitigabile, quæ vna.i.quæ ſola ſuperſtitio.i.meticuloſa religio eſt reddita.ſ.contra periurium, diuis ſuperis.i.cœleſtibus.ſ.quia non ſuaſerim, vt contenderet arcum. Et equidem.i.ego quidem cedo.i.locum do, nunc exoſa pugnas relinquo, ſupp.eas. Ego obteſtor.i.obteſtãdo oro te illud quod nulla.i.nõ vlla, quod non tenetur vlla lege, fati, obteſtor dicit pro latio & pro maieſtate tuorum.i.à patre tuo Saturno ortorum, aut qui magis tui ſunt q̃; Troiani, nam troianis bene voluit ob Dardanum ex Italia ortum, cum.i.quando eſto.i.permitto vt ita ſit ipſi componẽt.i.conciliabunt pacem, connubijs felicibus, & cum iungẽt iam leges, & fœdera.ſ.perpetuę concordię, ne iubeas latinos indigenas.i.inde, hoc eſt ex latio, & non aliunde genitos, mutare vetus nomẽ, neu iubeas fieri troas, & vocari teucros, aut viros.ſ.latinos mutare vocem.i.ſermonem patrium, aut vertere.i.mutare, veſtes.i.formam veſtium, latium ſit, & reges Albani.ſ.poſtea denominandi ſunt per ſæcula, & propago, ideſt propagatio romana ex albanis orta ſit potẽs virtute, Itala, ideſt ſub titulo virtutis Italicæ, & nõ Troianæ, Troia occidit, & ſinas, vt ſupp. occiderit cum nomine.i. ita vt ne nomen quidem maneat. Repertor.i.reparator aut productor hominum, & rerũ ſubridens olli.i.tunc illi, ſupp. tu es germana ſoror mea, & altera.i.ſecunda proles Saturni, & ſup. voluis tantos fluctus irarum ſub pectore, quaſi dicat id non decere. Verum.i.ſed age.ſ.quod dicam, & ſummitte.i.ſupprime furorẽ incœptum fruſtra.i.ſine cauſa aut ſine vtilitate, cum contra fata nihil poſſit, ſed potius ſine cauſa, quia do.i.cõcedo, quod vis, & remitto me.i.animum meum, victus & volens, nõ enim vinci poſſet nolẽs, Auſonij tenebũt ſermonem patrium & mores patrios, & nomen erit, ſupple eis, vt eſt tantum, ideſt tantummodo teucri ſubſident.i.remanebunt, & occulte ſedem, capient commixti corpore, & non nomine, neque ſermone ego adijciam morem, & ritus ſacrorum, ſcilicet troianorum, & faciã omnes latinos vno ore.i.vna appellatione aut vno ſermone Tu videbis genus.ſ.hominum, quod ſurget hinc, ideſt ex troianis, mixtum, ideſt cõmixtum ſanguine auſonio.i. Italico, ire pietate, ſupra homines, & ſupra deos, quod propter clementiam Iulij Cæſaris, & Auguſti dicit. Nec vlla gens.ſ.ãlia celebrabit æque.i.ęqualiter aut in tantum tuos honores Iuno annuit.i.aſſenſum præbuit his, & lętata retorſit, ideſt reflexit ab ira mentem.i.animum, aut memoriam odij, quia dictum eſt in primo. Neque enim cauſæ irarum, ſæuiq; dolores. Exciderant animo, manet alta mente repoſtum. Iudiciũ Paridis Et ipſa excedit interea cœlo.i.aere, & relinquit nubẽ, è qua.ſ. prius ſpeculabatur. Semper autem fauentia numina abeſſe dicuntur, dum quibus fauent triſtia obueniunt.

PIERIVS.

¶Pugnas de nube tuẽtẽ.) In Mediceo videntẽ, eſt, in alijs Tuentẽ, puto vero alteram illam lectionẽ ex paraphraſi huc irrupiſſe. ¶Quia nota mihi tua magna voluntas Iupiter.) Quãuis, magna in veteribus aliquot legatur, non tamẽ diſplicet, quod habetur in Oblongo codice. in Porcio, & aliquot alijs, tua magne voluntas Iupiter, ne quatuor dictiones eodem concurrant caſu. ¶Cõmiſſi corpore tantũ ſubſident teucri.) Roma. codex nõ corpore, ſed ſanguine, legit, eſt & vbi ſanguine tãto, ſcriptum ſit, ſed omnino, tantum, legendum, in Mediceo autem & in porcio, commixto corpore legitur.

SERVIVS.

¶His actis.) Remoto à Turno auxilio. ¶Dimittere ab armis.) Per trãſitũ hiſtorię vſus eſt verbis. nam qui ab exercitu relaxãtur, ab armis dicũtur dimitti. Salluſtius de Appio, vbi eũ tota in cõcione ab exercitu cogit diſcedere, dicit ſe ei⁹ opa non vſurum, eũq; ab armis dimittit. ¶Peſtes, cognomine Dirę.) Proprie peſtes vocãtur: diræ vero, cognomine. Et dictę dirę ꝙ nõ niſi ante iratũ Iouẽ videntur: vt, Sæuiq; in limine regis Apparẽt. ¶Tartareã megæram.) Bene Tartareã addidit, vt oſtendat eſſe & terrenã & aeream

Hic actis: aliud genitor ſecum ipſe volutat,
Iuturnamq; parat fratris dimittere ab armis.
Dicuntur geminæ peſtes, cognomine Diræ
Quas, & tartaream nox intempeſta Megæram
Vno eodemq; tulit partu, paribusq; reuinxit
Serpentum ſpiris, ventoſaſq; addidit alas:

Hæ Iouis ad ſolium,ſæuiq; in limine regis
Apparent,acuuntq; metum mortalibus ægris,
Siquando letum horrificum,morboſq; deum rex
Molitur:meritas aut bello territat vrbes.
Harum vnam celerem demittit ab æthere ſummo
Iupiter,inq; omen Iuturnæ occurrere iuſſit.
Illa volat,celeriq; ad terram turbine fertur.
Non ſecus,ac neruo per nubem impulſa ſagitta,
Armatam ſæui Parthus quam felle veneni,
Parthus ſiue Cydon,telum immedicabile,torſit:
Stridens & celereis incognita tranſilit vmbras.
Talis ſe ſata nocte tulit,terraſq; petiuit.
Poſtquam acies videt Iliacas,atq; agmina Turni,
Alitis in paruę ſubito collecta figuram,
Quę quondam in buſtis,aut culminibus deſertis
Nocte ſedens,ſerum canit importuna per vmbras.
Hanc verſa in faciem,Turni ſe peſtis ad ora
Fertq; refertq;,ſonans,clypeumq; euerberat alis.
Illi membra nouus ſoluit formidine torpor,
Arrectęq; horrore comę,& vox faucibus hæſit.
At procul vt Diræ ſtridorem agnouit,& alas,
Infœlix crineis ſcindit Iuturna ſolutos,
Vnguibus ora ſoror fœdans,& pectora pugnis.
[Quid nūc te tua Turne pōt germana iuuare? IVTVR.
Aut quid iam miſeræ ſuperat mihi?qua tibi lucem
Arte morer?talin' poſſunt me opponere monſtro?
Iam iam linquo acies,ne me terrete timentem
Obſcœnæ volucres,alarum verbera noſco
Letalemq; ſonum:nec fallunt iuſſa ſuperba
Magnanimi Iouis,hæc pro virginitate repoint?
Quo vitam dedit ęternam?cur mortis adempta eſt
Conditio?poſſem tantos finire dolores
Nunc certe,& miſero fratri comes ire per vmbras.
Immortalis ego?haud quicquam mihi dulce meorum
Te ſine frater erit o quæ ſatis ima dehiſcat
Terra mihi?maneſq; deam demittat ad imos?

& aereā Megærā. Nā vt ēt in tertio diximus, volunt periti quādam ptātē triplicē eſſe,& in terris & apud ſuperos,ſicut eſt furiaꝝ apud iferos. Iō aūt dicit has ex Nocte ꝓgenitas, vt oſtēdat & latenter oriri & intolerabilē eſſe irā deorum. ⸿Vno,eodēq; tulit partu.) Diſpoſitio hæc poetæ, quę dicit has & ſimiles eſſe furijs,& cū his eſſe ꝓcreatas, hoc agit vt oſtendat illā prudentiū opinione eſſe tā apud ſuperos,q̄ in terris,ſicut apud inferos furias. ⸿Apparēt.) Videnť, ꝑſto ſunt ad obſequiū. Vnde ēt apparitores conſtat eē noīatos. ⸿Letū horrificū.) Volunt Iouē nō eſſe mortis authorem, ſed poſſe mortis genere, vel ꝓdeſſe vel obeſſe mortalibus. ⸿Inq; omen Iuturnæ occurrere iuſſit.) Vt Iuturnę omen ſinę mortis efficeret. ⸿Nō ſecus,ac neruo per nubē impulſa ſagitta.) Sic illa deſcēdit vt ſolet ſagitta deſcendere. hinc Statius traxit vt diceret de diſco iacto, Similiſq; cadēti Creſcit in aduerſos. Impulſa aūt ꝓprie. Sic ſupra. Incertū qua pulſa manu. ⸿Felle veneni.) Amaritudine veneni,ſucco noxio: aut certe periphraſticῶs dixit venenum. ⸿Trāſilit vmbras) Hyperbole eſt. Nāq; vmbras ſemꝑ tela comitanť. hinc ait, Tranſilit vmbras ſagitta. Male.n.qdā auras legūt. ⸿Talis ſe.( Taliter collecta: ex nimia.ſ.furię magnitudīe. ⸿Culminibus deſertis.) Noctuam dicit,nō bubonē:nam ait. Alitis in paruę. bubo autē maior eſt. ⸿Serum canit.) Triſte,diuturnū: vt, Seraq; terrifici cecinerunt omina vates. Salluſtius, Serum bellum in anguſtijs futurum. ⸿Clypeū euerberat alis.) Signa ſunt iſta plangētiū. ⸿Stridorē.) Vocis.ſ.ſonū.nam vtrūq; tāgit auguriū,& oſcinum & prępetū:qđ grauiter poſſet obeſſe Troianis. Sic Homerus inducit Calcanta. ⸿Dirę.) Immiti: quę poſſet fratrē cernere tot laboribus ſubditū. ⸿Monſtro.) Augurio ex Iouis voluntate veniēti. ⸿Obſcœnę volucres.) Inuidioſe dixit.nam vna eſt. ⸿Quo vitā dedit ęternam?) Quia occurrebat, Sed ꝑſtitit īmortalitatem, dicit hāc æternam eſſe cauſam doloris.

DONATVS.

⸿Vno atq; eodē partu,quā deteſtabilis naſcendi cōditio,quę triplex malū ſemel effudit,& oēs diris anguibus iunxit:oībus alas attribuit,vt in exitium hoīum & ſubſtantiam nocendi haberent, & celeres pergerent. ⸿Hæ iouis ad ſo.) Nō tres,ſed duæ: megera n.imēſa nō fuit. ⸿Sæuiq; in limine regis App.) Sæuū regē dixit, non ſemꝑ ſęuū:ſed tunc quū ex aliqua cā cōmoueť. Iſtę ergo ad ſoliū obſeruant reges,& limina,vt hoīes terreāt iniectū metum, faciant terrendo peiorē eo tꝑe, quo iupiter hoībus aut morbos parat,aut mortē aut vrbes exagitat bello.meritas,inquit,vt oſtēderet iouem non ſæuū eſſe,ſed iuſtū,illis.n.hęc īmittit,qui delinquendo meruerint. ⸿Harum vnā ce.) Ecce nō eſt ſuperfluū,qđ in deſcriptione iſtaꝝ,aliarum cōmemoratio facta eſt.nam qūo poſſet demitti ex alto æthere,aut peruenire celeriter,niſi pennarum ſubſidium habuiſſet.ex duabus igitur vnam celerem demiſit a ſummo æthere iupiter.tanta enim vtriuſq; natura tamq; deteſtabilis fuit,vt implendis triſtibus etiam vna ſufficeret.celerē dixit, non quod aliæ eſſent ſegnes ſed vt quod erat factura,celerius faceret,& ipleret. ⸿In omen iuturnæ occurre. iu.) Omen fraternę ſ.mortis. ⸿Illa vo.) Volat,& celeri ferť turbine,vtpote q̄ ducebatur immani natura,& iuſſionis impulſu. interponiť parabola,qua rōnis cōtinuatio rūpereť. vt interiectio media tędium legentis excludat. ⸿Nō ſecus,ac neruo.) Quemadmodum ſolet ſagitta tranſcurrere miſſa parthi vel cydonis manu tincta veneno,ac ferro munita,cuius ictus eſt immedicabilis,& nulli viſa, ac celerius ꝑuenit. ⸿Talis ſe ſata noc.tu.) Hoc eſt generata ꝑ tenebras. Terraſq; petiuit Poſtq̄ acies vi.) Vbi venit ad locū, in quo gerebatur inter æneam & turnum certamen,& vterq; exercitus aderat, repente in alitis paruæ formam ſeſe cōuertit: cui mos eſt aut in buſtis ſedere per noctem, vt in deſertis culminib⁹ feraliter canere. huius ominis ſolet eſſe bubo, vľ noctua,quæ non niſi funereū luctuoſumq; ſignificāt. ⸿Hāc verſa in faciē turni ſe peſtis ad ora,Fertq; refertq;ſonās.) In huius alitis figuraʒ peſtis illa cōuerſa nō ceſſabat ante faciē turni trāſire,& eius clypeum alis vi quatere. ⸿Illi mēbra nou⁹.) Turnus,quum hoc videret intellecto ꝙ oīa ſignificarenť extrema nouo torpore diſſolutus eſt.nouum dixit aut qualem nemo aliqñ ſenſiſſet aut inſolitū & repētinū. Arrectęq; horrore comę,) Leue fuit,ſi dicereť vulgo, dici conſueuit.ſteterūt illi capilli, qđ frequenter cōtingit,quum aliquo mouemur horrore: ſed ait ſteterunt comæ capillorū:quippe ſignificatio breuitatem attōſam ſignificat,comæ vero prolixitatem monſtrāt: quę propter longam mollitiē ſtare non poſſunt:& tamen quum ingens metus deſcribitur,etiā ipſæ ſtare dicunť:licet ſtare non poſſunt,vt contra naturam maior vis terroris hoc facere videatur. ⸿At procul,vt diræ.) Hanc, inquit,quum longe vidiſſet iuturna ſtridere ſtrepentē, & volatu diram eſſe cognouit.facile.n.intelligere potuit,vnaʒ eſſe ex illis, quę ſolū regis & limen frequentans in affectu iouis cōſtituta has cognitas habuit. ⸿Infelix crines ſcindi iuturna ſolutos. Vnguib⁹ ora ſoror fœdans.) Tantū eaꝝ iuturna omen nouerat, vt hac viſa iam pro mortuo plangeret fratrem ſuos diſſipans crines, & ora vnguibus lanians,& pectora pugnis obtundens. ⸿Quid nunc te tua.) Ex præteritis inquit,frater laborem meum probare potuiſti: feci omnia pro ſalute tua:ſed nunc,quid excogitem,quam potior inimicus expugnat:quid agatur,etiam ipſe cognoſcis. ceſſat omnis ſubueniendi ſubtilitas,quando vrgent extrema perituro. inexpugnabilę monſtrum eſt iſtud,nec vllo poteſt ſuperari remedio.nihil omiſi,quod faceret pro cōmodo tuo, iam cedendū eſt iſtis,quæ euinci conſulendo non poſſunt.cedendum,inquam,talibus malis,contra quæ maximus labor eſt, & nullus effectus, ſubnectit apoſtropham,in qua plenius animi ſui dolores expoſnit. ⸿Iam iam linquo acies.) Quomodo ſola nuntiatis aduerſa noui,& quid veſter aduentus oſtendat,obſcenæ volucres. relinquo acies,quibus opitulari non poſſum. Intelligo quid in fauſtis alarum motibus meis nuntietis incōmodis. ⸿Nec fallunt iuſſa ſuperba Magna.). Non me,inquit,fallit quicquid iupiter iubet,totum ante præuidebo,hoc eſt præmiū per indignationem, inquit,quod mihi pro erepto virginitatis honore contulit? vt ante lugeam fratrem , quam illius vitam vltima fata concludant? ⸿Quo vitam dedit æternam?cur mor. adempta.) In contrarium vertit,quod mihi pro munere beneficioq; cōceſſū eſt: quādo

ſo nec fratri ſubuenire, vt immortalis poſſum, nec interire cum fratre, quæ ſum nata mortalis. Finirent́ qppe dolores mei, vt qc quid animū cruciat, conditio mortis auferret. certe irem ad inferna pari ſociata fratri, & ſedes inferas libenter appeterem. alia apoſtropha ad ipſum fratrem cum neceſſaria propoſitiōe. ┌Immortalis ego?) Immortalis, inquit, dicor, inde felix, vnde me beatā exiſtimant alij non honor eſt iſte, ſed pœna. ┌Haud quidquam mihi dul.) Quaſi demum mihi aliquid dulce ſuperfuturum, quū inter bona mea non fuerit commoditas tua. ┌O quæ ſatis ima.) Atq; vtinam contra iſtiuſmodi bn̄ficium iouis optatū poſſet prouenire remediū, recipere deā patefactis iatibus terrę, & qm̄ mori non licet, nouitate caſus excępta infernis edibus iungeret.

ASCENSIVS.

❡His actis.) Docet quomodo placata, & amota Iunōe Iupiter Iuturnam ablegat vt ſine numinis auxilio ſit vincēdus Turnus. Circa quam rem habetur hoc Donati. non ſecus, interponit́ parabola, qua narratio interrumpat́, vt legentis tędium excludat. Alitis noctuam, vel bubonem intelligit. Pro virginitate, pro erepto virginitatis honore. Sic ille. ❡Ordo eſt. Genitor. ſ. hominū atq; deoꝝ Iupiter volutat. i. agitat ſecum, aliud. i. aliam rem ad aperiēdam fatis viam, his. ſ. ſuperioribus actis. ſ. cū Iunone iam pacata, q; ꝑ. i. parat, dimittere. i. in diuerſa mittere. ſ. ab armis fratris Iuturnā. ſ. nympham. Geminę. i. duæ & æquales peſtes dicunt́ cognomine. i. cognomento diræ. i. execrabiles quaſi deoꝝ ira ꝑcreatę, quas & megærā. ſ. tertiā furiā, ſeu dirā. nox intēpeſta. i. ad nullum opus tēpeſtiua, aut opportuna, tulit vno & eodē partu (More ſuo corripuit eodē in media ſyllaba. ſ. vt grāmatiſtę dicunt, vt celeritatē ꝑducendi innuat) & reuinxit. i. illigauit ſpiris. i. annulis & reuolutionibus ſerpentū. i. anguiū, quos pro capillis habēt paribus. i. æqualibus numero, & mole, & ſup. qbus addidit alas vētoſas. i. tam celeres, vt vēto agi viderent́, hæ. ſ. furiæ Tiſiphone, Alecto, & Megęra apparent. i. pſto ſunt ad obſequiū, ad ſoliū Iouis, & in limine ſęui regis. ſ. Iouis ſæuientis, hoc eſt cum ſæuitiā ſuam oñdere vult, aut de diuerſis loquit́ vt p ſæuū regem Plutonē intelligat. innuens furias, & apud ſuperos, & apud inferos eē, & acuunt. i. acriorē faciunt mortalibus ægris. i. ægre viuentibus, & multis miſerijs ſubditis, ſi rex deum. i. deoꝝ, molit́. i. cum difficultate, qa pręter naturā ſuam, cum ſit iuuans pr̃, diſponit lætum horrificū. i. mortē terribiliſſimā aut ſi terret bello vrbes meritas, p qđ ſignificat́ Iouis ęqtas, vñ in. vj. aut ęquus amauit Iupiter & i. x. Rex Iupiter oĩbus idē, Iupiter demittit. i. deorſū mittit. vnā triū. ſ. furiaꝝ, celerē. i. celeriter deſcendētē quia id munus ei ꝓpriū eſt, ab æthere ſūmo & iuſſit occurrere Iuturnę in omē. i. vt omē mortis Turni efficeret, & illa id agnoſcens abiret. Illa. ſ. dira peſtis aut furia volat, & fertur ad terrā, turbine. i. impetu celeri, non ſecus. i. non aliter, ac. i. q̄; ſagitta impulſa neruo. i. arcu neruato, quā ſ. ſagittā, Parthus, q peritiſſimus eſt ſagittator, Parthus inqt ſiue cidon, torſit. i. impulit, armatā infectam felle. i. amaritudine veneni, ſæui appoſitorie, telum īmedicabile. i. nulla medicina curabile vulnus faciēs, nō ſecus dico ac talis ſagitta fert́ per nubem ſtridens, & trāſilit vmbras celeris. i. quas celeriter percurrit, exiſtens īcognita. i. imperc ępta. Sata, ideſt progenita, nocte, ſcilicet furia, exiſtens talis tulit. i. mouit ſe, & petiuit terras, & ſup. poſtquā videt acies Iliacas. i. Troianas, atque agmina Turni ipſa collecta. i. transformata ſuſcæpto corpore ex aere collecto, ſubito in figurā alitis paruæ. ſ. noctuæ, quæ ſedens quondā. i. aliqn̄ in buſtis. i. ſepulturis cineꝝ vſtorum, aut in culminibus. i. ſūmitatibus ędificiorum deſertis. (Spondaicum verſum facit grauitatē innuens) canit nocte ſerum. i. triſte aut ſero per vmbras, exiſtens importūa. ſ. auis peſtis. i. furia verſa in hanc faciem. i. ſpeciem. & effigiem huiuſmodi auis fert, & refert ſe ad ora Turni ſonans. i. cum ſonitu, & euerberat alis clypeum. ſ. Turni, Torpor nouus. i. cōcretio ſanguinis vehemens ſoluit. i. diſſoluit illi. ſ. Turno membra, formidine, & comæ. ſ. eius arrectę, ſup. ſunt horrore, & vox hæſit. i. adhęſit faucibus. At. i. ſed Iuturna, vt. i. poſtquam agnouit procul ideſt adhuc longe exiſtens ſtridorem & alas. i. ſtridorem alarum dire, impia ſoror infelix ſcindit crines ſolutos, ſedans ora. i. faciem vnguibus, & pectora pugnis quibus ipſa percuſſit, & ſup. inquit. O Turne quid, ideſt in quo pōt tua germana. i. ſoror iuuare nunc te. q. d. in nullo. aut quid ſupereſt. i. reſtat mihi iam miſeræ. q. d. nihil. Qua arte morer. i. detinebo tibi lucem. i. vitam. q. d. nulla poſſum ne ego opponere tali monſtro me. q. d. non & ideo ego linquo iam iam, ideſt pręcipue iam acies o volucres obſcœnæ (at qui vna erat, ſed inuidioſe ad pluralitatem tranſtulit) ne terrete, ideſt nolite terrere me timentem. ego noſco verbera alarum. ſ. veſtrarum quid prætendant, & pro ideſt ſonum letalem, ideſt mortis Turni indicē, nec iuſſa. i. voluntates hoc eſt fata aut mandata Iouis magnanimi. i. pro animi ſui magnitudine oĩa gerentis, nec cuiq̄; cedētis, fallunt. i. decipiūt aut latent me. Reponit. i. repēdit & perſoluit ipſe hæc. ſ. præmia pro virginitate. ſ. quæ rapta eſt, quo. i. ad quid, dedit ipſe mihi vitam ęternam, cur conditio mortis eſt adēpta mihi? ego iam mortalis. i. ſi eſſem iā mortalis ego certe poſſem finire nunc tantos dolores, & poſſem ire comes fratri, ſcilicet Turno miſero. per vmbras, ſcilicet infernales, quod. ſ. nunc nō poſſum, verūtamen o frater, quicquam meorum. i. corū quæ mihi contingent, haud. i. non erit dulce, mihi ſine te o optantis vox, quę terra dehiſcat mihi ſatis ima, ideſt profunda, vt me deuoret, & demittat me deam, ideſt quamuis deam ad manes imos quaſi dicat nulla, & ita ſe miſerrimam prædicat cum mortem dulcem cenſeat.

PIERIVS.

❡Demittit ab æthere.) In antiq. omnibus exemplaribus, præterito tempore legitur, demiſit. in aliquot dimiſit. ┌Alitis in paruę ſubito collecta figuram.) In Roma. codice & pleriſq; alijs, ſubitam conlecta figuram. In Mediceo, ſubito conuerſa habetur ſed collecta, magis placet eruditis. ┌Serum canit importuna per vmbras,) In antiquis aliquot, vmbram, ſingulari numero, Eſt vbi, ſæuū canit, ſed, ſerum omnino melius. ┌Turni ſe peſtis ad ora) Vetera omnino aliquot exemplaria, ad ora, legunt. ſed longe magis placet, quod in Roma. codice legitur, ob ora, quod in infeſtiorem ſignificat incurſatione moleſta. ┌Clypeūq; euerberat alis.) In Mediceo codice reuerberat, habetur, ſed euerberat, vt in Porcio & aliquot alijs omnino melius eſſe videt́. ┌Aut quid iam miſeræ ſuperat mihi.) In Romano codice in Mediceo, & aliquot alijs codicib. antiquis legere eſt, aut quid iam duræ ſuperat mihi, quod aliorum iudicio relinquimus. ┌Quo vitam dedit æternam cur mortis adempta eſt,) In codicibus aliquot antiquis cur vitam, ſed id ex paraphraſi deſumptum, quum eodē ſignificato longe elegantius ſit, quo dicere eſt numerus alius in Mediceo codi. quo vitam æternam dedit & cur mortis adempta eſt. ┌Comes ire per vmbras.) Mediceus codex ire ſub vmbras legit. ┌Immortalis ego aut quicq̄; mihi dulce meorum te ſine frater erit.) Oblōgus codex, porcius, & peruetus alter legunt, iam mortalis ego haud quicquam. Romanus & alij quidam vtrūq; membrum per interrogationē legunt, immortalis ego? aut quicquam mihi dulce meorum te ſine frater erit? mox cum ſecum tacite deſtinaſſet nihil futurum dulce, ſubiungit, O, quæ ſatis ima dehiſcat terra mihi, nam fratri comes ire ſub vmbras, pendet a ſuperiore membro, poſſem. ┌O quæ ſatis ima dehiſcat terra mihi.) In co. Medi. & in Por. ſatis alta legitur.

SERVIVS.

❡Glauco amictu.) Quaſi pp vndarū ſimilitudinem. ┌Ingens arboreum.) Nō ſūt duo epitheta, ſed Æneas nympha, ingens telum coruſcat arboreum. ┌Contrahe.) Collige. eſt aūt hoſtilis iracūdia. ┌Caput quaſſans. Cōcutiens: vt, Tunc quaſſans caput. ┌Vt Iupiter hoſtis.) Ordo eſt, ferox hoſtis. ┌Saxum circūſpicit.) Homeri totus hic locus eſt. ἀλλ᾽ ἀναχασσάμενος λίθον εἵλετο χειρὶ παχείῃ κείμενον ἐν πεδίῳ μέλανα τρηχύν τε μέγαν τε. ἕκτωρ δ᾽ ἁρπάξας λᾶαν φέρεν ὅς ῥ᾽ ἀπυλάων Et alibi ἑστήκει πρόσθεν. ┌Cāpo q forte iacebat limes agro poſitus.) Secūdū artem priori rn̄det. Sic Salluſti⁹, Eſt in carcere locus qđ Tullianū appellatur. ┌Manu raptū trepida.) Aut feſtina: aut re vera Trepida, qa ſequitur, Sed neq; currētem nec ſe cognoſcit euntē. ┌Torquebat.) Bene in perfecto vſus eſt tempore, qa non

┌Tantum effata, caput glauco contexit amictu, POE.
Multa gemens, & ſe fluuio dea condidit alto.
Æneas inſtat contra: telumq́; coruſcat
Ingens arboreum, & ſęuo ſic pectore fatur.
┌Quę nunc deinde mora eſt? aut iā Turne retractas?
Non curſu, ſæuis certandum eſt cōminus armis. ÆN.
Verte omneis te te in facies, & contrahe quicquid
Siue animis, ſiue arte vales. opta ardua pennis
Aſtra ſequi, clauſumq́; caua te condere terra.
┌Ille caput quaſſans ┌non me tua feruida terrent POE.
Dicta ferox, dij me terrent, & Iupiter hoſtis. TVR.

¶Nec plura effatus,ſaxum circumſpicit ingens, POE.
Saxum antiquum ingens,campo qui forte iacebat,
Limes agro poſitus,litem vt diſcerneret aruis.
Vix illud lecti bis ſex ceruice ſubirent,
Qualia nunc hominum producit corpora tellus.
Ille manu raptum trepida torquebat in hoſtem
Altior inſurgens,& curſu concitus heros.
Sed neq; currentem ſe,nec cognoſcit euntem,
Tollentem ve manu,ſaxumq; immane mouentem.
Genua labant,gelidus concreuit frigore ſanguis.
Tum lapis ipſe viri,vacuum per inane volutus,
Nec ſpatium euaſit totum,nec pertulit ictum.
Ac velut in ſomnis oculos vbi languida preſſit
Nocte quies,nequicquam auidos extendere curſus
Velle videmur,& in medijs conatibus ægri
Succidimus.non lingua valet,non corpore notę
Sufficiunt vires,nec vox,nec verba ſequuntur.
Sic Turno(quacunq; viam virtute petiuit)
Succeſſum Dea dira negat.tum pectore ſenſus
Vertuntur varij,Rutulos aſpectat & vrbem,
Cunctaturq; metu,telumq; inſtare tremiſcit.
Nec quo ſe eripiat,nec qua vi tendat in hoſtem,
Nec currus vſquam videt,aurigamq; ſororem.
Cunctanti telum Æneas fatale coruſcat,
Sortitus fortunam oculis,& corpore toto
Eminus intorquet.murali concita nunquam
Tormento ſic ſaxa fremunt:nec fulmine tanti
Diſſultant crepitus.volat atri turbinis inſtar
Exitium dirum haſta ferens,oraſq; recludit
Loricæ,& clypei extremos ſeptemplicis orbes
Per medium ſtridens tranſit femur:incidit ictus
Ingens ad terram duplicato poplite Turnus.
Conſurgunt gemitu Rutuli,totuſq; remugit
Mons circum,& vocem late nemora alta remittunt.

non eſt perfectū quod voluit: vt,Nec ſpatium euaſit,totū nec pertulit ictum.¶Nec ſpatium euaſit.)Hic diſtinguendum eſt,vt ſit,totū nec pertulit ictum:id eſt euacuatus eſt ĩpetus ipſius ſpatio longiore. ¶Ac.veluti in omnis.)Homeri cōparatio.¶Nec quo ſe eripiat.)Totum.n. Troiani clauſerant.¶Sortitus fortunā oculis.)Hunc locum ad feriendū oculis elegit Æneas,quē fortūa deſtinauerat vulneri.¶Fulmine tanti.)Pro tonitru: ſine quo fulmen nunq̃ mittitur. ¶Atri turbinis iſtar.) Multis vtitur cōparationibus ad exprimendū nimiū impetū: & Inſtar(vt ſupra diximus)per ſe plenum eſt,nec recipit ꝓpoſitionē,licet Serenus adinſtar dixerit,quod ĩ idoneis authoribus nō inuenitur. ¶Ictus.) Percuſſus. nunc participium ē,ac ſi diceret, Cecidit eliſus.

DONATVS.

¶Tantum effata ca.) Quum hæc dixiſſet,habitu,qui lugentibus competit,ſe texit. ac ad fluuium conceſſit ne videndo mortem fratris plus gemeret & doleret.Æneas inſtat cū.) Interpoſitis verbis iunonis,& Iouis,& his, quæ vſq; ad hunc locum ex perſona iuturnæ & poetæ conſecuta ſunt. Intercíſa narratio eſt, ſed idē poeta ſui memor redit ad ea, quæ pauliſper omiſerat: atq; ita vt ſi interpoſita ſubtrahantur:vna ſit dictionis ĩtegritas. dixerat quippe ante iouis verba,qui prior locutus eſt: Olli ſublimes armis,animiſq; refecti,Hic gladio fidens,hic acer,& arduus haſta,Adſiſtunt contra certamine martis anheli.Nunc ſubiungendum eſt. Æneas inſtat contra,telumq; coruſcat. Ingēs arboreum,vt vna fiat narrationis intentio.Quū dicit telum ingēs, & arboreum,non haſtam ſed eius geſtatorem laudat, qui ſub teli nomine portabat arboris magnitudinē,quum hanc coruſcantem æneæ virtus facile cōmoueret,& turnus formidaret accedere:inſiſtebat æneas hac tumidū prouocans voce.¶Quæ nūc deinde mora eſt.) Quādiu,inquit,quod imminet mortis longioribus differs inuentis:aut quo in aduerſa trahis conſilia tua?quoue voluendo conuertis?non eſt officium viri fortis curſibus fidere: & quum ad certamen iſtiuſmodi acceditur,pugna non pedibus eſt gerēda,ſed gladijs fiat iam cominus,quod metus ratione formidas, & ſi id de corporis animiq; infirmitate non audes,redi ad conſilia tua,ſi vales.¶Verte omnes te te in facies,) Bene illi ad euadendum aeris ſpatium dedit,& ima terrarum,ne quod facere non valebat,petere campos vellet aut montes.Supra enim dixit hinc troianos fuiſſe,vnde eſſe exitus potuit, hinc alta mœnia,illinc vaſtam paludem.¶Ille caput quaſſans.)Hoc eſt luctus animi crebra capitis commotione ſignificans.¶Non me tua feruida terrent.)Confeſſus eſt de timore,ſed hunc ſubtiliter excuſauit aſſerens non ipſum æneam eſſe inimicum,ſed deos & iouē, hoc eſt dicere.ſi occubuero non tu me ſuperabis,ſed di cum ipſo ioue,qui armis & partibus meis inimici ſunt,& infeſti.¶Nec plura effatus.)Debilitatus enim mente loqui non potuit.¶Saxum circūſpi.in.)Vitioſum putať,qđ hōeſta locutiōe mirabile eſt.nō.n. ſaxū poſitū dixit,vt faceret ꝑ genera ſolęciſmum.ſed ſaxū iacebat tā grādi magnitudine,vt infinitis ſęculis ĩmotū permanſiſſet.ad hoc.n.inter dñia fuit,vt lites poſſidētibus tolleret,& eſſet limes. ordinādus eſt.n.ſenſus ſic vt calumniam remoueamus.limes agro poſitus fuerat,ſaxum ingens,ad hoc vt litem diſcerneret aruis.hunc locum pronunciantes,quum dicimus,campo quod forte

te iacebat,& morā ĩterponere debemus & ſeparare.limes agro poſitus,ne male iungendo nos faciamus vitiū, quod poeta non fecit.¶Vix illum lecti.) Vix,inquit,illum non dixit illud.limiti.n.non ſaxo reſpondit. perdiderat quippe ſaxi nomen,vt limes nō ſaxum diceretur.quod aūt ait,vix,& addidit lecti,adiecit & duodecim ceruice ſubirent, totū ad difficultatem tollendam pertinet:ſed tñ cū laude turni. Dictus.n.eſt,turnus hoc ſaxum vna manu & portare poſſe & iacere potuiſſe:quod vt credibile fieret, diſtantiam veterū viroꝝ & pñtis tꝑis fecit. potuit,ĩquit,turnus hoc ferre & iacere,quia tūc alia forma & alijs viribus hoĩes naſcebanť. Cæterum,quod ille vnus atque vna manu rapuit,hoc eſt ſine conatu tulit,& iecit.noui tꝑis hoĩes lecti vix ceruicibus ferrent.¶Ille manu rap.) Turnus quidem oĩa ex more fortiter faciebat.nā & ſaxum ingens rapuit manu, & currēs, atq; altius miſit:ſed nec tollē tem ſe ſenſit,nec euntē erigentem manū cum ſaxo. ecce ſaxum dictum eſt,qñ motū eſt loco,& naturam ſuam & genus recipit,qñ deſijt eē limes, & ĩter duos dños arbiter. Cæterum,vt dictum eſt cum illic eſſet,non ſaxi appellationem ſed limitis habuit:¶Genua labant.) Tantū diſſolutus metu fuerat, vt firmitatem ſuā genua eius perdidiſſent,& coiſſet ſanguis frigore.¶Tum lapis ipſe viri.) Quemadmodū in turno omnia ſe habuiſſent, etiā ictus ipſe mōſtrabat.nam miſſus lapis iuit per vacuū, nec totū tranſire ſpatium potuit,nec hoſtē percutere.¶Ac velut in ſom.) Datur parabola,ex qua vnuſquiſq; ex ſe intelligat, quēadmodū in turno oĩa iminente periculo fata habuiſſent,nam oĩbus hominibus per ſomnū talia cōſueuerunt accidere,vt dormiētes videātur velle,quæ implere non poſſunt nōnunquā nituntur aliqd viribus & eoꝝ conatus ante effectū rerum debilitati ſuccumbunt.ſi voluerint loqui,nec lingua implet officium ſuū,nec intentionem volātis explicant verba,totū vacuū eſt,qđ deſiderať geri. totum infirmū,vtpote qđ habere vř dormientis ſubſtantiā.ſic ergo tāq̃ ſoporati actibus negat dea dira ſucceſſum.¶Tum pectore ſenſus Ver. Incipit exponere,quæ ſit ipſa varietas.¶Rutulos aſpectat,& vrbem.) In deſperatione ſalutis reſpiciebat ciuitatē,vel qđ illic lauinia fuit,vel ne inde veniret auxilium.pudore aūt confuſus deprecari non audebat rutuloꝝ opem,quam impetrare non poterat.oculis tamen intelligebat torpeſcere miſerationē,quia ſermone nequibat.¶Cunctaturque metu.)Dubitabat telo inſiſtere aliqd meriti futuris precibus ſeruās.¶Nec quo ſe eripiat.) Prorſus, quid faceret,neſciebat.totū enim impoſſibile fuit. fugiendi quippe occaſio deerat,audēdi in hoſtem fiducia negabatur. ¶Nec currus vſquam videt.) Auxiliorū quoq; ſpes nulla ſupererat, vel qa currus defuit,etiam abſceſſerat ſoror. ¶Cunctanti telū æneas.) Dum ille diuerſis cogitationibus captus intentum animum tenet,dubitanti quid faceret, telum cui fata ſanguinem decreuerant turni, æneas tanquam fulmen altius extulit, euentum fatis oculorum extimatione ac fortunæ committens,& ſpatio qđ ad feriendum poſſe ſufficere decreuerat animo.¶Et corp.toto.) Quanto longius aberat,tanto maioribus viribus haſtā intorſit, vt peruenire poſſet & implere victoriā.¶Murali cōci.nū.) Tanta haſtę illius fuit vis,& eūtis crepit⁹,quātus eſſe nō pōt,quū arietis tormēto muri ſoluunť,aut fulmē ĩteruenit.¶Volat atri tur.in.)

Volat,inquit,non iam haſta ſed violentiſſimus turbo exitiũ dirũ ferẽs,hoc eſt letale. Oraſq; recludit Loricæ,) Magnũ ictum & magna miſſum virtute deſcribit:qui potuit tot orbis clypei vel loricam perrumpere,& tranſire per hominis femur,hoc eſt non debilitari tot impedimentis,& ſic peruenire,vt non ſolũ inhæſerit vulneri,verumetiam exitũ facilẽ reperiret. Incidit ictu Ingens ad terram duplicato poplite turnus.) Percuſſus, quum ſtare nõ poſſet,vt fuit ingenti corporis forma,contracto poplite ad terram intollerabilis doloris clade perductus eſt.incidit dixit,in ipſam tantum partem cõcidit,qua fuerat debilis redditus . nam diceret ſtratus eſt,ſi toto corpore iacuiſſet. Conſurgunt gemitu rutuli.) Tali fortũa moti rutuli cum exitium hominis gemerẽt, & clamores emitterent,remittebant,mõtes mugitus quoq; reddebant,quas acceperant voces.ſi rutuli gemitus dabant,intelligi par eſt,in illis vocibus alacritatem fuiſſe teucrorum.

ASCENSIVS.

Tantum effata,Docet abſceſſum Iuturnę,p quẽ Turnus omni præſidio diuino deſtitutus:& furiis agitatus ſaxum ingens in Ænean impulit ſed nõ perpulit.At Æneas opportunitatem nactus haſtam in eũ contorſit,& diſruptis armis acriter vulnerauit: ac ſtrauit,vnde Rutulorum miſerabilis ſubſecutus eſt clamor,de qua re verba Donati ſunt.Æneas inſtat,redit ad narrationẽ, quã interruperat iterpoſitis dictis Iunonis,Iouis & Iuturnę. Ingẽs arboreum.Non haſtam,ſed geſtatorem laudat,Pennis ( Semper pinna & non penna eſt apud Donatum) In ſomnis ponit parabolam quam quiſq; in ſe expertus intelligere poteſt qd Turno euenerit.Vrbem vel in qua erat Lauinia.vel vnde expectaret,auxiliũ quod pudor petere vetabat.Nec quo ſe eripiat, fugiendi occaſio deerat.Audendi fiducia negabat,nullum ſperabat auxilium ſorore iam remota,Hæc ille. Ordo aũt eſt. Iuturna nympha effata.i.elocuta tantũ.i.dũtaxat pmiſſa,contexit caput.ſ. præ mœſticia,& pudore aut miſſura ſe in aquas,amictu glauco.i. marini coloris,gemens multa.i.multũ,& ipſa dea condidit ſe alto fluuio. Bene dicit dea ne putetur ſubmerſiſſe.Æneas cõtra.i.ex aduerſo inſtat.i.inſtanter vrget Turnũ,& coruſcat.i.quatit,& vibrat ingẽs arboreum telũ.i.valde magnam haſtam ex arbore factam,aut arborem p haſta ſumptã,& fat ſic pectore ſæuo.i.acri & magnifico, Quę deinde.i.tandẽ mora eſt.i.quid adhuc reſtat, aut o Turne quid retractas.i.declinas,& refugis pliũm.Non eſt certãdũ.i. non decet nos certare curſu,ſed certandum eſt cõminus.i. conſertis manibus,& de prope.armis ſæuis,ideſt,magnis, & hoſtilib9. Verte tete,ideſt temetipſum,in omnes facies.i.figuras.) Alludit ad Protea,q vt habetur Georgi.quarto volens elabi ſeſe in figuras Varias mutabat,nec tamẽ Ariſtęi manibus elapſus eſt,) & cõtrahe,ideſt in vnũ collige , quicquid vales ſiue animis, ſiue arte, Opta quia efficere non poſſet,ſequi pennis,id eſt inuolare aſtra ardua,q; pro vel,opta te condere.i.abſcondere clauſum terra,Subaudi,non tamen euades. Ille ſcilicet Turnus,quaſſans.i. motans ex indignatione caput,effatus eſt ſup.o ferox,ideſt ferociens hoſtis,tua feruida dicta,non terrẽt me,dij me terrent,& Iupiter hoſtis.i.inimicus mihi effectus,quod p Iuturnæ abſceſſum aut aliis ſiniſtræ infeſtationem agnouit.Eleganter autem quia verbum repetit ſupprimit coniunctionem,Nam vt Valla docet loquendum eſt ſic,tua dicta me non terrent,ſed dij,aut verum dij , ſine verbo aut cum verbo ſine coniunctione,tua dicta me non terrẽt dij me terrent.Nec Turnus effatus plura,circũſpicit ideſt circunſpiciendo videt ſaxum antiquum ingens,dixi alibi.Nullum epitheton frequentius apud Maronem cum alio epitheto ſine coniunctione poni, q̃; hoc nomen.Ingens,quod ideo forte ſit , quia ęqpollet præpoſitioni,& caſuali,quæ duo pro aduerbio ponuntur.Tutius tñ diceretur cum Seruio Ænea ingens. Dictum eſt ẽt per Seruium quoties relatiuũ ponitur inter duo ſubſtantiua,quorum ſequens eſt rei proprium,ipſum ſequenti debere conformari,ſin appellatiuum vtriuis conformari poſſe.hoc igitur loco,licet forte minus eleganter,magis tamen grãmatice dicere potuiſſet,campo quod forte iacebat,preſertim cum non cohæreat ſubſtantiuo ſequenti,nam ordo non eſt,qui linea iacebat campo,ſed qui.ſ.lapis iacebat,cãpo forte.i.a caſu,poſitus agro limes.i.ſignũ termini in traſuerſo poſitum,vt diſcerneret.i.dirimeret agris litẽ i.contentionem agricola℞,aut poſſeſſo℞.bis ſex.i.duodecim ſup. viri lecti.i.electi egregij vix ſubirent illud ceruice,exiſtentes talia corpora.i.ſi eſſent talia corpora,qualia corpora hoĩum tellus p ducit nunc.i.nr̃a tẽpeſtate inquit poeta (vnde Iuuena. Nã genus hoc viuo iam decreſcebat Homero,Terra malos hoĩes nũc educat,atq; puſillos) Ille.ſ.Turnus torquebat in hoſtẽ.ſ.ſaxum illud raptum manu trepida.i.feſtina,inſurgens.i.erigens ſe altior,quominus dicat pondere depreſſus,& cõcitus.i.cõcitatus curſu , ne cenſeat tardatus ſed ipſe.ſ.captus furore,neq; cognoſcit ſe currẽtẽ,nec euntem.i.neſciebat,an curreret an iret,ve pro vel non cognoſcit.i.non percipit ſe tollentẽ.i.erigentẽ manu ſaxum imane, ve pro vel mouentem,ſup.ipſum,ſed ſup.genua.ſ.Turni auxilio numinis deſtituti,labant.i.labaſcunt & flectunt , & ſanguis gelidus,cõcreuit frigore.ſ.timoris,Tum.i.inſup,lapis ipſe viri.i. quẽ ille impulit,volutus.i.agitatus per vacuũ inane.i.aerem nec euaſit totum ſpaciũ.i.non puenit ad hoſtẽ.ſ.Ænean:nec ptulit.i.non ad finẽ vſq; tulit,ictum quẽ.ſ.Turnus ei cõmiſerat ad Ænean pferendũ,alluſio ad alias res quæ cũ nunciis mittunt.Ac veluti.i. quẽadmodum nos videmur in ſomnis.i.inter dormiendũ aut p inſomnia,vbi quies lãguida.i.ęgra (vnde Horatius in arte, velut ęgri ſomnia, vanę fingunt ſpecies) preſſit nocte oculos,videmur inquam nequicquam.i.fruſtra velle extendere curſus auidos.i.auide procul excurrere.& nos ægri ſuccidimus.i. interdicimus deficientes in mediis conatibus.lingua non valet.ſ. proloqui, vires notę.i.conſuetę nõ ſufficiunt,ſup.in corpore,nec vox nec verba ſequunt.ſ.conatus noſtros ſic dea dira.i.ſuria negat Turno ſucceſſum quacũq; virtute petiuit viam.i.pceſſum,Tum.i.inſuper,ſenſus vertuntur.i.vertendo fiunt varij,pectore.i.in aĩo,& ipſe aſpectat Rutulos & vrbem,quod deſperantis indicium eſt, & cunctatur.i.imoratur aut dubitat metu.i.prę timore,& tremiſcit.i.pertimeſcit,telum.ſ.Æneæ hoc eſt haſtam,inſtare.i.imminere nec videt quo ſe eripiat,nec qua vi,ideſt violentia & impetu tendat in hoſtem nec videt vſq; currus,nec ſororem aurigam.i.quæ prius obiuerat munus aurigę,Æneas coruſcat.i.vibrat ipſi cunctanti.i. immoranti,telum fatale,ideſt letale quo illi fata mortem pręſciuerant,coruſcat dicit,ſortitus oculis fortunam,ideſt oportunitatem fortuitam ex illius,ſcilicet negligentia oblatam,& ipſe eminus,ideſt de longe quaſi emiſſum e manu intorquet,ſcilicet telũ, toto corpore.i.nixu totius corporis,ſaxa nunquã fremunt, ideſt ſtrident ſic.i.intantum concita.i.concite miſſa, tormẽto murali, ideſt quo muri quatiuntur,nec tãti crepitus diſſultant.i.in diuerſa ſaliunt fulmine,ideſt dum fulminat,Haſta enim ferẽs durum exitium,ideſt exterminium & mortem volat inſtar,ideſt in ſtatũ & formam turbinis.i.venti impetuoſi,& recludit,ideſt aperit & reſoluit,oras,ideſt extremitates loricę,ideſt tunicę quę olim eloris fiebat,& ſtridens tranſit medium femur per extremos orbes clypei ſeptẽplicis,ideſt ſepties implicit diuerſis tergoribus. Ipſe Turnus ictus.i.percuſſus,incidit ingens.i.exiſtens valde magnus ad terrã,& hoc poplite duplicato.ſcilicet compreſſis genibus,rutuli conſurgunt gemitu.i.ſimul gemere incipiunt,& totus mons remugit circũ.i.in circuitu,& nemora alta remittunt vocẽ.ſ.gementium,late.i.per latum ſpacium.

PIERIVS.

Campo qui forte iacebat, Limes agri poſitus.) In antiqs exẽplaribus nõnullis,quod legitur,& priori reſpondere ſcdm artem eſſe dicit Seruius.Bona tamen eruditorum pars,qui,legit habita limitis ratione,eſt & illud obſeruandum in Porcio. Quod legere eſt,limes agro poſitus elocutione nõ ineleganti. Nec vox nec verba ſequuntur.) In antiquis codicibus,nec vox aut verba legitur. Telumq; inſtare tremiſcit.) Vti ſuperius obſeruatum eſt antiquiora oĩa exemplaria verbi huius pene vltimam per e, tremeſcit,proferunt. Exitium dirũ haſta ferens.) In Mediceo cod.exitium durũ,habetur. Loricæ & clypei extremos ſeptẽplicis orbes per Mediũ,) In Medi.codi.lectio ita variat,loricæ clypeiq; extremos,ſeptẽplicis orbes.Et medium ſtridẽs tranſit femur.

Ille humilis,ſupplexq; oculos dextramq; precantem
Protẽdẽs,[Equidẽ merui,nec deprecor,inquit. TVR.
Vtere ſorte tua.miſeri te ſi qua parentis
Tangere cura poteſt,oro,fuit & tibi talis
Anchiſes genitor,Dauni miſerere ſenectę:

SERVIVS.

Equidẽ merui.) Secũdũ artem rhetoricã.nã quotiens pſonæ in inuidia ſunt, aliæ pro his opponuntur.vnde ita ait, Ego quidẽ occidi mereor,ſed tu debes ignoſcere parentis intuitu. Nec deprecor.) Nõ recuſo,non recuſo. Vtere ſorte tua.) Interfice hoſtem tuum. Fuit & tibi talis Anchiſes , genitor.) Hic diſtinguendum , vt duo dicat: & habuiſti patrem,& pater es. Et me redde meis.) Ordo eſt, Redde meis.ſed ne ex aperto rem viro

Et me,ſeu corpus ſpoliatum lumine mauis,
Redde meis.viciſti,& victum tendere palmas
Auſonij videre.tua eſt Lauinia coniux.
Vlterius ne tende odijs.Stetit acer in armis POETA
Æneas,voluens oculos,dextramq́; repreſſit.
Et iam iamq́;:magis cunctantem flectere ſermo
Cœperat,infelix humero cum apparuit alto
Balteus.& notis fulſerunt cingula bullis
Pallantis pueri,victum quem vulnere Turnus
Strauerat,atq; humeris inimicum inſigne gerebat.
Ille oculis poſtquam ſæui monimenta doloris.
Exuuiasq́; hauſit.furijs accenſus,& ira
Terribilis,Tu ne hinc ſpolijs indute meorum
Eripiare mihi?Pallas te hoc vulnere,Pallas
Immolat,& pœnam ſcelerato ex ſanguine ſumit.
Hoc dicens,ferrum aduerſo ſub pectore cōdit POE.
Feruidus,aſt illi ſoluuntur frigore membra
Vitaq́; cum gemitu fugit indignata ſub vmbras.

viro forti pudendam peteret interpoſitione vſus eſt dicēs, Seu corpus ſpoliatū lumine mauis. Victum tendere palmas Auſonij videre.) Ad gloriā Æneæ pertinet,ꝙ ſe Turnus cunctis pñtibus victū fatetur. Tua eſt Lauinia cōiux.) Quæ fuerat cauſa certaminis. Vlterius ne tēde odijs.) Noli velle crudelitatē tuam vltra fata ꝓtendere,ſed redde corpus ſepulchro. Acer in armis.) Non tm̄ ad præſens refertur,ſed qa ſemper in armis acer eſſe conſueuit. Cunctātē flectere ſermo cœpat.) Oīs intētio ad Æneæ pertinet gloriā.Nam & ex eo ꝙ hoſti cogitat parcere,pius oſtēditur: & ex eo ꝙ eum interemit,pietatis geſtat inſigne. Nā Euandri intuitu Pallantis vlciſcit̄ mortem. Infœlix balteus.) Nulli dn̄o fœlix:& ſic eſt dictū, Infœlix balteus:ſicut, Lacedæmōioſq; hymenæos.Et ſciendū balteum habuiſſe Turnū ad inſultationē & iactantiam,nō ad vtilitatem.vn̄ eſt,Atq; humeris inimicū inſigne gerebat. Monumenta doloris.) Proprie.nam & monumentum ab eo dictum eſt ꝙ mētem moneat. Hauſit.) Vidit:vt,Hauriat hūc oculis ignem crudelis ab alto Dardanus. Pallas immolat.) Ad ſuæ mortis & abrupti fœderis vltionem , te tanq̄; hoſtiā imolat Pallas. Frigore.) Morte:vt,Corpuſq; lauant frigētis,& vngunt. Vitaq; cū gemitu fugit īdignata ſub vmbras.) Indignata,vel qa mox preces veniā nō meruerant:vel qa Lauiniam fore ſciebat Æneæ:vel quia,vt ſupra de Camilla diximus, diſcedebat à iuuene. Nā volunt phyſici aīam diſcedere a corpore inuitā,cū quo adhuc habitare naturæ legibus poterat. Sic Homerus.

ψυχὴ δ᾽ ἐκ ῥεθέων πταμένη ἄϊδόσδε βεβήκει
ὃν πότμον γοόωσα λιποῦσ᾽ ἀδροτῆτα καὶ ἥβην

DONATVS.

Ille humilis ſupplex.) Humilis corpore & faſtu reiecto, quo antea ferebat̄. Oculos,dextrāq; precantē.) Magnū poetę inuentū,vt haſtam nō in eam partē corporis,quæ letalis eſſet diceret perueniſſe:ſed in eam,quæ ſuperaret hoſtē,& tn̄ viuū ſeruaret ad preces.quippe ipſo fuit ſupplicio peius propria voce confiteri ſe victū,& hoſtē ſuum ꝓnuntiare victorē,oībuſq; ſe dignū pœnis,qui eſſet fortiori congreſſus.ego,inquit,qd̄ patior,merui,nec veniam peto.ſic.n.peccaui,vt hāc mereri non poſſim. Miſeri te ſi qua parētis Tangere.) Non te ꝑꝑ me rogo,qui nō mereor veniā,ſed ꝑꝑ infelicē patrē meū. Fuit & tibi talis Anchi.ge.) Faciendo cōparationē miſeri patris & ſenis,quantū ſperauit motuꝝ ſe eſſe miſericordiā? vt ille flexus cōmemoratione paternæ memoriæ promptior veniā daret.miſerere,inquit,ſenectæ patris mei.ſ. ne orbitate filij paternus luctus augeret̄,ſi corpus negaret occiſi.poteſt & ſic,vt ſalutē patris ſenis & orbati cōmendaſſe videatur,ne quaſi pater hoſtis necaret̄. Et me ſeu corpus. Redde meis.) ecce vbi,oſtendit ſe velle ſeruari. Poſt petitionē quippe nomine patris interpoſitā venit ad ſe,& ait Et me ſeu corpus ſpoliatum lumine mauis. Quū dicit,ſeu,hoc videt̄ dicere voluiſſe,quod pudore interueniente non dixit apertius.ſi volueris me occidere,redde corpus meum,& meis ſepeliendum concede.ait alteram partem ſeruandam ſupplicis,vtītelligeret & impleret. Viciſti,& victum.) Vtroſq; ait viderunt auſonij,& exitum certaminis probauerunt. me ſcilicet victum tendentem palmas,& te fortuna tua ꝓperante victorem. Lauinia tua eſt coniux,ꝓpter quā diu pugnauimus. Vlterius ne tende odijs.) Non debes vlterius duci odio, qa iam iniuria tua tranſijt,quæ fuit certaminis cā. Stetit acer in armis Æne.) Quod dixit ſtetit,nec ſtatim victoris auiditate percuſſit, oſtendit verbis deprecantis eſſe cōmotum. quod autem voluebat oculos,tractantis fuerat ſignū.indices.n.ſunt oculi,qui tacito pectore ſnīa dubitante voluuntur.non.n. ignoſcere temere oportuit,aut ferire:ſtetit oculos voluens. Dextramq; repreſſit.) Qui hæc fecit,ꝓximus fuit,vt ignoſceret potius q̄; vocaret.Dextrā igitur repreſſit expectans,quid animus tranctando decerneret. Et iam iamq; magis.) Incertus ſnīæ:iam cœperat,in veniā flecti. Infelix humero.) Poſſet.inquit,ęneas roganti parcere:ſed quia turnū aduerſa fortuna iā trahebat in mortē,apparuit exutus humeris.Balteus,quē occiſo detraxerat Pallanti. nec difficile fuit,ęneā meminiſſe, qa cuiuſmodi eēt, memoriter retinebat. Ille oculis poſtq̄.) Ille hoc eſt qui flecti iā cœperat,poſteaq̄; ex his,quę viderat nouatione doloris exarſerat. Furijs accen.& ira Ter.) Nō tam in iracūdiā quā in furiam verſus eſt. Tu ne hinc ſpo.) Tu,inquit,q meoꝝ ſpolijs indutus,& eoꝝ tibi cōmodis places,vt eripiaris manibus meis,nec tuis meritis,nec illoꝝ memorię cōueīt.deniq; miniſtris manibꝰ meis te Pallas occidet.ipſe qui ſequit̄ ſanguinē tuū,ipſe de te pœnas expoſcit,recte inuētus eſt.pręſtabat qppe īterfectori pallantis negare vitæ bn̄ficiū, q̄; inultā relinquere familiaris mortem.ecce ſeruata eſt ī perſona æneæ pietas,qua volebat ignoſcere.ſeruata religio pallanti,quia īterfector eius non euaſit.cōpletū eſt,qd̄ ſupra eſt poſitū.turno tp̄s erit magno quū optauerit emptū Intactū pallanta,& cū ſpolia iſta diēq; Oderit. Hoc dicens fer.ad.ſub pect.con.) Aīum irati viri fortis expreſſit.dum,inquit,loquit̄,hoc eſt anteq̄; qd̄ dicebat, īpleret, in pectus hoſtis ita vti aduerſum fuit,totū gladium preſſit. Aſt illi ſol.fri.mē.) Recedēte.n.calore ſanguinis,quo regit̄ vita,mors frigore repente ſuccedit. Vitaq; cū gemi.fu.indigna.ſub vmb.) Et quum ad vmbras concideret moriens,dolebat tn̄ ſe perdidiſſe lucem,& ęneæ lauiniam reliquiſſe. Magna carminis ordinatio: magna laudantis īduſtria:qui.n.ab ipſo principio operis ſui ęnee laudē oībus libris executus eſt:hanc vſq; ad turni mortē conſulto perduxit,egregia inuentione currente,vt ceſſantibus vniuerſis ſolus ęneas cū ſolo pugnaret.ſi.n.inconfuſo oīum bello æneæ licet virtute cecidiſſet,poſſet videri necem illā plurimoꝝ adminiculo proueniſſe.ſperauit igitur hos laudator egregius , vt ſpecialis gloria in ſolius æneę meritis permaneret,& ipſe eſſet vltor iniuriæ ſuæ,cui lauinia & matrimonium debebatur.

FINIS.

TIBERIVS CLAVDIVS DONATVS
TIB. CLA. MAX. DONATIANO FILIO. S. P. D.

INcrementum Metuens vitæ,quod magis ſenſibus incumbit,& proximum eſt, curſim ſcripſi quæ potui:relinquens plurima, & ea ſaltem cedi volui, quæ tibi ad cætera intelligenda aditus & vias aperirent:vt ſi quid mihi aduerſi accideret , haberes interpretationum mearum , quod imitareris exemplo . verum quia ex communi voto contingit diutius viuere,hos libros interim legendos curaui, mihi enim certum eſt dehinc me non eſſe deſerturum in te ſtudium patris,vt tibi quantum potuero , pari præparem cura , quæ propter ſupradictam cauſam videor omiſiſſe.ſic enim ſiet,vt origines ſingularum perſonarum quás virgilius æneidos libris comprehendit,& quæ in aliquo ſtudio floruerunt , aut nullius fuerint meriti , vel contraria diligendo , depreſſæ ſint. ſimul etiam cognoſces oppidorum inſularumq; rationem,regionum,montium,camporum,vel fluminum, templorum , ac fanorum,herbarum quin etiam , & lignorum vocabula , & cætera his ſimilia.ſed hæc ſic accipias velim,vt ex commentarijs ſcias veterum me eſſe collecturum.antiqua enim & fabuloſa ac longinquitatis cauſa incognita niſi priſcorum docente memoria non potuerunt explicari. Proinde ſi hęc longiori eius ſuffragio complere valuero:erit tibi gratiſſimum labore potius patrio iſta didiciſſe, q̄; tuo. Si minus legendi ſunt tibi veteres,neceſſario collecta condiſcas. Interea non deerit etiam in hac.

Huiuſmodi Finis Extat in Archetypo.

Aſcenſius.

### ASCENSIVS.

❡Ille humilis.Vt ſæpe admonui,opus ſuum concludit poeta in ſumma laude Æneæ,quæ erat in Turno deuicto,cuius etiam audacem & ſuperbum animam deiecit vſq; adeo vt humilem ſupplicéq; efficeret:vt tamen iuxta pręceptū Horatianum in de arte poetica.vterq; ſit primus ad extremum ſimilis ſibi non ſic inducit Turnum humilem.vt ſe virtute inferiorem fateatur,ſed forte, dicens vtere ſorte tua nec ſic ſupplicē,vt contemplatione ſui ſupplicet ſed patris cuius caniciem plurimū poſſe ſperabat apud eū qui in patrem ſuum pientiſſimus ferebatur,vnde eum,ſic ad extremum vſq; inducit pium,vt etiam Turno vitam conceſſiſſet niſi balteo Pallantis interempti viſo,illius necem vlciſcendā iuxta Euandri parentis eius vota duxiſſet.Sicut ergo multos librorum morte alicuius concluſit,ita & totum opus morte Turni,quia mors vltima linea rerum eſt,imitatus in hoc Homerum,qui in Hectore tracto Iliada compoſuit.Circa hunc autem vltimum locum ſunt verba.Donati.Humilis corpore ideſt ſupplex,deiecto faſtu.victoria Ænei,quam ponit in fine operis perficit:atq; abſoluit cumulum laudum Ænei,quas a pricipio ad finem omni artificio continuauit.Hęc ille.❡Ordo autem eſt.Ille ſcilicet Turnus humilis.ſ.corpore ſm Donatum,& etiā aliquantulum aio,qa vt in Hecyra Terētiana,dicit.Profecto hoc ſic eſt,vt puto omnibus nobis,vt res dāt ſeſe ita magni atq; humiles ſumus,& ſupplex protendens.i.dirigens ante ſe,oculos.ſ.miſerationem efflagitantes & dextram precantē,inquit equidem.i.ego quidem quātum de me eſt merui.ſ.mortem,aut necem,quā tamen nominare formidat nec deprecor.i.& non precor,vt non fiat mihi,nam deprecari eſt contrarium eius,quod eſt p̄cari,vnde Oui. Sępe precor mortem,mortē,quoq; deprecor idem.Vtere tua ſorte.i.quā per fata ſortitus es,verum ſup.ſi qua.i.aliqua,cura.i.cōmiſeratio, miſeri parentis.ſ.Dauni poteſt tangere te,& ſi ſup.Anchiſes genitor fuit tibi talis,vt ſcilicet eius gratia tibi parcendum eſſet,ego oro miſerere ſenectæ Dauni.ſ.patris mei,& redde me.ſ.viuum meis,ſeu mauis,redde meis corpus.ſ.meum ſpoliatum lumine i.vita,tu viciſti,& Auſonij.i.itali videre ſup.me victum,tendere.i. protendere palmas ſ.precantes,& ſupplices. Lauinia.ſ.regis filia pro qua certauim us,eſt tua coniux.i.permittitur tibi a me,ne tēde ideſt ne procedas vlterius ideſt ad maiorem vltionem,odijs ideſt propter odia quia ad gloriam ſatis eſt me victum fateri Æneas ſtetit acer in armis,voluens oculos.ſ.in ſupplicem,& repreſſit dextram.ſ.ab ictu,& ſermo ſcilicet Turni ſupplicantis cœperat flectere ſcilicet ad miſericordiam iam & iam magis.ſ.æneam cunctantem.i.hęſitantem & immorātem iam dicit cum balteus Pallantis pueri,infelix.i.Turno infelicitatem afferens apparuit,ſup. in alto humero ſcilicet Turni,& cum cingula ideſt cincturæ eius fulſerunt,ideſt reſplenduerunt bullis notis ſcilicet ipſi Ænei qui agnoſcebat inſignia Pallantis ſibi Turnum aptaſſe,quo facto mouet poeta nemini alterius iacturam pro inſigni habendam,quoniam ſors omnia verſat,quem.ſ.Pallanta victum Turnus ſtrauerat vulnere atq; gerebat humeris inſigne inimicum ideſt perniciosum & exitiale.Ille.ſ.Æneas poſt q; hauſit oculis ideſt auide inſpexit monumenta ſęui ideſt valde magni doloris,& exuuias ideſt ſpolia.ſ.Pallantis,accenſus furijs,& terribilis ira inquit ſupple tu ne indute ideſt qui indutus es ſpolijs meorum(propter dolorem ad pluralem numerum transfert ſermonē,aut plurium inſignia gerebat)eripiare mihi hinc.i.ab hoc loco vbi ſub pedibus meis iaces quaſi dicat minime Pallas ſcilicet filius Euandri, Pallas īmolat ideſt ſacrificat dijs manibus te hoc vulnere ſcilicet qd' tibi eius gratia infero,& ſumit ſcilicet per me pœnam ideſt punitionem,ex ſanguine ſcilicet tuo,ſcelerato ideſt multis ſceleribus polluto,& ſupple Æneas dicens hæc condit ferrum ſub pectore aduerſo ideſt oppoſito,exiſtens feruidus ſcilicet ad vindictā Pallantis ſumendam,atq; membra ſoluuntur ideſt diſſoluuntur illi ſcilicet Turno transfixo frigore ideſt morte frigere faciente,& vita ideſt anima qua viuebat,fugit cum gemitu ſub vmbras ſcilicet infernas indignata ſcilicet q̄ ante diem fatalem ac periodum naturalem exire cogeretur,aut quia ab hoſte precata veniam exorare non poterat.

Depc̄ari qd ſit.

### PIERIVS.

❡Supplexq; oculos.)In cod.anti.quibuſdam ſupplex oculos, abſq; particula,q;,legitur.Sed longe venuſtius eſt, ille humilis, ſupplex,vt alterum huiuſmodi ſequitur,oculos,dextrāq;.❡Cūctantem flectere ſermo cœperat.)Antiqui aliquot codi.cunctantem flectere mentem,legunt,quod alijs examinandum linquimus.❡Infelix humero quum apparuit alto balteus.)Apud Soſipatrum Cariſium ambigua lectio eſt,qd' ingens interpoſitum. Ingens balteus,quod ei reſpondet,quod in,x,dictum,rapiens imania pondera baltei.Diſputat vero Cariſius balteus maſcu.gene.ſemper dici,vt clypeus.Infelix humero cum apparuit ingēs balteus Virgilius,dicit.Plinius tamen vult maſculino gene.Vinculum ſignificare,neutro autem genere lora ad alligandum apta. Sed varro baltea dixit,& tuſcum vocabulum ait eſſe,vſq; adeo paſſim variant auctorum ſententię.❡Soluuntur,membra, In antiquis nonnullis codicib.ſoluontur,ita ruont,acuont Ea pronunciatione,quam a veteribus acceptam etruſci adhuc incolumem ſeruauere.

Et hæc in Æneida.

τέλοσ.

### MAPHAEI VEGII LAVDENSIS POETAE CLARISSIMI LIBER ADDITVS. XII. AENEIDOS LIBRIS CVIVS EST HOC ARGVMENTVM.

Turnꝰ vt extremo vitā ſub marte p̄fudit,  
Subdunt ſe Rutuli Æneæ,Troiana ſequentes  
Agmina,dehinc ſuperis meriti reddunt honores.  
Congaudet gnato ac ſocijs memor ante malorum  
Actorum pater Æneas,Turni inde Latinus  
Morte dolet,patriæ miſeranda incendia Daunus  
Euerſæ,& cari deflet pia funera nati.  
Connubium inſtaurat natæ,lætoſq; Hymenæos  
Rex ſocer Æneæ genero,gens vtraq; pacto  
Fœdere pacis ouat,tum nomine coniugis vrbem  
Inſtruit:& tandem placida ſub pace rigentem  
Tranſtulit Ænean Venus aſtra in ſumma beatum.

### IODOCI BADII ASCENSII IN LIBRVM MAPHÆI VEGII EXPLANATIO.

Turnꝰ vt extremo &c.) Quemadmodum diximus ante explanationem Æneidos,non erat inſtituti ipſius authoris vltra mortem Turni quidquam de Ænea dicere. quippe in qua ſumma eius laus conſtituta erat,& vltra q; nihil de eo glorioſum dici potuit:niſi q̄ in ſuperioribus libris prelibatū erat,videlicet in cœlum,a Venere transferendum:vnde in 1.Sublimemq; feres ad ſydera cœli Magnanimū Æneā. Item,Deum idigetem,appellandum vnde in.10.Indigetem Aeneam ſcis ipſa & ſcire fateris,Deberi cœlo,fatiſq; ad ſydera tolli.Rutulos autē victores Aeneę ſubdidiſſe,Lauiniam Aeneæ nupſiſſe,dijs ſacrificatum eſſe,ob victoriā per ſe manifeſtaria ſunt:vnde fruſtra quidam quadrigis,rotam quintam addidit.Nā ſi Homerum imitari voluit,debuit,vt ille in Hectore tracto opus clauſit,in Turno deuicto etiam finem facere.Verūtamē,qa decimuſtertius a Maphæo Vegio adiectus eſt,nolui ipſum demere:ſed paucis,quia facili,& multum a Maronianis colorib.frigēte vena compoſitus eſt,percurrere,non ordinem,ſed vocabulorum quorūdam elucidationē proſequens.❡Extremo Marte.)Extrema pugna.❡Profudit vitam).i.animam vitalem:ſed adluditur ad ſanguinem,in quo vitę ac animę vitalis,ſedes eſt.❡Memor ante malorum.)Sic in.1.O ſocij neq; enim imemores ſumus ante malorum.Fruſtra autē additur,Actorum.❡Congaudet.)Cō gaudere autem,ideſt gratulari.❡Gnato.)Ideſt filio ſuo Aſcanio,ſeu Iulo dicitur, quia ſcit illi regnum deberi:vnde in.4.dixerat Aeneas,Ipſe quem regno Heſperiæ fraudo.❡Turni morte dolet).i. de morte.Nā dicimus,doleo mortem,poetice:& oratorie,mors mihi dolet.Eius autem dolor videtur importunus. ❡Ouat.)Ideſt more ouantium gaudet.❡Vrbem.)Scilicet Lauinium.❡Nomine coniugis.)ſcilicet Lauiniæ.

**ASCENSIVS.**

TVrnus vt extremo Effugiētē aīam.) Vñ i fi. 12. Vitaq; cū gemitu fugit indignata ſub vmbras. ¶ Magnanimus ſtetit.) Quia victor, quū victi fugā q̄rant. ¶ Reuomentes.) Quaſi ex idignatiōe expuentes. ¶ Ceu frōdibus ingens Sylua.&c.) Cōparatio nō ſatis apta, quia rei inſēſibili attribuit. vt ſylu꜔ dolorem. Veruntamen id Maro quoq; nōnūquā facit. Itē minus apta eſt cōpoſitio, Sylua ingens dolet, lapſi frōdibus, impulſa boreali tumultu. Nā aptius diceret, Dolet frōdib⁹ lapſis Boreali impulſu. ¶ Nec frenū, nec colla.) Melius nūc, colla: vt ſit, Nec colla eoꝝ captiua, recuſant nūc pati frenū. ſed id minus generoſe de Italica gēte dicit: ſicut in alijs multis, circa decoꝝ dormiat. ¶ Et veniā orare).i. orabāt, aut nō recuſant. ¶ Sicut acerba duo.) Cōparatio Virgiliana. ¶ Non aliter Rutuli.) Si nō aliter Rutuli, queras quō dictum ſit: & duꝝ ex alto reuomētes corde dolorē: nam nō reuomimus, niſi ex faſtidio & cōtēptu. vñ non congruit, qđ inclyta malunt arma ſequi, & tamē dolorem vomant. Preterea cōtra decorum eſt, quod ceſo duce, libenter alienum iugū ferant: licet id forte Latinis cōueniat. ¶ Nō aliter.) Applicat cōparationē tauroꝝ ad Rutulos: ſed ea Virgilius, aptius ad ductores ipſos ꝑus retulit. ¶ Belloq; quietem.) Id rem vero ſimilē facit, quia nulla ſalus bello pacem te poſſumus omnes dixerat Drances: verūtamen, quia verborum plus q̄ virtutis. a Virgilio habuiſſe prædicatur. Dicerem fato ceſſiſſe, poti⁹ q̄ bello: quia dictum eſt prius, Gens aſpera bello debellanda tibi eſt Latio. ¶ Tunc Turnum ſuperaſſiſtens.) Verba fere Virgiliana ſunt: ſed non tam congrue, vt ab illo poſita. ¶ Patereris.) Meli⁹ diceret, cōareris: ſed plus eſt, patereris. Nam ſiue pati quidem debuit, multo minus id facere licuit. Pati autem non debuit, quia debuit, Iouis monitis ꝑficiendis, operam præſtare. ¶ Daunia proles.) Vituperatio a genere. Nā Daun⁹ mortalis illi pater fuit licet diua Venilia mater. ¶ Diſce Iouem reuereri.) Sic in. 6. Diſcite iuſtitiam moniti, & nō temnere diuos. ¶ Iuſſa faceſſere.) Hic facere, alibi factū ire: vt Georgicorum. 4. Nec mora continuo matris precepta faceſſit. Sed importune videtur mortuum ad virtutem adhortari, & vt pietatem colat: Quoniam non eſt in morte q memor

**MAPHAEI VEGII LAVDENSIS LIBER XII. AENEIDOS LIBRIS ADDITVS.**

TVrnus vt extremo deuict⁹ Marte profudit POE.  
Effugientem animam: medioq; ſub agmine victor  
Magnanim⁹ ſtetit Æneas, Mauortius heros,  
Obſtupuere omnes, gemitumq; dedere Latini,  
Et durum ex alto reuomentes corde dolorem  
Concuſſis cecidere animis: ceu frondibus ingens  
Sylua dolet lapſis, Boreali impulſa tumultu.  
Tum tela infigunt terræ, & mucronibus hærent,  
Scutaq; deponunt humeris, & prælia damnant,  
Inſanumq; horrent optati Martis amorem,  
Nec frenum nec colla pati captiua recuſant,  
Et veniam orare, & requiem finemq; malorum.  
1 Sicut acerba duo quando in certamina tauri  
Concurrunt, largo miſcentes ſanguine pugnam,  
Cuiq; ſuum pecus inclinat, ſin ceſſerit vni  
Palma duci, mox quæ victo pecora ante fauebant,  
Nunc ſeſe imperio ſubdunt victoris, & vltro  
Quāquā animum dolor altus habet, parere fatentur.  
Non aliter Rutuli, licet ingens mœror adhauſit,  
Pectora pulſa metu cæſi ducis, inclyta malunt  
Arma ſequi, & Phrygium Æneam, fœduſq; precari  
Pacis, & æternam rebus, belloq; quietem.  
Tunc Turnum ſuper aſſiſtens placido ore profatur  
Æneas. ¶ Quæ tanta animo dementia creuit, ÆNE.  
Vt Teucros ſuperum monitis, ſummiq; tonantis  
Imperio huc vectos patereris Daunia proles  
Italia, & pactis nequidquàm expellere tectis?  
Diſce Iouem revereri, & iuſſa faceſſere diuum,  
2 Magnum etiam capit ira Iouem: memoreſq; malorum  
Sollicitat vindicta deos. en vltima tanti  
Meta furoris adeſt, quo contra iura, fidemq;  
Iliacam rupto turbaſti fœdere gentem.  
Ecce ſuprema dies alijs exempla ſub æuum  
Venturum miſſura, Iouem ne temnere fruſtra  
Fas ſit, & indignos bellorum accendere motus.  
Nunc armis lætare tuis: heu nobile corpus  
Turne iaces: at non tibi erit Lauinia paruo,  
Nec dextra tamen Æneæ cecidiſſe pudebit,  
Nunc rutuli hinc auferte ducem veſtrū: arma, virumq;  
Largior, atq; omnem deſſendæ mortis honorem.  
Sed quæ Pallantis fuerant ingentia baltei  
Pondera tranſmittam Euandro, vt ſolatia ceſo  
Haud leuia hoſte ferat, Turnoq; exultet adempto.  
Vos memores tamen Auſonij, melioribus vti  
Diſcite bellorum auſpicijs: ego ſydera iuro,  
Nunquā acies, nunquā arma libens in prælia moui:  
Sed veſtris actus furijs, defendere toto  
Optaui, & licuit Troianas robore partes.  
¶ Nec fatus plura Æneas, ſe lætus ad altos, POE.  
Vertebat muros, & Troia tecta petebat.

memor ſit dei: in inferno autem quis confitebitur illi? Sed quod in mortuū dicit: ad viuētium pertinet exhortatiōem. ¶ Memoreſq; malorum.) Sic in. I. Æneid. Virgi. At ſperate deos, memores fandi, atq; nephādi. ¶ Heu nobile corp⁹ Turne.) Bene in viro forti & pio, temperamētum ponit iuſtitię & miſeratōis: vt gaudeat: deorum cōtemptorem victū eſſe doleatq; vinci commeruiſſe: ſcilicet vt vitium damnās, hominem commendet. ¶ At nō tibi erit Lauinia paruo.) Scilicet pretio. Et ſunt verba, quæ Turnus & eius ſocij in contumeliam Teucrorum protulerant. ¶ Nec dextra tamē, &c.) Sic & Camilla prius dixit: vñ & verba & ſententię, ex Virgilio ſumuntur fere. ¶ Sed quæ Pallātis.) Pietatis erat Turno, arma relinq̄re: ſed Taliōis īſignia demere: vt q alios ſpoliauerat, ſpoliaretur. ¶ Ingentia baltei.) Colliſio eſt: nam nō poteſt verſus hypermeter eſſe, quum non ſequatur vocalis. ¶ Vt ſolatia cæſo Haud leuia hoſte ferat.) Vnde ipſe in 11. Vadite & hęc memores regi mādata referte, Quod vitā moror inuiſam Pallāte perēpto Dextera cauſa tua eſt Turnum, natoq;, patriq;, Quā debere vides, &c. ¶ Melioribus vti, &c. Diſcite bellorū auſpicijs.) Hoc eſt, melius auſpicemini. Nam euenta rerum, icerta dici nō poſſunt: licet in. 12. dictum ſit, Diſce puer virtutē ex me, verūq; laborē Fortunā ex alijs. Nā illic aliud verbum Seruius ſubaudiēdū docet. Poteſt ēt accipi auſpiciū, pro principio: ſicut auſpicari, pro inchoare. Nā quia Romani, nullā rem arduā non prius facto auſpicio. i. auium inſpectione inchoabāt: ideo accipimus auſpiciū pro pricipio, vt dixi. Et qa capto auſpicio, res ſcđm ipſum factę ꝓſperæ, plerūq; ſuccedebāt: iō auſpicato vēire, ē opportūe, & bōa aue: hoc eſt, ꝓſpere venire. ¶ Ignauos q; vocās.) Ignaui, ſūt inutiles ad laborem, q nihil recte nauāt. i. q̄ſi nauib. qbus cōmode & cito multa trāſuehūtur, opant̃. Tracta eſt. n. metaphora a nauib. ſed, vt ſit melior ſonus adiecta ē ſimplici g lra: ñ n. nauus, ſed gnauus dr̃: vñ & Gręci, v, gni vocāt. ¶ Et quāuis inhumata rogis.) Sic in pricipio. 11. dictū eſt, Æneas q̄q̄ & ſocij dare tp̄s humādis Precipitant curæ, turbataq; funere mens eſt, Vota deum prio victor ſoluebat Eoo. &c. ¶ Maius opus.) qa pietas in ſupos maior eſt q̄ i defūctos. ¶ Honores meritos) .i. ſacrificia pro

pro victoria obtēta: aut vota ꝑſolui, κατὰ τὸ σιωπώμενον vt intelligat ſe in votis aſtrinxiſſe, ſi victor euaſerit.
4 ¶ Tum pingues patrio iugulāt ex more.) Bene iugulant, dixit: non iugulat, quia ſeruile eſt officiū qđ ſocijs attribuit: ſicut Maro, Obuertunt pelago proras, &c. ¶ Ex more patrio.) Aut q̄a ſubijciunt cultros, vt ſe quaſi interimentes, ſponte mori & offerri videantur. Erant autē iuuenci: quia boues intacti: vt Nunc grege de ītacto ſeptem mactare iuuencos Pręſtiterit. ¶ Imittūtq; ſues).ſ.i templa, ſunt autē ſues, ſacrificijs apti (ſcđm Donatū) eximij: ſicut boues, ītacti: & oues lectę: vnde Maro, Mactant lectas, de more bidēteis: vnde hic dicit, Niueaſq; bidenteis: quia dijs ſuperis, & felicibus: vnde Maro, Nigram hyemi pecudē Zephyris felicibus albā. ¶ Et cæſim).i. per inciſionē. ¶ In fruſta).i. particulas, & bolos. ¶ Vina, &c.) pro.i. ¶ Dona Lyæi.) Quia dona Lyæi.i. Bacchi, ſūt vina: vnde eſt, Munera, lætitiamq; dei, vbi tamē & die, legitur. Et in. 2. Georgicorum, Huc pater, o Lenęæ: tuis hic oīa plena Munerib. &c. ¶ Thura ignes adolent).i. incendūt, cremant. ¶ Magnumq; tonantem.) Fatorum authorem Iouem, & generis caput: vñ, Et mi genus ab Ioue ſūmo. ¶ Et Venerē.) Quia Æneæ matrē. ¶ Et te ſaturnia Iuno, iā placidam & meliorem.) Id audacter dictum, quia nōdum nouit populus, quæ Iupiter cū Iunone egiſſe a poeta, dictus eſt: verum (vt dicit Seruius in 2. bello Punico) legitur placata. ¶ Mauortem) .i. Martem. ¶ Ipſum).ſ. pricipem bellorum. ¶ Cum cętera turba deorū.) Alij, Tumq; extera turba deorum. melius, cætera, legit. q̄a poſt magnos deos, cæteros iuocabāt. ¶ Ærumnis factura modum).i. finem: vt in conſi
5 mili Maro: & in. 4. Nam quis erit modus. ¶ Craſtina ſublimē, &c.) Ideſt quod i. 12. pollicetur ſic. Nunc te mea dextera bello Defenſū dabit, & magna inter pręmia ducet. Ea autem pręmia, vult eſſe Rutulorum mœnia.i. quę Rutuli, ſibi vendicarāt iure matrimonij. Bene autem vterq; fingit Aſcanium, in mœnia ductū: quia Æneas occubuiſſe legitur, cū Latino nondum peracto bello. ¶ Dupliceſq; furores Armorum).i. bellorum Herynnes. Nam armatis maior ē furor: vnde Euander, Haud ignarus erā quātum noua gloria in armis, Et pręe dulce decus prio certamine poſſit. vbi Seruius in armis

Vna ipſum Teucrorum omnis conuerſa iuuentus
Exultans ſequitur, volucreſq; per arua pedum vi
Quadrupedes citat, incuſans acri ore Latinos,
Ignauoſq; vocans, ſtrepit altus plauſibus æther.
Et quanuis inhumata rogis dare corpora ſurgat
Ingens cur animo, ſocioſq; imponere flammis,
Maius opus tamen Æneas ſub pectore voluens,
Primum aris meritos, ſuperum mandabat honores:
4 Tum pingues patrio iugulant ex more iuuencos,
Immittuntq; ſues, niueaſq; in templa bidentes:
Purpuream effuſo pulſantes ſanguine terram,
Viſcera diripiunt, & cæſim in fruſta trucidant,
Denudantq; gregem, & flammis, verubuſq; remittunt.
Tum vina effundunt pateris, & dona Lyæi
Accumulant, plenis venerantur lancibus aras:
Thura ignes adolent: onerata altaria fumant:
Tum plauſus per tecta mouet, magnumq; tonantem
Extollunt, Veneremq;, & te Saturnia Iuno
Iam placidam, & meliorem ingenti laude fatentur,
Mauortemq; ipſum, tum cætera turba deorum
In medium effertur, ſummis cum vocibus altos
Perlata ad cœlos: ante omneis gratior vnus
Æneas duplices mittebat ad æthera palmas.
Et puerum pauca ore dabat complexus Iulum:
¶ Nate, in quo ſpes vna patris, per tanta laborum ÆN.
Quem varijs actus fatis diſcrimina duxi,
Ecce inuenta quies, ecce illa extrema malorum,
5 Ærumnis factura modum acceptiſſima ſemper,
Atq; optata dies, quam dura in bella vocatus
Sæpe tibi dijs auſpicibus meminiſſe futuram
Iam memini, nunc te quum primum aurora rubebit
Craſtina, ſublimem Rutulorum ad mœnia mittam.
Dehinc ſeſe ad gentē Iliacam voluebat, & alto POE.
Pectore verba trahens, blando eſt ſic ore loquutus.
O ſocij per dura ac denſa pericula vecti, ÆN.
Per tantos bellorum æſtus, dupliceſq; furores
Armorum, per totq; hyemes, per quidquid acerbum
Horrēdum, graue, triſte, ingens, per quidquid iniquū,
Infauſtum & crudele foret, conuertite mentem
In melius, iam finis adeſt, hic meta malorum
Stabit, & optatam Latia cum gente quietem
Iungemus, dabit inde mihi Lauinia coniux,
Bello acri defenſa Italo cum ſanguine miſtam
Troianam transferre ęterna in ſæcula gentem.
Vnum oro ſocij, Auſonios communiter æquo
6 Ferte animo, & voſmet ſoceros obſeruate Latinos:
Sceptrum ijdem ſublime gerent, ſententia mentem
Hæc habet: at bello vos, & præſtantibus armis,
Diſcite me, & pietate ſequi, quæ gloria nobis
Ceſſerit in promptu eſt, ſed cœlum, & ſydera teſtor,
Qui vos tantorum eripui de clade malorum,
Idem ego ſub maiora potens vos præmia ducam.
¶ Talibus orabat, varioſq; in pectore caſus POE.
Præteritos voluens, partamq; labore quietem
Haud paruo, nimium ardenti exundabat amore
In teucros, grauibus tandem euaſiſſe periclis
Exultans, veluti exiguis cum ex æthere gyrans
Incubuit pullis, & magno turbine miluus
Inſiliens auido ore furit ſtragemq; minatur:
Tum caſtra ales perculſo pectore mater

in armis: apud armatū, cuius conſilium, cupiditas victoriæ plerunque conturbat. Et ideo dicit hic, Duplices furores: aut certe, ꝓꝑ duo bella, Troianum ſcilicet, & Italicum: nā per arma, bella intelligamus. ¶ Per totq; hyemes).i. tempeſtates pluuioſas, & ventoſas. ¶ Per quidq̄d acerbum.) Maronianum eſt. ¶ Per quidquid iniquum.) Propter fœdera rupta, quæ iniquitas nō in Troianis, ſed in aduerſarijs fuit. ¶ Infauſtū. (Quia & boni occidunt, Interdum vt occidit, & Peleus iuſtiſſim⁹ vnus, Qui fuit in Teucris, & ſeruantiſſimus æqui Dijs aliter viſum. Præterea, infauſta erat pugna illa Pallas, quia interemptus erat: & crudelis, quia immaniter multi trucidati ſunt: vt Niſus, & Euryalus, & cæteri. ¶ Optatam latia cum gēte quietem Iungemus.) Id ſecundū Maronem, quod & Liuius ſentit, qui dubitat vter Aſcanius ſucceſſerit: an is qui ex Creuſa, an qui ex Lauinia, procreatus ſit. ¶ Bello acri defenſa.) Quia Turnus eam proripere niſus erat. ¶ Italo cum ſanguine mixtam Troianam tranſferre).ſ. dabit. ¶ Vnum oro.) 6
Id Ioue inſpirante voluiſſe, putari poteſt: quoniā id Iuno recęperat ante fineȝ. 12. Æneidos. ¶ Et voſmet.) Sic Maro in. 1. Et voſmet rebus ſeruate ſecūdis. ¶ At bello, &c.) Sic in 12. ad Aſcaniū, Diſce puer virtutē ex me, veroſq; labores. ¶ Partam).i. acquiſitam. ¶ Labore Haud paruo.i. magno ꝑ liptotem figuram. ¶ Criſtata ales).i. gallina, cui ī vertice criſta eſt: minor tamen, q̄ gallo gallinaceo. ¶ Perculſo).i. attonito ex ſubito malo: venit autem a percellor: nec dicitur, ꝑcuſſo: quia nō niſi roſtro, percuti poſſet. Ea autem comparatione vtit & ſaluator in euāgelio: Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina cōgregat pullos ſub alas, & renuiſti? ¶ Crocitās.) Vocabulum verſum a ſono gallinæ, pullos conuocantis. ¶ Gaudet ſupeſſe periclo.) i. extare. Dulcius autem videt euaſiſſe periculum, quam nō habuiſſe: vnde in. 1. dictum eſt, Mœſtumq; timorem Mittite, forſan & hęc olim meminiſſe iuuabit Anchiſa, genitus ſ. Æneas: ſic & Virg. declinauit qui & in vocatiuo dixit libro Ænei. 3. Coniugio Anchiſa Veneris dignate ſuperbo: quum a nominatiuo primæ declinationis, in es, vſitatiores ſint vocatiuus & ablatiuus in e: vt o Priamide, & cętera: quo circa ſunt, q velint ablatiuū & vocatiuū

catiuũin a formari:nõ ab es, ſed ab antiquo noiatiuo in a: nã antiqui declinabãt,hic Anchiſa,& hic Atrida.vñ eſt vocatiuus Atrida vltima breui apud Hora.in ſer.Atrida vetas cur?[Flagrantiſq; agitãs curas.)Bene dixit,flagranteis i.ardenteis:quia cura(ſm Seruium)dicit̃,eo q cor vrat:eſt aũt accuſatiuus. Nã ordo eſt: agitãs.i.depellẽs:corde.ſ.ſuo antiquũ.i.inueterata,& curas flagrantis:& iuuat meminiſſe gaudia,parta tandẽ.i.poſt longã expectationẽ: lõgis malis.i.laboribꝰ,& erũnis vt,Aſſuetũq; malo ligurẽ.[Meminiſſe iuuat.)Ex illo ẽ (vt dixi)forſitan,& hęc olim meminiſſe iuuabit.Attamẽ ne laude ſua fraudẽ,ſpecioſe dictum eſt,Quę pferre moleſtũ ãn fuit,meminiſſe iuuat &c.[Vez altior.) Dicere potuiſſet,altiſſimus:ſed non dicit,altior oium:ſed altior ſupeminet omneis:quod idem eſt ac ſi dicat,altior omnibus ſupereminet omneis.i.eminet ſup omneis, &c.[Interea.)Poſt victoris triũphũ,deſcribit victi luctũ.[Tulerãt ſub tecta.) Nõ ergo extulerãt,ſed intulerãt:qa effertur,q intus eſt ad ſepulchrũ,aut buſtũ:infert̃,q foris.[Largũq; pluẽtes Hymbrem.)i.more pluuiæ demittẽtes lachrymas,guttatim cadẽtes.Liuius autẽ dixit pluiſſe lapidib.ſed hic tranſumptiue acceptum,accuſatiuo iunxit.[Ceu ſpumantis,&c.)Ordo eſt.Ceu.i.quemadmodũ qñ canis præſtantior ex oi numero.i.pſtantiſſimus,aut prę ſtantior cæteris oibus.(Nam cum genitiuo,comparatiuus duop eſt.)excępit per viſcera denteis fulmineos.i.in morẽ fulminis, inuadentes apri.i. ſuis ſylueſtris ſpumantis.ſ.ferocitate,& agitatione:tũc cætera turba latrantum.ſ.canũ: perterrita caſu.ſ. canis laceri: infauſto.i.infelici:fugit,atque pauitat,circunſtans ore querulo.i.querenti , & lamentanti, ſimili magiſtrum.ſ.venatorẽ: & infremit.i.valde,& intrinſecus fremit magno vlulatu:ac ipſa turba canum , cõmota.i. admonita : manu dñi.ſ.venatoris:iubentis.i.pcipientis ſilentium,ſilet ore,& pmit gemitũ,& coercet ſeſe . Haud.i. nõ aliter:hoc eſt eodẽ mõ.Rutuli gerũt voce ſuppreſſa,&c. Quãtos.i.ò q̃; magnos motꝰ &ſup.q̃; alternas vices.i.viciſſitudines negocia humana miſcent.q.d.maximos,& maxie alternas: quo.i.q̃li : turbine.i. turbatiõe,& vertigine,ſeu viciſſitudine:vita hoĩum fertur q.d.admirabili.O dãnoſa ſuperbia

Conſurgit,miſero natorum exterrita caſu,
Roſtrum acuit,totiſq; petit conatibus hoſtem,
Et multa expulſum vi tandem cedere cogit.
Dehinc perturbatos crocitans exquirit,& omneis
Attonitos cogit pro charis anxia natis,
Et tanto ereptos gaudet ſupereſſe periclo:
Non ſecus Anchiſa genitus mulcebat amicis
Troianos dictis,antiquum corde timorem
Flagranteiſq; agitans curas,& gaudia longis
Tandem parta malis:& quæ perferre moleſtum
7 Ante fuit,meminiſſe iuuat:verum altior idem
Ingenti,& clara Æneas ſupereminet omneis
Virtute excellens,& pro tot numina donis
Exorat,ſummiſq; Iouem cum laudibus effert.
Interea Rutuli magnum & miſerabile funus,
Exanimumq; ducem tulerant ſub tecta frequentes,
Correpti mœrore animos,largumq; pluentes
Imbrem oculis,& iam lato clamore Latinum
Defeſſum,& varios agitantem pectore caſus
Complerant,qui poſtq̃ altos crebeſcere queſtus
Et Turnum ingenti confoſſum vulnere vidit,
Haud tenuit lachrymas,dehinc mœſtum leniter agmẽ
Corripuit manibus,verbiſq; ſilentia ponens:
Ceu ſpumantis apri quando per viſcera denteis
Fulmineos canis excepit,præſtantior omni
Ex numero,tunc infauſto perterrita caſu
Cætera turba fugit latrantum,atq; ore magiſtrum
Circunſtans querulo pauitat,magnoq; vlulatu
Infremit,ac cõmota manu,dominiq; iubentis
Ore ſilet,gemitumq; premit,ſeſeq; cohercet.
8 Haud aliter Rutuli ſuppreſſa voce quierunt.
Tunc ſic illachrymans rex alto corde Latinus,
Verba dabat[Quãtos humana negotia motꝰ, LAT.
Alternaſq; vices miſcent:quo turbine fertur
Vita hominũ?o fragilis damnoſa ſuperbia ſceptri,
O furor,o nimium dominandi innata cupido,
Mortales quo cæca vehis?quo gloria tantis
Inflatos transfers animos quæſita periclis?
Quot tecum inſidias,quot mortes,quanta malorum
Magnorum tormenta geris?quot tela,quot enſes
Ante oculos(ſi cernis)habes?heu dulce venenum
Et mundi letalis honos:heu triſtia regni
Munera,quæ haud paruo conſtent:& grandia rerum
Pondera,quæ nũquam placidam promittere pacem
Nec requiem conſerre queant,heu ſortis acerbæ
Et miſeræ regale decus:magnoq; timori
Suppoſitos regum caſus paciq; negatos.
Quid Turne ingenti Auſoniam mouiſſe tumultu,
Et dura Æneadas turbaſſe in bella coactos,
Quid iuuat,& violaſſe ſacræ promiſſa quietis
Pignora?quæ tibi tanta animo impatientia venit,
Vt Martem cum gente deum,iuſſuq; tonantis
9 Huc vecta,gereres,& noſtris pellere tectis
Vltro inſtans velles,nataeq; abrumpere fœdus,
Pollicitę genero Æneę,& me bella negante
Dura mouere manu?quę tanta inſania mentem
Implicuit?quoties te in ſequi Martis euntem
Agmina,ſublimenq; in equo,& radiantibus armis
Tentaui reuocare,& iter ſuſpendere cœptum?
Corripui,& pauitans cedentem in limine fruſtra?

bia ſceptri fragilis.i.regni non diu duraturi: vnde in Georgi. perituraq; regna aut quod nemo nõ fragilis poſſidet: o furor,o Cupido, dominãdi innata.ſ.pectorib . noſtris nimiũ: quo tu cęca vehis mortales.q.d.i maxima ſæpe mala, vt de Turno potuit:quo.i.ad quem ſtatũ,aut quã cõditionẽ:o gloria tu quęſita.i.parta, & acqſita,tantis periclis,pro periculis:transfers.ſ. a trãquillitate ſua:aĩos iñatos.ſ.ſpiritu ſuperbię,& ambitionis ? Quot inſidias geris tecũ.q.d.plurimas: omni.n.admiratione interrogat.Ante oculos(ſi cernis) habes.Cõtinuat ſermonẽ: nã ordo ẽ:o gloria,ſi cernis : meliꝰ diceret,ſi cernas : qa cæcã dixit,Heu tu habes ante oculos dulce venenũ:quod cũ dulcedine inficit,& iterficit aios,& honos mũdi eſt,ſup. letalis.i. mortifer:heu,dolẽtis interiectio munera regni ſunt, ſupp. triſtia:quę.i. vtpote quæ conſtẽt haud paruo (qa ad generũ Cereris ſine cęde,& ſanguine pauci Deſcendunt reges:& ſicca morte Tyrãni, vt dicit Iuuenalis).i. magno ? quia vita multis conſtet.&,Heu grandia pondera rerũ,ſup. ſunt triſtia,quę.i.vtpote,quæ nunq̃; queãt pmittere pacẽ placidã i.ſine itrinſeca lite & agitatione : quia diuitiæ cũ anxietate poſſident̃,nec requiẽ placidã. Sic in.4.Virgilius , Nec placidã mẽbris dat cura quietem, Heu decus regale,ſortis acerbę, & miſerę Heu caſus regũ ſuppoſitos magno timori.Et negatos paci. Moralis exclamatio,vt ex aliqua ſaltẽ parte moribus pſit.O Turne, qd iuuat.i.pdeſt te, ſup. mouiſſe.i. cõcitaſſe: Auſoniã.i. Italiam, ſaltẽ pro parte,ingẽti tumultu:& turbaſſe Æneadas.i. Æneæ ſocios: coactos.i. cogens eos i dura bella, quia paucis, & externis,cũ multis indigenis bellandũ erat.q.d. nihil iuuat:& qd iuuat te violaſſe pignora ſacræ qetis.i.ſanctę pacis fœdera?quę tanta ĩpatientia venit tibi animo, vt gereres Martẽ.i.bellum:cum gente deum.i.deorum progenie, & cũ gẽte vecta huc.i. ad nos iuſſu tonantis. q.d. maxima.)Ego vero potius legerem,i prudentia,q̃; impatientia:peccant tamen etiã per impatientiã amorum) & tu vt inſtans vltro.i.non laceſſitus , velles pellere.ſ.gentem deorum noſtris tectis.[Natęq; abrumpere fœdus.)Tangit hiſtorias a Virgilio deſcriptas , obſeruãs videlicet ab illo inuẽta: perinde ac ſi œconymia, ac diſpoſitio eius operis huius.13.libri

Inde ego quanta tuli,teſtantur mœnia tectis
Semirutis,magniq; albentes oſſibus agri,
Et Latium toto vacuatum robore,& ingens
Exitium,fluuijq; humana cæde rubentes,
Et longi,trepidiq; metus,duriq; labores,
Quos toties ſenior per tanta pericula cæpi.
At nunc Turni aces,vbi nam generoſa iuuentæ
Gloria,& excellens animus,quo ſplendidus altę
Frontis honos?quonam illa decens it frontis imago?
Ah quantas Dauno lachrymas,acresq; dolores
Turne dabis?quanto circunfluet Ardea fletu?
Sed non degeneri & pudibundo vulnere foſſum
Aſpiciet:ſaltem hoc miseræ ſolamen habebit
Mortis,vt Æneæ Troiani exceperis enſem:
¶Hæc fatus,lachrymisq; genas impleuit obortis.POE.
Tum ſeſe ad turbam voluens,miſerabile corpus
Attoli,& charam mœſti genitoris ad vrbem
Deferri,atq; pios fieri mandabat honores.
Mox circunfuſi Rutuli lato agmine cæſum
Sublimen ingenti iuuenem poſuere pheretro,
Multa ſuper Teucrum raptorum inſignia ſecum
Et galeas,& equos,enſeſq; & tela ferentes:
Poſt currus Phrygia ſudantes cæde ſequuntur.
It lachrymans,& ducit equum docta arte Metiſcus
Rorantem,& fletu madidum,qui vexerat ante
Victorem Turnum:atq; hoſtili ſtrage furentem.
Hinc alij verſa arma gerunt:tum cętera pubes
Flens ſequitur,largiſq; humectat pectora guttis.
Et iam feſſi ibant per muta ſilentia noctis
Cędentes ſeſe,greſſumq; in tecta Latinus
Flexerat,ingenti turbatas funere mentem.
Vna omnes lachrymas matres,puériq;,ſeneſq;
Fundebát,mœſtam implentes mugitibus vrbem.
Inſcius ad tantos Daunus ſupereſſe dolores,
Et natum extremo conſumptum Marte,ſuperbam
Effudiſſe animam,largiſq; ad mœnia duci
Cum lachrymis:alios gemitus curaſq; fouebat.
Nanq; ex diuerſa caderent dum parte Latini,
Et calido Turnus fœdaret ſanguine terram,
Vrbem ingens flamma,& muros inuaſerat altos,
Fumabatq; erutis miſeri patris Ardea tectis,
Et tota in cinerem vergebat,& aſtra fauillę
Altiuolæ implebant:nec ſpes plus vlla ſalutis,
Siue quidem ſic dijs placitum eſt,ſeu præſcia Turni
Signum vt fata darent horrendo Marte perempti.
Extemplo concuſſi animos,turbataq; ciues
Pectora cędentes,miſerandæ ſortis iniquum
Deflebant caſum,longoq; ex ordine matres.
Atq; auidos totis fugiebant viribus ignes.
Ac veluti cum nigra cohors poſuere ſub alta
Arbore & in fiſſa radice cubilia,longo
Formicæ inſtantes operi:ſin dura ſecuris
Incumbat,verſoq; infringat culmine paruas
Sæua caſas,mox certatim ſeſe agmine ſparſo
Corripiunt,mœſtaq; fuga,trepideq; feruntur.
Et veluti ignitum teſtudo euerſa calorem
Quum ſenſit,luctata diu,pedibusq; renitens,
Caudam agitansq;,caput,magna vi cędere tentat,
Æſtuat,& multo inſidias conamine miſcet,
Haud aliter miſeri per tanta pericula ciues

exegerit ſubſequutionem: quũ tamen (vt prius diximus) in conceſſo ſit Maronem,i Turno cęſo ſicut Homerum legerat in Hectore tracto finẽ operi cõſtituiſſe. ¶Quoties tentaui Reuocare?) Q.d.ſępe: bis autẽ legitur in Virgilio, vt in 11.& iterũ in.12. ¶Inde ego quanta tuli.) Vnde in.12. Vincla omnia rupi.Promiſſã eripui genero arma ipia ſumpſi Ex illo,qui me caſus quę bella ſequantur Turne vides,&c. ¶Semirutis.) Semidirutis, & deiectis.& agri magni albentes.aut agri albentes magnis oſſib.i. magnorum viroꝝ: vnde cõformiter legẽdum erit, magni; vt multitudinẽ occiſorũ ſignificet. ¶Fluuij que humana cęde).i.ſanguine rubentes.ſic in.12. Recalent noſtro Tyberina flueta ſangnine adhuc. ¶Per tanta pericula cœpi.) Hoc quoq; ꝑteſtatus eſt Turnus ipſe in.12.Æneid.dicens, Quã pro me curã geris hanc ꝓcor optime pro me Deponas,lętumq; ſinas pro laude paciſci.Et ipſe Latinus paulo ante dicta verba, O pręſtãs animi iuuenis: quantum ipſe feroci Virtute exuperas,tanto me impenſius ęquum eſt Cõſulere:atq; omnis metuẽtem expẽdere caſus,&c. ¶Quonã illa decẽs it?) Pro abiuit. ¶Ah quãtas,&c.) Videtur diutius lamẽtari caſum Turni, q̃; par erat,quippe qui tãtopere gratulaturus ſit Ænee ob victoriã:ſed (vt dicã) potuit aliud vultu prę ſe ferre:aliud corde tegere,quod tamẽ integro viro non conueniret. ¶Circunfluet Ardea).i.ciuitas Ardearina,hoc eſt populus eius.Nã ipſa vrbs iam conflagrauerat. & in auẽ verſa erat:quod licet Latinũ lateret,tamẽ vrbi non cõuenit circũfluere. ¶Sed nõ degeneri.) Idẽ vt cętera fere ex Marone ſumptum: vt de Pallante viſum eſt. ¶Aſpiciet foſſum pudibundo vulnere) ideſt de quo pudẽdũ eſſet: vt de vulnere ſuſcępto in tergũ. ¶Et aſpiciet vt).i.qualiter exceperis,quia in pectus aduerſum. ¶Enſem Ænee Troiãi.) Q.d.magni. ¶Sublimẽ ingenti,&c.) Omnia ſunt ex Marone depromꝑta,& ꝓcipue ex.11. vbi ad Euãdrũ miſſus eſt Pallas,vt nunc ad Daunum, Turnus. ¶Multa ſup Teucrum.) Sic i.11. Multaq; ꝓterea Laurẽtis pręmia pugnę aggerat. Nõ eſt tamẽ eadẽ idoneitas i negotio Æneas victor,quẽ penes erãt corpora,& ſpolia hoſtiũ interẽptorum,potuit ſunus Pallãti ex ſentẽtia inſtruere. Latino vero quum quodã modo victus ſit,non competit ex teucrorum corporibus, pompam ſunebrem iſtruere. Nam id eſſet victoribus inſultare. ¶Poſt currus).i.poſtmodum equi ſudãtes cęde.i. ſanguine,&c.aut ſic: ferẽtes.ſ.Rutuli enſes,& tela ſequunť poſt currus ſudãtes cęde Phrygia, &c. ¶Metiſcus.) Qui dict⁹ ẽ, auriga. Turni fuiſſe, ſicut Acetes Pallãtis,de quo in.11.Ducit infelix ęuo confectus Acetes. ¶Et ducit equum.) Sic in 11.Poſt bellator equus poſitis ĩſignib⁹ Æthon, It lachrymãs. ¶Hic alij verſa arma gerunt.) Sic in vndecimo. Tum mœſta phalanx, Teucrique ſequuntur Tyrrhenique duces, & verſis Arcades armis. ¶Greſſumque in tecta Latinus.) Sic de Ænea in.11.Nec plura effatus ad altos Tẽdebat muros,greſſumq; in caſtra ferebat. ¶Mugitibus.) Pro eiulatibus,dixit. Nã mugitus ꝓprie, taurorum ſunt: eiulatus, mulierum. ¶Inſcius ad tantos, &c.).i.neſcius,ſup.ſe ſupereſſe ad tãtos dolores. ¶Supereſſe) ideſt ſuperſtitem eſſe, & reſtare.nam (vt.A. Gellius docet) ſignificat etiam ſuperfluũ i.ſupra id quod ſatis ſit,eſſe, Et eſt pathos,ab eo quod accidit pręter opinionem, & qđ minime verebamur. ¶Vrbem ingẽs flamma,&c.) Hãc Ouidius fingit,in ardeã auẽ mutatam. ¶Tectis rutis).i. dirutis,& diſſolutis per incendiũ. ¶Fauillę Altiuolæ).i. ſcintillæ: bene autem adludit ad fabulam,nam ardea auis,videtur ab arduitate dicta: eo q ardua volat: quam naturam videť ex eo ſumpſiſſe, q ex ſcintillis,& fauillis ardeæ incenſæ, facta ſit, ꝓprium enim eſt ſcintillarum, ac fauillarum, ardua petere: & ad globũ ignis tendere. pulchre autem adludunt poetæ in ſigmentis ſuis, ad res geſtas. Nã quum vrbs ea Ardea, dicta fuerit ab arduitate, & poſt exuſtionem ſolũ remanſerit nomẽ, quod idem aui inditum eſt: pulchre finxerunt vrbem, in auem mutatã: hoc eſt, vrbis nomen, in auis nomine ꝑduraſſe. Eſt autem hyꝑbole, quod dicit, Et aſtra fauillæ implebant: nam non tantum aſcẽdere poſſunt. ¶Siue quidem ſic dijs placitum.) Moris eſt Virgiliani, quoties cauſa nõ apparet ſic loqui: vt in principio.3.Æneid. Poſtq̃ res Aſię, Priamiq; euertere gentẽ Immeritũ viſum ſuperis. Deorũ enim iudicia, ſunt ſemper iuſta: ſed ſæpe ignorantur, cur iuſta ſint. ¶Signum vt fata darent.) Adludit ad illud quod de Euãdro dicit in.10. Agnouit longe gemitũ præ ſaga

Iactabant ſeſe,& turbata mente ferebant.
Ante omnes ſenio confectus ad æthera voces
Fundebat querulas Daunus,ſuperoſq; vocabat.
Tum vero e medijs viſa eſt conſurgere flammis,
Percuſſiſq; ales volitare per aera pennis,
Indicium,nomenq; vrbis verſæ Ardea,ſeruans:
Et cui ſublimes ſtabant in mœnibus arces,
Mutata effuſis nunc circũlabitur alis.
Attoniti nouitate omnes,monitiſq; deorum
Haud paruis confuſi,humeros atq; ora tenebant.
13 At Daunus patriæ ardenti concuſſus amore
Euerſæ,duros gemitus ſub corde premebat.
Hæc inter magno volitans prænuncia motu
Fama ruit,latiſq; animos clamoribus implet,
Aduenta re nouum multo cum milite funus,
Et Turnum exanimem,& letali vulnere victum.
Mox turbati omnes nigras duxere frequentes
Incenſa ex more faces:ardentibus agri
Collucent flammis:dehinc ſe venientibus addunt:
Quos poſtquam toto videre ex agmine matres,
Percuſſis vocem palmis ſuper ęthera tollunt.
At Daunus,chari vt patuerunt funera nati,
Subſtitit,& demum ingenti correpta dolore
Ora mouens,medium ſeſe furibundus in agmen
Proripuit,Turnumq; ſuper proſtratus & hærens,
Quum primum fari potuit,ſic edidit ore.
Nate patris dolor,& feſſæ miſerãda ſenectę DAVNVS
Rapta quies,quo me tantis iactate periclis
Duxiſti,& ſęuis tandem deuicte ſub armis?
14 Quo tua me præſtans animi conſtantia vexit?
Hic claræ virtutis honos?hæc gloria ſceptri?
Hoc magni decus imperij?tales ne triumphos
Nate referſ?hæc illa quies promiſſa parenti
Afflicto toties?hęc meta optata laborum?
Heu miſerum:quam pręcipites labentia caſus
Secla agitant?quanto voluuntur fata tumultu?
Qui iam ſublimes referebas clarus honores
Et magnus toto,in Latio,quem Troes in armis
Horrendum,& trepidi toties ſenſere furentem,
Nunc mi Turne iaces miſerandum & flebile corpus:
Iam multum eſt ſine voce caput:quo pulchrior alter
Non fuit,in tota Auſonia,nec gratior vllus
Eloquio,nec quis poſitis ingentior armis.
Nate vbi forma nitens?niueaq; in fronte ſerenus
Ille decor dulciſq; oculorum aſpectus,& aliæ
Sidereus ceruicis honos?his gloria Martis
Contigit auſpicijs?talin' rediture paratu
Diſcedens voluiſti auidis te credere bellis?
Heu mortem inuiſam,quæ ſola victricibus armis
Elatos frenas animos,communia toti
Genti ſceptra tenens,æternaq; fœdera ſeruans,
15 Quæ magnos,paruoſq; teris,quæ fortibus aquas
Imbelles,populiſq; duces,ſeniumq; iuuentę.
Heu mortem obſcuram,quę cauſſa indigna coegit
Eripere,atq; meum crudeli vulnere natum
Afficere.o felix tam grato cędis Amata
Succeſſu lætare tuę,quæ tanta dolorum
Fugiſti monimenta,grauiſq; immania caſus
Pondera.quid miſero genitori plura paratis
O ſuperi?natum rapuiſtis,& Ardea flammis

ſuga mali mens.¶ Pectora cę dentes).i.contundentes. ¶ At veluti cum nigra cohors.) Sic Ennius,quod & Maro ſumpſit,It nigrum cãpis agmen. Bona autem eſt comparatio eam ſi cauernula formicarũ eruat omnes ſarcinulas.quas quęq; poteſt,colligunt:vnde eam ſumpſit & Maro i.4.ad profectionem,aut ſugã Troianorum,dicẽs, Migrantes cernas,totaq; ex vrbe ruentes, Ac veluti ingentẽ formicę farris aceruum. Quũ populant hyemis memores,tectoq; reponunt,It nigrũ cãpis agmẽ, &c.Vterq; autem videtur habuiſſe reſpectum negotij: nã Troiani,ſarcinulas ſuas colligebant,in fatalem terram reponendas:& ideo comparantur a Marone,formicis colligentibus:ciues autem Ardeatini,ex incendio, quę poterãt receperant,ad incertas ſedes transferenda: & ideo bñ comparantur formicis,poſt euerſum nidũ partas opes recipiẽtibus.Ab Ennio tamen nigrũ agmen de elephãtis dictũ volunt.& ab alio poeta, de mauris,quod inconueniens non eſt.Nã licet verba & dicta aliorum,ad ſuum inſtitutum conuertere.¶ Et veluti.) Ponit ſecũdam comparationem,ſumptã a teſtudine,animali qdem imbelli,ſed pertinaciter parieti domus incenſę adhærenti: & non niſi cũ ſumma indignatione eũ relinquenti,quomodo & ciues ex icẽdio,res ſuas tantiſper dum pñt, recipiunt: nec deſerunt,niſi vi ſumma repulſi ingruente.ſ.igne. Poteſt aũt prior cõparatio referri ad ſtrenue migrantes:poſterior, ad tarde deſcẽdẽtes.¶ Calorẽ ignitum).i.ab igne procedentem luctata:diu.i.renitens,cõtra flammę calorẽ.¶ Caudam agitanſq; caput.) Illud q; nõ ſuo loco poſitum eſt, niſi ſit Renitens pedib.caudã: & Agitans caput tentat cedere.ſ.flãmis,magna vi.ſ.pro modulo corpis. ¶ Tũ vero e medijs.) Fictionẽ ſequitur Ouidianã, ſecundũ quã,ardea incenſa,in ſui nois, auem transformata eſt.¶ Attoniti nouitate.) Attonitus dicitur, quaſi a tonitru perculſus:& ideo omni vehemẽti perturbationi,ſubito obuenti,attribuitur:recte autẽ, attonitos dicit ,ppter ſimilitudinem exuſtionis vrbis cum tonitru.Tonitru enim fit extinctione ignis in nube, qualem crepitum dant ſæpe incẽdia vrbis.Qui vero attonitus eſt, horrore quodã concutiť ,ppter inopinatã aeris cõmotionẽ,& fulminis ,puiſi: licet poſt orti apparitionẽ q d( vt Plin.ſentit)neminẽ ferit, niſi prius exanimatũ.Eo aũt modo,ſtupefacti erant ciues Ardeatini:& ex vrbis incenſiõe & ex Ardeę(vt fingitur) apparitione. ¶ Monitiſq; deorum).i.monſtris,quibus admonebanť,rem quanuis magnam portendi. ¶ Humeros, atq; ora tenebãt.) Humeros, a vehẽdis faſcibus,& ſarcinulis:ora,ab oratione: nihil enĩ dicebant ſtupefacti.¶ At Daunus,&c.) Nõ opportune põitur particula,at:quæ aduerſatiua eſt:& rebus cõtrarijs congruit,vt ĩ fine.3.Ænei. Facto q; hic fine qeuit:At regia graui iãdudũ ſaucia cura,Vulnus alit venis.vbi poſt quietẽ Aeneę,ponit cõmotionẽ Didonis,hic vero poſt Rutulorum ſtupefactionẽ, nihil loquẽtiũ inducit gemitus cõpreſſionẽ .i.ſimile ſilentiũ.vnde non recte diciť,at:ſed rectius dixiſſet,&.Viri autẽ fortis,eſt corde dolorẽ ,pmere: vnde ĩ.j.de Ænea,Spẽ vultu ſimulat,premit altum corde dolorem. ¶ Quos poſtq; toto,&c.) Similẽ ploratũ,& vlulalũ,ĩducit ĩ funere Turni. ¶ Percuſſis vocẽ.)Ordo eſt. Tollũt vocẽ ad ſydera(male autẽ legereť, ad ęthera:qa ad,corripi debe ret) palmis ,pcuſſis.ſ.inter ſe: vñ dicere potuiſſet,concuſſis. ¶ Quũ primum fari potuit.) Sic & Maro.Male aũt legereť q;primũ.Nã licet,q;, acceptũ pro valde,bene iungať ſuplatiuo:tamẽ ſenſus malus eſſet. Nã nõ vult dicere,q q;primũ i.valde cito:ſed q, quũ ,pmũ. aut,vt primũ:aut,vbi primũ ¶ Potuit fari, ſic edidit ore.) Aut pleonaſmos eſt : aut ore edidit:qa potuit dolorẽ ſuũ, ẽt alijs,ĩdicare,¶ Quo?)ideſt ad qd ,pſtãs animi.ſic Latinus ad eundẽ in.12. O ,pſtans animi iuuenis,quantũ ipſe feroci Virtute exu,pas,&c. ¶ Hic clare virtutis honos, & gloria ſceptri.) Sic Euãder in.11.Nõ hæc,o Palla, dederas ,pmiſſa parenti Cautius vt ſæuo, velles te credere marti.Et Æneas de eodẽ,Hi noſtri reditus,expectatiq; triumphi? Hęc mea magna fides?Per hæc autem κατὰ τὸ σιωπώμενον inuiť Turnus patri dixiſſe,q regnũ & imperiũ,cum Lauinia obtineret: vñ dicit,Hæc illa quies ,pmiſſa,&c.¶ Heu miſerũ ).ſ. me.¶ Quã).i.quãtũ. q.d. maxime ,pcipites caſus agũt ſecula.i.tẽpora labẽtia:qa tẽpora labunť, more fluentis aquæ. ¶ Quo pulchrior al.Non fuit &c.) Vñ Maro petit,Añ,alios, pulcherrimus omneis,Turn⁹ auis, atauiſq; potẽs. & alibi, quũ de pulchro loqreť, dicit,




Conſumpta in cinerem verſa eſt, nunc æthera pennis
Verberat, ah me Turne tua plus cæde cruenta.
Deerat adhuc ſors iſta patris ſupremæ ſenectæ.
At vero tali ſe res cum fœdere verſant,
Vt quem infeſta furens miſerum fortuna moratur,
Illum omni petat infrendens, & turbine cogat.
ΓDixerat, & multa illacrymans largo ora rigabat POE.
16 Imbre, trahens duros gemitus, rapidoſq; dolores.
Qualis, vbi incubuit validis Iouis vnguibus ales,
Et paruum effuſo diuulſit ſanguine fœtum,
Cerua, videns miſeri turbatur funere nati.
Poſtera lux latum ſplendore impleuerat orbem.
Tunc pater in fractos fatali Marte Latinus
Defeciſſe videns Italos, totamq; potenti
Cedere fortunam Æneæ: belliq; tumultum:
Ingenteiſq; animo curas, & fœdera voluens,
Connubij promiſſa ſuæ, nateq; Hymenæos
Præſtantes vocat electos ex agmine toto
Mille viros, qui Dardanium comitentur ad vrbem

Excæpto Laurentis corpore Turni. ΓHonos ſydereus).i. ſplendor, & relucētia, ac nitor ceruicis altæ: quia ipſe altus erat, ΓTali rediture paratu.) ideſt apparatu, pompa.ſ. funebri: legit & Talin', ꝓ talīne? ΓBellis auidis).i. quę auidæ, & feruenter geruntur. ΓHeu mortem inuiſam.) Sic Maro. Heu ſtirpē inuiſam: ſed nouæ ſecundæ perſonæ, verbū ſubiunxit: vnde ſunt qui legendū putent, Heu mortem iuiſam, quæ tenes ſceptra communia toti genti: quia dominat mortalibus oībus, & ſeruans ęterna fœdera: qa omnes q oriuntur, aliquādo morituri ſunt: tu frenas.i. reprimis: armis vltricibus.ſ. ſuperbiæ: & poſuit vltricibus, i neutro genere, ſicut Maro, victricia: dicēs, Res Agamēnonias, victriciaq; arma ſequutus. ΓAnimos elatos).i. ſuperbos, quę res propria fuit Turno, ſicut i finem 12. memorauimus: manſerat animoſus, & elatis aīs, vſq; ad mortē, dicens, Vtere ſorte tua. Elatus autem, venit ab effero: extuli elatum. Eſt autem metaphora, ſumpta ab equis animoſis, & ſuperbis, qui freno coercendi ſunt, quoties ſe rociunt. Sola aūt mors id poteſt, vnde a Iuuenale dictum, Nulli grauis eſt ꝑcuſſus Achilles. ΓQuę magnos, paruoſq; teris: quę fortibus ęquas Imbelles.) Quia oīa mors tollit, populiſq; duces, quos poetę, vt egregios ſignificēt, ſeparare ſolēt. ΓHeu mortē obſcuram.) At qui claro vulnere ꝑemptum, dixit. Verum, obſcuram, dicit mortem.i. deteſtabilem: vt quæ tam clarum virum abſtulit. ΓO felix.) Magnus dolor, ſed ineptus: non enim

Spectatum virtute ducem:iungitq; togatos
Multa oratores memorans,& euntibus vltro
Imperat,vt(quando auſpicijs monitiſq; deorum
Troianam miſcere Italo cum ſanguine gentem
Expediat)placido interſint,animoq; reuiſant,
Æneadaſq; vehant alta intra mœnia lęti.
Interea ipſe vrbem labefactam,& vulgus inerme
Componit,ſolidatq; animos,requiemq; futuram
Spondet,& æternam ventura in ſæcula pacem.
Inde iubet meritos turma plaudente triumphos,
Sublimeſq; domus fieri regalis honores.
Atq; alacris manet,vnanimes vt fronte ſerena
Occurrant genero venienti,& pectore toto
Excipiant gentem Iliacam,magniſq; recæptent
Plauſibus,optatęq; effundant pacis amores.
Iamq; inſtructa cohors,Teucrorum caſtra ſubibat,
Cincta comas ramis oleę,pacemq; rogabat,
Quam bonus Æneas ad ſe intra regia duci
Tecta iubet cauſſamq; viæ placido ore requirit.
Tunc ſenior ſic incipiens ardentia Drances
Verba mouet,nimium erepti pro funere Turni
Exultans.[O Troianę dux inclytæ gentis, DRAN.
Gloria ſpeſq; Phrygum,quo nec pietate,nec armis
Maior in vrbe fuit,victi obteſtamur,& omnes
Iuramuſq; diuoſq; deaſq;,inuitus in vnum
Conflatum vidit Latium,& temerata Latinus
Fœdera,nec Phrygios vnquam turbauit honores:
Quin natę(quando ſuperum ſic vota ferebant)
Connubia,& generum magno te optabat amore.
Sed quidquid tanto armorum flagrante tumultu
Tantorum,furijſq; operum,atq; laboribus actum eſt
Id rabidus Turni,& ſtimulis incenſus iniquis,
Confectuſq; odijs furor attulit:ille negansq;
Inuituſq; dedit Latias in prelia gentes,
Illum omnis conuerſa cohors poſcebat,vt armis
Cederet,& magnum ſineret ſuccedere pactis
Connubijs Anchiſiaden,inde optimus ambas
Iungebat palmas defeſſa ætate Latinus
Infractus,nimioq; ardentem Marte rogabat:
Nec noſtrę potuere preces inflectere durum,
Nec diuum portenta animum,quin acrius ignem

enim decet virũ fortẽ,ſic odiſſe vitã: vt ſuſpendium laudet, quãuis mortẽ honeſtã appetere poſſet, ſicut Æneas, O terque, quaterq; beati, Quis ante ora patrũ Troiæ ſub mœnib⁹ altis Cõtigit oppetere.& Andromache in.3.Ænei. O felix vna an̄ alſ Primeia virgo Ho 17 ſtilẽ ad tumulum Troiæ ſub mœnibus altis Iuſſa mori. ¶Deerat adhuc.) Deerat, diſſyllabũ ẽ,ſicut & apud alios: vnde Luca. Non deeſt ꝓ pretio ieiunus vẽditor auro. ¶At vero tali,&c.) Tãgit(qd̄ ꝑus dixi)malũ malo,ſolere accumulari.vnde ordo eſt.At res verſant ſe cũ tali fœdere.i.pacto,& cõſenſu inter ſe.i.ita vſu venire ſolet,vt fortũa ĩfrendẽs petat,& cogat.i. torqueat illũ omni turbine:quẽ ipſa furẽs infeſta.i. infeſte: aut quẽ ipſa furens morat̃.i.detinet,& reſeruat ad grauiora mala: miſerũ.i.miſeratione dignũ,& ĩmerito infelicẽ:exiſtens furens.i. inſaniẽs.i.ſi fortuna alicui miſero cõſeruat vitã id ꝓpterea facit,vt diuti⁹, & grauius torqueat. ¶Et multa illachrymans).i.multum : nomen ꝓ aduerbio. Vtitur aũt fere 16 verbis Virgilijs. ¶Qualis, vbi.) Ordo eſt:qualis.i.qualiter:cerua vidẽs.ſ.raptũ pulli,aut hinnuli ſui,turbat̃ funere miſeri nati:vbi.i.quãdo, aut poſtq̃: ales Iouis.i.aquila: ĩcubuit.i. inuolauit,& toto corpore irruit:vnguib⁹ validis.i. fortib. quib.tandẽ prędã rapere potuit:& diuulſit(ſi Seruio ad illud.4.Æneidos,Manes vere uelli credimus,nõ dicem⁹,diuelli:licet in paſſiuo ſit, diuelſus ſa.ſum.veꝝ Lucanus, Nõ futilis author,nõ ſemel vulſi ꝓtulit. Ita,vt nõ ſit ſolida in ea re(Seruij grãmatici authoritas) diuulſit .i. dilacerauit: fœtum paruum .i. tenellũ, & anniculũ adhuc:vt veroſimilem faciat rẽ. ¶Poſtera lux &c.) Redit ad geſta Latini,qui nuptias filiæ ſuæ,ſumma cura celebrauit, reb.iam ſedatis. ¶Tũc pater ĩfractos.) Sic Maro Turnus, vt ĩfractos aduerſo marte Latinos Defeciſſe videt: vnde ſenſus eſſe põt (vt illic)duplex: vt ĩfractos dicat.i.valde fractos: & vt ſignificet, nõ fractos:hoc ordine Latinus pr̃,vidẽs tũc Italos ĩfractos.i.valde fractos:qa marte fatali.i.bello,quo fatis volẽtib.ſuꝑandi erãt: defeciſſe.i.penitus ſuccubuiſſe. Aut ſic,pater Latinus, videns Italos infractos.i.nunquam alias fractos:defeciſſe tunc marte.i.bello fatali:& videns totãm fortunam cedere Ænee potenti: & voluens animo.i.conſyderans tumultũ belli:& ingẽteis curas.i.ſollicitudines,quas ſemꝑ habuerat:& fœdera,& ꝓmiſſa.i. ꝓmiſſiões cõnubij:& Hymenęos.i.nuptias:ſuę natę.i.filiæ, videlicet Lauinię:vocat mille pſ̃tanteis viros electos,ex toto agmine. Modeſtius Virgilius centũ oratores finxit. Verũtamen multa ſunt,quæ hoc purgẽt:ne pręter modum dictum videat̃. Tũ,ꝙ apud Maronẽ tm̃,comitabant̃ caduceatores:hic autẽ Æneã ipm̃. Tũ,ꝙ illic hoſpitẽ,& auxilij indigũ:hic autẽ victorẽ,& ſine controuerſia filię,futuꝝ maritũ. Magna autẽ laus Ænee eſt,q ꝑditũ tãto exercitu,vt ex eo mille pręſtãtes viri poſſent deligi,ſuꝑauit: vocat, inquã,mille viros,qui cõmitentur ad vrbẽ,ducẽ Dardaniũ,ſpectatum virtute. Et iungit oratores togatos,ad quoꝝ morem,Romani poſtea togati incedebant:memorans.i.mandans eis multa:&

ĩperat vltro.i.inſuper: aut nõdũ rogatus:euntibus .i. abire volentibus:& iam, iamq; ꝓfecturis:vt interſint aĩo placido,& reuiſant,& vehant læti Æneadas in alta mœnia.ſ.vrbis ſuæ:quãdo.i.quandoquidem:expediat auſpicijs.i.indicio auſpiciũ:& monitis deorũ miſcere gentem Troianã cum ſãguine Italo. ¶Interea,&c.) Oſtendit officium boni principis.) Et pectore toto Excipiant.) 17 Verba Iuli ad Eurialum, in.9.habita. ¶Atq; alacris monet.) Terentius, Quin tu es alacris. Eſt igitur alacris,communis generis:ſed conſuetius hac tempeſtate dicitur. hic alacer,hæc alacris, hoc alacre. ¶Ardentia Drãces Verba mouet.) Quem,ſcilicet Virgi.fecerat,legatum ad Æneam & Turno ſemper fuiſſe infeſtũ. ¶Exultans.) Pro funere Turni erepti:quia Turno ſemper fuerat infenſus . vnde,Erepti Turni:nõ e periculis,ſed e medio mortaliũ,& e vita ĩtelligemus. ¶Iuramuſque deoſque deaſq;) Primũ,q;, vacat:qa dixit,& oẽs.poſuit ergo ſatis dure ꝓ rõne metri. Nec dicet̃. Deoſq;,deas:qa q;,ſemꝑ ĩ fine:hoc eſt ad poſtremũ cõiunctũ,poni vult:poteſt aũt poni poſt primũ,aut prius, ſed nõ ſolum. ¶Quin).i.quominus, optabat cõnubia natę,& te generũ,&c. ¶Sed qdqd tãto armoꝝ,&c.) Purgat Latinum, reijciẽs omnẽ culpam in Turnũ. ¶Illũ oĩs,&c. ) Purgat ẽt pplm̃ Latinum, qui poſcebat Vt Turnus armis cederet.i.diſcederet : & ita putẽ legendũ vt armis cederet,potius q̃; in armis:niſi ſit omnis cohors ĩ armis conuerſa.ſ.ad Æneam, poſcebat,ſup. vt.ſ. cederet:& ſineret magnũ Anchiſiadẽ in te o Ænea:ſed pulchre ĩducit̃ orator,de eo loqui citra adulationem:quia recitaret verba,quæ tunc de eo vulgares hẽbant. ¶Defeſſa ætate.) Legitur etiam,defecta ętate:& eſt duplex ſẽſus aut ꝙ ſit multum fractus,nõ vitio,ſed ętate defeſſa,aut defecta: aut ꝙ non ſit fractus:hoc eſt ꝙ quãuis defeſſa ætate tamen infractus:aut iam tandẽ fractus:nec vltra valens iungebat ambas palmas.i.coniunctis manib.orabat & rogabat: ardentem.i. æſtuantem,nimio marte,ideſt amore belli,&c. ¶Bellumq; ciebat.) ideſt concitabat,& prouocabat. ¶Dignũ Exitium.) Nimium aſſentiretur,niſi præmiſſum fuiſſet a Virgilio,quod fuerat Turno, ſemꝑ infenſus odijs & crimine. ¶Momor. Nigrãtẽ ꝓſtratus humum) Sic de Mezentio,Et humum ſemel ore momordit. vbi dictũ eſt, quod viri fortes in mortem cadentes:ne vocem viro indignam emitterent,humum mordẽt:quod autem Nigrantem, dicit, etiã ex Vergilio ſumpſit. ¶Nũc improbus,&c.) Oſtẽdit̃ ꝑtinax odiũ, qui etiam manes eius odio proſequitur. ¶Acheronte. ) Fluuius eſt infernalis:ſine lætitia, dictus. Tu melior hæres ſuccede bonis Laurentibus , ideſt diuitijs,& imperio Laurentum:aut ſuccede Laurentibus,ſcilicet populis bonis,ideſt tibi fauentibus. ¶In te,&c.) Sic Maro, In te domus inclinata recumbit. ¶Et voces).ſ.te laudantiũ.canunt vera pręconia.i.ita eſt vt dicunt. ¶Pueri, innuptæq; puellæ) Virgilianum eſt, In te vnum conuerſi oculi: id de Turno prius dictum eſt,ſed diuerſimode. Nam Turnum,poſtulabant ad certamen: Æneã:ad gloriam & imperium. ¶Pater ipſe

Spumabat ferus ore vomens,bellumq́; ciebat.
At verò dignum inuenit pro talibus auſis
Exitium,qui te tandem victore momordit
Nigrantem proſtratus humum: nunc improbus ædes
Tartareas viſurus eat,quæratq́; ſub imo
Nunc alias Acheronte acies,aliosq́; Hymenæos.
Tu melior ſuccede bonis Laurentibus hęres,
In te omnis domus,& feſſi inclinata Latini
Spes iacet,vnum omnes Itali ſuper aurea mittunt
Sydera,& ingentem bello,& cœleſtibus armis
Extollunt,& vera canunt pręconia voces:
Te grauium veneranda patrum,conſultaq́; turba,
Inualidiq́; ętate ſenes,te lęta iuuentus,
Et cupidæ matres,pueri,innuptæq́; puellæ
Vnanimesę quo ore volunt,Turnumq́; ſub armis
Exultant cecidiſſe tuis:te tota precatur
Auſonia,& claris pręſtantem laudibus effert,
In te vnum conuerſi oculi pater ipſe Latinus
Iam ſenior ſola hęc longęuæ munera vitæ,
18 Qui gnatam tibi iungat,habet,generiq́; nepotes
Troianos Italo admiſtos in ſæcula mittat.
Ergo age magne veni Teucrorum ductor,& altos
Ingredere,& celebres cape,quos ſpondemus, honores.
[Finierat,cunctiq́; eadem ſimul ore fremebant. POE.
Quos pius Æneas hilari cum fronte recęptos
Proſequitur paucis,& amico pectore fatur.
[Nec vos,nec placida ſolitũ ſub pace Latinũ ÆNE.
Arguerim,verum infeſti violentia Turni
Tantũ opus,haud dubito,& tanti diſcrimina Martis
Conciuit:iuuenilis enim plus laudis amore.
Quidquid ideſt tamen Auſonij,nil pacta recuſo
Connubia:& ſanctam æterno cum fœdere pacem
Iungere,rex idem imperium,& veneranda tenebit
Sceptra ſocer,ſtatuentq́; mei mihi mœnia Teucri,
Et nomen natæ vrbis erit,ſociosq́; penates
19 Adijciam:vos communes in ſęcula leges,
Concordesq́; ingenti animo mittetis amores.
Interea quod reſtat adhuc,imponite flammis
Corpora,quę duri miſeranda inſania belli
Arripuit:dehinc nos quum primum craſtina ſurget
Clara dies,lęti Laurentia tecta petemus.
[Dixerat,& tanto affatu conuerſa tenebat POE.
Ora ſimul.ſtupefacti omnes,& apertius ingens
Mirantes pietatis opus,mox robore toto
Congeſtas rapuere pyras,ignemq́; repoſtis
Ciuibus immiſere,altumq́; ſub ęthera fumus
Euolat,atq; atris cœlum ſublime tenebris
Conditur:innumeras ex omni rure bidentes,
Glandiuorosq́; ſues iugulant,pingueisq́; iuuencos,
Immittuntq́; rogis latos incendia campos
Enudant,fremit impulſus clamoribus aer.
20 Iamq́; ſequens clarum extulerat lux aurea Phœbum
Tunc Teucri,Auſonijq́; omnes miſto agmine lęti
Conſedere in equis,& greſſum ad tecta mouebant
Laurenti,atq; altis erectam mœnibus vrbem.
Ante omnes pius Æneas,poſt ordine Drances
Multa duci ſenior memorans,dehinc vnica proles
Aſcanius,multumq́; animi maturus Alethes,
Et grauis Ilioneus,Mneſtheusq́;,acerq́; Sereſtus,
Sergeſtus,fortisq́; Gyas,fortisq́; Cloanthus:

Latinus Iã ſenior.)Ergo e vi
cino,promittitur regni ſucceſ
18 ſio.⸿ Qui gnatã tibi iũgat,ha/
bet.) Qui.i.vtpote is,q & mit
tat nepotes in ſæcula.i.in per/
petuam ſucceſſionem.ſ.Troia
nos:admixtos generi.i.proge
niei Italo,hoc ẽ ſanguini Ita
lico,ex parte materna. Hæc
autem omnia,tendunt in glo
riã domus Iuliæ,quæ ab Æ/
nea originẽ traxiſſe gloriaba/
tur. In qua re,ſicut in alijs fe/
re omnibus,Virgilium inſeq/
tur:illiusq́; verba fere ſumit,
ſed longo interuallo, ſi quid
mihi recti eſt iudicij. nã mul/
tum ab illius caloribus frigęt.
Non eſt tamen vſquaquaq; cõ
temnendus poeta,ſi ſeorſum,
ſolusq́; inſpiciatᷣ,quãuis nihil
ad Maronẽ. ⸿ Finierat &c.)
Id quoq; tractum eſt ex Ma/
rone,qui cõſimilem oronem
Dranci dat lib. 11. ⸿ Hilari cũ
fronte.) Non vacat cum,quia
non inſtrumentum, ſed comi
tantiam connotat: non enim
fronte,ſed manibus recipiun/
tur amici. Frons autem,maxi
me index eſt lætitię, aut triſti
tię.vñ de Marcello, Sed frõs
lęta parum. Item pudoris,vt
fidei: vnde dictum eſt, Fronti
nulla fides: quis enim non vi/
tijs abũdat? Triſtib. obſcœnis?
Et ideo dicunᷣ effrontes, qui
pudorem,& verecũdiam nõ
habent. ⸿ Et amico pectore.)
More Virgiliano, pmittit ha/
bitum futuræ orationis. ⸿ Nec
placida ſolitum ſub pace Lati
nũ.) Sic Maro in. 8. Rex arua
Latinus,& vrbes Iam ſenior
lõga placidas ĩ pace regebat.
⸿ Conciuit).i.cõcitauit. ⸿ Iu/
uenilis enim plus laudis amo
re.) Apoſiopiſis.i. reticẽtia ẽ.
voluit enim Æneas dicere,qđ
pl⁹ ęquo & iuſto, laudis amo
re efferebatur,aut qd ſimile:
quod quia inhoneſtum eſt,cũ
defunctis cõtendere reticuit:
addẽs Quidquid.i. ſiue iuſto,
ſiue iniuſto amore laudis ſuc
cenſus erat: tamẽ, o Auſonij,
ego nil.i.in nullo recuſo:con/
nubia pacta.i.per pactum pol
licita: & nõ recuſo iungere cũ
ęterno fœdere,pacem ſanctã,
ideſt inuiolabilẽ. Rex quidẽ.i.
qui nunc vrbis rex eſt: ſocer.i.
quia futurus eſt ſocer meus,
tenebit ĩperium: & venerãda
ſceptra.i.inſignia regni.i. licet
victor ſim,tamen non auferã
illi regnum. Nõ ſtaret verſus,
ſi dicatur,idem imperiũ: quia
(vt dicit Donatus) idẽ, in ma
ſcu.productum: in neutro ve
ro,correptũ ẽ in prĩa ſyllaba.
⸿ Statuẽtq; mei mihi, &c.)
Hoc in fœdere icto li. 12. pro
miſerat Æneas. ⸿ Et nomẽ na
tę vrbis erit.) Quia a Lauinia
vocabitur Lauiniũ. ⸿ Et adij/

ciam pẽates ſo.) Hoc & Iupi
ter ad Iunonem dixit futuꝝ,
lib. 12. dicẽs, Morem,ritusq́;
ſacrorum adijciam, Faciamq́;
omnes vno ore Latinos: vñ
nunc Æneas ex Iouis inſtin/
ctu,hęc dicit: quocirca Iupi/
ter prius dixit, Adijciam,ſicut
nũc Æneas: q avterq; adiecit:
Iupiter, vt cauſa mouens pri
mum: & Æneas vt exequẽs.
⸿ Vos communes,&c.) Quia 19
(vt Liui. cõmemorat) ꝓpter
originem Romani, cum Lati
nis multam ſocietatẽ inierũt.
⸿ Dehinc quãprimũ.) Sic ſcri
ptum reperi: & ita forte emiſ
ſum eſt: ſed vt prius docui,in
epte. Nam debuit dicere, quũ
primum: aut,vt primum: nũ
q̃;,quod exponitur ꝓ valde,
vt ſit valde pridem, aut cito:
ſunt autem verba Virgiliana.
Pręterea Pyrarum ĩſtructio,
& corporum exuſtio a Virgi/
lio tota ſumpta eſt. ⸿ Glãdile
gosq; ſues).i.q glandes lege
re,& poſtea frẽdere ſolẽt: ſed
tamen nõ videtur aptum ſui
bus epithetum: non enim, le/
gunt,ſed deuorãt glandes: q̃s
tamẽ rimanᷣ.i.e rimis eruũt
interdum: vnde & rimari trãſ
ſumptum eſt, ꝓ eo quod eſt,
inquirere. ⸿ Latos incendia cã
pos Enudant).i. ſpoliant.ſ.pe
coribus in eis errare,aut paſci
ſolitis. ⸿ Clarum Phœbũ).i. 20
ſolem rutilũ,& ſplendentem:
quaſi nuncium feſtiuitatis fu/
turæ: quod Maro diligentius
ſeruauit. ⸿ Cõſedere in eq.)ſ.
Teucri,i his quos Latin⁹ pus
dõauerat: aut quos hoſtib. ab
ripuerant: aut quos nunc ite/
rũ Latinus, κατὰ τὸ σιώπω/
μενον miſiſſe intelligeᷣ. ⸿ Ad
tecta Laurenti (.i. Laurentij.
⸿ Ante oẽs.) Sup. mouebat
greſſum. aptiorem tamen lo/
cum illi, Maro cõſignaſſet,vi
delicet medium. ⸿ Poſt ordi/
nem.) ideſt per ordinem. Nã
poſt,aduerbium eſt. hic autẽ
ordo obſeruari ſolet, i ſtatib.
mixtis: vt primus primi ſta/
tus,ac ordinis,ſit omniũ pri/
mus: & primus ſcđi ordinis,
ſecũdus: & ſecundus primi or
dinis,terti⁹: & ſic deinceps Er
go quia Drances erat pĩceps
legationis,erat ſecũdus in or
dine. ⸿ Multa duci ſenior me
morans.) Ideo multa qua ſe
nior: nã eſt laudator tempo/
ris acti ſe puero. ⸿ Dehinc vnĩ
ca ꝓles Aſcanius.) ſeruata.ſ.
rõne quã dixi: ⸿ Animi matu
rus Alethes.) Virg. matur⁹ ęui
dixit: & ẽ honeſtior loquutio
q̃; ſi dicaᷣ,maturus æuo. Is
enim,maturus æuo dr̃, quẽ
ęuum maturum effecit: is ve
ro maturus ęui,q ęuũ matuꝝ
fecit & tẽperauit. ⸿ Gyas.) q̃
vero Gyę necem pdixit Ma/
ro,

ro,oportet aut alium eſſe Gyā aut hunc illius immemorem. In cæteris tamen prudenter egit,vt eos cōmemoret,quos Maro in.5.dixit aucturos genus Romanum,& illi nomina daturos:vt Sergeſtū domus,ā quo Sergia,&c.⸿Interea effuſi ſtab.p mœnia ciues.)Docetur inſtabilitas vulgi,qđ fortu 11 nam ſequit.⸿Quos læta fronte Lati.)Potius fronte,q̄ animo,dixit:q̄a licet propter amatæ ſuſpendium doleret,tamen 11 p̄mit alto corde doloré.⸿Dardaniū Ænean.)Per n,ſcribendū eſt,propter vocalem ſequētem. vbi diligenter dixit Alexander,Rectus in à Græci,ſolet an quarto breuiari,q̄a à nominatiuo in as,nō breuiatur: ſicut nec en ab es lōgo.⸿Haud vera illuſit imago.)i.nō enim illuſit eū vera imago:q̄a facile erat eū inter cæteros agnoſcere,etiam lōge adhuc diſtanté. ⸿Tū q̄primū.)Iterū dicendū eſſet,quum primum data copia.in.7.Poſtq̄ introgreſſi,& coram data copia fandi,Et voces capere.ſic in.6.Veniſti tandem,tuaq́ꝫ expectata parenti. Vicit iter durum,pietas datur ora tueri Nate tua & veras audire & reddere voces. Cætera quoqꝫ verba Virgiliana ſunt: vnde ī.2.Æneidos,Æneas ad Hectorem,O lux Dardaniæ, 12 ſpes ò fidiſſima Teucrū,& Anchiſes ad eū in.6.Nec me mea cura fefellit.⸿Factū etenim.) Sed nec paruo ſtat.i.nō paruo conſtat Turno facinus,perpetratum contra deorum voluntatem.Bene dicit,Nec paruo: non,nec parui:quia duntaxat tanti,quāti,pluris,& minoris cum eorum compoſitis,dum ſine ſubſtantiuis ſunt,ponuntur cum verbis pretij in genitiuo:nam cætera omnia in ablatiuo.Vnde Maro in.2.Æneid. Et magno mercentur Atridæ. ⸿Numia Indignata vltricia.) Diuidēda ſunt epitheta,vt ſit, Numina vltricia miſere,ideſt miſerunt.indignata,ideſt quia idignata animis iuſtas pœnas. ⸿Quando.)Ideſt quandoquidem.⸿Omnis origo Seditionis.)Scilicet Turnus,& amata.⸿Sūt mihi regna,iacent erectis oppida muris.) Vnde in vij.de Latini regia,Multaq́ꝫ p̄terea ſacris in poſtib.arma Captiui pendent currus,curueq́ꝫ ſecures,Et criſtæ capitū & portaꝝ ingētia clauſtra,Spiculaq́ꝫ, clypeiq́ꝫ,ereptaq́ꝫ,roſtraq́ꝫ carinis.vnde videtur interpretari locum in.11.alioqui obſcu 13 rum,de auro Latini:vt intelli 12 gatur regis,non populi.⸿Quē contra.)Ideſt è diuerſo,ſupp. affatur:aut cōtra quem(quod durum eſſet)fatur.⸿In te horum

Poſt alij,miſtimq́ꝫ Itali.Teucriq́ꝫ ſequuntur.
Interea effuſi ſtabant per mœnia ciues,
Sublimeiſq́ꝫ alta ſtatuebant laude triumphos,
Troianam cupido expectantes pectore turbam.
Et iam aduentabant,quos læta fronte Latinus
Occurrens magna excæpit comitante caterua.
At poſtq̄ medio venientem ex agmine vidit
11 Dardanium Ænean,haud vera illuſit imago:
Nanqꝫ omnes ſuper excellens atqꝫ altior ibat,
Et late regalem oculis ſpargebat honorem
Sydereis:tunc quum primum data copia fandi eſt,
Et voces capere,atqꝫ optatas iungere dextras,
Incipit,& prior affatur placido ore Latinus.
⸿Veniſti tandem:cupidum nec fixa fefellit LATI.
Spes animum,lux Troianę clariſſima gentis,
Magnorum quem iuſſa deum tot caſibus actum
Italia,& noſtris voluerunt ſiſtere tectis:
Quāq̄ humana furens nimis auſa licentia ſanctas
Turbarit leges,& diuum exciuerit iras,
Quinetiam inuitum toties,meq́ꝫ arma negantem
Tradiderit duri perferre pericula Martis:
Factum etenim,ſed nec paruo ſtat:numina iuſtas
Indignata animis miſere vltricia pœnas.
Nunc age magne Phrygum ductor,qñ omnis origo
Seditionis abeſt,& tanti criminis author,
Connubijs ſuccede,& promiſſis hymenæis.
Sunt mihi regna,manent erectis oppida muris.
Sola autem feſſæ ſpes vnica noſtra ſenectæ,
Te generum,& natum tempus complector in omne.
12 Quē cōtra bonus Æneas.⸿Rex maxime nullā ÆNE.
In te horum cauſam armorum,tantiq́ꝫ tumultus
Crediderim,placidæ aſſueto ſub tempore pacis.
Et ſi qua eſt,pone hanc curam pater optime,queſo.
Nunc adſum,& patrem & ſocerum te lętus in omneis
Accipio caſus,magni mihi ſurgit imago
Anchiſæ,& rurſum ardebo genitoris amore.
⸿Talibus orabant inter ſe,& tecta ſubibant POE.
Regia:cum ſtudio effuſæ matreſq́ꝫ,nuruſq́ꝫ,
Longæuiq́ꝫ patres ſtabant,iuuenumq́ꝫ cohortes,
Pulchra reuiſentes Troianæ corpora gentis:
Ante omnes magnum Æneam,cupidoq́ꝫ notabant
Altum animo genus,& præſtantem frontis honorem,
Quæſitamq́ꝫ alacres,pacemq́ꝫ optata quietis
Munera laudabant:ceu quando longus & ingens
Agricolas tenuit reſolutis nubibus imber
Suſpenſos,curuumq́ꝫ diu requieuit aratrum,
Tunc ſi clarus equos ſpacioſo limine Titan
Laxet,& aurato cœlum ſplendore ſerenet,
Lætitia exundant,& ſeſe hortantur agreſtes:
Non ſecus Auſonij tam læto in tempore rerum
Compoſuere animos.& iam rex alta Latinus
Atria,regaleſq́ꝫ aditus intrarat,& vnà
Optimus Æneas,ſequitur quem pulcher Iulus,
Dehinc Itali,miſtiq́ꝫ Phryges:tum ſplendida lato
Applauſu,& magno completur regia cœtu.
Hæc inter matrum innumera,nurumq́ꝫ caterua
13 In medium comitata venit Lauinia virgo
Sydereos deiecta oculos,quam Troius heros
Virtute & forma ingentem,mirabile dictu,
Vt vidit,primo aſpectu ſtupefactus inhęſit,

rum cauſam armorum.) Abſumptio literarū,& r literę repetitio,durum verſum:ſed in re tali,vtpote terribili,cōgruū faciunt.Ordo eſt.In te aſſueto ſub tēpore placidæ pacis.⸿Socerum te lætus in omneis Accipio caſus.)Sic Iulus ad Euryalū lib.9.Iam pectore toto Accipio,& comitē caſus complector in omneis.⸿Magni mihi ſurgit imago Anchiſæ.)Sic in 2.Subijt chari genitoris imago.⸿Ardebo genitoris amore.)Id ſecundum grammaticē poetice autē dixit Maro,Corydon ardebat Alexin.⸿Matreſq́ꝫ.)Ideſt matronæ.⸿Nuruſq́ꝫ.)i.nubiles,aut ſponſæ. ⸿Pulchra reuiſentes.)i.iterū, atqꝫ iterum videntes:quia pulchra & peregrina.Sed caſtius Virg.lib.4.dicens,Multa viri virtus animo,multuſq́ꝫ recurſat Gentis honos.Non à corpore ſed ab animis laudat.Sed ibi,de regina caſta:hic etiam, de plebe ſit mētio.⸿Ceu quando longus & ingens.)Quia alterum ſine altero eē poſſet.Eſt autem comparatio ſatis apta. nam non minus per bella,q̄ per hymbres abducūtur coloni:vnde in Geor.Squalent abductis arua colonis.⸿Clarus Titan.)ideſt ſol.⸿Laſſet.)i.fatiget,celeriter currēdo.⸿Splēdore aurato.)ideſt auricomis radijs.⸿Et iā rex alta Latinus Atria.)Malus eſſet verſus:niſi ponatur cōiunctio,&,quam ablatam inuenimus.⸿Et vna Optimus Æneas.⸿Vna.)i.pariter,cōiunctis.ſ.manib.ita vt neuter alterū præcederet.Dehinc quia Latinum comitabantur:mixtiq́ꝫ Phryges:bene mixti,ne poſteriores cenſeantur. ⸿Tum ſplendida lato Applauſu,&c.)Vt plurimum,ſingulis ſingula,dat epitheta:quæ carmen cōcinnū quidem reddūt: ſed nimis phucus(vt ait Quinti)vitandus eſt:q in hoc poemate videtur ſatis,ſuperq́ꝫ affectatus.⸿Regia.)Eſt domus regis,Gręce αὐλὴ dicitur:quā aūt vulgus aulā,vocat:potius antrū,dixeris.⸿Hęc int.)anaſtrophe.i.inter hęc.ſ.dū hęc fierēt.⸿Deiecta oculos.)i.habēs oculos deiectos:vnde lib.11. 13 Subuenitur magna matrū regina caterua Dona ferens,iuxtaq́ꝫ comes.Lauinia vir.Cauſa mali tanti:atqꝫ oculos Deiecta decoros.ideo igitur,deiecta:q̄a cauſa mali tanti:& nūc, quia ſponſa futura.⸿Primo aſpectu ſtupefactus inhæſit.) Mira laus decoris Lauiniæ: vnde de Ænea dictum eſt in 1.Obſtupuit p̄mo aſpectu Sidonia Dido,Caſu deinde viri tanto.⸿Qui haud parua ſpe ductus.)Quia operæ pretium cenſuit.

Et ſecum Turni caſus miſeratus acerbos,
Qui haud parua ſpe ductus,ouans in prælia tantos
Ciuiſſet motus,duriſq; arſiſſet in armis.
Tum verò æterno iunguntur fœdera nexu
Connubij,& multa canunt cum laude Hymenæos,
Dehinc plauſus,fremituſq; altum ſuper aera mittunt,
Et lætam vocem per regia tecta volutant.
At fidum interea Æneas affatur Achaten,
Vadat & Andromachę quondã data munera veſtes,
Intextas auro ferat,& quod ſæpe ſolebat,
Dum res Troianę ſtabant,circundare collo,
Auratum gemmis circunſeptumq; monile:
Præterea magnum cratera in pignus amoris,
Quem Priamus patri Anchiſæ donauerat olim.
Nec mora,iuſſa ſequens pulcherrima portat Achates
Munera:tunc ſocer ingentem cratera Latinus
Donatum capit,ac coniux Lauinia veſtes,
Atq; monile decens:placido dehinc pectore ſeſe
Demulcent,varijſq; trahunt ſermonibus horas,
Et iam tarda epulas fugientis tempora lucis
Poſcebant,mox regali conuiuia luxu
Effundunt,latoſq; alta intra tecta paratus.
24 Conuenere,omnes ſtrato diſcumbere in oſtro
Delicijs iuſſi,& dapibus ſe inferre futuris.
Dat manibus cryſtallus aquas,menſiſq; reponunt
Flauentem Cererem,tum læta fronte miniſtri
Innumeri magno diſtinguunt ordine curas.
Pars dapibus reficit menſas,pars pocula miſcet,
Crateraſq; replet:nunc hac nunc voluitur illac
Turba frequens,varios miſcentq; per atria motus.
At puerum pater immotis ſpectabat Iulum
Luminibus,vultum admirans,moreſq; Latinus,
Et grauiter puerili ex ore cadentia verba,
Maturumq; animum ante annos:& multa rogabat,
Permiſtas referens voces,dehinc oſcula figens
Dulcia complexum manibus,iunctumq; fouebat.
Et nimium exultans,felicem & munere diuum
Donatum Æneam pro tali prole,ferebat.
Poſtq̃ epulis compreſſa fames,traducere longam
Incipiunt fando,& labentem fallere noctem,
25 Nunc duros Troię caſus,genteſq; Pelaſgas,
Nunc fera Laurentis memorantes prælia pugnæ,
Quo primum diffuſæ acies,quo tela viciſſim
Pulſa loco,qui primus ouans inuaſerit agmen,
Fulmineumq; ardens in equo madefecerit enſem,
Præcipue Tros Æneas,ſeniorq; Latinus
Magnorum heroum,Latijq; antiqua potentis
Geſta recenſebant,fugientemq; horrida gnati
Arma ſui Saturnum,Italis latuiſſe ſub oris,
Hinc Latium dixiſſe,genuſq; in montibus altis
Compoſuiſſe vagum,legeſq; & iura dediſſe:
Et Bacchi,& frugum cultus,dehinc tecta ſequutum,
Eſſe paterna Iouem,vtq; Electra Atlantide cretus
Iaſio Idæas cæſo Phrygiæ iſſet ad vrbeis
Dardanus,ex Corytho multa cum gente profectus:
26 Vtq; inſignem aquilam dono,& Ioue patre ſuperbus
Hectoreæ gentis ſignum,illuſtreſq; tuliſſet:
Primus auum titulos,Troianæ ſtirpis origo.
Talibus atq; alijs inter ſe longa trahebant
Tempora,tum fremitus,lętæq; per atria voces

cenſuit,pro tali virgine omnia dura pati. ¶ Ciuiſſet.) Cõcitaſſet:à cieo:vnde eſt,Bella cient. i. concitant. ¶ Cõnubij,& multa canunt.) Malus verſus, vñ legendum, Cõnubij & multa cantant cum laude. aut, Multaq; canunt cum laude Hymenæos.i.dicũt epithalamia i.carmina nuptialia:quæ lęta,& iocunda,cum bonorũ multorũ cõprecatione fieri ſolent:vnde Iuuenalis.dictum eſt, Feliciter,&c. Quis autem ſit Hymenæus:dictum eſt alibi. ¶ Et lætam vocẽ.) Quia omnis triſtitia ab nuptiarum auſpicijs ꝓſcribebatur. ¶ At fidũ interea.) Sic in.1. Mittiť ad naueis, ſed ibi,epithetõ,negocio aptum, delegit poeta,dicẽs,Rapidum ad naueis præmittit Achatem Sed non incongrue hic,fidum dicit:quia ad talia dona afferẽda, non niſi fidus mitteretur. ¶ Munera.) Munera autẽ Andromachẽ Æneæ dediſſe,docuit poeta in.3.dicens,Nec minus andromache digreſſu mœſta ſupmo Fert picturatas auri ſubtegmine veſtes,&c. ¶ Magnũ cratera.) Declinatur enim hic crater:& eſt poculũ. ¶ Donatum capit.) Ideo capit,quia donatum. Accipimus enim,& capimus ab alijs: ſumimus ꝑ nos. Totus autem apparatus cõuiuij,ſumptus ẽ ex.1. Æne. vbi deſcribitur conuiuium Didonis ſic,At domus iterea regali ſplẽdida luxu Inſtruitur, medijſq; parãt cõuiuia tectis, Arte laboratæ veſtes, oſtroq; ſuperbo, Ingens argentũ menſis,cælataq; in auro Fortia facta patrũ,ſeries longiſſima rerũ. Et paulopoſt,Dant manib. famuli lymphas,Cereremq; caniſtris Expediunt,&c. Vñ quæ hic exponenda ſunt,illinc erui poſſint:vt ſtrato oſtro.i.tapetib.purpureis. Nam quæ ſternuntur,intexta velamina, tapetes,aut tapeta vocãtur:quæ vero ſuſpẽduntur in aulis, aulea dicuntur.
24 ¶ Cõuenere.) Diſcubuere:Græce id dictũ eſſet. Nã Latine dicas: diſcubitum, aut diſcubituri,aut ad diſcumbẽdũ:vñ melius cõſtruas:conuenere iuſſi diſcũbere. ¶ Strato diſcũ.in oſtro.) i.purpura. ſic in.1. Cõueniũt ſtratoq; ſuper diſcũbitur oſtro. Sed eiuſmodi luxus nõ videť tam congruus Italicæ parſimoniæ, ac tyrijs opib. vñ de Carthagine,Diues opum,ſtudijſq; aſperrima belli. Et ideo licet imitetur poetã, lõgo tamẽ id facit interuallo: multũq; ab illo friget:ſed non oĩa poſſumus oẽs:facilius eẽt vitia notare,q̃ ſine vitijs ſcribere. ¶ Et ſe inferre Delicijs, & dapib.futuris.) ſ.deinceps illis nam & præſentes erant: alioqui enim ſe nõ inferrẽt. ¶ Cryſtallus.) Vas cryſtallinũ. ¶ Cererem.) i.panem. ¶ At puerum pat.&c.) Id & Dido in Cupidine,ſibi forma Aſcanij fecit. Magis autem cõgrue dicitur, Latinus,mores miratus,& prudẽtiã,quã vultum:ſed vultus,ẽt animi index eſt:vñ & vultum decentẽ in puero,decenter mirari potuit. ¶ Et grauiter puerili ex ore cadẽtia verba.) Id.n. mirandum:nam verboꝝ grauitas,puerili ętati non congruit. Vnde Perſ. per irriſionem, Scilicet ingenium,& reꝝ prudentia velox,Ante pilos venit,dicenda,tacendaq; calles. Plus ꝑterea mirandum erat, Verba grauiter cadentia.i.quod grauiter cadebant:q̃ ſi grauia,dixiſſet. Nã facile poteſt imprudẽti,dari grauis ſermo: dummodo ex alterius ore loquať: at difficile eſt,eum grauiter loqui. Quod autem dicit, Cadentia verba:laudem auget. Nam pauca verba,etiã grauiter ꝓferre poſſunt pueri:ſed difficillimum eſt dum ea cadunt.i.ꝑcipitanter:aut in morẽ torrentis fluunt,grauiter efferri. ¶ Maturum animum.) Sed q̃ras,quõ matuꝝ agnouit animum:nempe ex oratiõe. Nã ex abundãtia cordis os loquitur. ¶ Donatũ Æneã pro tali prole ferebat.) Quia parentum felicitas,cõſiſtit in bonis liberis: vñ Helenꝰ ad Anchiſen, Vade (ait) ò felix nati pietate. & Æneas ad Didonem, O qui te talem genuere parentes. ¶ Poſtquã epulis compreſſa fames. Virgil. dicit, Exempta fames. ¶ Labentem fallere noctem.) Ideſt trãſigere imperceptibiliter. 25
¶ Nũc duros Troiæ caſus.) Locus ſumptus ex fine.1. Ænei. vbi dicitur, Necnon & vario noctẽ ſermone trahebat Infelix Dido, longumq; bibebat amorem, Multa ſuper Priamo rogitãs, ſuper Hectore multa, Nunc quibus Auroræ veniſſet filius armis,&c. ſed huiuſmodi traductio temporis, videtur importuna huic loco:vbi ſponſus nouæ nuptę,iungẽdus erat. Sumpta etiam eſt pars ſermonis, quem dat Latino ex ſermone Euãdri li.8. habito. ¶ Legeſq;, & iura dediſſe.) Maro autẽ dicit,ipſam ante aduentum, præcipue Saturni,gentẽ haud vinclis,nec legibus æquam:idem tamẽ atteſtatur Saturnum eis leges dediſſe,dicẽs, Primus ab æthereo venit Saturnus olympo Arma Iouis fugiens,& regnis exul ademptis, Is genus indocile,ac diſperſum montibus altis Compoſuit, legeſq; dedit, Latiũq; vocari Maluit: his quoniam latuiſſet tutus i aruis,&c. ¶ Et Bacchi,& frugũ cultus.)

Alta volant,ſtrepitu ingenti tectum omne repletur.
Dant lucem flammæ,& lato ſplendore coruſcant.
Conſurgunt Phryges,& cythara reſonante ſequuntur
Auſonij,& plauſum ingeminãt,ſeq; agmine toto
Permiſcent,variantq; pedes,raptimq; feruntur.
Et iam feſta nouem largo connubia luxu
Attigerant celebrata dies:tum maximus heros
Æneas vrbem curuo ſignabat aratro,
Fundabantq; domos,& amictas aggere foſſas.
Ecce autem fatum haud paruum,diffundere flammam
Ingentem,& fulgore leuem,& ſe nubibus altis
Miſcentem ſummo Lauinia vertice viſa eſt.
Obſtupuit pater Æneas,duplicesq; tetendit
Ad cœlum cũ voce manus.⸿Si Iupiter vnquã ÆNE.
Gens monitis Troiana tuis,terraq;,mariq;
Paruit,imperijsq; libens,ſi numina veſtras
Si metui,coluiq; aras:per ſi quid agendum eſt,
Quod reſtat,placidam felici afferte quietem
Augurio,& firmate,maliſq; imponite finem.
[17] ⸿Talia iactantem circunſtitit aurea mater POE.
Se Venerem confeſſa,almo & ſic edidit ore.
⸿Gnate animo pone hanc curã,& meliora capeſſe VE.
Signa deum,gaudensq; bonis ſuccede futuris:
Nunc tibi parta quies,nunc meta extrema malorum,
Nunc tandem optatam componunt ſæcula pacem.
Nec flammam ad cœlos perlatam è vertice charæ
Coniugis horreſce,ac conſtantem dirige mentem.
Nanq; erit illa tuum celebri quæ ſanguine nomen
Troianoſq; auctura duces ad ſydera mittat:
Hæc tibi magnanimos ſublimi prole nepotes
Conferet,egregijs totum qui laudibus orbem
Complebunt,totumq; ſua virtute potentes
Sub iuga victoreſq; trahent:quos gloria ſummo
Oceanum tranſgreſſa ingens æquabit Olympo:
Quos tandem innumera ardens poſt illuſtria rerum
Geſta deos factura,vehet ſuper æthera virtus.
Hanc flammam ventura tuæ præconia gentis
Deſignant,hoc omnipotens è culmine ſignum
Sydereo dedit:at tantarum in munera laudum
Quam ſtatuis,dicas à nomine coniugis vrbem.
Pręterea ſacros Troia ex ardente penates
Ereptos compone noua intra mœnia,& altos
Infer ad ęternum manſuros tempus honores:
[18] Hi(tibi mira feram)tanto vrbis amore trahentur,
Vt vecti ad ſedes alias,loca prima Latini
Sponte ſua repetent,iterumq; iterumq; reuerſi.
O felix quem tanta manent.dehinc pace tenebis
Sub placida gentem Iliacam,poſt feſſus & ęuo
Confectus,tandem Elyſias ſocer ibit ad vmbras,
Succedes ſceptro,atq; Italis dominabere,leges
Cõmunes Teucriſq; ferens:tum lætus ad altum
Te mittes cœlum:ſic ſtat ſententia diuum.
⸿Dixit,& inde leues fugiens ſe vexit ad auras. POE.
Æneas tanto ſtupefactam nomine mentem
Perculſus,diuæ peragit mandata parentis.
Et iam compoſitos felici in pace regebat
Dardanidas,& iam decedens ſceptra Latinus,
Liquerat,& pius Æneas ſucceſſerat,omnem
Auſoniam,lataq; potens ditione tenebat.
Iam paribus Phryges,atq; Itali ſe moribus vltro,

cultus.)Vnde à Virgilio, viti-
ſator dicitur.⸿Dehinc tecta ſe-
quutum Eſſe paterna Ioue.)
Quia in Italiam venit,vbi ex
Electra,Atlantis filia, Darda-
num genuit, qui occiſo Iaſio
fratre:tandem ad Phrygiã pue
nit.⸿Ex Corytho.)Scilicet vr
be Italię:vnde in.3.Corythũ:
terraſq; require Auſonias,Di-
ctæa negat tibi Iupiter arua.
16 ⸿Vtq; inſignem aquilã.)Aqla
dicitur in tutela Iouis,& ei ful
mina miniſtraſſe:eo quod di-
recto obtutu,ſolis radios inſpi
cit,nec fulmine vincit.Hãc au
tem Romani,pro inſigni habe
bant:qa per auſpicium aquila
rum,inditũ eſt à Romulo vrbi
nomen:vnde Luca.Signa pa-
reis aqlas.adludit ergo ad Ro
manoꝝ ſigna:volens ea etiam
Troianis vñ oriundi ſunt,fuiſ-
ſe:& Dardano, ab Ioue dono
data.⸿Dant lucem flammæ.)
Sic in.j.Et noctem flammis fu
nalia vincũt.⸿Et cythara.)Sic
In.j.Cythara crinitus Ioppas
Perſonat aurata &c.⸿Variãtq;
pedes.).ſ.ſaltãdo,ad modulos
pſallentium:vñ ductitantium
choreas,geſtum exprimit.⸿Et
Iam feſta nouem largo connu
bia luxu Attigerãt cele.dies.)
Nouem dierum tp̃s priſcis,ce
rimonijs ſæpe adhibitum legi
mus:quod & noſtræ religiõis
pfeſſores,obſeruant in purga
tionib.& reb.diuinis.Volunt
quidam,eo quod fit ternarius,
ter repetitus:ex omni angulo,
trinitatem conſtituens:ſed ni-
hil ad hũc locum.⸿Æneas vr-
bem curuo ſignabat aratro.)
Nam ab vrbo,parte aratri,di-
ctam vrbem vult Seruius:du-
cebãtur aũt primo mœnia ara
tro,à boue,vt dicunt:& equo
tracto,vt pacis & belli, felici-
tate gauderent:vbi vero porta
fieret,portabatur aratrum:vñ
à portando,portam dictã vo-
lunt: Varro tñ, ab iportandis
rebus.⸿Fundabãtq; domos.)
ſ.Troes,qa ſeruile eſt officium
ſed primum ſulcum deducere
pontificale.vñ illud, Famulis
hoc Æneæ cõtribuit.Sane fun
dabant domos dicit:pro fun-
damenta domuum iaciebant.
Nam fundare, eſt confirmare
res prius iactas: fundamenta
Iacere,eſt ea inchoare:eo quod
nobiles q claris ædificijs,fun-
damenta pria iaciunt,non de-
ſcendunt in ſcrobem: ſed pri-
mum(vt aiunt)lapidem deij-
ciunt:poteſt tamen fieri: vt in
eo loco fuerint, domus quas
Æneas fũdauerit,& muro cin
xerit:& ita ꝓprie ponit.⸿Ecce
autem fatum haud paruum.)
Alij,fatu, legunt: vt ſit,haud
paruum.i.res haud parua fatu
i.ad fandũ,aut dum fatur:aut
ecce autem prodigium,ſupp.
aut

aut mõſtrum,aut portentum:
quod etiam Aſcanio & Laui-
niæ contigiſſe Maro memora
uit:omnia igitur inuenta ſunt
Maroniana: fere verba: ſed
non tam apte poſita, vt ab il-
lo,Duplicesq; tetendit Ad cœ
lum cum voce manus: verba
ſunt Virgiliana,Ænei.2.At pa-
ter Anchiſes,oculos ad ſydera
lætus Extulit,& cœlo palmas
cum voce tetendit.⸿Talia ia- 17
ctantem,&c.)Nulla videtur in
verbis iactantia, ſed precatio,
cum decenti fiducia.Aliter au-
tem in.1.dixit Maro,Talia ia-
ctanti ſtridens Aquilone pro-
cella: quia ibi nequidq; mor-
tem precabatur.⸿Aurea ma-
ter.)Dicitur à Virgilio quoque
Aurea Venus.⸿Se Venerẽ con
feſſa.)Vnde li.2.Alma parens
confeſſa deam,qualiſq; videri
Cœlicolis & quãta ſolet.⸿Nec
flammam,&c.) Inanis præcæ
ptio:qa ipſe Æneas,nouit eius
rei ſignificationẽ felicem eſſe:
vt ex.2.Æneid.& alijs qbuſdã
poetæ locis cõſtat.⸿Oceanum
tranſgreſſa.)Propter deuictos
Britannos,quos Anglos voca
mus: aut propter id quod di-
ctum eſt in.1.de Iulio Cęſare,
Imperium Oceano famam qui
terminet aſtris.⸿Hanc flam-
mam ventura tuæ p̃conia gen
tis Deſignant.)Videtur hypal-
lage:vt ſit ꝓ eo quod eſt,Hæc
flamma deſignat pręconia tuę
gentis.Dicit aũt,Deos factura
Vehet ſuper æthera virtus:ꝓ-
pter Romulũ,& Iulium Cęſa
rem:quos in deos trãſlatos fin
gunt.⸿At tantarum in mune-
ra laudũ.)Sic verior eſt lectio:
vt ſit,in munera.i.ad munera:
hoc eſt,pro munere tantarum
laudum.i.in recõpenſationem
tantæ laudis:quę tibi per Laui
niam portenditur: donabis eã
hoc honore:vt,Vrbem quã ſta
tuis:ab eius noĩe Lauinium ap
pelles.⸿Præterea ſacros,&c.)
Coluerunt Romani Phrygios
deos.vnde hæc ficta.⸿Hi(tibi 18
mira ferã)tanto,&c.)Parẽthe
ſis eſt,tibi mira ferã.i.miranda
dicam.Nam ordo eſt.Hi.ſ.dij
penates,trahentur tanto amo
re vrbis,vt ipſi vecti, ad alias
ſedes repetant ſua ſponte.i.per
ſe:ꝓma loca Latini.ſ.vrbis:re-
uerſi iterumq;, iterumq;.i.ſe-
mel,ac iterũ:aut iterum,atque
iteꝝ:quod & in hiſtorijs legit.
⸿O felix,quem tanta.)ſ.orna-
menta,& dona:manẽt.i.expe
ctant:& cui tanta futura ſunt.
⸿Tandem Elyſias.)Non con-
gruit illi quod dictum eſt in.1.
Sublimẽq; feres ad ſydera cœ
li,magnanimum Æneam,Ter
tia quum Latio regnantem vi-
derit æſtas, Ternaq; tranſi-
liẽt Rutulis hiberna ſubactis.
Nã ſi poſt ſubactionẽ rutulo-
rum,



# P.VIR.MARONIS OPVSCVLA.

## AD OCTAVIVM

## CVLEX.

Luſimus Octaui gracili modulante Thalia:
Atq; vt araneoli tenuẽ formauimus orſum:
Luſimus, hęc propter culicis ſint carmina dicta:
Omnis vt hiſtoriæ per ludum conſonet ordo:
Notitiæq; ducum voces, licet inuidus adſit.
Quiſqs erit culpare iocos, Muſamq; paratus:
Pondere vel culicis leuior, famaq; feretur.
Poſterius grauiore ſono tibi Muſa loquetur
Noſtra: dabunt cum ſecuros mihi tempora fructus,

DOMITII CALDERINI IN OPUSCULA VIRGILIJ COMMENTARIJ.

Paſtor oues, de more ad vmbram compellens, ad fontẽ platanis & alijs arboribus inumbratum peruenit, huius aquam ſerpẽs bibere ſolitus illuc peruenit: paſtorem qui obdormierat repperit, & morſu impetere nitebatur. Culex paſtorem mordens excitauit: paſtor Culicem manu captum interemit: & indignatus poſtea ꝙ culicẽ ſuæ ſalutis cauſam interemerat, iterum obdormiuit, culicem inquiete videt, ei omnem inferorum curã monſtrantem: excitatus denique ſomno ei ſepulchrum miro inſtruit ornatu. ¶ Thalia.) Muſas, Iouis & Memoriæ filias, poetæ tradunt. alij Theſpidis, ac Iouis. alij terræ, ac cœli. Quidã treis eſſe ſenſerũt, Homerus nouem eſſe aſſerit, Heſiodus nomina recenſet, videlicet Clio, Euterpe, Thalia, Melpomene, Terpſicore, Erato, Polymnia, Vrania, Calliope. Diodorus harum nominib. proprietatem ponit, vt κλέω. i. Clio, propter gloriam, quæ ex poetarũ laudibus oritur. εὐτέρπη. i. Euterpe, ob voluptatem percæptam ab audientibus, θαλεία. i. Thalia, quoniam poetarũ laus lõgo tempore viret: θαλλεῖν, dicitur virere. μελπομένη. i. Melpomene, a melodia: qua demulxerat audientes: μέλπω enim, mulceo dicitur. τερψιχόρη, Terpſicore. i. oblectatio, ob doctrinæ bona. ἐρατὼ, Erato, ab amore, quẽ ἔρωτα vocãt: ꝙ docti amẽt homines poetas. πολύμνεια. Polymnia, quaſi multa laus, & memoriæ immortalitas. οὐρανία Vrania, ob cõcẽtꝰ ſuauitatẽ & gloriã, ꝙ viros doctos ad cœlũ tollat gloria: οὐρανὸς enim, cœlũ eſt. καλλιόπη, Calliope. i. pulchra vox: & cãtus ſuauitate cæteros antecedentes, magis ab auditoribus æſtimentur.

IODOCI BADII Aſcenſij in Vir. Opuſcula explanatio.

Luſimꝰ Octaui.) Sicut in p̃fatione ſyluarũ ſuarũ atteſtatˀ Papinius, & Homerus, & Maro fecerũt quædã quaſi ingenij ſui præludia: inter quæ culicem expreſſe cõmemorat, opus profecto lepidũ, & in re tenui non tenuẽ gloriam meritum. Inter animãtia. n. vix quidq̃; minus culice: attamẽ de eo rem arduã, & ex medullis philoſophiæ hauſtã confecit: inſequens præcipue paradoxon Pythagoricũ, aſſerens videlicet etiã culicis manes ac vmbras poſt mortẽ extare. Docebat. n. Pythagoras (vt in litera Pythagoræ latius declaraturi ſumus) vnum, eundẽq; eſſe in hominibus, & in brutis animum: vſq; adeo vt de vnius corpore, viciſſim in alterius corpus migret: vnde oritur Culicis deploratio, cuius ad inferos cogentur manes deſcẽdere, imo iam coacti erãt: recipi tñ nondum potuerunt, cũ viderẽtur adhuc corpori obnoxij, quia nondũ obtinuerat legitimã ſepulturã. Quã rem tangit Virg. Æneid. vj. ex Ægyptiorum dogmate, dicẽs, Nec ripas datur horrendas, nec rauca fluenta, Trãſportare prius, q̃; ſedib. oſſa quierunt, Centũ errant annos, volitãtq; hæc littora circum, Tum demũ admiſſi ſtagna



UNIVERSITA

exoptata reuiſunt. Inducitur ergo in hoc ope ſpiritus culicis, a paſtore interfecti, ab inferis: eo ꝙ inſepultus eſſet rediens, munusq́; ſepulturæ ab eo implorans: eiusq́; occaſione multa, quę iam apud inferos procul viderat, recitans. Reliqua argumenti, ſatis a Calderino explicātur. ℭ Ordo igitur eſt. O Octaui. ſ. Auguſte: quem vulgus Octauianum appellat: nos luſimus. i. tenuiter deſcripſimus, opus nō magni ponderis: & hoc Thalia. i. muſa noſtra: modulante. i. modulāte dictāte. Atq; formauimus orſum. i. contextū: tenuem. i. modicū: vt araneoli. i. parui aranei. (Nā vermis, araneus dicitur: tela vero proprie, aranea: ſed confunduntur. Orditur aūt tam textor, q̄ ſcriptor: vnde, Ordimur telas, ordimur verba loquēdo.) Luſimus, inquit: & hoc ꝑpter i. ꝑpterea: i. ꝑpterea: hæc carmina ſunt dicta culicis. i. de culice cōpoſita: vt omnis ordo. i. contextus hiſtoriæ, cōſonet per ludum (quo verbo dicēdis fidē adhibiturū negat.) Notitiæq́; ducū voces: & vt voces, notitiæ ducū cōſonēt ludo. Voces ſunt notitiæ ducū: quia (vt dicit Hora.) Paulum ſepultæ diſtat inertiæ cælata virtus. Et alibi, Neq; ſi carthæ ſileant, quod bene feceris mercedē tuleris, &c. (Alij legunt, Nutricesq́; ducū: alij, Nutritæ.) voces igiť ſunt notitiæ, aut nutrices ducū, licet inuidus adſit. Quiſq; erit paratus culpare iocos. ſ. meos, & Muſam: fereť. i. habebiť leuior: vel. i. etiā, pondere culicis, & fama. Noſtra Muſa loquetur tibi poſterius. i. poſtmodū ſono grauiore: cum tempora dabunt fructus ſecuros. i. ſine cura poſſidenda otia: aut forte ſignificat ſe, nec dū agrorū ſuorū fructus ſecure percipere.

Vt tibi digna tuo poliantur carmina ſenſu.
Latonæ, magniq́; decus Iouis, aurea proles
Phœbus erit noſtri princeps, & carminis author,
Et recinente lyra fautor: ſiue educat illum
Alma Chimæreo Xanthi perfuſa liquore,
Seu nemus aſteriæ, ſeu qua Parnaſſia rupes:
Hinc atq; hinc patula præpandit cornua fronte:
Caſtaliæq́; ſonans liquido pede labitur vnda.
Quare Pierii laticis decus ite ſorores
Naiades: & celebrate deum ludente chorea.
Et tu ſancta Pales, ad quam ventura recurrunt
Agreſtum bona, ſecura ſit cura canentis.
Aerios nemorum cultus, ſyluasq́; virenteis.
Te cultrice vagus ſaltus feror inter & aſtra.
Et tu, cui meritis oritur fiducia tantis
Octaui venerande meis allabere cœptis,
Sancte puer, tibi nanq; canit non pagina bellum:
Phlegra giganteo ſparſa eſt quo ſanguine tellus,
Nec centaureos Lapithas compellit in enſes.
Vrit Ericthonias oriens non ignibus arces.
Non perfoſſus athos, nec magno vincula ponto
Lecta meo quærent iam ſera volumine famam.
Non Helleſpontus pedibus pulſatus equorum,
Grecia cum timuit venienteis vndiq; Perſas.
Mollia ſed tenui pede currere carmina verſu
Viribus apta ſuis Phœbo duce ludere gaudet.
Hoc tibi ſancte puer memorabile, & tibi certet]
Gloria perpetuum lucens manſura per æuum:
Et tibi ſede pia maneat locus: & tibi ſoſpes
Debita felices memoretur vita per annos,
Grata bonis lucens, ſed nos ad cœpta feramur.

DOMITIVS.

Phœb⁹ Diana.

ℭ Phœbus erit.) Phœbus, & Diana, Latonæ & Iouis filij, Phœbū lyrā à Mercurio accæpiſſe, ait Higinius. ⁋ Alma Chimæreo.) Non ꝓcul a Carmileſo monte Lyciæ, eſt cōuallis quædā, nomine

Chimæra

Chimæra, a litore porrecta, in mediterranea: hic finxerūt de mōſtro, chimera: qđ occidit Bellerophon: fabula

Xanth⁹

tn̄ eſt. Xanthus flumen, quē priores Sirbin vocabant, ad decē ſtadia lēbis, nauiganti ē Latonæ tēplū, vltra quod ad ſexaginta ſtadia eſt Xanthus, inter Lycias vrbeis maxima. Fama eſt olim, Latonā cū filijs deueniſſe, & vt ſitim ſedaret cōſediſſe, ꝓpe paruū lacū: q & ſub Chimæra eſt. Eſt aūt Chimæra, Lyciæ mons, qui flammas vomit: ab eo labitur Xanthus. q deſcēdit in Phrygiā: & in

Latona

radice montis ſpatioſum facit lacū: ad quē peruenit Latona cū filijs æſtiuo tempore, vt ſitim ſedaret. Ruſtici id ægre ferentes, lacū intrātes turbauerūt aquā, qui ſtatim demutati ſunt ī ranas. ⁋ Siue educat illum.) Luna, legi voluit, non alma: vt hoc ſit ꝙ Diana præbuit ſe fieri obſtetricē. ⁋ Seu decus aſtrigeri.) i. Iuppiter, qui educauit

Liber. Apollo Parnaſſus.

Bacchum. Nā Liber pater, & Apollo, idē eſt, vt ipſe ait in Georg. Liber & alma Ceres. i. ſol & luna. ⁋ Seu qua Parnaſſia rupes.) Hinc in Parnaſſo Bœotiæ monte, eſt vaſta rupes: hæc vel numinis maieſtate, vel ſitu horrorē viſentibus generat: vndiq; fere præceps in forma theatri receſſus: quo ſonitus, vocesq́; multiplices audiuntur: hic eſt

Pieres. Pierides.

Apollinis Delphici templū: hic fons Caſtalius, muſis dicatus. has oras Pieres, natio Threicia habitauere: vnde Pierius fons, & Pierides Muſæ: nec Ouidio aſſentiamus, qui dixit hoc nomē

Phlegra Gigāteū bellum.

à filiabus Pieri: cū eis certantibus, & deuictis, in picas mutatis, Muſas accæpiſſe. ⁋ Phlegra gigāteo.) Phlegra, ſylua & vallis eſt in Theſſalia: vbi oēs gigantes contra Iouē pugnauerunt: & fulminati, a Ioue occiſi ſunt, cuius in fidē, faces, ſaxaq́; adhuc ibi

Lapith⁹

cernuntur, Solinus meminit. Alia Phlegra eſt, in Italia, nō lōge à Cumis. ⁋ Nec centaureos Lapithas.) Lapithus Apollinis & Scilbiæ Penei filius, circa Peneum fluuiū Theſſaliæ imperauit:

Periphas. Ixion.

à quo illi populi, Lapithæ appellati ſunt: hic ex Cirione Phorbantem, & Periphantem liberos ſuſcæpit. Periphas, ex Aſtigea octo liberos genuit: natu maior Anxion, ex Ayclace Ixionem procreauit: qui cū proieciſſet ſocerū in ardentem foueā, à Ioue purgatus eſt: tandē auſus interpellare Iunonē de ſtupro interpoſita a Ioue in forma Iunonis nube, ex ea centauros procrea

cētauri.

uit. Hos ferūt tanq̄; Pyrithoi cognatos: ab eo regni paterni, partem petijſſe. Quod renuenti bellum, a Centauris illatū eſt: quo ſedato, ſedato, cum Pyrithous Hippodamiā deſpondiſſet Theſeo, ad nuptias, ac cētauris vocatis ī humo ebrij, fœminis q̄ in nuptijs erāt ſtuprū inferre voluere: qua iniuria permotus Theſeus, & Lapithæ, multis cētauris peremptis, reliquos ex ciuitate expulerūt: hāc ob cām centauri vna aduerſus Lapithas ꝓfecti, plures īterfecere. Qui cædi ſuperfuere, partim in Pholō Arcadiæ ꝓfecti ſunt, partim in Malea habitauerūt. Per foſſus Athos, Xer-

Athos. Xerxes

xes Perſarū rex bellū cōtra Græcos, & preſertim Athenieſes, geſſit: cumq; Perſica claſſis ad Eleūtē Cheronnēſi ſtationem haberet, ne per deſidiā torpeſceret, iuſſu regis, monte Athon perfodere cœpit, adiuuantibus & accolis. Præpoſiti operi fuere Arthaſes, Arthaſis filius, & Bubares, Megateri filius. eſt mons Athos ingens, ad mare ꝑtingit, deſinēs in Peninſulæ effigie: cū Iſthmo duodecim ſtadiorū: in quo eſt vrbs, Sana nomine. Foſſa fiebat iuxta Sanā, retro limitē: latitudinē foſſæ, duæ triremes implebant: Stry-

Strymon. Helleſpōtus Xerxis ſeritas.

mon fluuius, cuius oſtia ꝓpe ſunt, Pōtus iunctus fuit. ⁋ Non Helleſpōtus.) Herodo. li. viij. pons in Helleſpōto Abidon, vſq; & Seſton ſeptem ſtadiorum ſpatio factus tempeſtate, primū delapſus eſt maris: indignatus Xerxes iuſſit Helleſpontum trecentis verberibus percuti, & ſtigmata, & colaphos incuti, cū barbara execratione, quaſi diſiecti Pōtis pœnas daret: operis præpoſitis caput ꝑcidit: aduocati alij Triremes, Biremes, & Triremes ſimul. ccclx. verſus Euxinum pontum: ab altero latere. cccxiiij. Ponto tranſuerſum, hæ anchoris vaſtiſſimis tenebantur, relicto ſpatio inter ordinem nauigiorū, vt eſſet tranſitus nauibus in Pontum. Continēti, machinamenta lignea annexa fuere, funibus, lino, & ſcyrpo, ſuperiniectę poſtea trabes fuere, ſuper quas impoſuere materiam: facto hincinde aggere, ne aſpectu maris animalia tranſeuntia terrerentur, octo dies conſumpſere tranſeundo.

ASCENSIVS.

ℭ Vt tibi dignato.) Poſt propoſitionē faciens, aliqualē inuocationē dicit cum fiducia: ꝙ Phœbus erit carminis author: ea aūt ſumpta eſt ex meritis Auguſti, cui Apollo ſumme fauiſſe legitur, vt in bello Actiaco: de quo in fine. viij. Æneí. Actius hęc cernens, arcum intendebat Apollo. Rogat autē Muſas, vt feſtiue Apollinem celebrent. ℭ Ordo aūt eſt. O Auguſte, vt carmina. ſ. noſtra: poliātur. i. exornentur: tibi. i. ad tuam laudem, ſenſu dignato. ſ. ab Apolline. i. digno habito: capiť. n. paſſiue: vt Æneid. iij. Cōiugio Anchiſa Veneris dignate ſuperbo, Phœbus decus Latonæ,

Latonæ,& ꝓles aurea magni Iouis erit princeps,& author noſtri carminis.& erit fautor lyra.i.cithara recinente.i.iterũ, atq; iterũ mecum canente:ſiue alma.ſ.luna,ſiue ſoror. alij legunt, luna:alij intelligunt de Latona,& alma,legũt:ſiue igitur alma ſ.altrix,ſeu luna,perfuſa liquore Chimæreo.i.iuxta Chimærã, Lyciæ montem, vbi Latona templum habet præterfluẽtæ Xanthi.ſ.fluminis:educat.i.enutrit eũ:hoc eſt, ſiue conuerſatur nũc in matris templo Lycia:ſeu.i.ſiue,ſupp.eſt decus aſtrigeri.ſ.cœli:hoc eſt,ſiue eſt in cœlis(Calderinus tamen intelligit ſic: ſeu decus aſtrigeri.ſ.cœli:hoc eſt, Iuppiter,educat illum:nos tamẽ aliter accipimus.)ſeu,ſupp.eſt ea parte, qua rupes Parnaſſia.i. Parnaſſi, montis Apollini ſacri: præpandit cornua fronte patula:hinc,atque hinc.i.ab vtroq; vertice:eſt enim biceps: & vnda Caſtaliæ.ſ.fontis Muſis ſacri:a quo ſæpe Caſtalides dicuntur, ſonans prælabitur liquido .ſ. riuo:hoc eſt, vbicunq; nunc eſt, Apollo erit carminis noſtri,author & princeps: quare.i.quamobrem:o Naiades.i.deæ fontium:decus Laticis.i.fontis Pierij: quia in Pierio antro,ex Ioue,& Mnemoſyne.i.Memoria, genitæ ſunt ſorores.ſ.inter vos:ite,& celebrate.i.celebrem & feſtiuum reddite: deum.ſ.Apollinem:chorea ludente .i. trepudiãte circa eum:& tu,o ſancta Pales.i.dea pabulorum: ad quam bona agreſtũ:pro,agreſtium:hoc eſt,agricolarum:recurrunt.i. recurſum ſpe impetrandi auxilij habent: vẽtura.i. vt vẽtura ſint: tu,inquam Pales,fac,ſup.Aut legamus,te.i. per te:aut tibi.i. ad tuum honorẽ fac: vt cura canentis ſit ſecure.i. ſine cura. Quæras,qui id fieri poſſit?ſed ad diuerſa referamus, vt ſit cura.i. ſolicitudo canentis,ſine cura non canendi:ſed ſine timore errandi. Ego feror.i.tollor,& erigor inter ſaltus aerios, nemorum.i. ſyluarum,& aſtra.i.verſor in mediocri re: vt in media regione aeris,exiſtens inter cœlum,& terram : de re enim humili ſatis ſublimiter locuturus eſt . Et tu Octaui venerande, cui fiducia oritur chartis meritis.ſ.de re: quia in tuam gratiam ſcriptis oppletæ ſunt,allabere.ſ.per fauorem: meis cœptis Octaui (inqt) o ſancte puer(falſum eſt ergo quod nephas erat, puerũ appellari)allabere cœptis meis:nanq; pagina.ſ.noſtra.i.codex compactus, non canit tibi bellum: quo tellus Phlegra.i. Theſſalia , ab ardendo dicta: vbi bellum gigãteũ cõmiſſum eſt:ſparſa eſt ſanguine giganteo:nec pagina noſtra,compellit.i.recitat compelli, Lapithas,populos Theſſaliæ,ab Ixione,& nube genitos:in enſeis centaureos.i.centaurorum vicinorum,qui eos occiderunt in nuptijs Pirithoi.Oriens.ſ.ſol:non vrit.i. non narratur vrere ignibus:arces Erichthonias.i.Troianas. Nam Erichthonius, filius Dardani,& pater Trois:auus autem Laodemontis, qui pater Priami,ſummopere auxit Troianas opes: vt Homerus quoque atteſtatur. Vnde merito, arces ab eo Erichthoniæ dicuntur. Fuit & alius Erichthonius, per litem ex Vulcano & Terra,genitus,anguinis pedibus, quam fœditatem vt tegeret, aurigãdi officium primus iniit: vnde in Geor. Primus Erichthonius, currus & quatuor auſus. Iungere equos, rapidisq; rotis inſiſtere victor,&c. Athos.ſ.mons Xerxis, Perſarum regis, exercitu demolitus,& ſolo æquatus:nec vincula.ſ.inflicta: magno ponto .i.mari:nõ quærẽt iã ſera.i.ſero:poſtq̃; multi Græci, de his ſcripſerunt famam:lecta.i.quum lecta fuerint meo volumine : & Helleſpontus,pulſatus pedibus equorum: poſtq̃; Xerxes ſuper eum pontem extrui fecerat: quum Græcia timuit, Perſas venientes vndiq;,tantus enim exercitus, vt dinumerari nõ poſſet, ſed flumina ebiberet: vnde Iuuenalis, Epotaq; flumina Medo Prandente. non,ſup. quæret famam, lecto meo volumine : ſed ſup. mea Thalia gaudet, carmina mollia currere in verſu tenui pede: & gaudet ludere.i.faciliter conficere: Phœbo duce .i. ducente, carmina apta ſuis viribus: o ſancte puer.ſ. Auguſte, ex deorum progenie: gloria lucens, perpetuum manſura per æuũ: certet tibi & mortalibus, certet inquam tibi: hoc.i.per hoc, carmen noſtrum:aut in hoc carmine noſtro.i.faciã inter te & mortaleis ſit concertatio: an deorum, an mortaliũ numero aſcribẽdus ſis? Et locus maneat tibi, ſupp. in ſede pia: aut in cœtu deorũ:aut in impio pio: & vita ſoſpes.i.incolumis debita, tibi memoret ꝑ annos felices: & liceat, vt, ſup. memoret grata.i. vtilis & accæpta bonis. Bene dicit, bonis: qa malis, diſplicent probi, & iuſti, pricipes, ſed nos feramur.i.dirigamur ad cœpta.ſ.nr̃a.

DOMITIVS.

¶ Aſſyrio colore.) Babylõ Aſſyriæ diuerſo colore intexuit: ſed aurum Attalus intexere inuenit: vnde Attalicum,& Attalicæ veſtes, & Babylonicæ. ¶ Bis lauta.) i.in colore pluries immerſa: de eis Tibullus, Sola puellarum digna eſt, cui mollia charis, Vellera det ſuccis bis madefacta Tyros. ☞Domos.) Genitiuo caſu poſitum eſt. nam Sueto. authore, Octauius Auguſtus ſolitus eſt pronunciare domos, pro domus, in genitiuo caſu: & ſenius,& ſinuus: & pro ſtulto, batedium : & pro pullo, pulelatium. Vergilius, vt Octauio gratificaretur, eodem modo caſum primum pronũciauit. ☞ Alconis referẽt, Bœtiq; toreuma.) Toreumata, ſunt opera magnifice ſculpta. Sallu. in Catili. Quum tabula ſigna toreumata emũt. ☞ Cõchea bacca maris.) Margaritas maxime Indus Oceanus fert, vt Plyn. meminit: Margarita, genus conchilij eſt. Bœtiq; toreuma: Plyni⁹ lib. xxxiiij. dicit ꝓximos a Mentore fuiſſe Bœtũ: Agraganta,& Mem. quorũ omnium extant opera in inſula Rhodiorũ: Bœtus apud Lydiam, Mineruam in templo Agragas, in templo Liberi patris, in ipſa Rhodo Baccas, centaurosq; cęlatos in ſcyphis. ☞ Nec pocula gratũ Alconis.) Alcona: Ouid. meminit in Meta. notũ argentarium, qui Æneæ paterã celauerat: cratera Æneæ quem fabricauerat Alcon. Hileus & longo cælauerat argumento. Alcon

Igneus æthereas iam ſol penetrat in arces:
Candidaq; aurato quatiebat lumina curru:
Crinibus & roſeis tenebras aurora fugarat.
Protulit e ſtabulis ad pabula læta capellas
Paſtor:& excelſi montis iuga ſumma petiuit:
Lurida qua patulos velabant gramina colles.
Iam ſyluis,dumiſq; vagæ,iam vallibus abdunt
Corpora:iamq; omni celeres e parte vagantes
Tondebant tenero viridantia gramina morſu.
Scrupea deſertas hærebant ad caua rupes:
Pendula proiectis carpuntur & arbuta ramis:
Denſaq; virgultis auide labruſca petuntur.
Hæc ſuſpenſa rapit carpente cacumina morſu,
Hæc ſalicis lentæ,vel quæ noua naſcitur alnus:
Hæc teneras fruticum ſentes rimatur.at illa
Imminet in riui præſtantis imaginis vndam.
O bona paſtoris:ſi quis non pauperis vſum
Mente prius docta faſtidiat:& probet illi
Omnia luxuriæ pretiis incognita,curis
Quæ lacerant auidas inimico pectore menteis.
Si non Aſſyrio fuerint bis lauta colore
Attalicis opibus data vellera:ſi nitor auri
Sublaqueare domos animum non angit auarum:
Picturæq; decus:lapidum nec fulgor in vlla
Cognitus vtilitate manet:nec pocula gratum
Alconis referunt,Bœtiq; toreuma:nec Indi
Conchea bacca maris pretio eſt at pectore puro.
Sæpe ſuper tenero proſternit gramine corpus:
Florida quum tellus gemmanteis picta per herbas
Vere notat pulchris diſtincta coloribus arua:
Atq; illum calamo lætum retinente paluſtri.

ASCENSIVS.

¶ Igneus,&c) Incipit narrare ſic: Sol igneus penetrarat iam in arces æthereas: & quatiebat lumina, aut limina candida: curru aurato.i.fulgenti: & aurora fugabat crinibus roſeis .i. radijs ſuis. tenebras .ſ. noctis : &, ſupp. aut dũ paſtor ꝓtulit.i.eduxit, capellas e ſtabulis, ſcilicet caprilibus, ad pabula læta: & petiuit ſumma iuga excelſi montis: qua, ſup. parte, gramina lurida.i. pinguia,& lubrica: velabãt colles patulos .i. ſemper apertos,& patẽteis. Capellæ vagæ.i. errãtes paſcendo: abdunt.i.abſcondunt iam corpora ſyluis, dumis, & vallibus: & iam etiam ipſę celeres, vagantes, ex omni parte, tondebant tenero morſu gramina viridantia: & hærebant ad ſcrupea .i. lapidoſa: caua.i. concaua, ſeu concauitates: appoſitorie, rupes deſertas. Scrupi autem (inquit Feſtus) ſunt aſpera ſaxa,&

Ocia,q; inuidia degentem,ac fraude remota,
Pollentemq; ſibi,viridi cum palmite lucens
Tmolia pampineo ſubter coma velat amictu,
Illi ſunt gratæ rorantes lacte capellæ,
Et Nemus,& fœcunda Pales,& vallibus imis
Semper opaca nouis manantia fontibus antra.
Quis magis optato queat eſſe beatior æuo?
Quàm qui mente procul puras,ſenſuſq; probando
Non auidas agnouit opes?nec triſtia bella?
Nec funeſta timet validę certamina claſſis?
Quo ſpoliis dum ſancta deũm fulgentibus ornet
Templa,nec euectus finem tranſcendit habendi:
Aduerſum ſæuis vltro caput hoſtibus offert.

xa,& diſtantia a tractu vmbrę: vñ ſcrupuloſam ré eam dicimus,q̃ aliquid in ſe habet aſperi. & arbuta pendula carpũtur ramis ,pieſtis.i. porro exteſis:& labruſca.i. fructus ſylueſtres, vt vuæ ſylueſtres in labris noualiũ aut vinearũ creſcẽtes.(Sed in Bucoli.dicitur hæc labruſca,labruſcę.Sylueſtris raris ſparſit labruſca racemis.) denſæ virgultis petũtur auidæ.ſ.a capris:hæc.ſ.capra rapit morſu carpente:cacumina.ſ.virgultorum, exiſtens ſuſpenſa:aut exiſtẽtia ſuſpẽſa.i.pẽdula in pręcipiti:hęc, dico,perit morſu cacumina ſalicis lentæ.i.flexibilis:vel,ſupple alni:quæ alnus naſcitur noua.i.q̃ minus annoſa eſt:& ideo magis tenera:hæc rimatur.i. exquirit:ſentes.i.ſpinas:teneros.i.recẽtes:at.i ſed:illa.i.alia capra,imminet in vndam riui imaginis pręſtãtis.O bona paſtoris,ſiquis mẽte prius docta.i.habẽs mẽtem prius doctã,& eruditã nõ faſtidiat vſum pauperis:&.i.inſuper:pbet.i.approbet vſum pauperis.Omnia ſunt illi.ſ.paſtori,& cæteris agreſtibus incognita pretijs luxuriæ.ſ.curis:q̃ lacerant mentes auidas,pectore inimico.ſ.ſibi:hoc eſt,ſe torquente curis.Si.i.tã etſi:vellera data.i.addita opibus Attalicis:qui primus, veſtes auro intexere docuit:non fuerit bis lauata.i.tincta: hoc eſt,dibapha colore Aſſyrio.i.purpura Tyria:& ſi nitor auri ſublaqueare domos.i.domus,non angit animũ auarũ : q:,p &,ſi decus picturæ non angit animum: nec fulgor lapidum.ſ. pretioſorum:manet cognitus in nulla vtilitate:nec pocula referunt gratum,toreuma.i.ſculpturam,aut cęlaturam Alconis,& Boeti,

Boeti,illorũ artificum laudatiſſimorũ:nec bacca.i.gemma:cóchea.i. conchis decerpta:a quibus e rore concipitur:maris Indi.i.Indici:eſt precio.i.ęſtimatur magni:a pectore puro ſ.ab ambitione,& luxu. Paſtores procũbũt corpus i.habẽt corpus procũbens.(Sunt qui,proſternit, legendum cenſeãt.) ſæpe ſuper gramine tenero: (more ſuo,ablatiuo dat ſuper)tunc ſupp.cum Tellus florida picta:per herbas gẽmantis.i.gemmas emittentes:notat.i.ſignat vere,ideſt tempore verno,arua diſtincta pulchris (alij,dulci,legunt)coloribus. Atq; coma.ſ.arborũ cum viridi palmite:lucens.i.reſplendens:celat mollia,i.molliter ſuper amictu pampineo.i.fronde vitiũ redimito:velat(inquit)illum lætum thalamo.i.cubili paluſtri:& degentem otia, ideſt otioſe,inuidia,ac fraude remota:& pollẽtem ſibi.i.ad ſuã vtilitatem. Capellæ rorantes.i.diſtillantes lacte:ſunt gratæ illi ſ.paſtori:& Venus.ſ.creatrix rerum : & Pales,dea pabulorum: fœcunda.i.fœcunditatem afferens: & antra opaca in vallibus imis manantia,ſemp nouis fontibus ſunt illi grata. Quis queat eſſe beatior æuo optato magis,q̃ qui procul.ſ.a cupiditate ,pbando,ſenſus agnouit mente,opes puras & non auidas?nec tenet(potius timet)bella triſtia:nec certamina funeſta claſſis validæ.i.naualis pugnæ. Quo nec euectus.i.vltra ſe vectus : tranſcendit finem habendi:quæ Flaccus in.j.ſermo.perſcribit: dum ornet ſancta templa deum.i.deorum:armis fulgentibus:offert vltra caput auerſum,i.amotum:oppugnandis hoſtibus ſocijs.

Illi falce deus colitur,non arte politus:
Ille colit lucos:illi Panchaia thura
Floribus agreſtes herbas variantibus adſunt.
Illi dulcis adeſt requies,& pura voluptas,
Libera ſimplicibus curis.huic imminet,omneis
Dirigit huc ſenſus:hæc cura eſt ſubdita cordi:
Qualibet vt requie victus contemptor abundet:
Iucundoq; locet languentia corpora ſomno.
O pecus,ó Panes,vos ó gratiſſima Tempe
Fontis Hamadryadum,quarum non diuite cultu
Æmulus Aſcræo paſtor ſibi quiſq; poetæ,
Securam placido traducit pectore curam.
Talibus in ſtudiis baculo dum nixus apricas
Paſtor agit curas:& dum non arte canora
Compacta ſolidum modulatur arundine carmen:
Tendit in euectus radios Hyperionis ardor:
Lucidaq; æthereo ponit diſcrimina mundo:
Dum iacit Oceanum flammas in vtrunq; capaces.
Et iam compellente vagæ paſtore capellæ
Ima ſuſurrantis repetebant ad vada Lymphæ:
Quæ ſubter viridem reſidebant cœrula muſcum.

DOMITIVS.

¶ Illi falce deus colitur.) Ad Priapũ adludit,de quo ſic in obſcœno carmine,Nõ me Praxiteles Copaſve fecit,Nec ſum Phidiaca manu politus,Sed ligni rude vilicus dolauit,Et dixit mihi, tu Priapus eſto. Filius fuit Veneris & Dionyſij : Ægypti autem dicũt de Priapo, ſcribentes, Iſidem cum cęteras Oſiridis corporis pteis, a canib. dilaniati repperiſſet,præter pudẽda,q̃ illi in flumen iecerant pcæpiſſe ſacerdotibus:pro deo coli : in temploq; ea ſuſpẽdi iuſſit: &(vt Diony.meminit)non modo in ciuitatum templis numen,ſed in agreſtibus locis:vinearũ, & hortorũ cuſtos, coli meruit:fructuum fures,falce caſtigans:cui ſacra cũ ludo fiũt: appellatur ẽt Ithyphallus,& Typhon. ¶ Ille colit lucos, illi Panchaia thura.) Pręter Arabiã nullus : vt Ply.meminit:ac ne Arabię quidẽ vniuerſæ:ſed in ea tantum regione,q̃ Saba appellatur,ſignificare Græci myſteriũ volunt:in hac eſt Pãchaia, regiuncula quædã:ſpectat.n. Saba,ortus ſolis æſtiui,vndiq; in vicis paribus:& a dextera maris,ſcopulis inciſa,id ſolũ e rubro lacteũ tradit Alexandro magno in pueritia,ſine parſimonia thura aris ingerenti, pędagogus Leonides dixerat.vt illo mõ cũ deuixiſſet, thuriferas gentes ſacrificaret:at ille Arabia potitus,thure onuſtã nauim miſit ei.large exhortatus, vt deos adoraret.¶ O pec°,o Panes,&c.) Inter Oſſãm & Olympũ,nemoroſa planicies,& conuallis eſt in Theſſalia,Tempe vocatur,mõtibus circũdata,olim Palus,ſed poſtea cũ Hercules,fracto monte,dedit alueũ,nihil amœnius,atq; delectabilius:ſecat enĩ planiciẽ,

Priap°. Thus. Ithyphallus

niciẽ, Peneus fluuius,ſemp liquidus:cuius ripæ, arboribus inumbratæ,ab ea ſimilitudine, poetæ(vt meminit Probus)loca oĩa amœna & delectabilia,Tẽpe appellauerũt. Peneus autem, qnq; millia paſſuũ longitudine, & ferme ſex latitudine, vltra viſum hoĩs attollẽtibus ſe:dextera,leuaq;, leuiter cõuexis iugis inter ſua luce viridante allabitur,viridis calculo amœnus,circa ripas gramine canorus auiũ concentu . Solũ adeo ferax adijcit,atq; iucũdũ aſpectu, vt viſentes ipſa amœnitas adliciat & inuitet. ¶ Fontis Hamadryadũ.) Drys (Ply. referente)non quercus dicitur,ſed robur:q̃ arbor eſt & ſpecies quercuũ,durior tñ, Hamadriades, nõ quercuũ ſed roborũ,deæ & ſacerdotes Gallici,q vaticinabantur in roboribus, Druydę appellati ſunt.¶ Æmulus Aſcręo paſtor ſibi quiſq; poetæ.)i. Heſiodo ,qui paſtor fuit, & pecudes pauit. Ouid.j.de arte docet.Paſcenti pecudes vallibus Aſcra tuis.¶ Radios Hyperiõis.) Regina quę etiã ob prudentiam & virtutẽ,magna mater appellata eſt,Titheæ,& cœli,filia,ex fratre ſuo Hyperione,in virum aſſumpto,lunã & ſolẽ genuit. Poetæ tantũ vſurpauere , vt patris nomen pro filio poneretur. In vtrũq; Oceanũ Indicũ,qui ab Oriente,& Atlanticum,qui terras ab Occidente cõtingit, vt Mela ait.¶ Flãmas capaces.) Nã ſol dũ eſt in medio curſus,ſpatio vtrũq; cõplectitur Oceanum:& ideo flammas capaces.

Tempe Hamadryades. Druydæ. Regina.

ASCENSIVS.

¶ Illi falce.) Pergit hoc ordine:deus,ſup.cũ falce.ſ.Priapus,colit illi:nõ politus arte,ſed rudis,ſup.ille.ſ.paſtor,colit lucos: thura

thura Panchaia.i.quæ præcipua in Panchea naſcuntur:cum in Georg.dicat,Solis eſt thurea virga,Sabeis:adſunt illi,ſup.cum floribus variantibus.i.varie ornantibus herbas agreſtes. Requies dulcis adeſt illi,vt voluptas pura,videlicet libera: curis ſimplicibus.i.nihil vtilitatis habentibus.Omnis ſenſus imminet huic.i.in hoc ſtudium:& dirigit huc.i.ad hoc ſtudium: hæc cura eſt ſubdita cordi,vt ipſe contemptor motus.i.turbatiōis, abundet qualibet requie:& locet.i.reponat iucūdo ſomno:corpora.i.membra:languentia.i.defeſſa.O pecus,O panes.i.dij paſtorum;o Tempe.i.temperamēta gratiſſima,fontis Hamadryadum.i.nympharum arborum:quarum cultu non diuite.i.faciliter parabili: quiſq; paſtor æmulus.i.innitens:poetæ Aſcręo.i.Heſiodo, traducit ſibi pectore placido vitam ſecuram: Dum paſtor.ſ.

paſtor.ſ.de quo hic loquitur:nixus.i.innitens:baculo.ſ.paſtorali: agit curas in talibus ſtudijs:& dum modulatur carmen ſolidum.i.integrum: non arte canora.i.inconditum: modulatur, inquam,arundine.i.fiſtula compacta. Ardor Hiperionis.i.ſolis: euectus.ſ.ad mediū cœli:tendit.i.extendit:radios.ſ.ſuos:& ponit mundo æthereo.i.ſupero in quo nos ſumus:diſcrimina lucida.i.differentias rerum per lucem apparentiū:& dum iacit.i. proijcit:flammas capaces.i.amplas:in vtrūq; Oceanū: hoc eſt, dum eſt in medio cœli noſtri:capellæ vagæ:repetebant.ſ.vada ima:& hoc paſtore compellente eas ad ima vada Lymphæ,ideſt aquæ lympidæ:ſuſurrantis,ideſt cum ſuſurro,& murmure defluentis:quæ.ſ.vada:reſidebant.i.ſita erant circa muſcum viridem.i erant iuxta fontes muſcoſos,quos etiam in Buco.muſcoſos appellat.

Iam medias operum partes euectus erat ſol:
Cum denſas paſtor pecudes cogebat in vmbras:
Vt procul aſpexit luco reſidere virenti
Delia diua tuo,quò quondam victa furore
Venit Nyctileum fugiens Cadmeis Agaue,
Infandas ſcelerata manus,& cæde cruenta:
Quæ gelidis bacchata iugis,requieuit in antro
Poſterius pœnam nati ſe morte futuram.
Hic etiam viridi ludentes Panes in herba,
Et Satyri,Dryadesq́; choros egere puellæ,
Naiadum cœtu,tantum non Orpheus Hebrum
Reſtantem tenuit ripis,ſyluasq́; canendo,
Quantùm te Peneu remorantem diuæ choreæ
Multa tuo lætæ fundentes gaudia vultu.
Ipſa loci natura domum reſonante ſuſurro
Quis dabat:& dulci feſſas refouebat in antro.
Nam primum prona ſurgebant valle patentes
Aeriæ Platani:inter quas erat impia lotos,
Impia,quæ ſocios Ithaci mœrentis abegit:
Hoſpita dum nimia tenuit dulcedine captos.
At quibus inſigni curru proiectus equorum
Ambuſtus Phaethon luctu mutauerat artus:
Heliades teneris amplexæ brachia truncis,
Candida fundebant tentis velamina ramis.
Poſterius cui Demophoon æterna reliquit
Perfidiam lamentandi mala:perfide multis,
Perfide Demophoon,& nunc defende puellam.
Quam comitabantur fatalia carmina quercus,
Quercus ante datę,Cereris quàm ſemina vitæ.
Illas Triptolemi mutauit ſulcus ariſtis.
Hic magnum Argoæ naui decus edita pinus
Proceras decorat ſyluas hirſuta per artus:
Appetit aeriis coniungere montibus aſtra.

DOMITIVS.

Lucus. ¶Luco reſidere virēti Delia diua tuo.) Luc⁹ erat ſub Cytherone monte, in quo erat Garaphius fons,ea quę ſunt Theſſalica,Tempe vbi ſe cum nymphis Diana lauabat:ſed cū Acteon voluiſſet videre quid eēt in fonte,vidit Dianam nudam:ideo ab eadē,Acteon eſt mutatus in ceruū, & ſuis canibus dilaniatus, atque laceratus eſt: Oui.in Ibin,Quiq; verecūdæ ſpeculantē labra Dianæ: idem de Pōto in.v. Inſcius Acteon vidit ſine veſte Dianam,Præda fuit canibus nō minus ipſe ſuis. Idē etiā in opere Meta.Diana,Delia dicta,a Delo inſula:in qua nata eſt.

Nyctili⁹ Venit enim Nyctilius, Bacchus dicitur:quia eius ſacrificia noctu fiebāt,quæ ex Aſia prius in Græcia,e Græcia in Italiā trāſlata.

Agaue. Agaue, Cadmi filia, Pentheum ex Echione filium,ſacra Bacchi ſpernentē,furore & Baccho inſtigata interemit: vbi ad ſe redit,pœnitentia ducta p̄ dolore,in antrū ſeceſſit ſub Cytherone,vbi luc⁹ eſt Dianæ. ¶Orpheus.) Oeagri filius,ſono Lyræ ſiſtebat flumina,mōteis,& ſyluas mouebat.

Hebrus ¶Hebrum.)Hebrus, Thraciæ fluuius. ¶Peneu.) Peneus,Theſſaliæ fluuius,p Tempe diſcurrens. ¶Aeriæ Platanus.)

Platan⁹ Platanus, arbor durat in multum temporis ſpatium: vt Plyn.docet:ait enim.Eſt delphica Platanus Agamennonis manu ſata:& altera Gargaphiæ Arcadiæ luco,in Aulocrone,quæ ab Apanica itur in Phrygiam,oſtenditur Platanus ex qua pependit Marſius victus ab Apolline, quæ iam cū magnitudine effœta eſt.arbor.n.eſt ſolum ad vmbrā voluptatis cauſa comparata. ¶Impia lothos.) Lothos,arbor in quam eius nomine,nympha,Neptuni filia fugiens Priapū dicitur conuerſa:quā Ply.laudat.Eſt alia,quæ Romæ ante domos ad vmbrarum amœnitatem ponebatur: vbi ſic eadem,& nunc appellatur amarenus,quæ ceraſia habet acria,in obſonijs dulcia.

lotos Sillius inquit:Quos ſucco nobilis arbor, Et dulcis poſcit lotos, minus hoſpita Baccha.Diximus & de arbore loto, in vltimo, de Ponto:quam Aphrica gignit.nam Vlyſſes,e cyconibus tempeſtate delatus eſt in Aphricā:vnde vix abduxit ſocios,qui guſtauerant fructū lothi:in quam etiā cōuerſos fabulantur. Vnde Ouid.iiij.de triſtibus,Sic noua Dulychio lothos guſtata palato Illo quo nocuit grata ſapore fuit.

Heliades. ¶Heliades.) Solis filiæ dictę ſunt.ἥλιον Græci,nos ſolem dicimus: inde Heliades hæ cum Phaethontem fratrem(qui antea Eridanus vocabatur: & ideo Padus,

Padus,in quem fluuium cecidit fulminatus, Eridanus dictus eſt)deploraſſent, in populos conuerſæ ſunt:ſiue, vt in Bucoli.idem aſſeruerat in alnos,dicens, Atq; ſolo proceras erigit alnos: Phaethon enim Clymenes & ſolis filius cum affectatum paternum currum regere non poſſet, mundū́q; incendiſſet,a Ioue fulminatus eſt,& in padū deiectus. ¶Perfide Demophoon, & nūc defende puellam.) Phillis, Lycurgi Thraciæ regis filia: Demophoonta Theſei Athenienſis filium,fere naufragum e bello Troiano redeuntem excæpit hoſpitio, fouit:& claſſes eius amore capta, reparauit:& data de coniugio fide Demophoon a puella patriā reuiſere,vno menſe rediturus impetrauit: & cum promiſſo tempore nō redijſſet,puella tādiu fleuit, donec lachrymæ maturuerūt: & in arborem demutata eſt: pleriq; amygdalum eſſe volunt. Plyn. ait,puellam ſe in amygdalo ſine frondibus ſuſpendiſſe: &(Sternutio authore) arborem tum demum viruiſſe, cum reuerſi Demophoontis coniugis ſenſit amplexū: amplexu cognito, flores ſimul ac frondes emiſiſſe: licet Plyn.dicat,nunquā virere arborem, ex qua Phillis ſe ſuſpendit. ¶Quercus ante datæ.)

Ceres. Ceres(vt Ply.eſt author)frumenti,vſum dedit: & leges prima adinuenit:ideo legifera eſt dicta:antea enim rudis mortalitas,glandibus veſcebatur. Triptolemus(vt idē eſt author)bouem & aratrum repperit: vt alij volunt,Briges Athenienſis,Ouid.in.iiij.de Ponto,ait, Quis mel, Ariſtæo?quis Baccho,vina falerna?Triptolemo fruges?poma dat Alcinoo?

ASCENSIVS.

¶Iam medias,&c.)Ordo eſt. Sol erat iam euectus medias parteis operum.i.peregerat iam medium curſum diei,cum paſtor cogebat pecudes denſas.i.ſtipatas in vmbras:& reſpexit procul eas reſidere in luco virenti:o diua Delia.i.Diana:tuo.ſ.luco virenti:quo,ideſt ad qualem: Agaue,ſcilicet mater Penthei: Cadmeis.i.Cadmi,Thebanorum regis filia:victa quondam furore, ſcilicet a Baccho immiſſo,venit fugiēs Nyctileum.i. Bacchum nocturnum:ſcelerata manus infandas,ideſt habens manus ſceleratas,& cruenta.i.habens cruentatas,cæde.ſ.filij ſui:quę Bacchata.i.Bacchico furore vagata:iugis gelidis requieuit.i.reclinauit in antro,ſe futuram pœnam:poſterius morte nati.i.poſtq̄ filium occiderat.Panes.i.dij paſtorum ſylueſtres,ludebant hic,

etiam in herba viridi: & ſatyri.ſ.dĩ ſylueſtres: & puellæ.i.nymphæ: Dryades.i.roborũ deæ: egere.i.duxere: choros.i.choreas, ſup. in cœtu Naiadũ: Orpheus non tenuit canendo.i.per cantũ: tantũ.i.intantũ: Hebrũ, fluuium illũ Thraciæ, reſtantẽ i.immorantem ripis, & ſyluas, quantũ, o Peneu, flumen Theſſaliæ: diuæ.i.diuinæ, ſup.tenuerunt te, remorantẽ choreæ lætæ, fundẽtes multa gaudia, tuo vultu: quis.i.quibus: ipſa natura loci: dabat domum.i.manſionẽ: ſuſurro reſonãte: & refouebat feſſas.ſ. choreas, in antro molli: nã platanus (hic quartæ declinationis eſt) arbores illæ late extenſæ: aeriæ.i.altæ: ſurgebant primũ patentes: ſup. in valle: inter quas.ſ.arbores, ſup. eſt lothos, alia arbor impia: quia ſocios Vlyſſis impie tractauit: impia (inquit) quæ abegit.ſ.a ratione: ſocios Ithaci.i. Ithacẽſis, Vlyſſis mœrẽtis.i.dolentis, ob caſum ſocioꝝ, dum ipſa hoſpita tenuit ſocios Ithaci, Ithaci, captos nimia dulcedine: at.i.ſed. populi, ſup. aut alni: q̃bus.i.in quas: Phaethon.i.Erydanus, proiectus inſigni curru equorum.ſ.ſolis, mutauerat artus ambuſtos: luctu.i.pre dolore: Heliades.i.ſolis filiæ, Phaethontis ſorores, amplexæ brachia teneris truncis fundebant: velamina candida.i.cortices albicantes: ramis lẽtis.i.flexilibus. Poſterius, ſup. erat arbor Phillidos, cui Demophoon rex Athenienſium reliquit: perfidia.i.per perfidiã, æterna mala lamentandi: mala, dicit, perfidia, multis modis, o perfide Demophoon defende: & .i.etiam nunc: puellã.ſ. Phillida: quam comitabantur quercus carmina fatalia.ſ.in Dodona dantes quercus: datæ ante vitæ.i.victui, q̃ ſemina Cereris: ſulcus Triptolemi.i.quos ille fecit, mutauit: illas.ſ.quercus ariſtis, pinus magnum decus, naui Argiuæ.ſ.Argoæ, edita, ſeu addita, his decorat proceras ſyluas, hirſuta per artus appetit contingere montibus aerĳs aſtra.

DOMITIVS.

Ilex. ¶ Ilicis & nigræ) Ilex, arbor, duplex eſt: ſed hæc de q̃ poeta loqtur, a Græcis, ſimilaces dr̃, folia habet ſimilia oleæ: glandẽ paruã. ¶ Myr- Myrt. tus non neſcia veteris fati.) Myrtus in tumulõ adhibebatur: & prio, viſa (vt meminit Theophraſtus i tumulo) Elpenoris nauis Vlyſſis gubernatoris: & ideo Virgi. in Polydori tumulo: eã natam dixit. Ply. aũt refert, in Veliterno myrtus eſt, cõſpicuæ magnitudis manu prioris Aphricani ſata: ſubeſt ſpecus in quo manes eius cuſtodire, draco traditur: & ideo myrtus, nõ eſt neſcia fati.i. mortis. ¶ Corpa lympha fouet, ſonit⁹ alit aeris Echo.) Echo Echo vocalis, nympha garrula admodũ de multis verbis id habet, vt nouiſſima tantũ referat: Iuno cum poſſet multas nymphas cũ Ioue deprehendere, iſtius ſæpius loquacitatẽ dum fugerẽt nymphe retardata: quod animaduertens Iuno, fecit vt cum in fine loquendi voces ingeminaret, audita verba reportet. Hæc enim Narciſſum, Lyropes, & Cephiſi filium, tum. xvj. annũ agentẽ adamauit: cui cum vagaretur, forte per deuia rura ſæpe loqui conata, natura repugnante deſtitit: expectabat.n. vt ille prius emitteret vocẽ: tandẽ ſeductus a fidis comitibus exclamauit, puer ecquis adeſt: idem reſpondet Echo: ſtupet hic, & conuerſus in omneis parteis: iterum huc veni, inquit, nõ minus illa iterat: tandẽ puer hic coeamus.i.conueniamus, dixit, libentius reſponſura nulli: imo coeamus retulit Echo: & egreſſa e ſyluis eſt, vt inĳceret manus ſperato collo. Fugiens puer complexum: Ante (ait) emoriar, q̃ ſit tibi copia noſtri, & ſic quod fuerit ſpreta pudibunda, tecta frondibus in ſyluis latet & antris: & dolore, macieq̃ conſumpto corpore: ex ea tamen vox ſuperfuit: oſſa vero in ſaxa conuerſa ſunt: ſuccus corporis in aera.

Ilicis & nigræ ſpecies, & læta cupreſſus,
Vmbroſæq̃ manent fagus, hederæq̃ ligantes
Brachia, fraternos plangat ne populus ictus:
Ipſæq̃ excedunt ad ſumma cacumina lentæ:
Pinguntq̃ aureolos viridi pallore corymbos.
Quis aderat veteris myrtus non neſcia fati.
At volucres patulis reſidentes dulcia ramis
Carmina per varios edunt reſonantia cantus.
His ſuberat gelidis manans e fontibus vnda,
Quæ leuibus placidum riuis ſonat orta liquorem.
Et quanquam geminas auium vox obſtrepit aureis:
Hanc querulæ referunt voces. quis nantia limo
Corpora lympha fouet. ſonitus alit aeris Echo.
Argutis & cuncta fremunt ardore cicadis.
At circa paſſim feſſæ cubuere capellæ,
Excelſiſq̃ ſuper dumis: quæ leniter afflans
Aura ſuſurrantis poſſit confundere venti.
Paſtor vt ad fontem denſa requieuit in vmbra:
Mitem concepit proiectus membra ſoporem,
Anxius inſidĳs nullis: ſed lentus in herbis
Securo preſſos ſomno mandauerat artus.
Stratus humi dulcem capiebat corde quietem:
Ni fors incertos iuſſiſſet ducere caſus.

ASCENSIVS.

¶ Ilicis, & nigræ.) Eandem rem proſequitur, deſcribens videlicet variũ ornatũ ex arboribus, additurus ſymphoniã: & concentum auium, & fontium, iucunda murmura, gratamq̃ temperiẽ. Bene autem dicit, ramis patulis: quia patulũ dicitur, quod ſemper patet, aut panditur: vt rami arborum, qui nunq̃ clauduntur. patens aũt, quod ad tempus patet: vt docuit Seruius ad illud. Tityre tu patulæ recubãs ſub tegmine phagi. ¶ Excelſiſq̃ ſup dumis.) More ſuo, ſuper, vbi nõ eſt mot⁹, cũ ablatiuo cõſtruit: vt in Buc. Tu tamẽ hac mecum poteris requieſcere nocte Fronde ſuper viridi. Idẽ tñ in Æneid.j. dixit, Fama ſu p æthera notus. Quod nos ſequimur. Ordo aũt eſt. Species ilicis nigræ: & cupreſſus læta.i.lætitiæ affectrix, & phagus vmbroſę, quia ramoſæ: & hederæ ligantes brachia.i.ramos: ne popul⁹ ſ.arbor, in quã ſorores Phaethontis transformatæ ſunt, plãgat artus fraternos, ideſt Phaethõtis fratris: & ipſæ.ſ. hederæ lentæ, excedunt ad ſumma cacumina: & pingunt viridi pallore: corymbos.i.fruct⁹ ſuos: aureolos.i.ſublucidos: quis.i.quibus aderat myrtus, non neſcia.i. conſcia: fati.i.mortis. At.i. ſed volucres reſidentes, ſupple in ramis patulis: edũt.i. exprimunt, dulcia carmina, reſonantia per varios cantus.i.canendi modulos. Vnda manans e fontibus gelidis.i.ſubfrigidis: ſuberat his.i.erat ſub his auibus, in dumis reſidentib. quæ orta riuis lenibus ſonat.i.ſonando indicat liquorem placidum. Et quãq̃ vox auium obſtrepit.i.ſtrepitu concutit geminas aureis: voces querule.i.querenti ſimiles: referunt hanc.ſ.vndam, aut ſtrepitũ eius: quis.i quibus fontibus, Lympha fouet corpora piſciũ: natantia limo.i.ſuper limum, & Echo, alit ſonitus aeris: & cuncta.ſ.loca, fremunt Cicadis argutis.i.ſtridulis & ſonoris: ardore.i.propter ardorem: vt in Buco. Sole ſub ardenti reſonant arbuſta, cicadis. Et capellæ feſſæ cubuere paſſim, circa.ſ.paſtorem, aut in circuitu: & ſuper dumis excelſis, quæ.ſ.omnia aura venti: ſuſurrantis.i.obmurmurãtis, & ſonantis: leniter afflãs.i. ſpirans leniter: poſſit cõfundere.i.cõmiſcere: vt.i.poſtq̃, paſtor requieuit ad fonteis in denſa vmbra, proiectus mẽbra.i.habẽs membra proiecta, cõcæpit ſoporem mitem.i.tranquillũ. Nullis.i.non vllis.i non anxius vllis inſidĳs: ſed lentus in herbis: mandauerat artus preſſos ſecuro ſomno: & ſtratus humi capiebat.i.cępiſſet: corde.i.etiam animo: quietem dulcem.i.placidã: ni.i.niſi: fors.i.fortuna: hoc eſt, euentus fortuitus: iuſſiſſet ducere.ſ.ad eum, caſus incertos.

DOMITIVS.

¶ Tollebant auræ veheme tis.) Tollere, eſt inferre, vel eleuare. Virgi. iij. Georgicorum, Tollenteſq̃ minas, & cœrula colla tumentẽ, & in j. Ænei. Et mulcere dedit fluctus, & tollere vento. Auræ enim vires inferebant, & eũ ad omnia agilem faciebant.

Nam ſolitum voluens ad tempus tractibus hydræ
Immanis vario maculatus corpore ſerpens,
Merſus vt in limo magno ſub ſyderis æſtu,
Obuia vibranti carpens grauis aera lingua,
Squamoſos late torquebat montibus orbes.
Pallebant auræ liuentis ad omnia viſus.

ASCENSIVS.

¶ Nam ſolitum, &c.) Docet, quis caſus fortuitus requiẽ paſtoris turbauit, per interuentum.ſ.ſerpẽtis. Ordo eſt. Nam ſerpens immanis, maculatus corpore vario.i.per corpus varium: & voluens,

Iam magis atq; magis corpus reuolubile voluens
Attollit nitidis pectus fulgoribus:& fert
Sublimi ceruice caput:cui criſta ſuperne
Edita purpureo lucens maculatur amictu:
Aſpectuq; micant flammantia lumina toruo.
Metabat ſeſe circum loca.cum videt ingens
Aduerſum recubare ducem gregis.acrior inſtat
Lumina diffundens intentus,& obuia toruo
Sæpius arripiens infringere,quod ſua quiſquam
Ad vada veniſſet.naturæ comparat arma:
Ardet mente:furit ſtridoribus:intonat ore:
Flexibus euerſis torquetur corporis orbis:
Manant ſanguineæ per tractus vndiq; guttæ:
Spiritibus rumpit fauces.Cui cuncta paranti
Paruulus hunc prior humeris conterret alumnus:
Et mortem vitare monet.per acumina nanq;,
Qua diducta genas pandebant lumina gemmis,
Ac leuioris erat naturæ:pupula telo
Icta leui.tum proſiluit furibundus:& illum
Obtritum morti miſit.cui diſſitus omnis
Spiritus exceſſit ſenſim.tum torua tenentem
Lumina reſpexit ſerpentem comminus:inde
Impiger,exanimus,vix compos mente refugit:
Et validum dextra truncum detraxit ab orno.
Qui caſus ſociarit opem,numen ue deorum,
Prodere ſit dubium:voluit ſed vincere tales
Horrida ſquamoſi voluentia membra draconis.
Atq; reluctantis crebris,fœdeq; petentis
Ictibus oſſa ferit,cingunt qua tempora criſtam.
Et quod erat tardus ſomni langore remoto,
Neſcius aſpiciens timor obcæcauerat artus:
Hoc minus implicuit dira formidine mentem.
Quem poſtq̄ vidit cæſum langueſcere:ſedit.

voluens.ſup.ſe,ad tēpus ſolitū,ideſt conſuetum,ſup.in iiſdē tractibus,,in quibus.ſ. paſtor,cubabat dormiēs:vt ideſt ſecundū,q̄ ipſe merſus in limo ſub magno æſtu ſyderis.ſ.caniculæ,aut ſolis ardentis:& grauis.i.magnus:aut moleſtus.i.carpens lingua vibranti:obuia,ideſt q̄cūq; obiecta, videlicet aera (vt ſit per appoſitionem dictum:nā aera obuia, grammatica non patitur)torquebat motibus.i.volutationibus(aut montibus.i.a montibus:ſed ſi in limo,quo in montibus?)late.i.per latū: orbes.i.annulos ſuos,& ſpiras ſquamoſos.Auræ tollebāt.i.erigebant,& vires dabāt,ſup.eū:& ei ad oīa vehemētis niſus.i.pertinētia ad vehementem niſum,aut nixū: & ita ipſe voluens iam magis,atq; magis.ſ.ſic adiutus ab auris:corpus reuolubile:attollit pectus fulgoribus nitidis.i.habens fulgores nitidos,& caput attollit ſe ſublimi ceruice:cui.ſ.capiti:criſta edita.i.eminens,& extās ſuperne.i.deſuper:maculatur.ſ.lubricitate:lucens amictu purpureo.i.ſanguinolēto: & lumina flāmātia i.oculi igniti micāt aſpectu toruo:& ſup.ſerpens:metabat.i.demetiabatur,ſicut caſtrametari volēs,loca circū i.in circuitu:tum.i.deinde: ipſe ingēs videt ducem gregis.i.paſtorē: recubare aduerſum.i.in aduerſa regione,& inſtat acrior:& ipſe diffundēs, i.diſpergēs:lumina i.viſum:intēdere.i.intendebat, ſup.ea,aut eū:& abripiens ſæpius obuia toruo.ſ.aſpectu:infrēdere.i.infrēdebat,aut infrendere cœpit,q̄.i.quia quiſq; veniſſet ad ſua vada,& comparat arma naturæ.ſ.venenū:aut dentes vnde ardet mente,furit ſtridoribus,intonat ore:& torquetur flexibus.i.reuolutib⁹:aut annulis orbis.i.gyri,corporis verſis.i.circūactis, guttæ ſanguineæ manant.i.diſtillant vndiq;: per tractus.i.vbi corpus lubricū trahebat:& rumpit fauces ſpiritibus.i.crebris, & magnis flatib.quo.ſ.ſerpente: paranti cuncta.ſ.natura arma aduerſus paſtorē:alūnus paruulus.i.culex quē paſtor alere ſolebat flatu & ſanguine:propior humeros.i.ens valde ppe humeros:conterret hunc.ſ.paſtorē,& monet vitare mortē:nāq; qua,ſup.parte,lumina deducta p culmina,ideſt oculi aperti p ſummitates: pandebāt.i.aperiebāt:genas i.recæptacula lachrymarū, & ſinus oculorum:gēmis.i.pupillis oculorū, in morē gemmarū relucētibus & formatis: ac p.i.qua pabula.i.pupilla:naturę ſenioris erat icta.i.pcuſſa læui telo,ideſt modico aculeo culicis:tū.i.tūc ipſe paſtor furibūdus proſiluit: & miſit morti,ideſt ad mortē:illum.ſ.culicē paruulum obtritū.ſ.digitis,aut palma cui ſpiritus.ſ.vitalis: diſſitus,ideſt reſolutus exceſſit omnis ſenſus.tū.i.deinde: paſtor,ſup.reſpexit,cominus.i.de prope: ſerpentē tenentē lumina.ſ.firma: vt noceat,ide.i.deinde:ipſe impiger.i.ſtrenuus:& ſup.exanimus vix cōpos.ſ.ſui mente.i.in aīo:effugit.ſ.a ſerpente:& detraxit ab ore ſerpentis dextra.ſ.ſua:trūcum validū.ſ.quē ſerpēs ferociēs abripuerat. Qui.i.qs,aut qualis caſus:ve,p vel,quod numen deorū voluit dubiū, ſup.eē,pdere.i.manifeſtare: ſed voluit.ſ.caſus aut deus: tales,ſcilicet hoīes ſimplices vt paſtores vincere horrida mēbra voluētia.i.volubilia draconis ſquamoſi:aut voluentis.i.agitātis ſe, atq; reluctantis crebris ictibus: & petentis.i.inuadentis: paſtorē.ſ.fœde,ideſt immaniter:ictibus feris.i.ferocientis,belluæ ſimilibus,aut feri.ſ.draconis ferocientis.Qua.i.ea parte,ſup.petentis:qua criſtæ cingunt tēpora,ideſt partes medii capitis inter verticē & aurē:& quod,ideſt quia ipſe ſerpens erat tardus omni languore remoto,ideſt de natura ſua ſine languore extrinſeco,aut ęgritudine extrinſecus proueniente: aſpiciens neſcius.i.quaſi ignarus,& imbellis,ac repugnare neſcius:quia.ſ.timor obcæcauerat,ideſt hebetauerat artus:hoc,ideſt tanto minus:implicuit mentem, ſcilicet paſtoris:formidine dira,ideſt deorum ira proueniente:hoc eſt,tanto animoſior erat paſtor, quanto ſerpens hebetior,& tardior effectus:quē,ſcilicet ſerpentem cæſum poſtq̄ paſtor,ſup.vidit:langueſcere, ideſt deficere languore mortis:ipſe ſedit.i.ceſſauit,& requieuit.

Iam quatit,& biiuges oriens erebo cit equos nox:
Et piger aurato procedit Veſper ab Oeta:
Cum grege compulſo paſtor duplicantibus vmbris
Vadit:& in feſſos requiem dare comparat artus.
Cuius vt intrauit leuior per corpora ſomnus:
Languidaq; effuſo requierunt membra ſopore:
Effigies ad eum Culicis deuenit:& illi
Triſtis ab euentu cecinit conuitia mortis.
Inquit,quis meritis ad quæ delatus,acerbas
Cogor adire vices?tua dum mihi carior ipſa
Vita fuit vita:rapior per inania ventis:
Tu lentus refoues iucunda membra quiete
Ereptus tetris e cladibus.at mea manes
Viſcera lethæas cogunt tranſnare per vndas.
Præda Charontis agor:video vt flagrantia tedis

DOMITIVS.

¶ Iam quatit,& biiugis oriens erebo cit equos nox.) Equi noctis ſunt nigri, diei candidi:ſolis ruffi:lunæ alter niger alter albus. Pompo autem,nullos lunam habere dixit. Nox,eſt vmbra terræ:nam cum terra opponitur ſoli,nox eſt.Et niſi interueniat ſol(vt Catullus dixit)nox eſt. ¶ Et piger aurato veſper pcedit ab Oeta.) Oeta Theſſaliæ mons qui mare attingit verſus Atticam regionem,in quo combuſtus Hercules fuit a quo ſol oritur:occidēte enim ſole,ſtellas credunt oriri:ſicut mane ſol exoriri videt: ab Ida Troadis monte:vt Lucre.ait. ¶ Veſper.) Vt meminit M.Varro,a Plauto veſperugo dicitur:vt,Veſpere veſperugo, veſpere vergiliæ occidūt.A Pacuuio Lucifer,Iubarq;,quod iubata ſit ſtella.Tempus in vtrumq; Veſperum,& Luciferū, volunt tempus eſſe noctis:ſed Catullus docebat, omnes tenebras nominare noctē. ¶ Ereptus tetris e cladibus, at mea manes.) Manes,dii inferi dicuntur:ab eo quod dicebāt antiqui manon,hoc eſt bonum: non quod boni ſint: ſed quia bonos putabant,quibus animas commendabāt,& manes appellauerunt:

Equi noctis diei ſolis,lunæ.

Oeta.

Veſper

Iubar

Manes

Lumina collucent infeſtis omnia templis.
Obuia Tiſiphone ſerpentibus vndiq; compta,
Et flammas,& ſæua quatit mihi verbera,pœna
Cerberus,& diris flagrant latratibus ora:
Anguibus hinc,atq; hinc horrent cui colla reflexis:
Sanguineiq; micant ardorem luminis orbes.

lauerunt:hinc immane non bonũ, ideſt horrẽdũ & aſperum dicitur.Dehinc etiam, mane, diei ꝓncipiũ dicitur: quod M.Varro approbat:& ab eo,quod cum manat ab Oriente,dies ab eo,& hoĩes dicti ſunt:nam a luce & mane,apud Romanos dicti ſũt & Lucij & Manilij. Lumina collucent infernis.) Templũ,tribus modis dicitur: vt M.Varro aſſerit, ab natura,ab auſpicijs, ab ſimilitudine. Natura,in cœlo,ab auſpicijs,in terra.ab ſimilitudine,ſub terra. In cœlo templũ dicitur, vt in Hecuba, Magna templa cœli tum cõmixta ſtellis ſplendidis. In terra,vt in Periboea ſcrupea ſaxa Bacchi tẽpli prope egrediũtur. Sub terra,vt in Andromacha,Acheruſia templa alta Orci ſaluete infera. Quod cœli eſt,quatuor partibus dr̃: ſiniſtra,ab oriẽte: dextera, ab occaſu: antica,ad meridiẽ: poſtica,ad ſeptẽtrionẽ. Sub terra,tẽplũ a terendo,circa cœlum qua tuemur dictum eſt templum.

ASCENSIVS.

Iam quatit,&c.) Recitat q̃uo irruente nocte,paſtor iterũ ſopore obrutus eſt:atq; illi ſpũs culicis,mirum in modũ plangentis apparuit,atq; oſtendit ſibi mortẽ pro beneficio vitæ illatã. Ordo eſt. Nox oriens,ideſt naſcens:Erebo.i.a tenebris infernis,quatit equos biiugis,ideſt binos iugũ ducentes:& cit.i.excitat eos,ideſt iam nox appropinquauit: & veſper piger.i.ſerus & tardus: quia erat tẽpore,quo dies longi ſunt:& veſper,ideſt Heſperus,ſeu ſtella Veneris tardius apparet,tunc enim culices præcipue mordent,procedit ab Oeta monte Theſſaliæ: aurato, ideſt aureis radijs circũfuſo: cum,ideſt q̃n: paſtor vadit,ſcilicet in requiem ſuã:& hoc grege cõpulſo,ſcilicet ad ſepta,ſeu ouilia ſua:& vmbris duplicantibus,ſcilicet ſe.vnde in Buco. Maioresq; cadunt altis de mõtibus vmbræ.& comparat.i.ſimul parat hoc eſt,cõtendit: dare,ideſt immittere requiem in artus feſſos: per cuius corpora,ideſt mẽbra: vt,ideſt poſtq̃: ſomnus leuior.i.aliquantulũ tenuis & modicus,vt ſolet eſſe ægrotis, & difficulter requieſcentibus: quibus, videlicet varia apparẽt fantaſmata: q;,pro ideſt: membra languida requierũt ſoporẽ effuſo.ſ.ſuper ipſa: effigies.i.ſimulachrũ culicis deuenit ad eum:& ipſa

ipſa triſtis ab euentu mortis i.quia ob beneficiũ interemptus erat: culex cecinit illi, ſcilicet paſtori: conuitia,ideſt opprobria, & contumelias:&,ſupple inquit, quid meritis, ſupple rependitur: aut qd merit⁹, ſupple ſum: ſed ſyllaba licenter poneretur dicendo meritus: ad quæ,ſcilicet mala: ego dilatus.i.reſeruatus: cogor inire acerbas vices,ſcilicet inferorum,dum tua vita fuit charior: me ipſo,ideſt q̃ vita mea: ego rapior.i.eripior: vita.ſ.mea: ventis.i.a ventis: per inania.ſ.loca aeris,quæ vulgus inania putat. Tu lentus,ideſt ocioſus & proſtratus,refouẽs mẽbra,quiete iucũda,ideſt placida & delectabili: ereptus,ideſt liberatus per me: e cladibus tetris.i.diris, ſcilicet infernalibus, q̃bus imerſus fuiſſes: at,ideſt ſed: manes,ideſt inferi: cogũt mea viſcera,ideſt ſimulachrum corporis mei,tranare per vndas Letheas, ideſt ipſius Lethes: fluuij obliuionis apud inferos: ꝑ quẽ intrantes animæ ad inferos (ſm gentiles) obliuiſcuntur oĩum quæ dulcia erant apud ſuperos:& redeũtes ad nos,obliuiſcuntur omnium quæ paſſæ ſunt, aut viderunt apud inferos. Ego agor,ideſt impellor,exiſtẽs præda Charontis.i.portitoris ſic dicti,qui cymba ſutili traducit animas: vt dictũ eſt in.vj.ex ſuperſtitione Ægyptiorum: vidi, quia apud Charonta fuerat: ſed non poterat traijci,quia ſepultura carebat. vnde in.vj.de talibus dictum eſt. Centũ errant annos, volitãtq; hæc litora circũ. Vidi ergo vt,ideſt qualiter omnia lumina collucẽt in templis infernis (ſic enim Calderinus legit: cum alij ſcribant, infeſtis) flagrantia,ideſt ardentia,tedis, ideſt quicunq; viſuntur apud inferos, habent oculos ardentes.fumoſo igni:& a tida ꝓcedit: Tiſiphone,ideſt furia illa infernalis,vltrix,& ab vltione dicta: compta vndiq; ſerpentibus,ideſt habens pro comis, ſerpentes:& pro crinibus,angues: quatit mihi,ideſt ad terrorem meum,& flammas,& ſæua verbera: & Cerberus,ſup.eſt pœna,& ora,ſcilicet eius, quia tria habet: flagrant, ideſt ardent diris latratibus: cui, ſcilicet Cerbero cani tricipiti colla arent,aut horrent,hinc,atq; hinc,ideſt vtrinq; anguibus reflexis,& orbes luminis,ideſt pupillæ oculorum: micant,ideſt micando emittunt: ardorem ſanguineum,ideſt ſanguinei coloris.

Heu quid ab officio digreſſa eſt gratia? cum te
Reſtitui ſuperis leti iam limine ab ipſo?
Pręmia ſunt pietatis vbi? pietatis honores
In vanas abiere vices:& iure receſſit
Iuſtitiæ prior illa fides. Inſtantia vidi
Alterius,ſine reſpectu mea fata relinquens.
Ad parileis agor euentus: ſit pœna merenti:
Pœna ſit exitium,modo ſit,dum grata voluntas:
Exiſtat par officium.feror auia carpens,
Auia cimerios inter diſtantia lucos.
Quem circa triſtes denſentur in omnia pœnæ.
Nam vinctus ſedet immanis ſerpentibus Othos,
Deuinctum mœſtus procul aſpiciens Ephialten:
Conati quondam cum ſint incendere mundum.
Et Tityos Latona tuæ memor anxius iræ.
Implacabilis ira nimis iacet alitis eſca.
Terreor à tantis inſiſtere terreor vmbris
Ad ſtygias reuocatus aquas: vix vltimus amni
Reſtat, Nectareas diuùm qui prodidit eſcas
Gutturis arenti reuolutus in omnia ſenſu.
Quid ſaxum procul aduerſo qui monte reuoluit?
Contempſiſſe dolor quem numina vincit acerbus,
Otia quęrentem fruſtra: ſublite puellæ
Ite quibus tedas accendit triſtis Erynnis:
Sicut hymen præfata dedit connubia mortis.
Atq; alias alio denſas ſuper agmine turmas.
Impietate fera vecordem Colchida matrem

DOMITIVS.

Auia Cymerios: inter diſtãtia lucos.) Cymeriũ fuit vetuſtiſſimũ oppidũ, prope Cumas ad Acheruſiã paludẽ, vbi eſt deſcenſus ad inferos:,ideo Cymerios lucos, ꝓ inferno vſurpauit: Habitauere & illic populi Cymerij,ingredientes cauernas,& nõ egredientes: niſi nocturno tp̃e: erant hi ſacerdotes dãtes oracula,deleti a Campano rege, cum ſemel eẽnt mentiti oraculum. Deuinctus mœſtus ꝓcul aſpiciẽs Ephialten.) Aloeus, Titanis filius,ex vxore Iphimeride violata a Neptuno, duos pueros generauit, Ephialten,& Othon,hi ſingulis diebus creſcebãt digitum: vnde ſuperbia moti, Iouẽ ad pugnã interpellauerũt,quã re Iuppiter indignatus, apud inferos deiectos, perpetuis affecit cruciatibus. Virgilius vj.Æneidos, Vidi,& Aloidas geminos immania vidi Corpora,qui manibus magnũ reſcindere cœlum Aggreſſi,ſuperisq; Iouẽ detrudere regnis. Et Tityos Latona.) Tityus, Iouis filius, ex Helcro Orcomeni, quia interpellarat Latonã de ſtupro adactus ad inferos ab Apolline dat poenas: nam eius ſemper conſumptũ renaſcens iecur vultures diripiunt. Ad Stygias reuocatus aquas.) Tãtalus Iouis, filius,rex Paphlagoniæ, Ioui,Mercurio & Cereri hoſpitio accæptis,filium Pelopẽ epulandum dedit. Abſtinuere dij.) Ceres,brachium quod deuorauerat,reſtituit eburnum: patrem dij apud inferos hoc affecere ſupplicio, vt ſitiens aquam,quam habet ad mentũ, non poſſit deguſtare, & eſuriẽs poma ſupra ceruicem pendentia, excerpere non poſſit. Alij volunt ideo dare pœnam Tantalum, quod admiſſus ad deorum ſecreta, & myſtica ſacra ea vulgarit. Quid ſaxum procul aduerſo q mõte reuoluit?) Siſyphus Corynthi,quæ tunc Ephyre dicebatur rex, Æoli filius,& Creontis pater,hoſpites coactos, cum illi pedes lauarent, nacto tempore in eo opere præcipitabat in mare: quare apud inferos,ſaxũ a montis vertice,ad radices præceps cõtinuo: deinde & in ſublime euoluere coact⁹ eſt.hũc Theſſeus vicit. Otia quærentẽ

Cymerium.

Aloeus

Othos Ephialtes.

Tityus

Tãtalus

Siſyph⁹ Ephyre

Anxia ſollicitis meditantem vulnera natis;
Iam Pandionias miſerandas prole puellas,
Quarum vox querula eſt: ſuperat quod Biſtonius rex,
Orbus Epops mœret, volucres euectus in auras.
At diſcordantes Cadmeo ſanguine fratres
Iam truculenta ferunt, infeſtaq; lumina corpus
Alter in alterius: iamq; aduerſatus vterq;
Impia germani manat quod ſanguine dextra.

Danaus Ægyptꝰ Belides

quærētē fruſtra ſublite puellæ. Danaus, Beli filius. l. filias, Ægypti fratris, totidē filiis coniuges dare negans, ex Ægypto pulſus, primo magna naui Argos nauigauit: & Steneleo pulſo, Argis præfuit, Ægyptus filijs inſe qui iuſſit: ac ne redirent: niſi interempto fratre Danaus, vt ſe liberaret, promiſit nuptias: admonuit vero filias: vt noctu maritos trucidarent: omnes efficiunt præter Hypermeſtren, quæ Lino, ſiue Linceo pepercit. ☞ Ite quibus tedas accendit triſtis Erynnis: Sic hymen præfata dedit connubia mortis.) Hymen, Bacchi & Veneris filius (vt Capella tradit) deſperans puellæ connubia per litora ſolus vagabatur: pyratæ qui ad ſacra Eleuſinæ Cereris, proficiſcentes virgines rapuerant: capiuntur, & puellæ liberantur in primis, Hymen, Athenas veniens hoc detulit: & nuptias ob beneficium a matre puellæ impetrat: quam ob felicitatem, vt in nuptijs Iunonis, in memoriam Hymen vocarent Athenienſes conſtituere, vt apud Romanos Thalaſſio. ☞ Anxia ſollicitis meditantem vulnera natis.) Medea Oetæ regis Colchorum, ex Perſe filia: quod Iaſon eius vir, Creuſam Creontis regis, Corynthiorum filiam, in vxorem accæperat: ſeſe ſpretam ægre ferens viro coram duos natos Dyndimum, & Theſſandrum interemit, relicto Theſſalo: a quo Theſſalia dicta eſt. Hinc euecta draconibus ad Ægeum fugit. ☞ Iam Pandionias miſeranda, &c.) Pandion, Athenarum rex, filiā Prognem Thereo Thra

Pandiō

ciæ regi, ſeu Megaræ vxorem dedit: hic alteram eius ſororem ſtuprauit: quā re cognita, Progne vna cum Philomena ſorore, Ithin filium epulandum patri Thereo poſuerunt: quęrit Ithin pater ſæpius intercœnandum, Progne ait, quem petis intus habes. Philomena vero, pueri cruentum caput offert: & repulſa menſa, ambas enſæ inſequitur: & ſic ſeſe præcipitantes præ dolore, Progne in hyrundinem: Philomena in auē luſciolā: Ithis in carduelum, ſeu phaſianum: Thereus, in criſtatam auem: quę regum decus oſtentat, vertitur nomine Epops: vnde Ouidius meta. lib. vj. Vertitur in volucrē cui ſtant in vertice criſtæ, Prominet in modicum, pro longa cuſpide roſtrum, Nomē Epops volucri facies armata videtur. ☞ At diſcordātes.) Laius Cadmi

Laius

pronepos Ædipodem generat, Ædipodes Etheoclem, & Polinicem ex Iocaſta propria matre, eos reliquit: vt alternis regnarent annis. Etheocles Polinici regnum non reſtituit, ſed exulē facit: confugit ad Adraſtum Argiuorum regem: & accæpta filia Argia, in vxorem conſpirantibus, cū eo Thideo Parthenopeo, Adraſto Amphiarao, Hippomedonte & Capaneo regibus: qui pari fato occubuere præter ſenem Adraſtum: Polinices autem mutuis vulneribus cū Etheocle fratre occubuit in duello: manſitq; defunctis diſcordia. Nam cum cremarentur pyra, ſeſe in duas diuiſit parteis.

ASCENSIVS.

❡ Heu quid ab officio.) Grauis conqueſtus culicis, dolentis beneficium a ſe collatum, in perniciem verſum, cū ad inferos cogatur traduci: ex paradoxo (vt dixi) Pythagoræ aſſerētis, vnū, eundemq; ſpiritum in hominis, ac bruti animalis corpore viciſſim eſſe: ſpiritus culicis recēſet eos, quos apud inferos ſe inuenturum noſcit. Tangens plurimas hiſtorias, quas, quia Calderinus non negligenter explicat, erimus ordine & explanatu contenti, qui talis eſt: Heu, dolētis vox: quid, ideſt ad quid: & quo: eſt gratia, ideſt gratiarū actio: aut gratitudo digreſſa ab officio. Nam (vt Cicer. docet) officium grati animi, eſt imitari agros feraces: qui plus reddunt, q̄ accæperint, vnde longe diſcedit ab officio, qui pro beneficio ſummam iniuriam reponit: cum, ideſt quandoquidem: ego reſtitui te, ſcilicet exiſtentem in ipſo limine: lethi, ideſt mortis, ideſt cum parum abeſſes ab interitu per morſum ſerpentis: reſtitui te ſuperis, ideſt auris vitalibus: hoc eſt, huic mundo, qui reſpectu inferorū ſuperus eſt: vbi ſunt præmia pietatis, ſcilicet meæ? Honores pietatis abiere in vices vanas, ideſt omnis pietas euanuit, & in nihilum redacta eſt: & illa prior, ideſt priſca fides: iuſtitiæ, ſcilicet Aſtreæ, q̄ erat apud antiquos

antiquos tempore Saturni, receſſit rure: qa vt dicit Oui. Vltima cœleſtū terra Aſtrea reliquit. quod & in Georgi. teſtatur poeta: ego vidi, ideſt conſyderaui: fata, ideſt mortem alterius: inſtantia, ideſt imminentia: relinquēs mea fata ſine reſpectu, ideſt conſideratione, ideſt nō habēs reſpectum ad mortē, q̄ per hoc mihi imineret. Ego agor nunc ad euentus pariles, ideſt confimiles, qui illi non euenerūt ſed eueniſſent: pœna, ideſt ſupplicium: ſit mereti, ſcilicet beneficium, & pœna ſit exitium, ideſt redactus ſum in exitium, ideſt exitum vitę, per pœnam quā pro bene facto rependo: cum, ideſt quandoquidem: voluntas grata ſit mihi, ideſt cum libens & volens beneficium impenderim: exiſtat, ſupple præcor: aut par eſt, vt exiſtat officium: par, ideſt confimile, vt ſcilicet liberer ab interitu: ego feror, ideſt auferor: carpens auia, ideſt loca inacceſſā, ſine via auia, dicit, diſtātia inter lucos Cymerios, ideſt Cumanos, vbi ad inferos acceſſus eſt: aut lucos inferos, ad quos per Cymerium peruenitur: circa quem, ſcilicet me: pœnæ triſtes denſentur, ideſt accumulantur, & ſtipantur in omnia, ſcilicet circuniacentia: nā Othos, filius Aloei: immanis, ideſt horrendæ magnitudinis, & crudelis, ſedet victus ſerpentibus. Bene ſedet, quaſi nō abiturus. vnde in. vj. Sedet æternūq; ſedebit. Infelix Theſeus: ſedet, dico, mœſtus aſpiciens procul Ephialten fratrem ſuum deuictum, ideſt etiam victum. Cum, ideſt quandoquidem ipſi ſint conati quondam incendere mundum: & Tityos, ideſt alumnus terræ, o Latona, mater Apollinis: memor, ideſt memorans tuas iras, vt ſit Græca locutio, exiſtens anxius, iacet, ſcilicet proſtratus: vnde in. vj. Per tota nouem cui iugera corpus Porrigitur exiſtens eſca alitis viui, ſcilicet vulturis: indefatigabilis, quia ira, ſupple tua eſt implacabilis: aut iacet ira tua implacabilis. Ego terreor inſiſtere, ideſt progredi. terreor (inquit) a tantis vmbris. Vix ille, qui prodidit eſcas Nectareas, ideſt cum nectare ſumendas: diuum, ideſt diuorum, ſcilicet Tantalus, reuocatus ad aquas Stygias, ideſt Stygis, paludis infernalis: de qua in. vj. ſatis dictum eſt. Vix reſtat amni, ſcilicet infernali, quem mento tenus habet reuolutus in omnia, ideſt in omnem partem: ſenſu gutturis arenti, ideſt deficcato: quid, ſupple dicam de illo, ſcilicet Syſipho, qui reuoluit procul ſaxum, ſcilicet de monte aduerſo, quem dolor acerbus, ideſt ſtimulus conſcientiæ: vincit, ideſt conuincit, & accuſat contempſiſſe numina, ideſt deos. O puellæ, ſcilicet Belides, quærentes fruſtra otia, ideſt ceſſationem, ab infundendis aquis: ſub lite, ideſt contentione: quibus triſtis Erynnis, ideſt furor: accendit tædas, ſcilicet maritales, ideſt acuit furorem in maritos quos occidiſtis: ite, ideſt diſcedite a me, quaſi dicat triſte eſt vos videre. Sic, ideſt ſic ne Hymen, ſcilicet deus legitimarum nuptiarum dedit connubia mortis, præfata, ideſt fatalia? atque denſat, ideſt accumulat: alias turmas, ideſt copias quinquaginta fratrū, vno dempto ſuper alio agmine, ideſt aggerendo agmen ſuper agmen: impietate fera, ideſt beluina, aut feroci? cum ego cernam Colchida, ideſt Medeam, Colchorum regis filiam. & eſt patronymicum a patria: matrem meditantem natis, ideſt filijs ſuis Dyndimo & Theſſandro: ſollicitis, ideſt anxijs: Vulnera anxia, & cum cernā iam puellas Pandionias, ſcilicet Prognem & Philomenam: miſerandas prole, ſcilicet Ithi, aut Ithylo: quarum vox eſt querula: quod, ideſt quia: rex Biſtonius, ideſt Thracius, ſcilicet Thereus: ſuperat, ideſt ſuperuiuit: exiſtens orbus, ſcilicet filio quem comedit: & ipſe Epops, ideſt effectus talis auis: mœret, ideſt queritur: aut dolet euectus in auras volucres, ideſt velociter tranſibiles, & cedentes: at, ideſt ſed: fratres cadmeo ſanguine, ideſt propagati a Cadmeo, rege Thebarum, ſcilicet Etheocles & Polinices: diſcordantes, ideſt qui diſcordes vixerunt: ferunt iam, ideſt in morte: lumina truculenta & infeſta, ideſt oculos diros, & infenſos, exiſtens iam vterque, aduerſatus alter in corpus alterius: quod, ideſt quia: dextra impia manat, ideſt diſtillat: ſanguine germani, ſcilicet fratris altera alterius.

DOMITIVS.

Tiſiphone

❡ Tiſiphone.) Tiſiphōe aūt vna ex furiis, a cędibus plectendis dicta, vltricē cædis ſignificat. Quia τίσισ vltio aut pœna: φόνοσ, cædes ſiue mors, cui vltio mortis cura ſit. Horátius in ſermo. Seruilibus

Eheu mutandus nunquam labor: auferor vltra
In diuerſa magis. diſtantia numina cerno.

Elyſiam tranandus agor delatus ad vndam.
Obuia Perſephone comites Heroidas vrget
Aduerſas perferre faces. Alceſtis ab omni
Inuiolata vacat cura, quod ſæua mariti
In calcedoniis Admeti cura morata eſt.
Ecce Ithaci coniux ſemper decus Icariotis
Fœmineum concepta decus manet:& procul illam
Turba ferox iuuenum telix confixa procorum.
Quin miſera Eurydice tanto mœrore receſſit.
Pœnaq; reſpectus & nunc manet Orpheus in te.
Audax ille quidem:qui mitem Cerberon vnquam
Credidit:aut vlli Ditis placabile numen:
Nec timuit Phlegethonta furens ardentibus vndis:
Nec mœſta obtentum Ditis ferrugine regnum,
Defoſſasq; domos, ac tartara nocte cruenta
Obſita, nec faciles Ditis ſine iudice ſedes,
Iudice, qui vitæ poſt mortem vindicat acta.
Sed fortuna valens audacem fecerat. ante
Iam rapidi ſteterant amnes:& turba ferarum
Blanda voce ſequax regionem inſederat Orphei.
Iamq; imam viridi radicem mouerat alte
Quercus humo: ſteterant amnes: ſyluæq; ſonoræ
Sponte ſua cantus rapiebant cortice amara.
Labenteis biiuges etiam per ſydera Luna
Preſſit: equos & tu currenteis menſtrua virgo
Auditura lyram tenuiſti, nocte relicta.
Hæc eadem potuit Ditis te vincere coniux:
Eurydicenq; vltro ducendam reddere, non fas,
Non erat in vitam diræ exorabile mortis.
Illa quidem nimium maneis experta ſeueros
Præceptum ſignabat iter: nec rettulit intus
Lumina: nec diuæ corrupit munera lingua.
Sed tu crudelis, crudelis tu magis Orpheu,
Oſcula cara petens rupiſti iuſſa deorum.
Dignus amor venia: gratum ſi tartara noſſent
Peccatum meminiſſe graue. Et vos ſede Piorum,
Vos manet Heroum contra manus. hic & vterq;
Aeacides, Peleus nanq;,& Telamonia virtus
Per ſecura patris lætantur munera: quorum
Connubiis Venus, & virtus iniunxit honorem.
Hunc rapuit feritas, illum Nereis amauit.
Aſſidet, ac iuuenis ſociat te gloria fortis.
Alter in excelſum referens à nauibus ignes
Argolicis phrygios torua feritate repulſos.

Seruilibus vtq; iam peritura modis Hecaten vocat, alteram ſæuam, altera Thiſiphonem. ¶ Comites Heroidas vrget.) Heroas Heroidas, veteres fœminas clariores dixerunt quales ſunt Heroum vxores, & filiæ. Papinius libro tertio Syluarum, Qua veteres Latias, Graiasq; Heroidas æquas. ¶ Aduerſum pferre faces Alceſtis ab omni Inuiolata.) Alceſtis Alceſtis, ſeu Alceſte, Perilei filia, nupſit Admeto, Phereorum regi, ex quo genuit Eumelum, qui in bello Troiano fuit. hæc contingentem marito mortem, ex oraculo, cum alij ex propinquis recuſarent ſponte ſubijt. ¶ Hic Calcedonias Admeti.) Calcedon. Calcedon, Megarēſium vrbs eſt, prope Conſtantinopolim, fatis condita: ſed ſterili loco, Calcedonij cæci appellati: quod neglexerunt locum fertilem & amœniſſimum, vbi Bizantium poſtea conditum. ¶ Ecce Ithaci coniunx ſemper decus vna Charontis.) Penelope Icari, ſeu Icariontis filia errantē Vlyſſem coniugem per decennium ſumma caſtitate expectans, procos omnes quos habebat multos, & preſertim Eridamāta ſumma vna conſtātia reppulit. Dicimus Icarion, & Icarius nominādi caſu. ¶ Quin miſera Eurydice tanto.) Eurydice, Talionis filia, vxor Orphei, icta ab angue, cum eam inſequeretur Ariſteus perijt. Orpheo dolenti a Proſerpina conceſſa eſt, culpa eius ablata: quapropter Eurydice ad campos Elyſios tranſlata eſt, & Orpheus apud inferos pro ea dat pœnas. ¶ Alter in exceſſum referēs a nauibus ignis Argolicis Phrygios.) Hector progreſſus ad naues, ignem in proram iacere, ac ſæuire incendijs cœperat: territi Græci reſiſtere non poterant. Aduoluti omnes ad genua a Gallis auxilia implorantes. Hoc tempore rediens, Aiax e Phrygia ſæuientem reſpexit Hectorem primo impetu, hoſtem nauibus reppulit:& extincto igni, ipſum Hectorem ictu ſaxi turbauit: proſtratum eripuere manibus Aiacis Troiani, & ſemianimem tulerunt intra muros: Aiax victor, fugientes inſequebatur, non ſine magna ſtrage.

feror vltra in diuerſa.ſ. loca:& cerno lumina.i. oculos, aut potius limina magis diſtantia:& agor tranandus.i. tranſuehendus nauigio: delatus ad vndam Elyſiam.i. per quā traiicitur ad Elyſios campos, qui beatorū ſunt: Thiſiphone obuia.i. occurrēs mihi, vrget heroidas ideſt nobiles: vt dixi:& quę pene immortalitatem meruerunt puellas, ac mulieres amatrices: comites, ideſt quæ ipſam comitantur: vrget, dico, perferre faces.i. tedas amorum, aut maritales perferre aduerſum.i. ex aduerſo: vt earum ſemper recordarētur, ac inde torquerētur: quia curæ non ipſa in morte relinquunt: vt dictū eſt in.vj. Æneid. Alceſtis.ſ. vxor Admeti regis Theſſaliæ, inuiolata.i. incorrupta: quia plenā fidem ſeruauit, & legitime amauit: vacat ab omni cura: quod.i. quia: ſæua.i. vehemens cura mariti Admeti.i. neceſſitas moriendi, aut ipſi, aut alicui ꝓ ipſo: morata, ideſt immorata ęſt hic, Calcedonias, ideſt Megarenſes, quę non idem fecerunt, vt Scyllā, quæ Niſo, patri non vitā ſeruauit, ſed ademit: aut ſaltē ipſum in auem mutari coegit. Ecce coniunx Ithaci, ideſt Ithaceñ. Vlyſſis: exiſtens vna.i. præcipua: ſemꝑ decus Charōtis, ſcilicet portitoris, manet concæpta decus fœmineum. Et procul illa.i. ab illa, ſup. manet: aut procul illam, ſup. ſequitur ferox turba iuuenum procorum, ideſt ipſam ad coniugium expetentiū: confixa telis.ſ. Cupidinis, ſeu amoris, aut curarum nunc apud inferos. Quin.i. quinetiam Eurydice i. coniux illa Orphei: de qua ad finē.iiij. Georgi. plene dictū eſt, miſera.i. miſeratione digna: quia ad caſtitatē ſeruandam fugiens Ariſteū in anguem incidit, vnde vulnerata interijt: receſſit, ſupp. a tanto: quantum.ſ. habuerat hic:& Orpheus, vt ſit licētioſa declinatio: vocatiuus pro nominatiuo: aut legatur in genitiuo Orpheos, vt o Eurydice pœna reſpectus Orpheos mariti tui: manet:&.i. etiā nunc in te. Quidem.i. certe: ille, ſup. fuit audax, qui credidit Cerberon.i. canē illū tricipitem infernalem, per quem intelligitur triplex poteſtas Plutonis: mitem.i. benignum, & placabilē vnquā ſicut Orpheus videtur crediddiſſe, cum coniugem ab inferis repeteret: aut qui credit numen Ditis.i. Plutonis: placabile vlli: nec timuit Phlegethonta: lacū, aut fluuium infernalē, ab ardore dictum: vnde addit furentē.i. æſtuantē vndis ardentibus: nec timuit regna mœſta ferrugine.i. obſcuritate: obtētu.i. in poſſeſſione Ditis:& domos.i. habitationes, ſeu manſiōes: defoſſas ideſt ſubterraneas: quaſi ſub terra foſſas, ac tartara obſita: nocte cruenta.i. ſanguinolenta & noxia: nec.i.& non: ſedes Ditis nō, ſup. ſunt faciles.ſ. aditu, aut abitu: ſine iudice: quia, vt dicitur in vj. Nec vero hæ ſine ſorte datæ, ſine iudice ſedes, Quæſitor Minos vrnam mouet &c. Sine iudice (inquit) qui vendicat poſt mortem acta vitæ.i.ꝗ quiſq; egit in vita, ſed fortuna.i. proſper ſucceſſus,

ASCENSIVS.

¶ Eheu mutandus nunq; labor, auferor vltra. In diuerſa, &c.) Terret culicis ſimulachrum, æterna apud inferos detentio, ac immorandi neceſſitas: quo magis nos arguendi ſimus, ſi ea res nos non commoueat. recitatq; quo ordine fere in.vj. proceſſit heroidas, ideſt mulieres nobiles: cæterosq; qui impatiēter amauerunt eſſe fere in primo ordine apud inferos, vnde varias tangit, & fabulas, & hiſtorias quas cum Calderinus graphice ac dilucide ſatis explicet. ¶ Ordo eſt. Eheu, dolentis interiectio, quę abſolute, ideſt ſine caſu ponitur: vt, Eheu quid volui miſero mihi? Et, Eheu ꝗ pingui macer eſt mihi taurus in eruo. labor, ſcilicet apud inferos, nunquā mutādus, ſcilicet in requiem: ego auferor

feror

ſucceſſus,fecerat Orphea audacem:quia amnes.ſ.inferorū ,aut ad inferos ducentes:rapidi.ſ.prius : ſteterant iam.ſ.ad cantum Orphei:& turba ferarum ſequax,blanda voce.i.propter blandam vocem:inſederat.i.occupauerat regionem Orphei.i.q̃ ipſe tranſire vellet. Iamq;.i.& iam quercus alta mouerat imā radicem,ſupple in:aut ab humo Viridi.Nō ſtaret verſus,ſi dicatur, Iam Orpheus mouerat imam radicē altæ q̃rcus:quia ſic quercus,cum ſit genitiui caſus,in vs productā exiret:& amnes ſteterant,& ſyluæ ſonorę:rapiebant iam ſua ſpōte cantus.ſ.Orphei: cortice amara.i.per corticem amaram:ſic in Buco. Circundant amaræ corticis:cum potius maſculinū ſit: vt, Raptus de ſubere cortex. Luna preſſit.i.repreſſit , & a curſu retinuit:etiam equos biiuges.i.bigas trahentes : labentes.ſ.prius : per ſydera.i.ſigna cœleſtia in zodiaco. Et tu,o virgo menſtrua,ideſt menſes diſtinguens.ſ.luna:auditura lyram.i.vt audias lyram Orphei:tenuiſti currentis.ſ.equos:nocte.i.gubernatione noctis relicta:o coniunx Ditis.ſ.Proſerpina:hæc eadem.ſ.lyra,potuit vincere te:& reddere,ideſt vincere,vt cogat reddere vltro,Eurydicen , ſcilicet coniugem Orphei:ducendam,ideſt abducendam. Nam non erat fas:non erat,inquam,abducere inuitam:&,ſupple numen diuæ mortis,ideſt quę habet dominium mortis, videlicet Proſerpinæ:non erat exorabile,ſcilicet precib.ſed tamen ſuperabile dulcedine cantus . Illa.ſ.Eurydice:experta maneis.i.inferos: nimium ſeueros.i.rigidos,& ſequaces veri ſignabat iter præceptum.ſ.a Proſerpina,vt pergeret,nec retroſpiceret:nec rettulit, ſupple pedem inter limina,nec corrupit limina diuæ lingua.i. nihil guſtauit apud inferos:quod tamen alibi aliter dicitur. Sed tu,o Orpheu crudelis,ſcilicet per impatientiā amoris,qui coniugem oſculaturus reſpexiſti:tu,inquam,magis crudelis,petēs oſcula chara coniugis.i.coniugis charæ:rupiſti iuſſa deorum: qui.ſ.iuſſerunt ne retroſpiceres:amor,ſcilicet tuus in cōiugem: dignus,ſup.erat venia:ſi tartara.i.manes:noſſent gratum.i.grati animi vices:vnde in.iiij.Georg. Ignoſcenda quidem ſcirent ſi ignoſcere manes. Graue.i.moleſtū eſt,ſup.vobis:meminiſſe.i. recordari peccatum : quia torquentur neceſſaria recordatione commiſſorum: vnde in.vj.nimiū meminiſſe neceſſe eſt.& manus.i.multitudo,quæ manibus valuit:vtpote heroum,manet, ſup.in ſede piorum.i.innocentum:manet,dico,contra vos.i.ex oppoſito in aduerſa regione: vterq; Æacides manet,ſup.hic:dicit autem, Vterq; Æacides.i.Æaci filius : nanq; Peleus.ſ.pater Achillis,alter Æacidarum:& virtus Thelamonia.i.ipſe Thelamon pater Aiacis,locitantur hic per numina patris.ſ.Æaci:ſecura.i.facientia eos ſecuros : quorū connubijs Venus & virtus iunxit honorem:nam feritas.ſ.bellica:rapuit hunc.ſ.Thelamonium,qui primus muros Troianos ſub Laomedonte tranſcendit:& ob id Heſionam , Laomedontis filiam,& Priami ſororē meruit : ex qua Teucrum genuit:& ex Tribia Alcatì Athenień. Aiacem. Nereis.i.nympha marina.ſ.Thetis:amauit illum.ſ.Pelea qui ex ea Achillem genuit. Ac,pro &:iuuenis.ſ.filius Pelei: appoſitorie,gloria ſortis ſociatæ.i.conſimilis:aſſidet.i.iuxta ſedet:& alter,ſup.iuuenis,videlicet Aiax,referens in exceſſum.i. exceſſiue:aut in exceſſu:igneis Phrygios.i.Troianos,ab Hercule immiſſos:repulſos a nauibus Argolicis.aut referens a nauibus Argolicis igneis phrygios repulſos,torua.i.immani feritate,ſup.aſſidet. Et ideo deſcriptionē minimæ rei,videlicet necis culicis,auget rebus maximis: vtpote geſtis in excidio Troianæ vrbis : per quod oſtendit poeta fertilitatem ingenij ſui,qui res minimas dilatare,& maximas contrahere nouit. Nec tamen impertinentes,ſi recæperimus paradoxon pythagoricum,de animorum in aliena corporis tranſmigratione.

DOMITIVS.

Sygeū ❡ Sygeaq; præter.) Sygeū, vrbs fuit in litore, etiā Auguſti tempore diruta : in ea nauale Achiuoꝝ,& portus, & Achaica caſtra,prope etiā lac⁹erat. ❡ Ida.) Mons Troadis. ❡ Rhœtei litoris ora.)

Rhœte⁹ Ply.ait mille qngentis paſſibus remotū, a portu ilium eſt immune:nā omnis rerū claritas,apud poetas , extra ſinū ſunt Rhœtea littora habitata,his oppidis Rhœteo, Dardania , Ariſbe. ❡ Et iam Strymonij.) Strymō, fluui⁹

Stry/mon. Thraciæ,ei⁹ oſtia ſunt ad radices Athi montis. ❡ Rhœ.) Rhœſus rex Iouis filius,aſfinitate iūctus erat Priamo: tum mercede cōductus,auxiliū ferebat:& prius q̃ copias auxiliares Ilio īferret, interfectus fuit. Nam paulo ante captus erat Dolon, vir Troianus:q tortus ab Vlyſſe confeſſus eſt affuturum Rhœſum:& oraculo nūciatum , ſi eius equi bibiſſent Xanthi aquā fore Troiam æternam , & non poſſe expugnari.

O quis non referat talis diuortia belli:
Quæ Troiæ videre viri,videreq; Graii:
Teucria cum magno manaret ſanguine tellus:
Et Simois,Xanthiq; liquor:ſigeaq; præter
Litora,cum Troas ſæui vos Hectoris ira
Videre in claſſeis inimica mente pelaſgas
Vulnera,tela,neces,igneis inferre paratos,
Ipſa vagis,nanq; Ida potens feritatis & ipſa
Ida faces altrix cupidis præbebat alumnis:
Omnis vt in cineres Rhœtei litoris ora
Claſſibus ambuſtis flamma lachrymante daretur.
Hinc erat oppoſitus contra Telamonius heros:
Obiectoq; dabat clypeo certamina.& illinc
Hector erat ſummum Troiæ decus,acer vterq;.
Fulminibus veluti fragor ſonat ætheris in ſe
Tegminibus,teliſq; ſuper,Sigeaq; præter
Eriperet reditus.alter vulcania ferro
Vulnera protectus depellere nauibus inſtat.
Hoc erat Aeacides multum lætatus honore.
Dardaniæq; alter fuſo quod ſanguine campis
Hectore luſtrarit victor de corpore Troiam.
Rurſus acerba fremunt Paris hunc quod lætat:& huius
Arma dolis Ithaci virtus quod concidit icta.
Hinc gerit euerſos proles Laertia currus:
Et iam Strymonii Rhœſi,victorq; Dolonis,
Palladio lætatur ouans:rurſusq; tremiſcit,
Iam Cicones:iamq; horret atrox læſtrigone *
Illum Scylla rapax canibus ſuccincta moloſſis,
Aetnæuſq; Cyclops,illum metuenda Charybdis,
Pallenteſq; lacus,& ſquallida tartara terrent.

ASCENSIVS.

❡ O quis nō referat talis diuortia belli: Quę Tro.&c.) Quia mentionē fecerat belli Troiani,facit digreſſionē per acclamationē , dicēs,O, quis non referat.i.nō recenſeat : diuortia.i.diſſenſiōes, & lites,ac certamina,aut diluuia a vortice,talis belli:quæ.ſ.diuortia viri Troiæ ; videre.i.viderunt:& Graij.i.Græci videre: cum.i.quando:Tellus Teucria.i.Troiana:manaret.i. difflueret magno ſanguine : & Simois , fluuius ille Troianus : & liquor Xanthi,alterius fluuij, Ilium perfluentis,ſupple manarent magno ſanguine , præter litora Sygea.i.maris Sygei , in quod incidunt:cum.i.quando : ira Hectoris ſæui viderit,vos Troas paratos inferre mente inimica , ideſt hoſtili animo:in claſſeis Pelaſgas.i.Græcanicas ,vulnera, tela,neces,& igneis:eo ſup. magis:nanq; ipſa Ida.ſ.ſylua pinifera, Ilio vicina:potens feritatis.i.quæ potuit ſufficere & ſubminiſtrare feritati arma:& ipſa altrix,ſcilicet tædarum & pinorum: præbebat alumnis cupidis. ſ.incendij committendi:faces.ſ.in naueis immittēdas: vt omnis ora litoris Rhœtei,illius promontorij Troiani,ad quod ſtabant naues Græcoꝝ:daretur in cineres: & hoc claſſibus ambuſtis.i. circūuſtis,& flamma lachrymante.i.aquas admixtas ligno guttatim eijciente:Heros Thelamonius .ſ. Aiax Thelamonis filius oppoſit⁹ erat : contra.i. ex aduerſo: hinc.i.ex altera parte.ſ.Græcorū:& dabat certamina clypeo obiecto.ſ.contra faces & tela:& Hector ſummum decus Troiæ,erat illinc.i.ex altera parte.ſ.Troianorum: vterq; acer.i.ſtrenuus , ſup. erat:veluti fragor edit᷑ cœlo.i.in aere fulminibus.i.dū fulminat,& tonat:ita,ſupp. editur fragor tegminibus.ſ. domorū:hoc eſt,tegulis:aut in tegminibus.ſ.capitū,hoc eſt galeis:editur,dico,enſe,& telis ſuper:& præter Sygea, ſupp.litora:vt,ſup. Hector eriperet reditus.i.faceret,ne redirent ambuſtis nauibus:& alter.ſ.Aiax:pictus.i.ꝓpulſus:inſtat depellere nauibus.ſ.Græcorum:ferro.i.per arma ſua:vulnera Vulcania. i.quæ

I.quę Vulcanus,hoc eſt ignis inferebat,videlicet ambuſtionem. Æacides.i.Æaci nepos.ſ.Aiax:lætatus erat vultu.i.præ ſe ferebat vultũ lætũ:hoc honore.i.propter hunc honorem quod Hectorẽ pellere,& claſſem defendere potuit:& alter,ſup.Æacides videlicet Achilles,lætus,ſup.erat:hoc honore,quod ipſe victor de corpore,qa animũ vincere nequiuit,luſtrauit.i.circuntraxit Hectora:capis.i.per capos:Dardaniæ.i.Phrygiæ:& hoc ſangui ne.ſ.eius fuſo:Troia fremit rurſus.i.ediuerſo:acerba.i.acerbe:quod.i.qa:Paris letat.i.vulnerat.ſ.telis letalibus,,hoc eſt mortiferis:hunc.ſ.Achillem in tẽplo Apollinis:vnde dictum eſt in vj.Phœbe graues Troiæ ſemp miſerate labores Dardana q Paridis direxti tela,manusq; Corpus in Æacidæ.& quod.i.qa alta virtus,huius.ſ.Paridis:concidit icta dolis Ithaci.i.Ithacẽſis Vlyſſis:hinc.i.hac de cã:ples Laertia.i.Vlyſſes,Laertæ filius:gerit currus euerſos:e qb.hoſtes deiecerat:& ipſe iã victor Rhœſi Strymonij.i.Regis Thraciæ:de quibus.j.Ænei.dictũ eſt,illic videlicet,

Ietat, alij, le/dat. Alta, a/lij, ar/ma.

Nec procul hinc Rhœſi niueis tẽtoria velis.Agnoſcit lachrymans,prima q̃ prodita ſomno,Tidydes multa vaſtabat cę de cruentus,Ardẽteiſq; auertit equos in caſtra,prius q̃ Pabula guſtaſſent Troiæ,Xanthumq; bibiſſent:& victor Dolonis Troiani illius,qui ad Græcos explorator miſſus,ab Vlyſſe interceptus eſt,lætatus iam ouans:Pallade.i.Palladio ſubrepto:vt in ij.Æneid.dictũ eſt:& ipſe atrox rurſus.i.viciſſim:& econuerſo,tremiſcit:Pamolcon & horret Aſiam:vbi.ſ.pericula paſſus eſt:& Leſtrygonas,qui carnibus humanis veſcebantur:& in quos incidit Scylla.i.vorago maris Siculi:aut per fabulã monſtrum illud marinum:rapax.i.aſſidue miſeros nautas cũ nauibus ad ſe rapiens:ſuccincta canibus Moloſſis.i.multũ latratibus,quaſi Moloſſis.i.Epiroticis:& Cyclops.ſ.Polyphemus:Æthneus.i.q in Æthna monte Sicilię ipſum deprehẽdit.& Charybdis,aliud periculum eiuſdem maris:metuenda.ſ.nautis:& lacus pallentes.ſ.inferni:& tartara ſquallida.i.obſcœna:terrent illũ.ſ.Vlyſſem,qui tot terruit,& inſidijs excæpit.

Hic & Tantalei generis decus amplus Atrides
Aſſidet Argiuum lumen:quo flamma regente
Doris Erichthonias proſtrauit funditus arces.
Reddidit heu grauis pœnas tibi Troia furenti:
Helleſpontiacis obiturus reddidit vndis.
Illa vices hominum teſtata eſt copia quondam.
Ne quiſquam propriæ fortunæ munere diues,
Iret ineuectus cœlum ſuper omne:propinquo
Frangitur inuidiæ telo.decus ibat in altum
Vix argo repetens patriam,ditataq; præda
Arcis Erichthoniæ:comes huic erat aura ſecunda
Per placidum curſu pelagus:Nereis ad vndas
Signa dabat:pars inflexis ſuperacta carinis.
Cum ſeu cœleſti fato,ſeu ſyderis ortu,
Vndiq; mutatur cœli nitor.omnia ventis
Omnia turbinibus ſunt anxia.Iam maris vnda
Syderibus certat conſurgere:iamq; ſuperne
Corripere & ſoleis,& ſydera cuncta minantur.
Ac ruere in terras cœli fragor.hic modo lætum,
Copia nunc miſeris circundatur anxia fatis:
Immoriturq; ſuper fluctus,& ſaxa Caphareï:
Euboicas aut per cautes,Oeteaq; late
Litora:cum Phrygiæ paſſim vaga præda perempta
Fluctuat omnis in æquoreo iam naufraga fluctu.

ASCENSIVS.

Hic & Tãtalei generis decus amplus Atrides Aſſidet,&c.)Cõmemorat cæteram Græcorũ nobilitatem apud inferos eſſe,Ordo aũt eſt.Gener Tantaleæ.ſ.domus,aut gener Tantalius.ſ.Amphion,Niobes maritus aſſidet,ſup.hic:Æac⁹amplus.i.cũ tota progenie ſua,aſſidet hic:& Atrida lumẽ Argiuũ.i.Argiuorũ.ſ.Agamemnõ,aſſidet hic:quo regẽte.i.imperante,aut dirigẽte:flãma oris.ſ.eius.i.vis imperandi:ꝓſtrauit funditus arces Erichthonias.i.Troianas.Nam Erichthonius fuit filius Dardani,& pr̃ Trois:auus Laomedõtis,qui pater Priami:atteſtãte Ouidio his verbis,Hui⁹ Erichthonius:Tros eſt generatus ab illo,Is autem Erichthonius,ſummope auxit res Troianas:vt & Homerus meminit:quocirca Erichthonias arces appellat.Heu,o Atrida,Troia reddidit tibi pœnas graui⁹.i.multũ grauiter reddidit dicit:tibi furẽti.i.inſaniẽti Martio furore:& reddidit obituris.i.oĩbus q obituri erãt:vndis Helleſpõtiacis.i.ad Capharea,mõtẽ Euboiæ inſulæ,ad Helleſpontũ ꝓſpectantẽ.Illa copia.i.multitudo hoĩum armatoꝝ:teſtata eſt quõdã.ſ.tpe belli Troiani:vices.i.viciſſitudines hoĩum:ne qſq; diues.i.reputãs ſe diuitem:munere.i.beneficio ꝓpriæ fortunæ,iret in cœlũ æternũ:ſuper oẽ.i.in cõtinua proſperitate ſup oĩa ferretur:ipſe Atrida,ſeu Atrides,frangitur telo inuidiæ propinquo.i.de ꝓximo oĩbus eufortunatis imminẽte.Argo,nauis illa oblõga,qua Argonautæ in Colchos vecti ſunt:& redeuntes Troiã ſub Laomedõte expugnauerãt,ibat in altum decus:repetens bis patriã.i.iam ſecũdo:quaſi eadẽ fuerit nauis(Sũt tamẽ textus habentes,ergo:ſic bis ergo:ſed ſi ſyllaba,bis:contra naturã producatur:nihil autem eſt toto opere mendoſius,ita vt opus ſit,reuera,commento,qui ſententiam indipiſci voluerit)repetens,dico,patriam bis:& ditata præda arcis Erichthoniæ.i.Troianæ,bis:quia bis Troiam ſpoliauerant Græci,aura ſecunda.i.proſpera,& a tergo flans erat huic.ſ.naui:& Nereis.i.dea maris:dabat curſu.i.curſui:aut per curſum:ſigna ad vndas per pelagus placidum:& pars.ſ.maris erat ſuperata carinis inflexis.i.curuis:cum nitor cœli mutatur vndiq;:ſeu.i.ſiue:fato cœleſti.i.cœleſtiũ,prędefinito ſtatuto,ſeu ortu ſyderis.ſ.tempeſtatẽ excitãtis.Tangit hiſtoriã quæ ſic narratur,Ad radices Caphareï montis,cũ perueniſſent Græci,victores Troiæ,vel ira Mineruæ(vt in ꝑncipio j.Æneid.tangitur ibi,Et furias Aiacis Oilei.fingitur.n.irata Pallas,ob ſtuprum in templo ſuo ab Aiace Oileo.cõmiſſum,tempeſtatẽ illic excitaſſe:vnde fato cœleſti nũc ꝑm deputat)vel fraude Naupli regis in Euboia regnantis,& cupientis vlciſci mortem Palamedis filij,dolo Vlyſſis apud Troiã interempti:Argiuorũ claſſis,duris caſib⁹ agitata fuit.Nã nocte laborantibus,tempeſtate Græcis facẽ rex in Caphareo accẽdit:qua illi portum proximũ exiſtimãtes,in aſperrimos ſcopulos delati,naufragiũ plurimũ fecere:vnde in.ij.Ænei.Scit triſtæ Mineruę ſydus,& Euboicę cautes,Vltorq; Caphareus,&c.Omnia ſunt anxia.i.angẽtia,& angũt vẽtis & turbinibus:vnda maris certat.i.contendit cõſurgere:ſyderibus.i.ad ſydera:vnde alibi,Et rorantia vidimus aſtra.eſt aũt hyperbole poetica.Iam & ſol & ſydera.ſ.minora:minantur ſuperne.i.deſuꝑ:corripere cuncta.ſ.q̃ erant in terris & aquis.At.i.ſimul:fragor cœli.i.ſonitus ille,prius auditus in aere,venit in terras:hic.i.hoc tpe:copia læta.i.exercitus ille lætus:mõ.i.pauloante circundatur,exiſtens nũc anxia miſeris fatis:cõmiſcet vtrãq; opinionẽ vbiq;,vt & naturalẽ,& fatalẽ fuiſſe tempeſtatẽ cenſeat:& immoritur ſu per fluctus,& ſaxa Capharei.ſ.mõtis:& pro.i.per cautes Euboicas.i.ſcopulos Euboici maris:&,pro.i.late per litora Ceica:cũ i.qñ:præda Phrygiæ.i.ex Phrygia ablata:vaga.ſ.fluctibus agitata:paſſim.i.quaſi per ſingulos paſſus:peracta.i.conſummata,& plene obtẽta:fluctuat iam omnis naufraga.i.per naufragiũ:in fluctu ęquoreo.i.marino:& ita oſtendit inſtabilitatẽ fortunę ex maris ſimilitudine:quod & Seneca facit:quia nihil mutabilius ipſo mari,quod ex tranquillitate ſubito cõmouetur in turbinem,ſicut ſtatus rerum lætus in ſummam triſtitiam.

Generis dec⁹ alij gener Æacus.

Regẽte alij,tegente.

Hic alii ſidunt pariles virtutis honore
Heroes:mediiſq; ſiti ſunt ſedibus omnes,
Omnes roma decus magni quos ſuſcipit orbis.
Hic Fabii,Deciiq;,hic eſt & Horatia virtus:
Hic & fama vetus nunquam moritura per æuum

ASCENSIVS.

Hic alij ſidũt pariles virtutis honore Heroes:mediiſq; ſiti ſunt,&c.)Dicit etiam Romanos principes,ac nobilitatis proceres,in Elyſijs eſſe:de quibus & eorum hiſtorijs abunde dictum eſt ad illud Georgi.ij.Hæc genus acre virũ,Marſos,pubemq; Sabellam,Aſſuetumq; malo Ligurem,Volſcoſq; verutos Extulit:hæc Decios,Marios,magnoſq; Camillos,Scipiadas duros bello.& te maxime

Curtius:è mediis quem quondam ſedibus vrbis
Deuotum bellis conſumpſit gurges in vnda.
Mutius & prudens ardorem corpore paſſus:
Legitime ceſſit cui fracta potentia regis.
Hic Curius claræ ſocius virtutis,& ille
Flamminius:deuota dedit,qui corpora flammis.
Iure igitur talis ſedes pietatis honorat
Illic Scypiadaſq; duces deuota triumphis
Mœnia,quos rapidos Libycæ Carthaginis horrent.
Illi laude ſua vigeant:ego Ditis opacos
Cogor adire lacus viduos à lumine Phœbi:
Et vaſtum Phlegetonta pati:quo maxima Minos
Conſcelerata pia diſcernit vincula ſede.
Ergo quam cauſam mortis,quam dicere vitæ
Verberibus ſæuæ cogunt ab iudice pœnæ.
Cum mihi tu ſis cauſa mali:ne conſcius adſis:
Sed tolerabilius curis hæc immemor audis:
Et tamen in vanis dimittis ſomnia ventis.
Digredior,nunq̃ rediturus.tu cole fonteis,
Et virides nemorum ſyluas,& paſcua lætus:
Et mea diffuſas rapiantur dicta per auras.

me Cæſar,&c. ¶ Ordo igitur eſt. Alij heroes pariles i.æquales honore virtutis: ſidunt.i.confidūt: & ſedent hic.ſ.in Elyſijs cāpis:& omnes ſunt ſiti.i.poſiti in ſedibus medijs tanquā honorabilioribus,quum inferioris meriti circūſtent:quos.ſ.heroas: omnis Roma decus, magni orbis ſuſcipit.ſ. numerum principum ſuorū: hic,ſup.ſunt Fabij, ſcilicet Fabius Maximus:& cęteri, de Fabiorum, a fabis dicta familia:& hic ſunt Decij,ſcilicet pater,& filius qui ſe ꝓ republica(vt Liuius docet) deuouerunt: & hic eſt virtus Horatia,ideſt Horatij,illi ter gemini,quorum vnus cōtra Albanos Curatios victoriam obtinuit cum patriæ libertate:& hic eſt Curtius.ſ. Marcus de quo Liuius libro ſeptimo,decadis primę,Eodē anno,ſeu motu terrę,ſeu qua vi alia,forū medium ferme ſpecu vaſto collapſum,in immenſam altitudinem dicitur:nec eam voraginem cōiectu terræ,cum pro ſe quiſq; gereret,expleri potuiſſe,prius q̃ deum monitu,quæri cœptū, quo plurimum populus Romanus poſſet: id enim illi loco dicandum vates canebant,ſi rempublicam Romanam perpetuā eſſe vellēt:tum M.Curtium iuuenem,bello egregium caſtigaſſe ferunt,dubitantes an vllum magis Romanum bonum,q̃ arma,virtuſq; eſſet.Silentio facto,templa deorū immortalium, quæ foro imminent,Capitoliumq; intuentem & manus,nunc in cœlum,nunc in patenteis terræ hiatus ad deos maneis porrigentem ſe deuouiſſe:equo deinde q̃ poterat,maxime exornato inſidentem armatum,ſe in ſpecum immiſiſſe:donaq; ac fruges ſuper eum a multitudine virorum,ac mulierum cōgeſtas, lacumq; Curtium ab hoc appellatum,non ab antiquo Curtio. Hæc ille. vnde poeta,Hic eſt Curtius,appoſitorie,vetus fama, nunq̃ moritura per æuū:& hic eſt Curtius, quē deuotū bellis i.deſtinatū propria deuotione morti in bello,vt animo cōcęperat obeundam,quia erat præſtanti animo eques:gurges.i.vorago:& hiatus vorans conſumpſit quondā in vnda.i.hiatu aquæ vndātis ſimili:in medijs ſedibus vrbis.ſ.Romę.Et hic eſt Mutiꝰ ſ.Sceuola:prudens.i.prouidens rei exitus:paſſus ardorē corpore.i.in manu ſua:cui potentia regis.ſ.Porſenæ:fracta.i.deuicta: legitime.i.vt decuit:ceſſit in locum,& veniā dedit. vnde dicit Liuius lib.ij Decadis.j.Obſidio vrbis Romæ,a Porſena,Hetruſcorum rege,poſt exactos Tarquinios facta,obſidio erat:& frumenti cū ſumma caritate inopia,ſedendoq; expugnaturum,ſe vrbem ſpem Porſena habebat.Cum C.Mutius,adoleſcens nobilis,cui indignum videbatur populum Romanum ſeruientē: cum ſub regibus eſſet nullo bello,nec ab hoſtibus vllis obſeſſum,eſſe liberū eundem populum ab iiſdem Hetruſcis obſideri,quorū ſæpe exercitus fuderit. Itaq; magno audaci aliquo facinore eā indignitatē vindicandam,ratus primo ſua ſpōte,penetrare in hoſtium caſtra cōſtituit:deinde metuens ne ſi conſulum iniuſſu,& omnibus ignaris iret,forte deprehenſus a cuſtodibus Romanis retraheretur vt trāſfuga:fortunatū vrbis diſcrimē affirmante ſenatū adijt.Trāſire(inquit)Tyberim patres:& intrare,ſi poſſim,caſtra volo:non prædo,nec populationū inuicem vltor:maius,ſi dij iuuant in animo eſt facinus:approbāt patres,abdito intra veſtē ferro proficiſcitur,vbi eo venit in cōfertiſſima turba,prope regium tribunal cōſtitit:ibi quū ſtipendium forte militibus daretur,& ſcriba cū rege ſedens pari fere ornatu multa ageret: cū milites vulgo adirent,timens ſciſcitari vter Porſena eſſet, ne ignorando regem ſemetipſe aperiret, quis eſſet quo temere traxit fortuna facinus: ſcribā ꝓ rege obtrūcat:vadentem inde per trepidam turbam,cruento mucrone ſibi ipſe fecerat viam,cū cōcurſu ad clamorem facto,cōprehenſumq; regij ſatellites traxiſſent, ante tribunal regis deſtitutus: tum quoq; inter tantas fortunæ minas,metuendus, magis q̃ metuēs,Romanus ſum(inquit)ciuis,C.Mutium vocant:hoſtis hoſtem occidere volui:nec ad mortem, minus animi eſt,q̃ ad cædem fuit: & facere & pati fortia Romanū eſt: nec vnus ego in te hos animos geſſi:longus poſt me ordo eſt, idem petentiū decus,proinde in hoc diſcrimen,ſi iuuat accingere:vt in ſingulas horas capite dimices tuo ferrum,hoſtemq; in veſtibulo habeas regiæ:hoc tibi iuuentus Romana indicimus bellū:nullam aciem , nullum prælium timueris:vni tibi & cū ſingulis res erit. Quum rex ſimul ira incenſus, periculoq; conterritus, circundari igneis minitabundus iuberet,niſi expromeret propere quas inſidiarum minas per ambages iaceret:en tibi(inquit) vt ſentias,q̃ vile corpus ſit his,qui magnā gloriam petunt: dexterāq; accenſo ad ſacrificium foculo inijcit:quam quum velut alienato ab ſenſu torreret animo,prope attonitus miraculo rex quū ab ſede ſua proſiluiſſet,amoueriq; ab altaribus iuuenem iuſſiſſet:tu vero abi(inquit)ne in te magis, q̃ in me hoſtilia auſus iuberem,macte virtute eſſe,ſi pro mea patria iſta virtus ſtaret: nunc iure belli,liberum te intactum,inuiolatumq; hinc dimitto.Tunc Mutius,quaſi remunerans meritum. Quādoquidem (inquit)eſt apud te virtuti honos, vt beneficio tuleris a me, quod minis nequiſti.ccc.coniurauimus principes iuuentutis Romanæ:vt in te hac via graſſaremur:mea prima ſors fuit:cæteri vtcunque ceciderit:primi quo ad te opportunum iter fortuna dederit:ſuo quiſque tempore aderūt.Mutium dimiſſum cui poſtea Sceuolæ a clade dextræ manus cognomentum inditum: legati a Porſena Romam ſequuti ſunt(adeo mouerat eum,& primi periculi caſus:quo nihil ſe præter errorem inſidiatoris texiſſet:& ſubeunda dimicatio toties, quot coniurati ſupereſſent) vt pacis conditiones,vltro ferrent Romanis.Hæc ille.Hic,ſupple manet: Curius,ſcilicet dentatus, ſocius claræ virtutis,ſcilicet fortitudinis,& continentiæ.Nam Marcus Curius dentatus,qui de Samnitibus triumphauit, & de Sabinis, & tertio de Lucanis,Pyrrhum Epirotam ex Italia pepulit:legatis Samnitum aurum offerentibus,quum ipſe in foco rapas torreret:malo hic(inquit)in fictilibus meis eſſe(ideſt comedere) & aurum habentibus imperare. vnde Iuuenal. Qui Curios ſimulant,& Bachanalia viuunt.Et hic manet ille Flamminius, ideſt Lucius Metellus, a flamma denominatus:qui dedit corpora deuota flammis. Nam.vj.Faſto.legitur, quod ſignum cœleſte Mineruæ armigeræ, quod in Troiam conciderat, Romam deductum fuerat: ſeruabaturq; in templo Veſtæ, quod cum arderet, miniſtræq; attonitæ flerent, Lucius Metellus,homo practicus,& pontifex,Haurit aquas,tollēſq; manus:ignoſcite, dixit, Sacra vir intrabo non adeunda viro. Si ſcelus eſt in me commiſſi pœna redundet,Sic capitis damno Roma ſoluta mei.Dixit,& arripuit, factum dea rapta probauit, Pontificiſq; ſui munere tuta fuit. Hæc Ouid.adde quæ Plutarch. dicit de comparationib.& quæ Plyn.libro ſeptimo cap.xlvj.vbi dicit, Metellum, orbam luminib.exegiſſe ſenectam amiſſis incendio, quum Palladium raperet ex æde Veſtæ.De huius ſanctitate eſt illud quoque Iuuena.ſaty.iij.Da teſtem Romæ,tam ſanctum, quàm fuit hoſpes,Numinis Idæi: procedat vel Numa, vel qui Seruauit trepidam flagranti ex æde Mineruam. Protinus ad cenſum: de morib.vltima fiet, Quæſtio,&c. Sed ad authorem redeo. Igitur ſedes talis pietatis ſunt,ſupple iure honores,ideſt iure,& legitime,obtinēt honorem pro tali pietate, Iſtic,ſupple videas,aut vidi Scipiadas, ideſt Scipiones:duces,ideſt ductores clariſſimos:quos mœnia Carthaginis Libycæ.i.quæ fuit in Libya,parte Aphricæ:deuota.i.fataliter deſtinata:triūphis.i.vt de illis triumpharent.Nā

Scipionū

...ut le-
...ſ ſic:
...cūq;
Curtiū,
non ab
antiquo
...lo.T.
...tij mi
...re cur
...to Me-
...o,ſed
...ppella
...um ab
...Hæc
...le.

UNIVERSITA... DE

Scipionũ alter, Carthaginem tributariã fecit: alter deleuit: quos inquã, rapidos. i. quaſi fulminantes: mœnia Carthaginis Libycæ deuota triũphis: horrẽt. i. exhorrẽt. De his, ne nihil dicã, addã Ply. de viris illu. verba, quæ hæc ſunt. P. Scipio, ex virtutib. noĩatus Aphricanus, Iouis filius eſt creditus. nã anteq̃ cõciperet, ſerpens in lecto matris eius apparuit: & ĩpo paruulo, draco circũfuſus nihil nocuit. In Capitoliũ, intẽpeſta nocte eũtẽ, nũq̃ canes latrauerũt. nec id qdq̃ prius cœpit, q̃ ĩ ſella Iouis diutiſſime ſediſſet, quaſi diuinã mortẽ accæpiſſet. xviij. annorũ patrẽ apud Ticinũ, ſingulari virtute ſeruauit. Clade Cãnenſi, nobiliſſimos iuuenes Italiã deſerere cupiẽtes, ſua authoritate cõpeſcuit: reliquos incolumes, per media hoſtiũ caſtra Canuſium pduxit. xxiiij. annorum ptor in Hiſpaniã miſſus, Carthaginem qua die venit, cæpit: virginem pulcherrimam ad cuius aſpectũ cõcurrebat, ad ſe vetuit adduci, patriq; eius ſponſor aſtitit. Haſdrubalẽ, Magonẽq; fratres Annibalis, Hiſpania expulit, amicitiã cũ Siphace, Maurorũ rege, cõiũxit. Maſiniſſam in ſocietatẽ recepit. victor domũ regreſſus, cõſul ante annos factus, cõcedẽte collega, in Aphricã claſſe traiecit. Haſdrubalis & Syphacis caſtra, vna nocte prupit. Reuocatũ ex Italia, Annibalẽ ſupauit. Victis Carthaginẽſib. leges ĩpoſuit. bello Antiochi, legatus fratri fuit. captũ filiũ, gratis recæpit: A Petilio tri. ple. repetundarũ, accuſatus, librũ rõnũ, in cõſpectu populi ſcidit. Hac die (inqt) Carthaginẽ vici, quaſi bonũ factũ, in Capitoliũ eamus, & diis ſupplicemus: inde in volũtariũ exiliũ cõceſſit: vbi reliquã egit ætatẽ. moriens ab vxore petijt, ne corpus ſuum Romam referret. Idem de P. Scipione Æmyliano dicit ſic: P. Scipio Æmylianꝰ, Macedonici filius, a Scipiõe Aphricano adoptatus, in Macedonia cũ patre agẽs, victum Perſematam ptinaciter pſequutus ẽ, vt media nocte in caſtra redierit, Lucullo in Hiſpania legatus apud Itereaciã oppidũ, puocatorẽ, ſingulari prælio vicit. muros hoſtiles ciuitatis, primus aſcẽdit. Tribunus in Aphrica ſub Tito Manlio impatore. vij. cohortes obſidiõe vallatas, cõſilio & virtute ſeruauit: a qb. corona obſidionali aurea donatus, quũ ædilitatẽ peteret, cõſul ante annos vltro factus, Carthaginẽ intra ſex mẽſes deleuit. Numãtiã, ĩ Hiſpania correcta, priꝰ militũ diſciplina, fame vicit. hinc Numãtinus, Caio Lelio, plurimum vſus, ad reges adeũdos miſſus, duos ſecũ pter eũ ſeruos duxit: Ob res geſtas, ſupb. Gracchũ, iure occiſum videri, reſpõdit: Cẽſor Mũmio collega ſegniore in ſenatu, ait, Vtinã mihi collegã, aut dediſſetis, aut nõ dediſſetis. Suſcæpta agrariorũ cã. domi repẽte exanimis iuẽtus, obuoluto capite, elatus ne liuor ĩ ore appareret, huius patrimoniũ tam exiguum fuit, vt. xxxij. libras argẽti, duas, & ſemilibrã auri reliquerit. Hæc ille. Vt vero tandẽ ad ordinẽ reuertamur, pergit culex miſere plãgens, atq; lamentans, vt eius lamẽtatione nos cõmoneat ingenioſus poeta ſic. Illi. ſ. dicti principes, tã Græci q̃ Romani: vigeãt. i. ſint ſemp in vigore ſua laude. i. propter laudẽ quã meruerunt: ego autem, ſup. cogor adire lacus opacos. i. vmbroſos, & obſcuros: Ditis. i. Plutonis: viduos. i. expoliatos, & expertes: a lumine Phœbi. ſ. nri: & cuiuſlibet luminis apud tartara dãnatorũ, videlicet carcerem: ſecundũ tamen hunc poetam, in Elyſiis campis eſt aliud genus luminis: ſolemq; ſuũ ſua ſydera norũt. Et ego cogor pati Phlegetõta, fluuium illum infernalem, ab ardore dictum declinatur aũt hic Phlegeton, huius Phlegetontis, vel Phlegetontos: vnde eſt accuſatiuus, hũc Phlegetõta) vaſtum. i. valde amplũ, & capacẽ: quos. ſ. lacus omnes ſunt enim quinq;, Styx, Lethe, Acherõ, Cocytos, & Phlegeton: Minos. ſ. iudex inferorũ, filius Iouis, & rex Cretæ, qui ob iuſtitiã quã in terris exercuit, habitus eſt iudex inferorũ. vnde Hora. iiij. car. Quum ſemel occideris, & de te ſplendida Minos Fecerit arbitria. diſcernit. i. ſeiungit: maxima vincula. i. tanquã maxima vincula: cõſcelerata . i. conſceleratorũ: per quæ vincula arcẽtur noxij apud inferos, ne illinc exiliant. vnde in. vj. Et nouies Styx interfuſa coercet: ſunt enim circuli quidã, paluſtres inferos cingentes: & in locutione eſt quædam ſpecies appoſitionis, quos maxima vincula ſcelerata, Minos diſcernit, ſupp. a ſede pia. i. piorum, qui ſunt in Elyſijs campis: de quibus in. vj. Et pauci læta arua tenemus. Ergo quia. ſ. ad inferos ire compellor, & rationem vitæ, ac mortis reddere: quam cãm mortis, & quam cauſam vitæ. ſ. meæ: ſæuæ pœnæ ab iudice. ſ. illatæ, aut minis propoſitæ: verberibus, ideſt flagellis, cogent, ſupp. me dicere, cum tu ſis mihi cã mali. i. mortis meæ, & nõ exactæ, neq; expletæ vitæ: omnes enim qui violenter moriuntur (ſecundum hunc poetam) inuiti ad inferos accedunt: vnde de Turno in fine Ænei. Vitaque cum gemitu fugit indignata ſub vmbras: ne, ideſt caue, ſis ne tu conſcius. ſ. mortis meæ adſis. q. d. ego enim omnẽ culpam in te reiiciam: ſed tu immemor. i. ingratus: audis hæc curis tolerabilibus. i. modicis & tranſitoriis: cum meæ ſint intolerabiles, quia æternæ. Et tamẽ. i. nihilominus, quãuis curis ſolliciteris: vel & tandem demittes ſomnia. i. viſionem hanc, & hæc inſomnia: ventis vanis. i. inanibus, & mendacibus, nihil eorum quæ acceperint reddentibus. Ego digredior. ſ. a te, nũquam rediturus: vt qui nũquam redeam: durum quidem verbum, ſed in culice ridiculum: tu cole, conceſſiuus modus, ſed cõcedẽdi forma vim prohibitiuã habens: nam vult dicere, non iuſtum eſſe, vt ille colat: fontes, & virides ſyluas nemorum: & paſcua exiſtens lætus: & mea dicta. i. monita, & lamenta: rapiãtur per auras diffuſas, ideſt diſperſas, ideſt irrita ſint & non mereantur ſaltem ſupremum, hoc eſt ſepulturæ honorem: ſine quo (vt dixi) putabant priſci gentiles, ſe in ſuas ſedes apud inferos non poſſe recipi. Quia vero cæterorũ meminimus, citauimusq; quæ a bonis authoribus collecta inuenimus: cõſtitui & de Fabiis, ac Deciis, nonnihil adducere. Fuerunt autem multi Fabii: vnde Virgi. in vj. Quo feſſum rapitis Fabij? De morte autem Fabiæ gentis dicit Plynius iunior ſic: Romani quum aduerſus Veientes bellarent: eos ſibi hoſteis familia Fabiorum priuato nomine depoſcit: & profecti trecenti ſex, duce Fabio conſule, fuerunt. Cum ſæpe victores extitiſſent, apud Cremeram fluuiũ, caſtra poſuerunt: Veientes ad dolos conuerſi, pecora ex aduerſo in conſpectu illorũ poſuerũt: ad quæ progreſſi Fabij, in inſidias delapſi, ad vnũ occiſione perierunt. Dies in quo id factum eſt, inter Nephaſtos relatus porta, qua profecti erant, ſcelerata eſt appellata. vnus ex ea gente. ppter impuberẽ ætatem domi relictus genꝰ ppagauit ad Quintum Fabium Maximum, qui Annibalẽ mora fregit: cũctator ab obtrectatoribus dictus. De Quinto Fabio ſic: Quintus Fabius Rutilianus, primus ex ea familia ob virtutem maximus magiſter equitum, a Papyrio ſecuri pene percuſſus: primum de Apulis, & Nucerinis: iterum de Samnitibꝰ: tertio de Gallis, Vmbris, Marſis, atq; Thuſcis triumphauit: Cẽſor Libertinos tribu amouit. Iterum cenſor fieri noluit, dicens, nõ eſſe ex vſu reipublicæ eoſdem cenſores ſæpius fieri: hic primus inſtituit, vti equites Romani idibus Quintilibus, ab æde honoris equis inſidentes, in Capitolium trãſirent: mortuo huic tantũ æris populi liberalitate congeſtum, vt inde filius viſcerationem, & æpulas publice daret. Idẽ de Quinto Fabio Maximo, ſic: Quintus Fabius Maximus, cũctator vt Verucoſus, a veruca in labris: ita Ouicula, a clementia morum: conſul de Liguribus triumphauit: Annibalem mora fregit. Minutiũ magiſtrũ equitum, imperio æquari ſibi paſſus eſt: & nihilominus periclitanti ſubuenit: Annibalẽ in agro Phalerno incluſit: Manlium Statilium tranſfugere ad hoſteis volẽtem, equo & armis donatis retinuit & Lucano cuidam fortiſſimo, ob amorẽ mulieris, in frequenti eandẽ emptam dono dedit: Tarẽtum ab hoſtibus recæpit: Herculis ſignum inde tranſlatum in Capitolio dedicauit: de redemptione captiuorum cum hoſtibus pepigit: quod pactum quũ a ſenatu improbaretur, fundum ducentis milibus vendidit, & fidei ſatis fecit. Idem de Deciis ſcripſit: de Publio quidẽ Decio patre ſic: Hic bello Sãnitico, ſub Valerio Coruino, & Cornelio Coſſo cõſulib. tribunus militũ, exercitu ĩ anguſtiis Gauri mõtis inſidiis, hoſtium clauſo, accæpto quod poſtulauerat pſidio, in ſuperiorem locũ euaſit: hoſtes terruit. Ipſe intẽpeſta nocte, per medias cuſtodias ſomno oppreſſas, incolumis euaſit. Ob hoc ab exercitu Ciuica corona de quercu, quæ dabat ei, qui ciues in bello ſeruaſſet: & obſidionali. ſ. aurea, quæ dabatur ei, qui obſidione ciues liberaſſet, donatus eſt. Conſul bello Latino, collega Manlio Torquato, poſitis apud Veſerim fluuiũ caſtris, quũ vtriq; conſuli ſomnio obueniſſet eos victores futuros: quorũ dux in plio cecidiſſet, cum collato cũ collega ſomnio cõueniſſet: vt cuius cornu in acie laboraret, iis diis ſe manibus voueret: inclinãte ſua parte, ſecũ hoſtes per Valeriũ pontificem, diis manibus deuouit. Impetu in hoſteis facto Victoriã ſuis reliquit. De Publio aũt Decio filio ſic. Publius Decius, Decii filius, prio conſul de Samnitibus triũphauit, ſpolia de iis Cereri conſecrauit. Iterum & tertio conſul, multa domi, militiæq; geſſit. Quarto conſulatu cum Fabio Maximo, quũ Galli: Samnites, Vmbri, Tuſci contra Romanos cõſpiraſſent: ibi exercitu in aciem ducto, & in cornu inclinante, exemplum patris imitatus, aduocato M. Liuio pontifice haſtæ inſiſtens: & ſolemnia verba reſpondens, ſe & hoſtes, diis manibus deuouit. Impetu in hoſteis facto, victoriam ſuis reliquit. Corpus a collega laudatum magnifice ſepultum eſt. Hæc ille.

Dixit: & extrema triſtis cum voce receſſit.
Hunc vbi ſollicitum dimiſit inertia vitę:
Interius grauiter mentem æger: nec tulit vltra
Senſibus infuſum Culicis de morte dolorem:
Quantumcunq; ſibi vires tribuere ſeniles:
Quis tamen infeſtum pugnans deuicerat hoſtem:
Riuum propter aquæ viridi ſub fronde latentem,
Conformare locum capit impiger hunc, & in orbem
Deſtinat: ac ferri capulum repetiuit in vſum,
Gramineam viridi fodiens de ceſpite terram.
Jam memor incœptum peragens ſibi cura laborem
Congeſtum cumulauit opus: iamq; aggere multo,
Telluris tumulus formatum creuit in orbem.
Quem circum lapidem leui de marmore formans
Conſerit aſſiduæ curæ memor: hic & acanthos,
Et roſa purpureo creſcit rubicunda colore:
Et violæ omne genus hic eſt, & ſpartica myrtus,
Atq; hyacinthus, & hic cilico crocus editus aruo:
Laurus item Phœbi decus exurgens Rhododaphne.
Liliaq;, & Roris nouania cura marini,
Herbaq; thuris opes priſcis imitata Sabinis.
Chryſanthusq;, hederæq; nitor pallente corymbo,
Et Bacchus Libyæ regis memor, hic Amarantus,
Bumaſtusq; virens, & ſemper florida pinus.
Non illinc Narciſſus abeſt, cui gloria formæ
Igne cupidineo proprios exarſit in artus:
Et quoſcunq; nouant vernantia tempora flores.
His tumulus ſuper inſeritur. tum fronte locatur
Eulogium, tacita quod firmat litera voce.
Parue Culex, cuſtos pecudum, nil tale merenti
Funeris officium vitæ pro munere reddit.

ASCENSIVS.

¶ Dixit, &c.) Graphice docet abſceſſum culicis, quem mœſtũ abſceſſiſſe dicit: aut vt paſtorem ad commiſerationem & ſepulchrum inſtruendum excitaret: aut qa ad inferos abire cogeretur: vbi (vt dixit.) Nunquã mutandus labor, Recitat præterea, quæ poſt eius abſceſſum egerat paſtor: vtq; epitaphium culicis ſepulchro inſcripſit, quo opus ſuũ clauſurus eſt poeta. ¶ Ordo autem eſt. Dixit, ſcilicet culex, aut ſimulachrum eius: & receſſit triſtis, cũ extrema voce, ideſt ſimul extremã vocem emiſit: vbi .i. quo tempore: inertia vitæ .i. quia vitam traduxerat ſine arte: & ita in modica re, multũ turbatus erat: dimiſit hunc .ſ. paſtorem ſollicitũ. Nec ipſe æger, grauiter mentem interius .i. habens mentem intrinſecus grauiter ęgram: tulit .i. ꝑpeſſus eſt: vltra, ideſt diutius: dolorem infuſum ſenſib. de morte culicis. Et ipſe impiger .i. ſtrenuus: capit .i. incipit, aut conſtituit, confirmare locum .ſ. vbi ſepulchrum extrueret: capit, dico quantũcũq; vires ſeniles, ideſt quas ipſe ſenior habebat: tribuere ſibi vires, dicit, ſeniles: tamen, ſup. tales: quis: ideſt quibus, ſeu qualibus, ipſe pugnans deuixerat: hoſtem infeſtum, ideſt vim inferentem, ſcilicet ſerpentem. aut anguem latentẽ ſub fronde viridi: propter .i. iuxta, & prope riuum, ideſt decurſum aquæ. Et ipſe deſtinat .i. animo format: hunc, ſcilicet locum, quem cæperat: in orbem, ideſt circulũ aut figuram rotũdam: ac repetiuit, ideſt redegit in vſum ferri, ideſt foſſorii ferrati: cupidum, ideſt celerem ac rapidum: vt, ſupple foderet de ceſpite viridi terram gramineam. Ceſpes enim, eſt terra cum herbis & radicibus auulſa. Cura .i. accuratio, & ſtudiũ, ſeu opera: iam memor peragens laborem incœptũ ſibi, cumulauit, ideſt in cumulum, & tumulum erexit: opus congeſtum, ideſt accumulatum, atq; tumulum Telluris, ideſt tumba in terra extructa: creuit iam multo aggere, ideſt cumulo: Telluris .i. terræ: in orbem formatum .i. tumbam orbicularis formæ circũ quem .ſ. orbem, ac tumulum: ipſe formans lapidem .i. ſarcophagum: de marmore leui .i. polito: conſerit, ſup. ipſum, varijs herbis & odoribus, exiſtens memor aſſiduæ curæ, ideſt ſollicitudinis: hic, ſup. creſcit: & .i. ſimul acanthos: virgultum illud odoriferum, ſeu frutex, ſemper in Ægypto frondẽs: ſic dictus, quod ſpinis eſt plenus. dictum tamen eſt in Bucoli. Et molli circum eſt anſas amplexus acantho. propterea autẽ quod ſemper frondet bene additur tumulo. Putauerunt enim id vmbris, & manibus gratum. vnde Perſi. Nunc non è tumulo, fortunataq; fauilla Naſcentur violæ? Et Iuuena. Dij maiorum vmbris tenuẽ, & ſine pondere terram, Spirantesq; crocos, & in vrna perpetuum ver, &c. & roſa rubicunda, colore purpureo: quem propter ſanguinis conformitatem animæ appetunt: vnde in .vj. Æneid. Purpureos ſpargam flores, animamq; nepotis, His ſaltem accumulem donis, &c. & omne genus violæ, quia ſunt & nigræ & purpureæ. vnde. Et nigræ violæ ſunt, & vaccinia nigra. ſupp. eſt hic: aut creſcit hic: & myrtus Spartica, quæ plurima, aut præſtantiſſima creſcit in Sparta, eſt hic: & hyacinthus, ſcilicet

Iamq; alij, atq; legunt.

ſcilicet flos, de quo in Bucoli. Et ſuaue rubens hyacinthus eſt, ſupp. hic: & crocus editus, ſcilicet primũ aruo Cilico .i. in Cilicia eſt, ſup. hic. Item lauri, appoſitorie, decus Phœbi, propter Daphnem in eas verſam. vnde in Buco. Phœbo ſua ſemper apud me Munera ſunt lauri, &c. & Rhododaphne exurgens, ſcilicet hic. Eſt autem Rhododaphne, frutex, qui & Rododendrus dicitur: in Ponto crebro naſcẽs: & lilia, ſupp. ſunt hic: quorum color, propter lactis ſimilitudinem, gratus putatur. Virgi. in .vj. Manibus date lilia plenis Purpureos ſpargam, &c. & cura nouania, ideſt quæ nouano eſt roriſmarini: eſt, ſup. hic: & herba thuris .i. thurifera: imitata priſcis Sabinis opes .i. diuitias: & chryſanthus, ab auro dictus: & nitor hederæ, ideſt hedera nitida: corymbo, ideſt fructu eius: pallente, ideſt ſubalbo: laudatur enim alba. vnde in Buco. Hedera formoſior alba. vnde in eodem opere, Diffuſos hedera veſtit pallente corymbos. & memor Bacchi regis Libyæ, qui Libyã deuicit: & inde hedera coronatus redijt. hic, ſup. eſt, aut creſcit amarantus, ſcilicet arbor, & bumaſtus frutex, a mamillarum bouis ſimilitudine dictus: virens, ſcilicet perpetuo: & pinus ſemper florida: & narciſſus, ſcilicet flos, aut herba eius in quam puer verſus dicitur: non abeſt illinc: ſed adeſt illic: cui, ſcilicet Narciſſo puero, gloria propriæ formæ, exarſit igne Cupidineo, ideſt amoris: in proprios artus, ideſt in propria membra: & flores quoſcunque, tempora vernantia, ideſt verna, aut ver reducentia: nouant, ideſt innouant, non abſunt, ſup. illinc: tumulus inſeritur, ideſt ſpargitur: ſuper, ideſt deſuper: his floribus & virgultis dictis: tum, ideſt deinde: elogium, ideſt epitaphium, continens titulum defuncti, & cauſam necis: locatur in fronte, ideſt prima parte marmoris ſarcophagi (ſunt tamen qui legant, in fronde, ideſt inter frondes: aut quia olim in folijs palmarum, vt ſybillæ, ſcribebant: aut quia frondes & flores ſuperponebantur, ſed potius legerem, in fronte: quia in fronte tituli inſcribi ſolent) quod, ſcilicet elogium: litera, ideſt ſcriptura: firmat, ideſt confirmat: voce tacita, ideſt non expreſſa, ſed ſcripta. Epitaphij autem ordo eſt. O parue culex, ego cuſtos pecudum, aut culex exiſtens cuſtos pecudum, quia paſtorem ſeruauit: ego reddo, ſup. pro munere, ideſt dono, & officio vitæ, ſcilicet ſaluatæ: officium funeris, ideſt funebre, & exequiale: reddo, inquit, ſup. tibi: nil, ideſt non aliquid: non merenti aliquid tale: quia nõ mortis, ſed vitæ beneficium meruit. Donatus autem legit, tibi tale merenti: & reddit, vt ſit cuſtos pecudum, reddit tibi merenti tale officium funeris, pro munere vitæ.

CVLICIS AD OCTAVIVM

FINIS.




# P. VIRGILII MARONIS DI/ RÆ IN BATTARVM.

Battare cycneas repetamus carmine vo/ces:
Diuiſas iterum ſedes,& rura canamus:
Rura,quibus Diras indiximus impia vo/ta.
Ante lupos rapient hœdi,vituli ante leones,
Delphini fugient piſces,aquilæ ante columbas,
Et conuerſa retro rerum diſcordia gliſcet.
Multa prius fient: q̃ non mea libera auena.
Montibus,& ſyluis dicat tua facta Lycurge
Impia, Trinacriæ ſtereliſcant gaudia nobis.
Nec fœcunda ſenis noſtri,felicia rura,
Semina parturiant ſegetes,non paſcua colles,
Non arbuſta nouas fruges,non pampinus vuas,
Ipſæ non ſyluæ frondes,non flumina montes.
Rurſus,& hoc iterum repetamus Battare carmen.

DOMITIVS.

Argu/metū. Battare cycneas )ſū/ma opuſculi hui⁹ eſt talis. Cū bello ciuili inter M Antoniū & Augu/ſtum habito, Cremonenſes M. Antonio fauiſſent: victo/ria potitus Auguſtus, cum in eos vltione puniendos animum direxiſſet, Arium centurionem miſiſſe tradi/tur, ad diuidendos inter mi lites Cremonenſis populi agros: ſed cum non ſuffe/ciſſent,& vicinorum Man/tuanorū agros diuiſit quo circa Virgiliani agri, inter alios militib. dati ſūt: quod ægre ferens Maro,non ſolū propter deperditos agros, verum etiam propter ami/cam Lydiam in Mātua de/relictā,hoc opuſculum ſcri pſit Virgilius,& diras appel lauit:hoc eſt malæ fortunæ imprecationes in hoſteis fa/ctas. Dirigit autem ad Battarum,non vicum,vt aliqui male ſen tiunt:ſed ſicuti poteſt ex verbis Virgilij colligi. ¶ Battare.) Bat/ Battar⁹. tarus arbor erat in agro Virgiliano,itaq; phagū,de qua in Buco li. ſcribit,intelligimus. ¶ Repetamus.) Quia ſcripſerat mortem culicis lachrymabilem. ¶ Cycneas.) Cycnus, olor etiam appel Cycnus latur: auis eſt alba: & cum ad mortem peruenit,maximo dolo re angitur,adeo vt flere videatur. hinc Ouidi. in Faſt. de Arione loquens, Veluti canentia dura, Transfixus penna tempora can tat olor. ſignificat igitur hoc loco, lachrymabiles voces ſe re/petiturum de amiſſione agri ſui, quales culex ſupra egerat. ¶ Sedes.) Rura mea diuiſa īter milites. ¶ Quibus.) Agris. ¶ In/diximus.) Deuouimus. ¶ Diras.) Imprecationes. ¶ Ante lu/pos.) Omnia ſint in contrarium, quod eſt impoſſibile. ¶ Gli/ Auena. ſcet.) Creſcet. ¶ Auena.) Pro ſtylo poetico, & ſcribendi chara/ctere accipitur. Eſt enim herba inter frumenta naſcens: & a cre/

ſcendi

ſcendi,auiditate, auena ap/pellata eſt. ¶ Montibus, & ſyluis.) Quia & circūdabat arua. Virg. hinc in Buco. Fri/gus captabis opacū. & alibi, Qua ſe ſubducere colles, In cipiūt,molliq; iugū demit/tere cliuo. ¶ Lycurge.) Rex Thraciæ,qui cū ſacra Bacchi ſperneret: falce genu ſubſe/cuit ſuū: dicit ergo, tale omē Ario ſe dicturū: & Milienū torū nominabant eū,in quo ager cōtigerat Virgilianus. ¶ Trinacrię.) Dicit poſtq; ſi/bi ablati ſunt agri, talis eos ſequatur ſterilitas, qualē ha buerunt Siculi: cum inde Proſerpina a Plutone fuiſ/ſet rapta. ¶ Senis noſtri.) Pa/tris mei Virgilij, qui diceba/tur Ruſacus rex. Diræ, idest car mē exe cratoriū

ASCENSIVS.

Battare cycneas repe tamus,&c.) Quan/doquidē omnia quę ad principia dici ſolent, graphice a Calderino explanata ſunt. Nos ordinem proſequimur, qui talis eſt. O battare. ſ. arbor in agro meo ſita, ſub qua olim recubui, repetamus carmine. i. ite rū canamus: quia iam de culice cecinerat: aut, quia prius cecine rat, anteq; ager reſtitutus erat: & iterū nunc, quando ab Ario oc cupatus eſt, quæ res in Mœri declarata eſt. voces cycneas. i. mœ ſtas: nā Cantator cycnus funeris ipſe ſui. Canamus ſedes iterū diuiſas ſ. a poſſeſſoribus ſeiunctas, aut militibus diuiſas iterū: & canamus rura dura, q̄bus indiximus diras. i. īprecatiōes ama ras: hoc eſt impia. i. execrabilia vota. Hœdi rapient ante. i. prius lupos: contra naturam vtorūq;, vituli rapient ante leones: & delphini (a nominatiuo delphinus) fugient piſces. ſ. reliquos: aquilæ fugient ante columbas, & diſcordia rerū: conuerſa re/tro. i. retrorſum: gliſcet. i. creſcet: multa. i. multū, cum (ſecundū Sallu.) cōcordia, res paruæ creſcunt: & diſcordia etiam magnę

Facta, alij, fata legunt.

dilabuntur

dilabuntur. Non ſtaret verſus, ſi legatur, multo: & ita non conſtruetur cum prius, ſed cum creſcet. Creſcet ergo multa, ideſt multum: & id prius q̃ mea auena, ideſt fiſtula ruſtica: non fit libera, ideſt quàm non imprecer libere quæ volo. O Lycurge, rex Thraciæ, infelix & dire: ego dicam, ideſt memorabo, & conſimilia imprecabor, tua impia fata, ideſt exitum tuum montibus & ſyluis, ideſt vbiq; in agro meo, ideſt imprecabor vindemiatoribus vineæ meæ, quod tibi accidit. Gaudia Trinacriæ, ideſt apum Hyblæarum, de quibus in Bucoli. Hyblæis apibus florem depaſta ſalicti. ſterileſcant nobis, nec rura fœcunda, ideſt fertilia noſtri ſenis: de quo in eodem, Fortunate ſenex ergo tua rura manebunt. Nec ſegetes parturient felicia ſemina, colles non paturiant paſcua, ſcilicet caprarum: arbuſta non parturiant nouas fruges: pampinus, ideſt vitis pampinoſa: non parturiat vuas, ideſt racemos, aut botros: ipſæ ſyluæ non parturiant frondes: ipſi, ſupp. montes, non parturiant flumina, ſcilicet amnium, aut fontium. Repetamus rurſus, & iterũ o Battare, hoc carmen, ſcilicet execratorium.

DOMITIVS.

¶ Sulci.) Vos ſulci agri abſcõdatis. ⸿ Effœtas.) Vacuas. ⸿ Cereris.) frumẽti. ⸿ Æſtu.) In æſtate ſint oĩa peſtifera. ⸿ Oculis.) Neq; videãt, neq; audiantur aliq̃ dulcia. ⸿ Optima.) Vt battare. ⸿ Viretis.) Virgultis. ⸿ Dextera.) Militis Arij. ⸿ Iuppiter.) Aer. ⸿ Boreæ Thracis.) Quia Boreas flat ex Thracia, quæ eſt in Septentrione. ⸿ Immania.) Immaniter. ⸿ Fulua caligĩe.) Reſpicit puluerem, qui ſolet agente vento caligare oculos. ⸿ Tua ſylua.) Ex te arbore facta. ⸿ Cyaneo.) Non a colore cœleſti: ſicut quidã interpretati ſunt, dixit: ſed a Cyaneis petris, in regione Ponti frequenter ſe mouẽtibus, epithetum traduxit: vt ita ex motu aeris, & ventorum, ipſius arboris rami hucatq; illuc traherẽtur & impellerẽtur, veluti Cyanæ inſulę. ⸿ Lydia.) Lydiam enim, amicam Virgilij, non nomine proprio, ſed placabilem notare voluit. Nuſq̃ enim meretrices placabiliores, q̃ in Lydia reperiuntur: Vt nõ tam a fututoribus pretia non exigant, q̃ omnino illis perſoluant. ⸿ Paſcantur.) Deuorentur. ⸿ Aurę.) Ventorum. ⸿ Tranſuolet.) Eripiatur, & eradicetur. ⸿ Metata.) Menſurata, & quæ metam facit. ⸿ Pertica.) Lignea.

Lydia

Effœtas Cereris ſulci condatis auenas:
Pallida flaueſcant æſtu ſitientia prata:
Immatura cadant ramis pendentia mala:
Deſint & ſyluis frondes: & fontibus humor:
Nec deſit noſtris deuotum carmen auenis.
Hæc Veneris vario florentia ſerta decore,
Purpureo campos quæ pingit auena colore.
Hinc auræ dulces, hinc ſuauis ſpiritus agri
Mutent peſtiferos æſtus, & tetra venena.
Dulcia non oculis, non auribus vlla ferantur.
Sic precor: & noſtris ſuperent hæc carmina votis.
Ludimus, & multum noſtris cantata libellis,
Optima ſyluarum, formoſis denſa viretis.
Tondemus virides herbas: nec læta comanteis
Iactabis molleis ramos inflantibus auris:
Nec mihi ſępe meum reſonabit Battare carmen:
Militis impia cum ſuccedet dextera ferro:
Formoſæq; cadent vmbræ: formoſior illis
Ipſe cades. veteris domini felicia ligna,
Ne quicquam noſtris potius deuota libellis,
Ignibus ætheriis flagrabunt. Iuppiter ipſe
Iuppiter hanc aluit: cinis hæc tibi fiat oportet.
Thracis tum Boreæ ſpirent immania vires:
Eurus agat miſtam fulua caligine nubem:
Africus immineat nimbis minitantibus imbrem.
Cum tua Cyaneo reſplendens æthere ſylua
Noſcet iter ducens Erebo tua Lydia Ditis:
Vicinæ flammæ rapiant ex ordine viteis:
Paſcantur ſegetes: diffuſis ignibus aura.
Tranſuolet arboribus: coniungat & arbor ariſtas.
Pertica, qua noſtros metata eſt impia agellos:
Qua noſtri fines olim: cinis omnia fiant.
Sic precor: & noſtris ſuperent hæc carmina votis.

ASCENSIVS.

¶ Effœtas Cereris.) Ordo ẽ. O ſulci Cereris, ideſt facti ad Cererem, hoc eſt frugem ferendam: condatis, ideſt abſcõdatis & foueatis loco Cereris: auenas effœtas. i. ſteriles. vnde alibi, Grandia ſæpe quibus mandauimus ordea ſulcis, Infelix lolium & ſteriles dominantur auenæ. Prata pallida, ideſt languidas & pallidas herbas producentia: ſitientia æſtu. i. præ calore deſiccata: flaueſcant, ideſt fiant flaua. Mala. i. fructus arborum vt poma, pendentia ramis: cadãt, ideſt decidant immatura. i. ante maturitatem: & frondes deſint ſyluis, & humor deſit fontibus, nec carmen deuotum, ideſt deuotiuum & imprecatiuum, ſeu execratorium: deſit noſtris auenis, ideſt calamis ruſticis, quibus hæc canimus. Hæc ſerta Veneris, ideſt tam pulchra & odorifera, vt Veneris dicas, Florentia vario colore, auræ dulces, ideſt ſuaues: hinc, ideſt procedentes ab his ſertis: & ſpiritus agri, ideſt flatus, & odor diffuſus per agrum, hinc, ideſt ex his ſertis: mutent, ideſt per immutationẽ producant, æſtus peſtiferos, & venena tetra, ideſt diras infectiones & peſtilentias: vlla dulcia, ideſt vllæ res dulces: non ferantur oculis, ideſt ad oculos: & vlla dulcia. i. vllæ res dulces, non ferantur auribus, ideſt ad aures ego precor ſic: & hæc carmina ſuperent, ideſt maiora ſint: noſtris votis, ideſt propter vota noſtra: vel, q̃ ſint vota noſtra. Deinde ad Lydiam amicam ruſticam, quam derelinquere coactus eſt, conuerſus, inquit, Nos ludimus. i. carmina amatoria conficimus: & tu, o battare, optima ſyluarum, ideſt præſtantiſſima inter arbores: cantata multum noſtris libellis, ſcilicet Bucolicis: vbi phagum deſcribit: denſa viretis, ideſt virgultis virentibus formoſis: nos tondemus. i. amputamus: vmbras, ſcilicet tuas virides: nec tu læta, ideſt luxurians frondibus, & lætitiam afferens: iactabis ramos comantes, ideſt frondẽtes: mollis, ideſt flexilis, & lẽtos, aut lenta, ſi ſit nominatiui caſus: & hoc auris inflantibus, nec o battare, meum carmen reſonabit ſæpe mihi: ſicut prius: vñ in Tityro, Formoſam reſonare doces Amaryllida ſyluas. cum, ideſt quando: dextera impia militis impij, ſcilicet Arij, barbari & immittis: ſuccedet ferro, ideſt ad ferrũ applicabitur: q; pro &: hoc eſt, ſimul formoſæ vmbræ. ſ. tuæ, cadẽt: & ipſa. i. tu (alij tamen ipſe, legunt: ſed arboris nomen rectius fœmininum ponitur, ſicut prius, optima ſyluarum) appoſitorie, ligna domini, iterum felicia: nequidq̃: ideſt fruſtra: & potius deuota, ideſt exitio addicta: noſtris libellis, ideſt per libellos noſtros. Ipſe Iuppiter. i. aer: flagrabit. i. ardebit: ignibus æthereis. i. cœleſtib⁹: aut qui ſunt ſub globo lunæ. Iuppiter, ideſt aer temperatus, aluit hãc, ſcilicet arborem battarum, quæ phagus eſt: oportet vt, ſup. hæc. ſ. arbor, fiat tibi, o battare, cinis, ideſt reſoluatur in cinerem: & vires Boreæ Thracis, ideſt illius venti, flantis ex Thracia. i. a Septentrione: ſpirent tum. i. tunc: cum hæc ardebit: immania, ideſt immaniter: nomen, pro aduerbio: Aphricus. ſ. vẽtus: hoc eſt, meridionalis: purus, i. ſine nube: agat, i. impellat: nubem mixtam caligine fulua: & imber. i. pluuia: immineat nymbis mutãtibus, ideſt diuerſificantibus ſe: aut nutantibus, ideſt vacillãtibus: cum ſylua tua, ideſt ex te facta. Sic fere legitur: malim tamen legere, Eurus. i. ventus Orientalis, agat nubem mixtam caligine fulua. Et imber Aphricus, ideſt meridionalis, immineat nymbis nutantibus: vt taceat Phauonium, quia ſalutarem: reſplendens æthere Cyaneo. i. frequenter mobili, ſicut petræ Cyaneæ, iuxta Pontum dicuntur moueri: non dicens, iterum Erebo. i. deo inferorum: Lydia tua, ſcilicet amica, dixit, flammæ vicinæ rapiant vites ex ordine. i. conſumant per ordinem: & ſegetes paſcantur. i. deuorentur, & abſumantur: ignibus auræ. i. aeris, aut vẽti vrentis: diffuſis. ſ. per omnia impia. Et ſm Calderinum, arbor Pertica. i. virga lignea: impia. i. ad impios vſus redacta: quę metata. i. menſa eſt, quondam noſtros agellos, ab ea, ſcilicet parte: qua, ſup. ſunt fines noſtri: tranſuolet. i. eripiatur, & eradicetur arboribus: & ſup. omnia ſiant cinis: & precor ſic: & hæc carmina ſuperent. i. maiora ſint: noſtris votis, ideſt deſyderijs, aut deuotionibus, ſicut prius expoſitum eſt.

DOMITIVS.

(Vndæ.) Aquas Mincij fluuij declarauit: & litus nō ſolum maris, verū & fluminis dici poſſe. (Accipite.) Audite. (Neptunus.) Mare ipſum trāſeat ī arua mea. (Paſtos.) Cōſumptos. (Barbara.) Sylua dicit barbara: & Syrtes loca eſſe Aphricæ, fines Ægyptū verſus, periculoſiſſima: a σύρειν dicta, quod eſt trahere. Eſt enim inæqualitas maris & terræ magna, & in vno loco ꝓfundiſſima: in alio vero ſatis vadoſa: ſpirāteq; vento cumulus harenæ, qui ſupra mare fuerat: in profundiſſimas reſidet valles: & q depr imebatur, mox ſup aquas aggeritur: & ſunt Syrtes, maiores, & minores: & ſpatio paſſuū ducentorum quinquaginta millium ſeparātur. Minor, a Carthagine trecentis millibus paſſuū diſtat, & totidem ambitus. Maior vero, quadringentis. xxv. millibus paſſuum. Ser. vero vbicunq; harenoſa in mari ſunt loca, Syrtes aſſerit vocitari. (Barbara.) Aſpera, inculta: &, Altera Syrtis, ideſt tota arenoſa. Dicunt homines portenta naſci, tumente mari. (Nigro.) Turbato, & procelloſo. (Hæc agat.) Faciat hæc portenta. (Neptunus.) A nando. (Fuſcū cinerē.) Terram nigram. (Dicantur mea rura.) Videantur eſſe quoddā mare turbidum. (Minus.) Si minus damus, o Neptune, tuis altaribus, quā debeamus, ideſt fac tu, o battare, quod fontes tui ſpargantur per arua mea: vt videatur mare retro currentibus vndis. (Sinant erroribus.) i. faciāt ꝙ ſemper ſint in meis agris errores. i. inundationes fontium.

Syrtes.

Vndę, quæ veſtris pulſatis litora lymphis:
Litora, quæ dulcis auras diffunditis agris:
Accipite has voces. migret Neptunus in arua
Fluctibus: & ſpiſſa campos perfundat arena.
Qua Vulcanus agros paſtus Iouis ignibus arcet:
Barbara dicatur libycæ ſoror altera ſyrtis.
Triſtius hoc memini reuocaſti Battare carmen.
Nigro multa mari dicunt portenta natare
Monſtra, repentinis terrentia ſæpe figuris:
Cum ſubito emerſere furenti corpora ponto.
Hæc agat infeſto Neptunus cæca tridenti,
Atrum conuertens æſtum maris vndiq; ventis:
Et fuſcum cinerem canis exhauriat vndis.
Dicantur mea rura ferum mare. nauta caueto
Rura: quibus diras indiximus impia vota.
Si minus hæc Neptune tuis infundimus aris:
Battare fluminibus tu noſtros trade dolores:
Nam tibi ſunt fontes, tibi flumina ſemper amica.
Nil eſt, quod perdam vlterius merita omnia dictis.
Flectite currenteis limphas vaga flumina retro
Flectite, & aduerſis rurſum diffundite campis.
Incurrant amnes paſſim rimantibus vndis:
Nec noſtros ſeruire ſinant erronibus agros.
Dulcius hoc memini, reuocaſti Battare carmen:

ASCENSIVS.

(Vndæ, quæ noſtris, &c.) Addit continuo nouas imprecationes: in omnia, videlicet quæ in agro ſuo bona norat: & quibus bene vellet ſi ſua eſſent: vt ex ordine patebit, qui talis eſt. O vndæ. ſ. Mincij fluminis, quæ pulſatis litora. i. ripas: noſtris lymphis. i. aquis ex noſtro fundo defluentibus: & quæ diffunditis agris. i. in agros: dulceis auras. i. temperatum aera: accipite. i. intelligite: has voces. i. imprecatiōes meas. Neptunus. i. aqua maris, ſeu ſimilis: migret. i. traducat: ſe fluctibus. i. per fluctus: in arua. ſ. ſata: & perfundat. i. obducat campos: arena ſpiſſa. i. denſa. Et qua. ſ. parte: Vulcanus arcet ignibus Iouis, Ideſt ab ardore aeris, aeris, aut fulmine, agros, ſcilicet noſtros: dicatur, ſupple eſſe barbara. i. aſpera, & inculta. altera ſoror Syrtis Libycæ. i. q̄ in Libya eſt: raro tamen ſingulariter reperitur. O battare, ego memini quod. ſ. reuocaſti hoc carmen triſtius. Dicūt, ſ. homines, fere omnes, multa portenta. i. monſtra: natare mari. ſ. exiſtente nigro. i. turbato: portēta, dicit. i. mōſtra, terrentia ſæpe figuris repentinis: cum. i. quando corpora emerſere ſubito ponto furēti ſubito. Neptunus agat. i. impellat: hæc cæca. i. incerta, & dubij odij: tridenti. ſ. baculo regali: infeſto alij, referentes ad fuſcinam, fecerunt infeſta, ſcilicet fuſcina tridenti: cōuertens æſtum, ideſt feruorem: maris, ideſt fluuiorū vndiq; Ventis: conuertens atrū æſtū maris, exhauriat. i. abſumat, aut deficcet: & exhauriat vndis canis. i. albicātibus: cinerē fuſcum. i. ſubnigrum. Mea rura dicantur, mare ferum, nauta caueto rura. ſ. mea. iam aqs obruta: quibus indiximus. i. imprecati ſumus: diras, appoſitorie, impia vota. O Neptune, ſi nos infundimus minus, tuis aris. i. nō ſatis ſacrificamus, nec damus. Vt tale beneficium mereamur, tu o battare, trade fluminibus. ſ. Mincio, & Pado, noſtros dolores. i. quæ ex doloribus illis optamus. Nā fontes ſunt tibi ſemper. ſup. amici: & flumina ſunt tibi ſemꝑ amica. Nil eſt quod perdā vlterius: quia dixi, omnia merita. i. pro demerito, q. d. non imprecor vltra, q̄ꝫ meritum ſit: & hoc dicit, ne quis reprehendat ꝙ ſua ita execretur: dicit enim, nihil ſuum eſſe: cum nihil ſit, quod vlterius perdat. O flumina vaga, flectite retro. i. retrorſum: lymphas. i. aquas currentes: flectite, inquam, & vos aduerſi. i. oppoſiti, & cōtra curſum naturalem verſi: diffundite curſum. i. fluxum veſtrū: campis. i. in campos. Amnes. ſ. de mōtibus cadentes: incurrant. ſ. in cāpos noſtros paſſim: & hoc vndis remeantib. i. ſeſe in gyrum vertentibus: & ita voraginem in agro meo facientibus: nec ſinant. i. nō permittant: nec concedāt errorib. exire meos agros. i. faciāt vt errores ſemꝑ ſint in agris meis: ſic Calderinus. Aut ſic: nec ſinant agros noſtros exire. i. exui erroribus: aut nec ſinant, ſupp. quem exire noſtros agros erroribus, ideſt propter gyros & vortices, qui errorem inducunt. Ego memini, o battare, ꝙ reuocaſti hoc carmen dulcius, ſcilicet q̄ꝫ æquum eſt.

DOMITIVS.

(Caua.) Cōcauitatē. (Gryllus.) ideſt ſit rana in eo loco, vbi ſtabant Grylli. (Minantes.) ideſt milites, qui minantes nobis terreantur talibus hymbribus: & cogātur relinquere meos agros. (Belli.) Inter M. Anto. & Aug. (Tumulo.) Tumulū hunc in Buco. Virgi. optime declarauit: cum inquit, Iāq; ſ. pulchrū incipit apparere Bianoris hic enim Bianor amnis Tuſci, & Māthus Thyreſiæ filius fuit, a q̄ Mantua denominata eſt. huius ſororem Lydiam fuiſſe dixere, a qua & denominari potuit amica Virgilij: pater Virgilij dicebatur Virgili⁹ Ruſacus.

Emanent ſubito ſicca tellure paludes:
Et metat hic iuncos, ſpicas vbi legimus olim:
Occupet arguti grilli caua garrula rana.
Triſtius hoc rurſum dicat mea fiſtula carmen.
Præcipitent altis ſpumantes montibus imbres:
Et late teneant diffuſo gurgite campos:
Quiq; domos infeſta minantes ſtagna relinquunt:
Vnde elapſa meos agros peruenerit vnda,
Piſcetur noſtris in finibus aduena arator:
Aduena ciuili qui ſemper crimine creuit.
O male deuoti pratorum crimine agelli,
Tuq; inimica tui ſemper diſcordia ciuis,
Exul ego, indemnatus, egens mea rura reliqui:
Miles vt accipiat funeſti præmia belli.
Hinc ego de tumulo mea rura nouiſſima viſam:
Hinc ibo in ſyluas. obſtabunt iam mihi colles:
Obſtabunt montes: campos nec adire licebit.

ASCENSIVS.

(Emanent ſubito.) Proſequitur inſtitutum ponendo imprecatiōes diriſſimas, etiam contra naturæ curſum, dicēs, Paludes, ideſt aq̄ paluſtres, emanent ſubito tellure ſicca, ideſt vbi nūc terra ſicca & arida, arationi apta: & miles, ſcilicet Arius: metat, ſcilicet fœnum: hinc, ideſt ab hac parte agri: vbi nos collegim⁹ olim ſpicas, ideſt fruges maturas: rana garrula occupet caua. i. concauitatem: & antra caua Grylli arguti, ideſt vbi ſtabat prius Gryllus argutus. Mea fiſtula dicat rurſum hoc carmen triſtius, Hymbres fumātes, ideſt nebuloſi, & ob id peſtiferi: præcipitent ſe, ſup. aut præcipites decidāt altis montibus: & teneant late campos diffuſos gurgite, ideſt impetu aquarum: quis. i. quibus campis:

Elapſa alij relapſa.

Prēmia alij ꝓlia

Dulcia rura valete,& Lydia dulcior illis,
Et caſti fontes,& felix nomen agelli.
Tardius ah miſeræ deſcendite monte capellæ.
Mollia non iterum carpetis pabula nota.
Tuq; reſiſte pater:& prima,nouiſſima nobis
Intueor campos.longum manet enſis in illis.
Rura valete iterum:tuq; optima Lydia ſalue:
Siue eris:et ſi non,mecum morieris.vtrunq;
Extremum carmen reuocemus Battare auena.

campis:minantes,ſcilicet milites agrorũ occupatores,& incubatores,vt Arius,& reliqui:relinquãt dominis,ideſt ꝓpriis poſſeſſoribus,ſtagna infeſta dominis.vnde,ideſt e quibus ſtagnis:vnda elapſa,ideſt effluens:ꝓuenerit agros meos,ideſt venerit ꝑ agros meos.Arator aduena.i.peregrinus:& externus:piſcet̃ in noſtris finibus:aduena (inquit)qui ſemꝑ creuit,crimine ciuili.i.bello inteſtino,quod per ciuium crimen oritur.O crimina agelli,deuoti male,ideſt multum,& cũ ſummo malo,& tu,o Diſcordia,ſemꝑ inimica tui ciuis:vnde in Tityro,En quo diſcordia ciues Perduxit miſeros.Ego exul indẽnatus,ideſt nõ cõdemnatus propter crimen:ſed tamen non indemnis:reliqui mea rura egens.i.exiſtẽs egenus in terra aliena:vt miles.ſ.barbarus,accipiat pręmia belli funeſti,ideſt quod funeris cauſa eſt:aut deteſtandi,quia ciuilis.Ego viſam hinc,ideſt ab hoc loco:de tumulo,ideſt colliculo,vbi erat ſepulchrũ Ocni Bianoris mea rura nouiſſima.i.extremos fines eorũ:aut viſam nouiſſima.i.nouiſſime,aut nouiſſimo de tumulo mea rura:& ibo hinc in ſyluas & colles,obſtabunt,ideſt contra ſtabunt,dum in ſyluas abire volam:& montes obſtabunt:nec licebit adire campos.i.loca plana,& campeſtria,& ita,quia non dabitur aufugiẽdi locus,neq; per plana,neq; per aſpera:dulcia rura valete:& o Lydia.ſ.amica ruſtica:dulcior illis.ſ.aruis meis:& fontes caſti,puri.i.& lympidi,ac ſacri & nomen agelli felix.i.beatũ a multis prædicatum:aut felix,pro felicis agelli.Ah miſeræ capellæ,deſcẽdite tardius montibus:quia nõ carpetis iterum pabula mollia:nota.i.aſſueta vobis,quaſi dicat vt primũ deſcẽderitis,incidetis in manus militũ qui vos abſument.Et tu pater.ſ.Ruſace Maro:reſiſte.ſ.militibus:& ego intueor.i.inſpicio(pro quo quidam intuor,dicunt)nouiſſima.i.vltimo loco:campos prima.i.primum,hoc eſt præcipue:nobis,ſcilicet debitos:hoſtis manet in illis longum.i.per longum tempus:ſic enim fere de tempore dicitur longum,ſicut de loco longe,vt in Buco.Et longũ formoſe vale,vale inquit Iola:Rura valete iterum:tuq; optima Lydia ſalue:vtrunq;,ideſt vtroq; modo:ſiue eris mecũ.ſ.vſq; ad mortem(ſed in re læta noluit meminiſſe mortis,propter omen malum euitandum)ſiue non morieris mecum,ſcilicet non eris mecum vſq; ad mortem:quam in diſſidio nominat,quaſi innuat longum velle viuere ſecũ:& paruifacere eius mortem,ſi cum alio fuerit.Battare reuocemus.i.repetamus auena,carmen extremum,ideſt de re amatoria:de qua extremo loco dicturus ſum.

Et,aliĳ hæc.

Dulcia amara prius fient:& mollia dura:
Candida nigra oculi cernent:&,dextera læua:
Migrabunt caſus aliena in corpora rerum:
Quàm tua de noſtris emigret cura medullis.
Quamuis ignis eris,quamuis aqua:ſemper amabo.
Gaudia ſemper enim tua me meminiſſe iuuabit.
Inuideo vobis agri,formoſaq; prata:
Hoc formoſa magis,mea quod formoſa puella,
Et vobis tacite noſtrum ſuſpirat amorem:
Vos nunc illa videt:vobis mea Lydia ludit:
Vos nunc adloquitur:vos nunc adridet ocellis:
Et mea ſummiſſa meditatur carmina voce.
Cantat & interea,mihi quæ cantabat in aurem.
Inuideo vobis agri:diſcetis amare.
O fortunati nimium,multumq; beati:
In quibus illa pedis niuei veſtigia ponet:
Aut roſeis digitis viridem decerpſerit vuam:
Dulci nanq; tumet nondum vitecula baccho.
Aut inter varios veneris ſtipendia flores,
Membra reclinarit:teneramq; illiſerit herbam:
Et ſecreta meos furtim narrabit amores.
Gaudebunt ſyluæ:gaudebunt mollia prata:
Et gelidi fontes:auiumq; ſilentia fient:
Tardabunt riui labentes currere lymphæ:
Dum mea iucundas exponat cura querelas.
Inuideo vobis agri:mea gaudia habetis:
Et vobis nunc eſt,mea quæ fuit ante voluptas.
At mihi tabeſcunt morientia membra dolore:
Et calor infuſo decedit frigore mortis:
Quod mea non mecum domina eſt.non vlla puella
Doctior in terris fuit,aut formoſior:ac(ſi
Fabula non vana eſt)tauro Ioue digna,vel auro.
Iuppiter auertas aureis.mea ſola puella eſt.

DOMITIVS.

¶Caſus.)Euentus & fortuna.⸿Emigret.)Diſcedat.⸿Suſpiret.)Lydia.⸿Videt vos.)Fontes.⸿Et adloquitur.)Et cãtat vobis,Diſcetis vos fontes,agriq; mei.⸿Amare.)A Lydia.⸿Vitecula.)Parua vitis.⸿Illæſerit.)Concũbẽdo.⸿Currite lymphæ.)Currite dum ego exponam eas querimonias.⸿Tauro Ioue.)Europã reſpicit,filiã Agenoris regis Phoeniciæ,quæ cum armentis delectaretur,& ſæpe ſupra aſcendere conſueuiſſet,Iuppiter in formoſiſſimum taurum conuerſus,eam aſſumptã,in hos locos detulit:quibus nomen Europæ inditum eſt.⸿Auro.)Ad Danaẽ.Acriſij filiam,retulit,quæ in turri Ænea clauſa erat:ne qs eam ſtupraret,propter oraculum quod erat,vt filius maior parente naſceretur:quare Iuppiter in pluuium aurum cõuerſus,gremio puellæ exceptus fuit:ſicq; eam compreſſit:& ex ea,Perſeus natꝰ fuit.⸿Auertas auro,mea digna puella eſt.)Ne capiaris eius amore.

Europa

Danae.

ASCENSIVS.

¶Dulcia,amara prius,&c.)Ordo eſt.Dulcia fiẽt ꝑus amara,& mollia fient prius dura:& oculi cernent prius candida nigra.ſ.effecta,aut vt nigra:& cernẽt dextera.i.quæ dextera ſunt,lęua.i.ſiniſtra:caſus.i.euenta fortuita,migrabunt prius in aliena corpora rerũ.i.omnia prius in cõtrarium:& præter naturã euenient:q̃ cura tua.i.de te ſuſcæpta(ſtaret ſentẽtia ſi diceret,tui:ſed verſus non patit̃.)emigret.i.transferatur de noſtris medullis:licebit.n.me meminiſſe ſemper tua gaudia:& iõ,O agri,& formoſa prata,ego ĩuideo vobis:hoc.i.eo aut tãto magis,q̃ mea formoſa puella eſt vobis.i.apud vos:& q̃ ipſa tacite ſuſpiret.i.ſuſpirio indicet,amorẽ vr̃i.i.quẽ de vobis habet:quia dulcis amor patriæ eſt:illa videt nũc vos:& mea Lydia:ludit nunc vobis quaſi ad delectationem veſtram,cũ ego abſim.Ipſa adloqtur nũc vos,& adridet,ſupp.vobis:nunc ocellis.i.oculis,per laſciuiam cõtractis:& meditatur.i.exercet,& cãtat voce ſubmiſſa carmina mea.i.a me,vel de me compoſita:& cãtat interea ea quæ cantauit mihi in aurem,quaſi ſecreta,& non prodenda:qa celari vult ſua furta Venus.O agri,ego inuideo vobis,qa diſcetis amare.ſ.a Lydia,q̃ amores canit,& amatoria carmina.O agri fortunati,& beati nimium:in quibus illa.ſ.tam formoſa puella,ponet veſtigia niuei pedis:aut in quib.decerpſerit digitis roſeis.i.rubicundulis & odoriferis:vuam viridem.i.adhuc ĩmaturã.Nã vitecula(quaſi a nominatiuo vites:quod ſi legatur(vt in multis)viticula,ti,ſyllaba ꝓducitur,ſicut a Satyrico in Cuticula.)viticula igitur.i.parua & tenella vitis:nondũ tumet dulci Baccho.i.maturo vino,aut ſucco:aut ſupp.in quibus illa.ſ.Lydia reclinarit,ideſt reclinauerit,membra inter varios flores,appoſitorie,ſtipendia Veneris,ideſt qualem reclinationem dat Venus pro ſtipendijs:& illæſerit.ſ.concumbẽdo & reclinando ſe herbam teneram.Et ipſa ſecreta,ideſt ſeparata ab arbitris:& in locis ſolis exiſtens,narrabit furtim.i.furtiue,& clanculum meos amores:ſyluæ audientes.ſ.eos,gaudebũt:& prata mollia gaudebũt:& fontes gelidi.i.ſubfrigidi gaudebunt:

Veſtri,aliĳ veſtrum.

Vobis adridet,aliĳ vos nũc adridet.

Cãtauit aliĳ cantabat.

Illæſerit,aliĳ illiſerit.

Querelas,aliĳ q̃rulas.

Hei,aliĳ heu.

Digna,aliĳ ſola

debunt:& ſilentia auium fient, ideſt aues reticebunt, & continebunt cantus ſuos, vt audiant cantilenas Lydiæ: riui tardabunt, ſupp. ſe. & ideo o lymphæ, quæ nondum illuc vſque percurriſtis: currite labentes, ſcilicet continue: dum, ideſt donec: mea cura, ideſt amor meus, ſeu amica mea, quæ mihi curæ eſt: Lydia exponit, querelas iucũdas, ideſt amatorias. O agri, ego inuideo vobis: quia habetis mea gaudia, & ea voluptas quæ fuit ante mea: eſt nunc vobis. i. veſtra. Hei mihi, mẽbra, ſcilicet mea. moriẽtia, ſcilicet igne amoris: tabeſcunt, ideſt lente abſumuntur, corrupta tabe: dolore. i. præ dolore: & calor. ſ. naturalis: decepit, ſcilicet me: aut defecit frigore mortis. i. mortali, aut mortifero infuſo: ꝙ, ideſt quia mea domina (ſic enim præcipua amica, vulgo dicitur: & coniux etiam a Græcis, domina vocatur: vt Helena a Deiphobo in. vj. Æneid. Et hi dominam ditis, &c.) nõ eſt mecum: vlla puella non fuit doctior, ac formoſior in terris: ac ſi fabula non eſt vana, ſcilicet re. i. inanis & friuola, nihil de hiſtoria continens, hoc eſt ſi vera eſt fabula quæ de Europa & Danae narratur, ipſa puella mea eſt digna Ioue tauro, ideſt vt in taurum eam auecturus mutetur: ſicut mutatus eſt dum Europam, Agenoris filiam, auexit: vel Ioue auro, ideſt in aurum: hoc eſt aureum hymbrem, ſicut in Eunucho recitatur, verſo: o Iuppiter, auertas, ſup. te ab ea, ne capiaris: quia mea puella, eſt auro digna.

DOMITIVS.

Vaccula.) pua vacca. Pater hœdorum.) Hircus. Interpellatos.) Animalia nunquam plorant amores impeditos, interruptos: ſicut ergo ſydera ſemper redeunt in vices ſuas: ſed ego nõ poſſum redirẽ ad meos agros. Tui.) Orbis. Omnia vos eſtis.) Vos, ſcilicet luna & Phœbe eſt. o. omnia tenetis. Voluebantur.) Erant. Similiſq; Conditio.) Nam aureo ſæculo, nymphæ ſecuræ errabant per ſyluas & loca. Minoidis.) Tangit Ariadnem, filiã Minois, quã in litore a Theſeo derelictã, Bacchus rapuit: & in cœlo ductã in ſydus cõuertit: & coronã aſtronomi eam appellant. Virgi. j. Geor. Gnoſiaq; ardẽtis decedat ſtella coronæ. Numina autem, vt plurimum, ſuas amicas cœlo conſecrabant.

Ariadne.

Felix taure pater magni gregis, & decus, à te
Vaccula non vnquam ſecreta cubilia captans,
Fruſtra te patitur ſyluis mugire dolorem.
Et pater hœdorum felix, ſemperq; beate,
Siue petis monteis prærupto ſ, ſaxa pererrans:
Siue tibi ſyluis noua pabula faſtidire,
Siue libet campis: tecum tua læta capella eſt.
Et mas quocunq; eſt, illi ſua fœmina iuncta,
Interpellatos nunquam plorauit amores.
Cur non & nobis facilis natura fuiſſet?
Cur ego crudelem patior tam ſæpe dolorem?
Sydera per viridem redeunt cum pallida mundum:
Inq; vicem Phœbe currens, atq; aureus orbis
Luna tui tecum eſt. cur non eſt & mea mecum?
Luna, dolor noſti quid ſit, miſerere dolentis.
Phœbe gerens in te laurus celebrauit amorem:
Et quæ pompa deum niſi ſyluis fama locuta eſt.
Omnia vos eſtis. ſecum ſua gaudia geſtat.
Aut inſperſa videt mundo, quæ dicere longum eſt.
Aurea quinetiam cum ſæcula voluebantur,
Conditio, ſimiliſq; foret mortalibus illis.
Hæc quoq; præterea notum Minoidos aſtrum,
Quæq; virum virgo ſicut captiua ſecuta eſt.
Lædere cœlicolæ potuit vos noſtra quid ætas?
Conditio nobis vitæ quo durior eſſet.

Tui eſt tecũ, alij tua tecũ eſt.

Minoidis, alij Minoidos.

Vittam, alij vitã

ASCENSIVS.

Felix Taure pater magni gregis.) Conqueritur ſuã conditionem eſſe deteriorem ꝙ̃ tauri, qui cum vaccis ſemper verſatur, cũ ipſe ab amica longe exulet. Ordo eſt. O Taure pater, decus magni gregis, ideſt armenti, felix, ſup. es. Nam vaccula. i. iuuenca, captãs ſecreta cubilia ad te non patitur vnq̃ (& ita leges: non autem, nonnunq̃.) te mugire fruſtra, ſup. in ſyluis dolore. i. præ dolore: & o pater hœdorum. i. hœde, aut caper, ſi non dicitur a capiendo: felix & ſemper beate: quia ſiue petis montes præruptos, pererrans ſaxa: ſiue libet tibi faſtidire in ſyluis noua pabula: ſiue libet faſtidire. i. vſq; ad faſtidium ſumere, noua pabula campis. ſ. iacẽtibus: tua capella eſt ſemper tecum læta. Et quocunq;, ſup. loco eſt mas, ideſt maſculus: illi, ideſt illic, eſt ſua fœmina: vel ſic. Et quicunq; mas, ideſt maſculus alius eſt: illi eſt ſua fœmina iuncta: & ideo nunquã plorauit amores: interpellatos, ideſt impeditos: ac per tempus interruptos, cur natura non fuiſſet, ideſt eſſe potuiſſet: &, ideſt etiam: nobis, ſcilicet hominibus: non ſolis pecoribus: facilis, ideſt indulgens, & benigna, & ad generationem non laborioſa. Cur ego patior tam ſæpe crudelem dolorem, cum ideſt quando: ſydera pallida, ideſt ſubalba: redeunt per mundum viridem, ſcilicet ad ortus, & in orbes ſuos: & o Phœbe excurrens inuicem, ideſt viciſſim: atque ideſt ſicut: orbis aureus, ideſt globus ſolis: excurrit, ſupp. luna: tua, ſcilicet ſoror, aut amica eſt tecum: cur &, ideſt etiam: mea luna, ideſt amica mea, non eſt mecum, quaſi dicat quocunq; ſol percurrat, ſemper habet amicam ſororem ſequentem: cur ergo & mea me nõ ſequitur, o Phœbe, tu noſti quid ſit dolor, ſcilicet amoris impatientis (quia Daphnẽ impatiẽter amauit) miſerere igitur dolentis: & gerens laurus in te, ideſt ad honorẽ tuũ, hoc eſt ſacerdos tuus, & poeta tibi ſacratꝰ, celebrabit amorem, ſcilicet tuum: & is, ſupp. quem pompa deum. i. deorum, hoc eſt pompoſus cœtus deorum: & non quem fama locuta eſt, ſupple in ſyluis. (Omnia ſunt tam inuerſa, vt difficile ſit ſententiã bonam comminiſci: referimus autem hæc ad ſuum cuiuſq; iudicium.) Vos, ſcilicet Phœbus, & Phœbe, hoc eſt ſol & luna: eſtis omnia. i. omnia tenetis: aut omnium eſtis cauſæ: & id per parentheſim videtur inſertũ, hoc eſt Phœbus, quem pompa deorum extollit: non qui in ſyluis, ideſt rerum corruptibilium, & generabilium, regiõe verſatur: vt nos mortales geſtat ſecum ſemper ſua gaudia, atque videt ea inſperſa mundo: quæ, ſcilicet gaudia longum eſt dicere: loquitur aũt de Daphnide, ideſt lauro, quam ſecum ferre dicitur, & quam in terris videt: aut de luna ſorore, quam amat: quæ in cœlo, luna: in terris, Diana: & apud inferos, Proſerpina dicitur: aut de concentu, atque ſymphonia cœleſti: vnde & lyram geſtat. Quinetiam cum ſæcula voluebantur, ideſt per ſyderum benignam reuolutionem erant aurea: & cum hæc conditio, ſcilicet noſtra, ideſt humana: foret, ideſt eſſet: mortalibus, ſcilicet nobis: ſimilis illis, ſcilicet mortalibus: quia nymphæ tunc errabant per ſyluas: & non minus dij, quàm mortales amabant: vnde Iuuenalis ſaty. vj. Viderũ primos argentea ſæcula mœchos. Præterea aſtrũ Minoidis, ideſt Ariadnes, Minois filiæ, hoc eſt corona aurea: quam Ariadne a Baccho corrupta meruit: & quæ in cœlũ trãſlata eſt: eſt notum, ſcilicet cunctis: & virgo quæ ſequuta eſt: virum, ſcilicet Bacchum: aut prius Dedalum, ſicut captiua, ſcilicet Ariadne: nota, ſupp. eſt, hoc eſt manifeſtum, & deos amaſſe vt Phœbum, Bacchum, Iouem, Martem, &c. Aſſerere tamen (vt Ply. ſentit) deorum cõnubia, aut adulteria proxime accedit ad dementiam, cum igitur mortales cum dijs amarent, & amarentur: o cœlicolæ: qd, ideſt in quo: noſtra ætas, ideſt fragilis mortalitas: potuit lædere vos, quaſi dicat in nullo: & tamen quæ conditio vitæ eſſet, ideſt eſſe poſſet, nobis durior, ſupp. q̃ hæc, quam nobis quaſi æmuli cõfertis, cum amare cogitis, nec amatis, potiri ſinitis. q. d. nulla: & ita plangit iniquam ſortem.

DOMITIVS.

Vitta.

Vittam.) Quia omnes virgines, in ſignum caſtitatis linũ gerebant, hoc eſt lineas faſcias in ſignum ligatæ virginitatis: & zonam afferebant, qua cingebantur: vt etiam Catullus in. j. Paſſeris oſtendit dum inquit: ꝙ zona n ſoluit diu ligatam. Meæ noxæ.) Quod concubuerim cum Lydia. Iuppiter ante ſui.) Priuſq̃ factus eſt coniux, quę diceret, quaſi dicat, habuit coitum

Auſus ego primus caſtos violare pudores?
Sacratamq; meæ vitam tentare puellæ?
Immatura meæ quoq; noxæ ſoluere fata?
Iſtius atq; vtinam facti mea culpa magiſtra

Prima foret: letum vita mihi dulcius eſſet.
Nam mea non vllo moreretur tempore fama:
Dulcia cum Veneris furatus gaudia primum
Dicerer: atq; ex me dulcis foret orta voluptas.
Nam mihi non tantum tribuerunt impia vota:
Author vt occulti noſter foret error amoris.
Iuppiter ante ſui ſemper mendacia furti
Cum Iunone, prius coniux quàm dictus vterq; eſt:
Gaudia libauit dulcem furatus amorem.
Et mecum tenera gauiſa eſt ludere in herba,
Purpureos flores, quos inſuper accumbebat,
Grandia formoſo ſupponens brachia collo,
Tum credo fuerat mauors diſtentus in armis.
Nam certe vulcanus opus faciebat: & illi
Triſti, turpabatq; mala fuligine barbam.
Non aurora nouos etiam plorauit amores:
Atq; rubens oculos roſeo cælauit amictu.
Talia cœlicolæ. nunquid minus aurea promo.
Ergo quod deus, atq; heros: cur non minor ætas?
Infelix ego, non illo qui tempore natus:
Quo facilis natura fuit. ſors ò mea læua
Naſcendi, miſerumq; genus, quo ſera libido
Tanta meæ vitæ cordis fecere rapinam:
Vt maneam, quod vix oculis cognoſcere poſſim.

tum cum Iunone, priuſquã eſſet cõiux. ¶Opus.) Rhetia. ¶Illi.) Mœſto Vulcano. ¶Aurora.) Amauit Titonum: ipſa enim nunquam habuit talem infelicitatem, qualem ego. ¶Aurea.) Quaſi dicat deberẽ ego etiam habere ætatem auream, qualem habuerũt dei. ¶Læua ſors.) Aduerſa. ¶Tanta.) Mala mihi fuere: vt ita maneam, ꝙ me vis poſſes cognoſcere.

ASCENSIVS.

¶Auſus ego ꝑmus, &c.) Defendit culpam ſuam ab exemplo deorum: ob quam rem diuus Auguſtinus deteſtatur comœdias, vt Eunuchum Terentij, & cæteras quæ deorũ adulteria, quaſi ad iuuenum corruptelam proponunt exẽpla. Ordo autẽ eſt. Auſus ne, ſupple ſum ego primus, violare caſtos pudores? quaſi dicat non, cum & dij & homines id ſæpe fecerint. Et auſus ſum ego, primus tentare, ideſt ſolicitare ad corruptionẽ: aut attingere vittam, ideſt ſignum virginitatis: quod in capite ſerebat: ſacratam, ſcilicet veſtæ: aut virginitati puellæ, ideſt amicæ meæ? quaſi dicat nõ. Et auſus ſum ego primus ſoluere facta meæ noxę, ideſt concubitus cum Lydia mea: immatura, ideſt nõdum ſoluenda, ideſt aperienda, & prodenda? quaſi dicat minime: atque vtinam primus corrupiſſem puellas: nec alius puellam meam ſolicitaſſet: quia vita eſſet mihi diutius letho, ideſt diutius viuerem in fama hominum, q̃ eſſem in morte. Nam mea fama non moreretur, vllo tempore: cum, ideſt quandoquidem ego dicerer, furatus primum dulcia gaudia Veneris, ideſt concubitus, atque dulcis voluptas, foret orta ex me. Nam vota impia, ideſt aut nefanda deſideria, aut diræ imprecationes: non tantum, ideſt non intantum: rubuerunt, ideſt erubuerunt, hoc eſt pudore affecta ſunt ob culpam, vt error noſter foret, ideſt eſſet: author, ideſt incœptor: amoris occulti, ideſt libidinis furtiuæ. Iuppiter factus ſemper mendacia ſui, ideſt de ſe, cum Iunone, ſcilicet ſorore: & coniuge, ideſt factus mendax: & aliam de ſe expectationem: & alium exhibens effectum, antequã vterq;, ſcilicet tam ipſe, q̃ Iuno, dictus eſt coniux: libauit, ideſt deguſtauit: gaudia, ideſt voluptatem: furatus amorem dulcem: (& ideo præcipue dulcem, quia furtiuũ: quia, vt etiam in Prouerbijs Solomonis dicitur, Aquæ furtiuæ dulciores ſunt, & panis abſconditus ſuauior. cuius rei cauſa videtur, quia Nitimur in vetitum, ſemper cupimusq; negata: vnde commercia Veneris, dicuntur furta: vnde eſt, Cælari vult ſua furta Venus. Quocirca animaduertit in Cynicos diuus Auguſtinus qui in propatulo voluerũt habere venerem: argumentantes, nihil turpe, quod idem naturale. Senſus autem eſt, Iouem cum tantum frater eſſet Iunonis, & nondum coniux, habuiſſe commercium cum ea, vt oſtendat multum abeſſe: vt ipſe primus dicatur qui virginalem violauerit pudorem: quia, vt ex Iuuenale diximus, Viderunt primos argentea ſæcula mœchos. Verum culpa non ideo minor, quàm antiqua: & in multis eſt, ſicut non minus, ſecundum Auguſtinum, Ardebunt, qui cum multis ardebunt.) Et, ſup. puella mea Lydia, gauiſa eſt ludere mecum in herba: ergo non oppreſſit inuitam, ſupponens collo formoſo: grandia gaudia, ideſt res voluptatis, ſcilicet flores purpureos: inſuper quos, vacat in ipſa, accumbebat: accumbebat: ſpondaicus verſus: accumbentis, languorem indicans: vt vero culpã ſuã, quam fatetur, palliet: innititur deorum authoritatibus, dicẽs, Ego credo ꝙ Mauors, ideſt Mars, deus belli, qui cum Venere in adulterio deprehenſus eſt: fuerat diſtentus, ſcilicet a Venere in armis: & id per ironiam. Nam certe Vulcanus, maritus Veneris, faciebat opus, ſcilicet fabrile: & turpabat illi barbam fuligine, ideſt nigredine, ex fumo facta: triſti, atque mala, ideſt nociua: & non ad voluptatem, vt eſt ea, qua, vt author eſt Iuuena. Molles ſupercilia depingunt. Non, ideſt nunquid: & id per ironiam: nam vult dicere, ꝙ maxĩe ita Aurora, ſcilicet Titoni coniux, & mater Memnonis, plorauit etiam amores nouos, atq; ipſa rubens cælauit, ideſt occultauit oculos, amictu roſeo, ideſt roſei coloris? Cœlicolæ, ideſt dij cœleſtes, talia, ſupp. egerunt. aut geſſerunt: & eſt honeſta eclypſis: ſicut, Talia per Latium, ſupp. gerebantur. Nunquid ego promo minus aurea, ideſt honeſta, & aureo ſæculo digna? quaſi dicat non: quia deos arguere, nefas duxit. Ergo, cur ætas minor, ideſt fragilis, & mortalis, videlicet humana conditio: non, ſupple faciat: quod deus, ſupple fecit, qui erat in aureo ſæculo: atque heros: qui erat in æreo ſæculo, ideſt quod & hi qui pro dijs habiti ſunt, & qui proxime ad deorum vitam acceſſiſſe putantur, vt Heroes fecerunt: nam Iuppiter, Neptunus, & Pluto, ſummi illi dei, virginum raptores leguntur: & Achilles, & Hercules, & Paris, & ſexcenti alij. Ergo (vt dixi) diuus Auguſtinus, merito reprehendit eos, qui deos ſuę turpitudinis citant authores. Ego, ſupple ſum infelix, qui non ſum natus illo tempore, quo natura fuit facilis: quia (vt Amaſius poeta dicit) Tribus violis puellam comparabant. O mea ſors naſcendi, fuit, ſupp. læua, ideſt inimica mihi: ſicut dextrum, ſecũdum, & fauorabile dicimus: & o miſerum genus (modeſtius tamen ſecundum Vallam: & cum minore excandeſcẽtia ſupprimitur, q̃ exprimatur, o, cum accuſatiuo) quo, ideſt in quo: libido eſt ſero, ideſt nimis tarda: quia tunc primum exæſtuãs, cum negatur quod petiuerat (vnde vult dicere, ſe iam primum impatienter Lydiam amare, quando eo carendum eſt. Id autem ſecundum veterem ſuperſtitionem, quæ in multis hodie vſque perdurat fato, id naſcendi ſorti imputat.) Vitæ meæ fecere tantam rapinam cordis, ideſt tantum abſtulerunt a corde meo: vt ego maneã, ſupp illud, quod vix poſſis cognoſcere oculis, ideſt tanta miſeria confectus, & macie exhauſtus per impatientiam: vt tu, ideſt quicunq; (nam ſecundã perſonam, pro qualibet poſuit.) vix poſſis me cognoſcere oculis, ideſt viſu, quàuis per loquelam, aut alia indicia facile agnoſci poſſit. Et hæc in Diras, quanta potuimus commoditate.

Leto, alij letũ. Diutius alij dulcius. Nã, alij non. Factus, alij facti. Grãdia alij candida. Gaudia alij brachia.

P. VIRGILII MARONIS DIRARVM.

FINIS.




DOMITIVS.

HOc Virgilianum eſſe opus pleriq; ex authoribus teſtâtur: & Senec. in epiſto. adeo vt Naſoné nó ob aliam cām opus de Ætna dimiſiſſe affirmet, niſi ꝑpter Virgiliū, quē iam ſcripſiſſe compertū habebat. Cornelius Seuerus etiam ob eandē cām deterritus tradit: ſumma tñ opera eſt, vt cauſam Ætnei incēdij referet: nō qualē vulgatiores poetæ aſſerunt, ſed quę a ſummis philoſophis, atque poetis expoſita ſit. Quis enim ignoret Ætnā flagrātem, adeo vt niues nequaq; cadere, authores exiſtimauerint: atq; ad quinquagena & centena millia paſſuum arenas, flā marūq; globos eructaret? Ardet autem noctibus ſemp: & miraculū eſt, igneā materiam tanto æuo ſufficere. Patet

## ÆTNA INCERTI AVTHORIS.

AEtna mihi, ruptiq; cauis fornacibus ignes,
Et q̄ tam fortes voluant incēdia cauſæ:
Quod fremat imperium: quid raucos torqueat æſtus:
Carmen erit, dexter venias mihi, carminis author:
Seu te Cynthos habet: ſeu Delos gratior illa:
Seu tibi dodone potior. tecumq; fauentes
In noua pierio properent à fonte ſorores
Vota. per inſolitum Phœbo duce cautius itur.
Aurea ſecuri quis neſcit ſæcula regis?
Cum domitis nemo cererem iactaret in aruis:
Venturiſq; malas prohiberet frugibus herbas.
Annua ſed ſaturæ complerent horrea meſſes:
Ipſe ſuo flueret bacchus pede: melláq; lentis
Penderent folijs, & pingui pallas oliua.
Secretos amnes ageret cum gratia ruris.

re. Patet crater eius, ambitus ſtadiorum. xx. fauillam Taurominium & Catinum vſq; peruenire affirmant. Fragorē vero ad Maronem, & gemellos colles. Quocunq; modo tantum per noctem lucere, & ſplendētem apparere affirmauere a cacumine. Nam interdiu fumo &, caligine obſidetur. (Dodona.) Epiri ſylua, i qua oracula per colūbas reddebant: licet Herodotus, mulierem quādam reddidiſſe affirmet. (Phaſelis.) In Lycia mons eſt vt Ætna, quam Plynius appellat Phaſem. Ibidē ſicut & in Patara, Apollo oracula reddebat. Hic Lycias ſortes, alibi poetā appellaſſe affirmant. (Cynthos.) Mons eſt vbi Apollo etiam colebatur. Alibi inſulam vnam eſſe Cycladū legimus. (Delos.) Inſula i Ægeo mari: dicta ꝙ Dela

Phaſelis alij fauētis. Tutius alij cautius. Lycius. Cynth. Delos.

Dela.i.manifeſta Apollinis re
ſpóſa,illic præberétur.ꝩSecu
ri regis.)i.Saturni.ꝩAmnes
Secretos.) Quia tacite fluit
oleũ: & matrẽ intellige Me/
deã.ꝩDiẽ Auerſum.)Tãgit fa
Thie/ ſtes. bulã Atrei & Thieſtis.ꝩSpar/
ſum ĩ ſemine.)Tãgit Cadmũ
Cadmꝰ q,dẽtes ſeminauit draconis:
vnde nati ſunt hoĩes armati.
Poſſet etiã intelligi de Iaſo/
ne.ꝩQuis nõ periurę?)Tãgit
Phedra Ariad/ na. Theſea, qui Phedram ſororẽ
Ariadnes,elegit in vxorem:li
cet ipſi Ariadnæ iureiurando
ſe eam in vxorem ducturum
ꝓmiſiſſet.ꝩMinoida.) Filiã
Minois,Ariadnen.

Non ceſſit cuiquam melius ſua tempora noſſe.
Vltima quis tacuit iuuenum certamina Colchos?
Quis non argolico defleuit Pergamon igni
Impoſitam?& triſti natorum funere matrem?
Auerſuḿue diem,ſparſuḿue in ſemine dentem?
Quis non periurę doluit,mendacia puppis,
Deſertam vacuo Minoida litore queſtus?
Quidquid in antiquum iactata eſt fabula carmen.
Fortius ignotas molimur pectore curas:
Qui tanto motus operi:quæ cauſa perennis
Explicet in denſum flammas:& trudat ab imo
Ingenti ſonitu moles:& proxima quæq;
Ignibus irriguis vrat.mens carminis hæc eſt.

pter põdus & liquorẽ:vñ de
Ioue in Geor.Mellaq́; decuſ Cuiq́; aliquid quam.
ſit folijs,&c.& cum Pallas.ſ.
inuẽtrix oleæ,Minerua age/
ret.i.duceret,riuos ſecretos.i.
ſecrete & tacite fluẽtes, oliua
ſ.arbore pingui,propter oleũ
aut oliuũ:cũ gratia ruris non
ceſſit cuiq́; noſſe ſua.i.oppor
tuna tẽpora,melius.ſ.q́; alte/
ri.i.cũ oẽs indifferẽter ſcirent
tẽpora,q̃ meſſor,quę curuus
arator haberet. Quis tacuit.i.
nõ deſcripſit?q.d.nemo, fere
poeta:Colchos, appoſitorie,
vltima.i.peſſima & grauiſſi/
ma certamina,iuuenũ.ſ.Argo
nautarũ,qui e Colchis redeũ

ASCENSIVS.

AEtna mihi.)Quia cætera a Calderino ſatis explicãtur.
Ordo eſt.Ætna,mons ille Sicilię,ꝑpetuis ignib.flagrãs:
& ignes rupti.i.erũpentes,aut eructati:cauis.i.cõcauis,
aut excauatis fornacibus:& q̃ cauſæ tam fortes.i.tam efficaces:
voluant incẽdia.ſ.tanta,& tam cõtinua,quod imperiũ ꝑmat:&
quod imperiũ,aut qd.i.q̃ res torqueat æſtus raucos.i.rauce cre
pitãtes,erit mihi carmẽ,vel carmen erit mihi Ætna.i.canẽt de
Ætna,& ignibus eius:& o Apollo,tu,ſup.eris mihi author car
minis:dexter.i.proſper,& fauorabilis:ſeu.i.ſiue: Dodone,ſylua
illa Epiri,vaticinio nobilis(declinatur aũt hoc loco,hæc Dodo
ne,huius Dodones.)ſup erit tibi:potior.i.eligibilior, q̃ quiſq́;
alius locus:& Phaſelis,mons ille Lyciæ,ardens vt Ætna,eſt te
cũ:ſeu Cynthos mons:aut potius inſula inter Cyclades,habet
te:ſeu Delos eſt gratior illa.ſ. Cyntho iſula.i.vbicũq́; es,eris mi
hi carminis author:& ſorores.ſ.Muſæ,Iouis,& Mnemoſynes
filiæ,ꝑperẽt.i.properãter veniãt,a fonte Pierio:in noua vota.ſ.
mea:qa itur.ſ.ab oĩbus poetis:Phœbo duce.i.ducẽte,aut ductu
Phœbi:tutius per inſolitũ.ſ.iter:aut per rem inſolitã & nouam.
Quare aũt rem nouã ſcribere tẽtet,docet,ſicut in Georgi. Quia
cætera q̃ vacuas tenuiſſent carmina mentes. Oĩa iam vulgata,
qs aut Euryſthea durũ: Aut illaudati neſcit Buſiridis aras,&c.&
hic:Quis neſcit aurea ſæcula regis ſecuri.i.q̃ fuerunt ſub rege ſe/
curo.ſ.ſub Saturno?ideo aũt ſecuri,quia regnantis:cũ nemo ia
ctaret Cererẽ.i.frumentum in aruis domitis.i.cultis:& cũ ne/
mo prohiberet frugibus venturis.i.a futuro frumento: herbas
malas.i.nociuas:ſed cũ ſacræ meſſes.i.fruges:deorũ dono, aut
beneficio naturæ ſponte naſcentes,complerent annua.i.annuę,
aut annuatim:vt ſit nomen,pro aduerbio:aut figurate,tempus
rei accommodat,vt ſint horrea annua.i.quotannis replenda:&
cũ Bacchus.i.vinũ:flueret ſuo pede.i.ſponte naſcẽs,non calcatũ
pedibus vindemiatorũ:& cũ mella penderent folijs lentis,pro/
pter

tes,Troiã deleuerunt. Quis non defleuit Pergamon.i.Troiam
(declinatur,hęc Pergamos:& pluraliter,hęc Pergama)poſitã
igni Argolico.i.Græco,ſeu Argolicorum manu iniecto?& quis
non defleuit matrẽ.ſ.Medeã triſtẽ,funere.i.propter necem,na
torum.i.filiorũ quos interemerat?(vt dictum eſt Eclo.viij.ad
illud, Sæuus amor docuit natorũ ſanguine matrẽ Cõmaculare
manus.)ve,pro vel:diẽ auerſum.ſ a cœna Thieſtæ:vt declara/
tum eſt a Seruio,ad illud Ænei.j.Nec tam auerſus equos Tyria
ſol iungit ab vrbe. Aut dentẽ.ſ.draconis, ſparſum.ſ.a Cadmo:
in ſemine,ideſt loco ſeminis:vnde nati ſunt armati,qui ſe mu/
tuis vulneribus interemerunt. Quis non doluit.i.dolenter de/
ſcripſit,mendacia puppis periurę.i.quã Theſeus periurus e Cre
ta,vexit cũ Phedra & Ariadne,relinquens Ariadnen,cui fidem
iurauerat in inſula Dia?& quis nõ queſtus,ſupp.eſt.i.elegit,de/
ſcripſit.(Nã verſibus ipariter iunctis. Querimonia primũ,&c.)
Minoida.i.Minois filiã:Ariadnen deſertam.i.derelictam,ſupp.
in litore vacuo: quia ſine marito & cultoribus?q.d.nemo non
queſtus eſt.Quidquid,ideſt qualitercunq́; fabula eſt,iactata in
antiquum carmen. Sed nos molimur,ideſt cum molimine agi
tamus pectore:fortius,ideſt accuratius:cauſas ignotas,videli/
cet qui motus,ſupple ſint:tanto opere.ſ.æſtus Ætnei perpetuo
durantis:& mens carminis,eſt hæc inquirere, quæ cauſa expli
cet,ideſt emittat:in denſum,ideſt denſe:flammas perennis.i.to
tum annum,imo totum tempus durantes:& ructet,ideſt eru/
ctet,ſupple cum ingenti ſonitu: moles.i.magna ſaxa: ab imo,
ſcilicet fundo.vnde.iij.Æneid.Horrificis iuxta ſonat Ætna rui
nis.Interdumq́; atram prorũpit ad æthera nubem,Turbine fu
mantem piceo & candente fauilla.Attolitq́; globos flammarũ,
& ſydera lambit,Interdũ ſcopulos, auulſaq́; viſcera montis.
Cũ gemitu glomerat,fundoq́; exæſtuat imo.& quę cauſa vrat,
proxima quæq́;,ideſt omnia propinqua,ignibus irriguis,ideſt
irrigantibus,quia ſulphuratis & pinguibus.

DOMITIVS.

❡Principio.) In narrationis
huius principio, dicit ſe neq́;
exequuturum poetica figmẽ/
ta,ſed tantum res phyſicas:ac
cauſas veras igniũ ſpirãtium
ex ipſa Ætna.ꝩReſonare ca/
uernis.) In ſeceſſu & remo/
tiõe Ætnæ, ſubterranei ſunt
meatus,ad Ieram vſq́; inſu/
Vulca/ nus. lam,vbi Vulcanus cum alijs
ſuis fabris,fulmina fabricare
dicitur:hinc ictibus loca om/
nia reſonant.vnde Virg. Inſu
la Sicanum iuxta latus,Æo/
liamq́; Erigitur Lyparen fu/
mantibus ardua ſaxis, Quam
ſubter ſpecus, & Cyclopum
exeſa caminis Antra Ætnea
tonãt,validiq́; incudibꝰ ictus.
ꝩSine pignore carmen.) Id/
eſt ſine ratione.ꝩProxima.)
Ideſt tertia.ꝩPhlægreis cam
pis.) Phlęgrei ideo dicti,quia
ibi erant in copia maxima,
ignes.

Principio,nequem capiat fallacia vatum:
Sedes eſſe dei:tumidiſq́; è faucibus ignem
Vulcani ruere:& clauſis reſonare cauernis
Feſtinantis opus.non eſt tam ſordida diuis
Cura:neq́; extremas ius eſt demittere in artes
Sydera:ſeducto regnant ſublimia cœlo
Illa:neq́; artificum curant tractare laborem.
Diſcrepat à prima facies hæc altera vatum.
Illis cyclopas memorant fornacibus vſos:
Cum ſuper incudem numeroſa in verbera fortes,
Horrendum magno quaterent ſub pondere fulmen:
Armarentq́; Iouem.turpe eſt ſine pignore carmen.
Proxima viuaces Aetnæi verticis ignes
Impia ſollicitat Phlegræis fabula caſtris.
Tentauere(nefas)olim detrudere mundo
Sydera:captiuiq́; Iouis transferre gigantes
Imperium:& victo leges imponere cœlo.
His natura ſua eſt.aluo tenus ima per orbes
Squameus intortos ſinuat veſtigia ſerpens.

ignes.ꝩHis natura.) Secũdũ
multos authores loquor qui Vatum alij faſũ
dicunt, gigantes, pedes ha/
buiſſe ſerpentinos.ꝩSinuat.)
Curuat.ꝩCoaceruatas.) Ac/
cumulatas.

ASCENSIVS.

❡Principio, ne quem,&c.)
Hoc vnum verbũ mihi fidẽ
fecerit, Virgilianum non eſſe
hoc carmẽ:qppe qui in Geor Illis,alij illi.
gi.dicet.Me verum dulces ca
piãt ante omnia Muſę,Qua/
rum ſacra fero ingenti percul
ſus amore. Et qui ad Muſas ĩ
vij.Æneid.dicet,Et memini/
ſtis enim diuæ & memorare
poteſtis. non hic tam ſeuere
in poetas animaduerterit:lo/ Phlægeis, alij Phlæ/græis.
quitur tamen,quiſquis eſt au
thor de futilibus, & non de
grauibus poetis:verumtamẽ Cãpis, alij ca/ſtris.
non in tam excellẽti ope(de
Æneide loquor)fabulam ſe/
quutus eſſet de Ætna,ſi id vi
tio

Conſtruitur magnis ad prælia montibus agger:
Pelion oſſa terit:ſummus premit Oſſan Olympus.
Iam coaceruatas nituntur ſcandere moles.
Impius & miles metuentia cominus aſtra
Prouocat infenſus cunctos ad prælia diuos.
Prouocat è ✳ admotis ✳.
Iuppiter è cœlo metuit:dextramq; coruſca
Armatus flamma remouet caligine mundum.
Incurſant vaſto primum clamore gigantes.
Hic magno tonat ore pater,geminantq; fauentes
Vndiq; diſcordes comitum ſimul agmine venti.
Denſa per attonitas funduntur fulmina nubes:
Et quæ ✳
Et Mars ſæuus erat:iam cætera turba deorum.

tio dandū cēſuiſſet. Præterea (vt taceā) ſtylum nō cōgruere cū Virgilianis muſis: nam multū ab illis friget etiā hoc teſtimonio eſt, ꝙ Tityon hic, per ſeptē iugera porrectū vidermus: & in. vj. Ænei. per nouē. Sed vt inſtitutū peragam Ordo eſt. Pricipio. ſ. dico, aut admoneo: ne fallacia vatū. i. poetarū: capiat. i. decipiat, quē i. aliquē, perſuadendo videlicet. Sedes dei. ſ. Vulcani: vt viij. Ænei. dicet eſſe, ſup. ibi: & ignē ruere. i. præcipitē ferri, e faucib⁹ Vulcani: & opus dei feſtinātis, reſonare, ſup. in cauernis clauſis. i. antro Vulcani, nō dicit, capit: quia principio monet: ꝙ cura non eſt diuis tā ſordida. i. de tā ſordidis rebus: neq; ius eſt dimittere. ſ. deos, in artes extremas. i. viliſſimas & id ſm Epicurū: ſm quē dicit Flaccus. j. ſermonū, Credat Iudęus appella. Non ego, nāq; deos didici, ſecurū agere Æuū, nec ſi qd miri faciat natura deos. Id triſtes ex alto cœli dimittere tecto, &c. Sydera. i. dij cœleſtes in ſydera tranſlati: aut quorū ſydera lāpades, & faces præeūtes putantur: regnāt ſublinia. i. in ſublimi: cœlo ſeducto. i. ſeorſum a cœtu mortaliū ducto. vnde Perſius, Quæ niſi ſeductis nequeas cōmittere diuis. quod qdā perperā, exponunt ſeductis. i. deceptis. Illa. ſ. ſydera: hoc eſt, dij cœleſtes, neq; curāt tractare laborē artificū. ſ. mœchanicorū: hoc eſt, non exercent artē fabrilē: ſicut poetæ. Vulcano imponūt. altera i. ſecunda: facies. i. ſpēs vatū diſcrepat. i. diſſentit: a prima. ſ. facie & ſpecie: qui, ſup. vates: memorant Cyclopas. ſ. fabros ac paſtores, vnū oculum in frōte habentes: vnde a Cyclo, Cyclopes dicti ſunt: ſicut de Polyphemo dictū eſt Ænei. iij. Telo lumē terebramus acuto, Ingēs quod torua ſolū ſub fronte latebat, Argolici clypei, aut Phœbeæ lampadis inſtar. dicūt ergo Cyclopas, vſos illis fornacibus, quia dicuntur miniſtri Vulcani: vñ Æneid. viij. Inſula Sicanū iuxta latus Æoliāq;, Erigitur Lyparē fumantibus ardua ſaxis, Quā ſubter ſpecus, & Cyclopū exeſa caminis Antra Ætnea tonant. & paulopoſt, Hoc tunc igni potens cœlo deſcēdit ab alto, Ferrū exercebāt vaſto Cyclopes in antro: Brōteſq;, Steropeſq;, & nudus mēbra Pyracmon. Cū. i. qñ: ipſi. ſ. Cyclopes fortes, quaterent in verbera numeroſa. i. ſm numerū facta: vñ Pythagoras dicitur rationē muſicā inueniſſe. quaterēt, dico, ſuper incudē, ſub magno pondere fulmen horrendū: & armarent Iouē, quia telū Iouis dicitur fulmē triſulcū: quo gigantes vicerat. carmen, ſup. tale, eſt turpe, quia ſine pignore. i. fide, quā nō adhibemus rebus dubijs & ignotis, ſine pignore, aut fideiuſſore: aut ſic, carmē. ſ. quoduis, ſine pignore, eſt turpe. Fabula pxima

la, pxima. i. tertia: impia. i. deteſtāda, & deos falſo icuſans, ſolicitat. i. ſolicite ponit, ſup. i cāpis Phlægeis, ſic ab ardore dictis. vñ Stra. li. v. Superioribus annis fortunatus erat: & cāpus noīe Phlęgeus, in quo res a gigātibus geſtas, fabulæ diuulgant: nullā aliā ob cām, vt credi fas eſt, q̄ꝫ ꝙ terra ipſa ſuapte virtute, præliorū concitatrix eſt: hæc ille. Solicitet, dico, ignes verticis Ætnei, viuaces. i. quaſi viuaces perdurantes. Gigantes. ſ. terræ filij, tētauere olim nefas. i. rem illicitā, & nefandam. ſ. detrudere, &c. vt ſit appoſitio: aut nefas. i. nefandū, vt ſit iteriectio: ſicut Ænei. j. Nauibus infandū amiſſis, &c. detrudere, dico, mūdo. ſ. cœleſti: ſydera. i. deos cœleſtes, & transferre imperiū, Iouis captiui. i. quem captiuū facere prætendebant, & imponere cœlo victo. i. cœlicolis victis, leges. Natura eſt his. ſ. gigātibus: tenus aluo. i. vſq; ad aluū: ſerpens ſquameus. i. ſquamoſus, & ſquamis tectus: qui, ſupp. ſinuat. i. incuruat: veſtigia ima. i. pedes: per orbeis ſuos. i. anulos, & reuolutiones. i. ſm quoſdā, habent pedes ſerpentinos a natura illis datos. Agger. i. accumulatio & aggeſtio, conſtruitur. ſ. ab his, ad prælia. ſ. contra deos, ſup. ex montibus magnis: Oſſa, mons ille Theſſaliæ, creat. i. ſubſtituit: Pelion ſ. montē vicinū: Olympus, qui eſt in cōfinio Macedoniæ, ſummus. ſ. montiū: ita, vt venti eius, verticem non perflent: præmit Oſſan. i. ponitur ſuper Oſſan (per regulā, Rectus in a Græci, facit an quarto breuiari.) Ipſi, ſup. gigātes, nitūtur iam ſcandere moles. ſ. montiū: coaceruatas. i. accumulatas: & miles impius prouocat cominus. i. de prope, quaſi conſerta manu aſtra metuentia. ſ. detrudi, hoc eſt deos metuentes: & ipſe infeſtus, prouoçat cunctos diuos ad pręlia. Iuppiter metuēs, & armatus dextra. i. habens in dextra pro armis: flammā coruſcā. i. fulmē, renouat e cœlo. i. deſuper: mundū caligine. ſ. nubiū, e quibus fulmen mitti ſolet: gigātes incurſant primū. i. in primo impetu, atq; inſultu, vt temerarij ſolent, ſupple cū vaſto clamore. Pater. ſ. deorum & hominum Iuppiter, tonat hic magno ore, & geminat vētos fauentes. i. auxiliantes, diſcordes vndiq; ſimul. i. cū agmine comitum. i. facit prius diſcordes fauētes: aut facit, vt venti per diſcordiam ex diuerſo flantes, nunc in vnum conſpirent, contra gigātes fulmina diſiicientes. fulmina denſa rumpuntur per nubes attonitas. i, tonitru ſciſſas & percuſſas. Atq; quæcunq; potentia diuum, pro diuorum. i. quidquid potentiæ eſt diuis, ruit in arma. Et Mars erat iam ſæuus, & cætera turba deorum erat iam ſæua: quæ alias mitis eſſe ſolebat. Sane nulla ſit ſynalœpha, cū dicitur, Atq; in arma ruit, &c.

Iuppiter, alij Prouocat. Metuēs alij metuit.

DOMITIVS.

¶ Materq; iacētis Impellēs victos.) ſ. gigantes: dicitur autem terra. ¶ Mater.) Quia dicunt filij terræ, gigātes. ¶ Sub terris.) Audent poetæ, ex ſciētia nō ſolū rerū humanarū, verūetiā diuinarū. ponit autem carmina ꝓ ipſis poetis. ¶ Mentiti.) Quia nō habent rē manifeſtā. ¶ His Tityus.) Tityus, Titani & Eiaræ filius Latonæ, vim inferre voluit: licet Virgilius, terræ filiū eſſe ſignificet, aut potius ab ea nutritū, dicēs Ænei. vj. Necnon & Tityum terræ omnipotentis alūnū. tantę. n. magnitudinis fuit, vt vix eū tria iugera agri caperēt, fœdū laſciuum. ¶ Solicitant magna te circum Tantale pœna.) Quia habet aquas & poma, nec tñ eſuriēs cōtingere pōt: dānatus enim ad inferos, quia deorū facta reuelarat.

Tityus.

Stant vtrinq; metus. validos tum Iuppiter igneis
Increpat:& victor proturbat fulmine montes.
Illinc deuictæ verterunt terga ruinæ,
Infeſtæ diuis acies:atq; impius hoſtis
Præceps cum caſtris agitur, materq; iacenteis
Impellens victos. tum pax eſt reddita mundo:
Tum liber celſa venit per ſydera cœli:
Defenſiq; decus mundi nunc redditur aſtris.
Gurgite trinacrio morientem Iuppiter Aetna
Obruit Enceladum:vaſti qui pondere montis
Aeſtuat:& patulis expirat faucibus ignem.
Hæc eſt mendoſæ vulgata licentia famæ.
Vatibus ingenium eſt. hinc audit nobile carmen
Plurima pars ſcenę:verum eſt fallacia. vates
Sub terris nigros viderunt carmine manes:
Atq; inter cineres ditis pallentia regna
Mentiti vates, ſtygias, vndaſq;, caneſq;.
Hi Tityon ſeptem ſtrauere in iugera fœdum.
Sollicitant illi te circum Tantale pœna:

reuelarat, Oui. Quærit aquas in aquis, & poma fugacia carpit, Tantalus, hoc illi garrula lingua dedit: & hoc in libro, De ſine titulo. Alibi tamē ꝓpter Pelopen filiū, inter epulas deorū appoſitū, ad hmōi pœnas dānatū legimus. ¶ Solicitantq; Scinim.) Minos, Æacus, & Rhadamātus, per poetas, iudices inferorū tradunt. ¶ Idēq; rotāt.) Ixion, Iouis ſcriba, ac vnus ex centauris, qui cū de Iunonis cōcubitu ſe iactaret, a Ioue fulminatus, & ad inferos dānatus, voluit rota: vnde Tibullus, Illic Iunonem tentare Ixionis auſi, Verſantur celeri noxia membra rota. Aliter Ixion legitur apud Porphirionē, qui ſocerum ſuum prodidit, facta ignis fouea, vt non ſolum dotē, verū cuncta ipſius poſſideret. Hora. ¶ Taurus

Deuictę, alij deuectę. Infeſtę alij infectæ. Celſi, alij celſa. Ixion. Rep eſt, alij eſt rerum. caneſq; alij canentes.

rus in Europen.)i. Iuppiter mutatus in taurū. ☞In Ledā candidus.) Quoniā mutatus fuit in cycnū: & mutatus, deuenit Danaen Acriſij filiam in pluuium aurum.

ASCENSIVS.

℄Stāt vtrinq; metus.) Proſequitur reliquā partē fabulæ de bello giganteo: non quam approbet, ſed quam damnet, vt non veram cām incendij Ætnei. Ordo aūt eſt. Metus.i. timores: ſtant.i. circunſiſtunt: vtrinq;.i. ab vtraq; parte: tū.i. deinde: Iuppiter increpat.i. reprehēdit tarditatis: aut cum crepitu demittit validos igneis.ſ. fulminis: & perturbat montes.ſ. cōgeſtos: fulmine iacto.ſ. in eos. Ruinæ.ſ. montiū, & gigantum: deuectæ.i. cū impetu deorſum vectæ, hoc eſt montes & gigantes deuecti: verterūt terga.ſ. in fugā verſi: & acies.ſ. gigantū: infectæ.i. deſtructæ, ſup. ſunt, diuis.i. ab ipſis diuis: & ita eſt datiuus agētis, non patientis iacturā: atq; hoſtis impius.ſ. gigantum exercitus, qui deos contemnebant: agitur præceps cū caſtris.ſ. in montibus metatis, & mater.ſ. terra irata, vnde in vltionem, famam genuiſſe dicitur, Ænei.iiij. Illam terra parens ira irritata deorū Progenuit, &c. Impellens victos iacentis.i. proſtratos, agitur, ſup. præceps cum caſtris. Tum.i. deinde: Liber.ſ. Bacchus, quem Iuppiter Εὖ υὸν.i. bonū filiū in bello giganteo ſæpe appellauit, venit per ſydera cœli: & ipſe decus.i. columen & ornamentum, mūdi defenſi, redditur nunc aſtris.i. donatur cœlo, Iuppiter obruit Enceladū.ſ. gigantem, morientem gurgite Trinacrio.i. Siculo. nam Sicilia, Trinacria & Triquetra dicitur: a tribus promontorijs, ſup. in Ætna, quoq;, pro &: ipſe Enceladus æſtuat.i. efferuet, pondere vaſti montis, quē habet ſuper ſe: vnde Ænei.iij. fama eſt Enceladi ſemuſtum fulmine corpus. Mole hac torqueri, &c. Et ipſe petulans.i. frequenter ſe mouens, expirat ignes.ſ. Ætneos, faucibus hæc.i. huiuſmodi licentia, famę mēdoſæ.i. fabulæ: hoc eſt, hæc eſt tertia aſſertio de cauſa incendij. Nā prima dicit, Vulcanum illic habere officinam, & fabricare fulmina Ioui. Secunda dicit, Cyclopas illic fabrilem artem exercere. Tertia dicit, Enceladū cum fulmine quo deiectus erat: illic ſepultū: & flammam dum ſe motat, emittere: aut petulātius eructare. Ingenium eſt vatibus.ſ. talis famæ excogitādæ: & carmen nobile, ideſt nobilis poetæ, vt Homeri, aut alterius: auget hanc.ſ. famā. Plurima pars ſcenæ, ideſt rerum quæ aguntur: in vmbraculo comicorum & tragicorum: eſt vates, ideſt poeta: hoc eſt, poetæ inuentio: appoſitorie, fallacia, ideſt mendacium rerum: aut plurima pars rerum ſcenæ, eſt fallacia vatis: & ſic potius legerem, niſi ſcriptum inueniſſem, vates: ab ijs forte qui cum ſequētibus putant conſtruendum, vt ſit, vates viderunt carmina, &c. Sed Calderinus legit, carmina vt ſit. Carmina.i. poetæ canentes: viderunt maneis nigros ſub terris.i. etiam de inferis: & ꝓpterea de incognitis audent loqui. vnde Maro in.vj. venia præcatur, dicens,

Sollicitantq; ſiti. Mynos, tuaq; æace in vmbris
Iura canunt: iidemq; rotant Ixionis orbem:
Quicquid & interius falſi ſibi conſcia terra eſt.
Non eſt terra ſatis: ſpeculantur numina diuum:
Nec metuunt oculos alieno admittere cœlo.
Norunt bella deum: norunt abſcondita nobis
Coniugia: & falſa quoties ſub imagine peccent.
Taurus in Europen, in Ledam candidus ales,
Iuppiter vt Danaæ pretioſus fluxerit imber.

cēs, Dij quibus imperium eſt animarū, vmbræq; ſilētes, Et Chaos, & Phlegetō, loca nocte ſilentia late, Sit mihi fas audita loqui, ſit numine veſtro Pandere res alta terra & caligine merſas. Atque viderunt regna Ditis.i. Plutonis: pallentia inter cineres.ſ. ignis infernalis. Et vates mentiti, ſupple ſunt canentes vndas Stygias.i. Stygis, paludis triſtitiæ infernalis, dij cuius iurare timent, & fallere numen: hi.ſ. vates, ſtatuere.i. extenderūt, Tityon.ſ. terræ alūnū: fœdū.i. deformē, aut propter incontinentiā, aut propter magnitudinē ſicut in Geor. turpes Phocę dicūtur. in ſeptē iugera: imo in nouē, ſm illud Æneid. vj. Necnon & Tityon terræ omnipotētis alumnū Cernere erat, per tota nouē cui iugera corpus Porrigitur. Vnde credam huius carminis eſſe aliū authorē, q̃ ipſum Virgiliū: licet in diuerſis operibus, diuerſa interdum ſequi liceat. Et vates ſollicitant Sirim: ſic deprauata habet lectio, & librorū corruptio, q̃ mihi non ſoli, nec ſemel impoſuit: difficile.n. eſt in omnibus ſyncerā reſtituere: hunc aūt locum reſtituit Deſpauterius noſter Niniuita, qui in verſificatoria ſua docet, Scinim legendū. Eſt aūt Scinis, latro immaniſſimus, qui Iſthmū obſidens (vt in. v. refert Diod.) duas pinus flectebat atq; illis hominis deprehenſi brachia: adligabat: remittēſq; ſurſum pinus, miſerabili cruciatu diſſecabat. Hic aūt a poetis maxime ſollicitatus. Ouid. vij. meta. Occidit ille Scinis, magnis male viribus vſus. Qui poterat curuare trabes, & agebat ab alto. Ad terrā late ſparſuras corpora pinus. Properti. Arboreaſq; cruces Scinis & non hoſpita Graijs: Saxa, & curuatas in ſua fata trabes. Sollicitant ergo Scinim, tyrannū illū immanē, non ſinētes eius immanitatē latere. & o Minos, ipſi canunt tua iura in vmbris: & o Æace, ipſi canūt tua iura in vmbris.i. quæ habetis apud inferos, vbi iudices eſtis. Et iidē.ſ. vates: rotant.i. verſant, hoc eſt carminibus ſuis deſcribunt, rotarum orbem Ixionis, qui cum Iunone concumbere voluit: vt Ænei. vj. late patuit: & ſup. canunt, aut ſpeculantur quidquid terra conſcia ſibi interius falſi, ſup. habet, aut continet: & terra non eſt ſatis, quia ſpeculantur numina diuum.i. diuorū. Nec metuunt.i. & nō verentur, admittere oculos.ſ. ſuos: cœlo alieno.i. ſibi negato. q.d. Cœlum cœli dño, terram aūt dedit filijs hominum Ipſi norunt.i. noſcūt, bella deū: & norunt coniugia.ſ. deorū abſcondita nobis: & quoties.ſ. dij, peccēt.ſ. per adulteriū, ſub imagine falſa.i. transformati in alienam ſpēm, quæ omnia (ſm Plynium) proxime ad dementiam accedunt: vt quoties Iuppiter peccet taurus.i. ſub imagine tauri, in Europem: quā.ſ. auexit in ſpecie candidi tauri: & ales candidus.i. cycnus, aut olor, peccet in Ledam.ſ. Tyndari vxorem, ex qua Helenam & Pollucem genuit: vt ipſe Iuppiter fluxerit, exiſtens hymber pretioſus.i. aureus, in Danaen.ſ. Acriſij, Argiuorū filiam, incluſam turri propter oraculum, vt fingunt poetæ.

In Danaé, alij vt Danaæ.

Scinis.

DOMITIVS.

℄Corymbos.) Hedera habet racemos inæquales, ſicut terra quæ eſt inæqualis. ☞Edit.) Conſumit, deuorat. ☞Obſtantia molis.) Molem obſtantem. ☞Vaporem.) Ventorum furores. ☞Omnia.) Elementa. ☞Sinus.) Curuitates. ☞Tenui.) Ex re minima. ☞Confluuia.) In aquas fluentes.

ASCENSIVS.

℄Debita carminibus, &c.) Ordo eſt. Iſta libertas, ſcilicet fingendi cauſas inaneis & friuolas, incendij Ætnei, eſt debita, ideſt conceſſa, & permiſſa carminibus, ideſt poematis, aut poetis: ſed omnis cura eſt mihi in vero, ideſt vera cauſa: canam, ſcilicet vere, quo motu æſtuat, ideſt efferueat: Ætna feruida: & quo motu ipſa rapax, congerat, ideſt accumulet ſibi, nouos, ideſt recentes ſemper ignes. Non totum, ſcilicet illud ſpatium: quacūq;, ideſt per quācunq; partem, immenſus orbis, ideſt globus terræ, porrigit, ideſt extendit ſe: & quacunq; orbis maris extremi, ideſt Oceani agitatur ab vndis curuis, eſt ſolidum, ideſt integrum & plenum ſine cõcauitate, nāq; omnis humus, ideſt terra, deſit, ideſt fatiſcit, & deeſt hiatu, ideſt vbi hiatus eſt: & omnis humus eſt ſecta, ſcilicet in rimas & fiſſuras. & ipſa, ſcilicet cauata, penitus, ideſt pene intus, & omnino intrinſecus, latebris, ideſt per latebras: eſt, ſupple ſuſpenſa, ideſt habens ſuſpenſas

Debita carminibus libertas iſta. ſed omnis
In vero mihi cura. canam quo feruida motu
Aeſtuet Aetna: nouoſq; rapax ſibi congerat ignes.
Quacunq; immenſus terræ ſe porrigit orbis:
Extremiq; maris curuis incingitur vndis:
Non totum in ſolidum deſit. nanq; omnis hiatus
Secta eſt omnis humus: penituſq; cauata latebris
Exiles ſuſpenſa vias agit: vtq; animantis
Per tota errantes percurrunt corpora venæ:
Ad vitam ſanguis omnis qua commeat. idem
Terra voraginibus conceptas digerit auras.
Scilicet aut olim diuiſo corpore mundi
In maria, & terras, & ſydera, ſors data cœlo
Prima: ſecuta maris: deſeditq; infima tellus:
Sed totis rimoſa cauis, & qualis aceruus
Exilit imparibus iactis ex tempore ſaxis,
Vt crebro introrſus ſpatio vacuata corymbos

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE

Pendeat in ſeſe.ſimili quoq; terra figura
In tenues laxata vias,non omnis in arctum
Nec ſtipata coit.ſiue illi cauſa vetuſta eſt:
Nec nata eſt facies.ſeu liber ſpiritus intra
Effugiens molitur iter.ſeu lympha perenni
Edit humum limo:furtimq; obſtantia mollit.
Aut etiam incluſi ſolidum exedere vapores:
Atq; igni quæſita via eſt.ſiue omnia certis
Pugnauere locis.non eſt hic cauſa docendi:
Dum ſtet opus cauſæ.quis enim non credat inanes
Eſſe ſinus penitus tantos emergere fontes
Cum videt ac torrens imo ſe mergere hiatu.
Non ille ex tenui,vocemq; agat apta neceſſe eſt:
Confluit:errantes arceſſant vndiq; & vndas:
Et trahat ex pleno quod fontem contrahat amne.

ſas vias,exiles,ideſt valde modicas & occultas,igit̃ venæ animantis,ideſt animalis,errantes,ideſt diuagantes,percurrunt per tota corpora,ideſt per ſingulas partes corporis,& omnis ſanguis eſt idem qua commeat,ideſt coit,ad vitam,ideſt ad ſuſtentationem vitæ,ideſt ſicut per diuerſas venas commeat idem ſanguis,qui vitam ſuſtentat:nam ſine ſanguine,viuere nemo poteſt:vnde exangues,mortuos vocamus.ſic quædam venæ,& quidam ſpiritus ſunt in terra,vnde incendia illa perpetuo ſuſtentantur. Terra digerit,ideſt coquit,& in aliam naturam vertit:auras,ideſt tenueis ventos,conceptas voraginibus,ideſt per voragines,& hiatus terræ.Scilicet,ideſt ſcire licet:quomodo id fiat,quia corpore mundi diuiſo:haud olim,ideſt non modico ante hac,diuiſo dicit,in maria,ac terras,& ſydera,ideſt cœlum:ſors prima eſt data cœlo,ideſt cœlum ſortitum eſt primum locum:& ſors maris ſequuta eſt,quia ſecunda erat:vnde ſecundum,a ſequendo dictum volunt:& tellus deſedit,ideſt deorſum locum cæpit,exiſtens infima:ſed deſedit totis cauis,ideſt habens integras cauernas,& talis qualis exeat,ideſt emergat,aceruus,ſcilicet lapidum:& hoc ſaxis imparibus,ideſt inæqualibus,ideſt minime quadrantibus inter ſe,iactis ex tempore,ideſt ſubito,& ex improuiſo,ideſt ſic globus terræ conſolidatus eſt,vt aceruus lapidum ſubito accumulatus:in quo nimirum multæ manerēt concauitates,ſicut & in terra,vt ideſt quemadmodum:corymbus,ideſt fructus hederæ pendet,ſupple vacuata crebro ſpatio:ita vt non ſit continuus fructus,ipſa terra quoque,ideſt etiam:coit in ſeſe,ideſt in ſeipſam,ſimili figura laxata,in tenueis vias,ideſt ſubtiles poros & venas.Non omnis,ſcilicet terra,nec coit,ideſt conglutinatur,in arctū,ideſt compreſſum,& condenſum,nec ipſa ſtipata,ideſt cōpreſſa,coit,ideſt conſolidatur:ſiue cauſa eſt illi,ſcilicet terræ vetuſta:nec facies,ideſt talis factura,aut ſpecies,eſt nata,ideſt natiua & connaturalis:ſeu,ideſt ſiue:ſpiritus,ideſt ventus:liber:ideſt non compreſſus:effugiens intra,ideſt intrinſecus:molitur,ideſt cum mole:perficit iter:ideſt meatū:ſeu lympha,ideſt aqua:edit,ideſt abſumit:ſecundum Calderinum:ſed illud edo,habet primam breuem:& potius coniugatur,edo,es,eſt.vnde hic mallem dicere,edit,ideſt editiorem:hoc eſt altiorem facit,dū ipſa edit,ideſt erigit humum,limo perenni,ideſt per totum annū perdurante:niſi ſequeretur,Furtumq; obſtantia molis,ſupple edit.i.abſumit,etiam vapores incluſi,ſcilicet in cauernis Ætnæ,non videre ſolidum,ideſt integrum & plenum,atque via eſt quæſita igni,ideſt ab igne,vt ſtet paſſiue:aut ad commodum eius,vt ſtet poſſeſſiue:ſiue omnia pugnauere locis certis,cauſa dolēdi:non eſt hic,ideſt in hac re:dummodo opus cauſæ ſtet,ideſt paratum ſit.Enim,pro quia:quis non viderit illic eſſe ſinus,ideſt curuaturas concauas:& cum videt tantos fontes emergere penitus:ac videt tantum torrentem emergere ſe penitus,ſupple ab hiatu:imo,ideſt profundo:ille,ſcilicet torrens:non,ſcilicet eſt:aut oritur ex tenui,ideſt modica cauſa:& neceſſe eſt,vt ſupple terra agat,ideſt emittat vocem:& vt errantes,ſcilicet aquæ:arceſſant,ideſt arceant:confluuia,ideſt quæ in mare confluunt:& trahat vndiq; ab vndis,quod trahat ex pleno:& quod contrahat fontem amne pleno.i.perenni,& indeficiente.

Conſluuia,alij Cōfluit.

DOMITIVS.

¶Flumina quinetiam latis currētia riuis Occaſus habuere ſuos.) Fines ſuos.¶Pigra.) Deciſa.¶Ceſſet.) Det locum.¶Abſtrue.) Abſconde.¶Sæuior.) Sub terra maior eſt,ſi qua obſtantia,ipſi ignes obſtant & impellūt.¶Hinc.) Ex hac cauſa,ideſt igne & ventis,fiunt terræmotus.¶Spiſſa.) Si non haberet illas concauitates.

ASCENSIVS.

¶Flumina quinetiā latis currētia riuis Occaſ.&c.) Eandē rē ꝓſequitur.Vnde ordo eſt.Quinetiam flumina currentia,latis riuis habuere ſuos occaſus.i.receptacula:aut illa Vorago direpta in præceps i.exeſa per præcipitationem aquarum:cōdidit,ſup.ſe:ore fatali.i.neceſſitate quam fatū inſtituit in initio naturæ,aut condidit.i.abſcondit ſe in ꝓceps fatali ore:aut flumina fluunt occulta adoperta tectis:atq; edita cauernis referunt procul curſus inopinatos:quod de Arethuſa & Nilo dicitur.vel ſic,fluūt occulta cauernis tectis.i.per cauernas tectas,& ita adoperta,atque edita.ſ.ex cauernis,rurſus in lucem data,referunt procul curſus inopinatos.ſ.præter

Flumina quin etiam latis currentia riuis
Occaſus habuere ſuos.aut illa vorago
Direpta in præceps fatali condidit ore:
Aut occulta fluunt tectis adoperta cauernis:
Atq; inopinatos referunt procul edita curſus.
Quod ſi diuerſos emittat terra canales
Hoſpitium fluuiorum:aut ſemita nulla profecto
Fontibus & riuis conſtet via:pigraq; tellus
Conferta in ſolidum ſegnis ſub pondere ceſſet.
Quod ſi præcipiti conduntur flumina terræ:
Condita ſi redeunt:ſiqua ante incognita ſurgunt:
Haud mirum clauſis etiam ſi libera ventis
Spiramenta latent.certis tibi pignora rebus,
Atq; oculis hæſura vias dabit ordine tellus.
Immenſum plerunq; ſinus,& iugera peſſum
Intercepta leges,denſæq; abſcondita nocti
Proſpectare procul chaos,ac ſine fine ruinæ
Ceruus & in ſyluis ſpacioſa cubilia retro,
Antraq; demiſſis pedibus fodiſſe latebris.
Incomperta via eſt operum,tantum influit intra
Argumenta dabunt ignoti vera profundi.
Tu modo ſubtiles animo duce percipe curas:
Occultamq; fidem manifeſtis aſtrue rebus.
Nam quo liberior,quoq; eſt animoſior ignis
Semper & incluſus,nec vectus,ſæuior ira eſt
Sub terra:penitusq; mouet hoc.plura neceſſe eſt
Vincla magis ſoluant:magis hoc obſtantia pellant.
Nec tamen in rigidos exit contenta canales

præter hoīum opinionē ortos,q̄ ſi terra emittat diuerſos canales.i.meatus aquarū per quos vt fontes per canales,fluant.appoſitoriẽ,hoſpitiū.i.receptaculū fluuiorum:aut nulla,ſupp.ſit,profecto.i.reuera.ſemita.i.anguſta via & quaſi ſemi iter & via.ſ.nulla,conſtet riuis:& tellus pigra conſerta.i.conſtricta:in ſolidum.i.durum & denſum,ſine vacuo,aut meatu:& ipſa ſegnis.i.inoperoſa:ceſſet.ſ.ōi operatiōe:ſub pondere.ſ.molis ſuæ:aut aquarum.Quod ſi flumina conduntur terræ præcipiti.i.ꝓcipitanti ea:& ſi flumina condita.i.abſcondita redeūt:& ſiqua.i.aliqua,etiā incondita.i.q̄ prius non exierant,nec rurſus recæpta ſunt:ſurgunt.i.oriuntur primum:haud.i.non,mirum,ſup eſt:ſi ſpiramenta.i.meatus & aperturæ quibus expirent:latent vētis clauſis.ſ.in terra,priuſq̄ tales exhalationes emittantur:tell⁹ dabit tibi pignora,ſcilicet fidei & credulitatis certis rebus:& ipſa hæſura oculis,dabit ordine.i.per ordinē vias.ſ.ad cognoſcendum:aut per quas talia fiant.Nā ipſa leget.i.ex ordie oculis obijciet ſinus.ſ.aquarum:itercepros,ſupple plerunq;.i.plurimum immenſum

Cernis,alij Ceruus.
Spatioſque,alij ſpatioſa
Vectus,ſæuior:alij euectus,ſenior.
Moués hoc:alij mouet hæc.
Magis hoc:alij magis hæc.

Vis animæ:flamma auertit,qua proxima cedunt:
Obliquumq́; ſecat,qua viſa tenerrima cauſa eſt.
Hinc terræ tremor,hinc motus,vbi denſus hiatu
Spiritus exagitat venas:ceſſantiaq́; vrget.
Quod ſi ſpiſſa foret:ſolidoq́; inſtaret inani:
Nulla daret miranda ſui ſpectacula tellus:
Pigraq́;,& in pondus confeſtim mobilis eſſet.

Immenſum, ideſt immenſe, aut immenſo modo,hoc eſt ſane magnos: & leget iugera intercæpta peſſum, ideſt deorſum in præceps, & abſcondita denſæ nocti, ideſt a caligine quaſi nocturna. Tu cernis chaos, ideſt voraginẽ nigram, hoc eſt baratrum ꝓſpectare procul, ac ſine fine, ideſt termino: ruinæ, ideſt præcipitij, & cernis, ſupple feras fodiſſe in ſyluis cubilia ſpatio retro, ſcilicet relicto: aut retro, & fodiſſe antra, ſcilicet noua: demiſſis latebris, ſcilicet prioribus: via operum, ideſt quomodo tales cauernas operatæ ſint: eſt incomperta, ideſt nondum cognita: tantum, ideſt ſolummodo: influit intra, ideſt introrſum intenditur: quæ, ſupple reſ dabunt vera argumenta, ideſt veras approbationes: profundi ignoti, ideſt incogniti, hoc eſt per ea antra, quæ aperiuntur in ſyluis a feris, cum videmus aperturas valde profundas, & maiores quam vt a feris excauatæ putentur, facile cognoſcimus, quod latebras terræ ignorauimus. Tu percipe modo, animo duce: curas, ideſt inueſtigationes ſubtiles: & abſtrue, ideſt abſconde (ſecundum Calderinum) rebus manifeſtis, fidem occultam: aut aſtrue, ideſt aſſere: rebus manifeſtis, fidem, ideſt credulitatem: occultã, ideſt latentem. Nam quo, ideſt quanto ignis eſt liberior: quoque, ideſt & quo (ſunt enim duæ particulæ) eſt animoſior incluſus ſemper, & nõ vectus, ſcilicet foras, ſupple eo, eſt ſæuior, ideſt maior, & vehementior: ira. i. indignatio, aut incendiũ eſt, ſcilicet igni: ſub terra: & mouens penitus, ideſt pene intus, aut omnino, neceſſe eſt vt, ſupp. plura, ideſt plures res: ſoluant hoc, ideſt tanto magis: vincla, pro vincula, & pellant hoc. i. tãto magis obſtantia, hoc eſt ignis, qui in viſceribus terræ quanto magis abſtruſus eſt, tanto vehementius excedit & cauat terram: nec tamen flamma contenta, ſcilicet, in terris, exit in canales rigidas, ideſt non exſiccat venas fontium, ſed vis animæ, ideſt venti latentis: auertit flammam, qua. ſ. vi: proxima cedunt, & ſecat obliquum. i. in obliquum: qua, ideſt per quam: cauſa tenerrima. i. minima eſt viſa. Nam hinc, ideſt ex hac cauſa, quia. ſ. ſunt ignes, & venti, ac aquæ ſub terris, & venti erumpere cõtendunt: terra tremit tibi motu. i. per motum, & ſpiritus denſus. i. vẽtus groſſus, aut vehemens: exagitat, ideſt expellit: hiatu. ſ. ſuo: venas, ſcilicet aquarum & flammarum, & vrget ceſſantia, ideſt non cito cedẽtia: quod ſi tellus foret ſpiſſa, ideſt ſi non haberet illas concauitates, & inſtaret ſolido, ideſt integro & pleno: inani, ideſt ſpatio medio: ſine ventis & flammis, ac aquis: ipſa nulla, ideſt non vlla: non daret vlla miracula, ſui, ideſt de ſe, & ipſa eſſet pigra, ideſt otioſa, ac torpens, & eſſet mobilis in pondus. ſ. ſecundũ totum globum tantum, cum nunc etiam in parte moueatur per ventos incluſos. Aut in põdus, ideſt deorſum: quo, ſcilicet pondus, ideſt grauitas deprimit.

Tremit alij tremor.
Hiatu, alij hyatu.
Quod, alij quã

Sed ſummis ſi forte putas concredere cauſis
Tantum opus:& ſummis alimentum viribus oris,
Quæ valida in promptu cernis:validosq́; receſſus
Fallere:ſed nondum tibi lumine,certaq́; recto.
Nanq; illud quodcunq; vacat ſpecus omnis hiatum,
Et res introitu ſoluunt:adituq́; patenti
Conuerſæ languent vires:animosq́; remittunt.
Quippe vbi contineat ventos:qua quæq; moranteis
In vacuo deſint,ceſſat:tantumq́; profundi
Explicat errantes:& in ipſo limite tardant.
Anguſtis opus eſt turbare in faucibus illos.
Feruet opus:denſiq́; fremunt:premiturq́; ruina.
Hinc furtim boreæ,atq; noto.nunc vnus vterq; eſt.
Hinc venti:rabies hinc ſæuo quaſſat hiatu.
Fundamenta ſolo trepidant:vrbesq́; caducæ.
Inde neq; eſt aliud,ſi fas eſt credere,mundo,
Venturam antiquam faciem,veracius omen
Hæc primo cum ſit ſpecies,naturaq́; terræ,
Introrſus ceſſante ſolo trahit vndiq; venas.
Ætna ſui manifeſta fides,& proxima vero eſt.
Non illic,duce me,occultas ſcrutabere cauſas.
Occurrent oculis ipſæ:cogentq́; fateri.
Plurima nanq; patent illi miracula monti.
Hinc vaſti terrent aditus:merguntq́; profundo:
Corrigit hinc artus,penitusq́; quod exigit vltra:
Hinc ſpiſſæ rupes obſtant:diſcordiaq́; ingens
Inter opus:nectunt varios,mediosq́; coercent
Pars igni domitæ,pars ignes ferre coactæ:
Vt maior ſpecies Aetnæ ſuccurrat inanis.
Hæc illis ſedes,tantarumq́; area rerum eſt.

DOMITIVS.

¶ Faciem antiquam.) In chaos antiquum. ⁋ Ætna eſt fides.) Ætna enim facit teſtimonium: quod eſt veriſimile. ⁋ Duce me.) Non potero te edocere, ſi nolueris perſcrutari. ⁋ Vaſti.) Profundi. ⁋ Euomit.) Quia Ætna euomit & emittit ſaxa combuſta in mare. ⁋ Hinc vaſti.) Cupit exponere miracula mõtis Ætnæ, ac dicit terribilis cauernarum introitus mari merſos eſſe. ⁋ Mergunt.) Exeunt. ⁋ Exigit.) Vltra ſe extendit. ⁋ Spiſſæ.) Duræ & frequentes. ⁋ Diſcordia.) Quoniam non permittunt rupes vltra extendi ignes. ⁋ Domitæ.) Pars Ætnæ ardet, pars conſumpta eſt incendio.

ASCENSIVS.

¶ Sed ſummis, &c.) Proſequitur inſtitutum, indagans ex phyſicis principijs, cauſas incendij Ætnei. Ordo eſt. Sed ſi tu putas, ideſt prætendis, forte concredere, ideſt committere: ſummis, ideſt cœleſtibus cauſis, tantum opus quantum eſt perpetuũ incendium Ætnæ, & cætera quæ in terris ſiunt mira, & ſi tu putas, concredere ſummis viribus alimentum oris, ſcilicet Ætnei, hoc eſt orificij, & foraminis vnde incendium euoluitur (alij legunt ori, ideſt montis, ſed Græcum eſt, & o corripitur, vt in oreſte patet.) tu fallere, ideſt falleris, ſupple in his quæ tu cernis in promptu valida, & validos receſſus, ſupple eſſe, ideſt quæ tu putas veras & occultas cauſas: ſed hæc nondum, ſupple ſunt tibi: certa, ideſt perſpecta, lumine recto, ideſt cognitione perfecta. Nanq; quodcunq; vacat, ideſt excauatum eſt illic: id, ſupple omnis ſpecus ſoluit hiatu: & res ſoluunt, ideſt aperiunt introitu, & aditu patenti: & vires conuerſæ, ſcilicet ad ſe, languent & remittunt animos. Quippe, ideſt vtpote, quæ ignorant, vbi, ſcilicet ſpecus contineat ventos: & qua, ſcilicet parte, aut vi: quiq;, ſcilicet venti, morantes deſint, ideſt deſiciant, in vacuo, ſcilicet ſubterraneo: & tantum profundi, ideſt profunditatis: ceſſat, ideſt otioſum eſt: & explicat, ſupp. ventos errantes: & tardat, ideſt immoratur in ipſo limine, ideſt ſub exitu: opus eſt illos, ſcilicet vẽtos: turbare, ideſt turbinem excitare, in anguſtis faucibus: quando, ſcilicet erumpere volunt, nec poſſunt: opus feruet, & venti denſi premunt, ideſt vrgent: vt ſcilicet exeãt: & ruina premitur, ideſt vrgetur, & feſtinatur: hinc Borea, atque Noto, ideſt diuerſis ventis, Septentrionali & Meridonali: furtim, ideſt in occulto, quia nondum exierunt: nunc, ſcilicet poſt congreſſus: vterq;, ſcilicet ventus, Boreas & Notus, eſt vn᷒ quia materia ventorum conglobatur. hinc, ſcilicet deinceps, poſt exitum: aut ex hac agitatione ventorum ſubterraneorum, eſt rabies venti: & hinc, ideſt ex hac agitatione: quaſſat, ſcilicet terram: ſæuo, ideſt valde magno & terribili hiatu fundamenta, ſcilicet ædificiorum, trepidant ſolo: & vrbes caducæ trepidant ſolo. Omẽ veracius, ideſt verax indicium: antiquam faciem, ideſt ſpeciem: hoc eſt, chaos antiquum, venturam, ſupple eſſe mundo: inde, ideſt ex hac agitatione ventorum, qui omnia confundent: neq; eſt aliud, ſcilicet quod antiquã faciẽ reducat: ſi fas eſt credere

Illic, alij illud
Hiatu, alij hyatum.
Quiq;, alij qq;.
Limine tardat, alij lumine tardant.
Premũt alij fremunt.
Hic, alij Hinc.
Varium alij varios.

credere.ſ.antiquam faciem venturamq; mundo. Hæc primo ſpecies iterum: alij legunt, hęc prima ſpecies rerum: nec eſt mendoſus verſus, quia prima producatur poſitione, apertaq; erit compoſitio. ſi tamen legatur, primo; ordo eſt: hæc ſpecies primo, ideſt quæ primo fuit: iterum, ſup. erit: & natura terræ trahit vndiq; venas, ſolo ceſſante introrſus. Ætna eſt manifeſta fides, ideſt atteſtatio, & probatio ſui.i.eorum quæ de ſe ſentire facit, & eſt proxima vero.i.vero ſimillima. Tu non ſcrutabere illic, ſcilicet in Ætna: me duce, ideſt ducente me, aut ductu meo: cauſas occultas: ſed, ſupp. manifeſtas: quia ipſæ cauſæ occurrent oculis.ſ. tuis: & cogent fateri.ſ. verum eſſe, quod de eis prędicatur. Nāq; plurima; miracula patent illi monti: vaſti, ideſt valdę ampli, & profundi; aditus, ideſt acceſſus terrent hic, ideſt in vna parte: & mergunt profundo.i.profunda voragine maris. Arctus, ſcilicet locus.i.ſtrictus & anguſtus: corrigit, ideſt ſimul dirigit: hic, ideſt alia parte: quod exigit, ideſt extēdit, aut expellit penitus vltra: hinc.i.ex vna parte, rupes ſpiſſæ obſtant, ſcilicet adire volentibus: aut ne fiat exactio lapidum inflammatorum: & diſcordia, ideſt ea quæ ſunt diſcrepantia inter ſe: internectunt, ideſt impediunt: ingens opus varium, & coercent medium: pars, ideſt partim rupes, domitæ, ſupple ſunt: igni, ideſt abſumuntur, & mollificatur ab igne: & pars coactæ ſunt ferre, ideſt emittere ignes: ita vt maior ſpecies Ætnę ſuccurrat, ſcilicet in ruentibus: inanis, ideſt exhauſta: hæc, ſcilicet Ætna, eſt ſedes illis, ſcilicet miraculis dictis. Et hęc eſt area, ideſt campus: tantarum rerum, ideſt in qua tantæ res fiunt: & eſt quædam acclamatio.

Nunc opus artificem incendit, cauſamq; repoſcit,
Non illam parui, aut tenuis diſcriminis ignes
Mille ſub exiguo ponent tibi tempore veras
Res: oculiq; docent: res ipſæ credere cogunt.
Quinetiam tactu moneant contingere toto
Si liceat: prohibent flammæ, cuſtodiaq; ignis.
Illi operum eſt. arcent aditu, diuinaq; rerum,
Vt maior ſpecies Aetnæ ſuccurrat inanis.
Cura ſine arbitrio eſt. eadem procul omnia cernis.
Non tamē eſt dubium penitus quin torqueat Aetna:
Aut quis mirandus tantæ faber imperat arti.
Pellitur exuſtæ glomeratus nimbus arenæ:
Flagrantes properant moles: voluuntur ab imo
Fundamenta: fragor tota nunc rumpitur Aetna:
Nunc fuſca pallent incendia miſta ruina.
Ipſe procul magnos miratur Iuppiter ignes:
Néue ſepulta noui ſurgant in bella gigantes:
Neu ditem regni pudeat: neu tartara cœlo
Vertat, in occulto. tantum premit omnia dextra.
Congeries operit ſaxorum, & putris arena.
Quæ nec ſponte ſua faciunt: nec corporis vllis
Suſtentata cadunt robuſtis viribus omnes.
Exigitur vertitur ſaxa vertice *
In denſum congeſta rotant: voluuntq; profundo.
Hac cauſa expectata ruunt incendia montis.
Spiritus inflatis nomen languentibus aer.
Nam propè natura par eſt violentia ſemper.
Ingenium velox illi, motuſq; perennis.
Verum opus auxilium eſt vt pellat corpore: nullus
Impetus eſt ipſi: qua ſpiritus imperat, audit.
Nunc princeps, magnuſq; ſub hoc duce militat ignis.

DOMITIVS.

Cogunt.) Quia quæ videmus oculis, cogimur credere. Arcēt.) Ab introitu. Nymbus.) Multitudo. Imo.) Fūdo Ætnæ. Sepulta.) Quieta. Enceladus caput ſuum ſepultum habet ſub Ætna. Ditem.) Plutonem; nam ſi aperiretur Ætna, viderentur tartara. Dextra.) Potētia. Exigitur.) Cogit emittere. Vaſa.) Appellat vaſa, illa ſaxa pumicea: quia ſunt concaua. Rotant.) Voluunt. Par.) Quia ſemper eadem eſt violentia in Ætna: non enim magis æſtuat vno tempore quā alio. Duce.) Spiritu ventorū. Militat.) Ardet.

ASCENSIVS.

Nūc opus.) Pergit quo incipit hoc ordine. Opus.ſ. incœptū: accendit.i. inflammat ſtudio perficiendi: artificem.i. authorem ſuū: & repoſcit.i. iterum poſcit, cauſas.ſ. tanti incendij. Ego non ponam illos ignes parui, aut tenuis.i. exilis diſcriminis: ſed, ſup. maximi. vnde ponam tibi ſub exiguo tēpore, mille res veras: quia oculi docent: & cogunt credere res certas, quinetiam, ſup. res ipſę, hoc eſt ignes moneant tactu toto, ſi liceat contingere: ſed nō licet, quia flāmæ ꝓhibēt: & cuſtodia ignis i. ignis cuſtos: eſt illi operum hoc eſt illi operi: &, ſup. flammæ, arcent.i. abſtinent: aditu, ideſt ab acceſſu, ne qs accedat: & diuina cura.i. accuratio, & adminiſtratio rerum; eſt ſine arbitrio.i. ſine opera, aut conſilio alterius: tu cernis eadem omnia procul.i. de longe: quia flammæ vetant accedere. Nec tamen eſt dubium penitus quis, quia deus aut natura torqueat.ſ. ſaxa, Ætna, in illo mōte: aut quis faber mirandus.ſ. quicunq; eſt: imperet.i. præſit tātæ arti. Nymbus, ideſt multitudo, ac globus: arenæ exūſtæ glomeratus.i. in glomus, aut glomum collectus: pellitur.i. expellitur: & moles flagrantes.i. ponderoſa ſaxa ardentia: properant, ideſt feſtinanter emittuntur: fundamenta, ſcilicet Ætnę, voluuntur ab imo, ideſt profundo: & fragor rumpitur.i. rumpendo editur: nunc.i. aliquando tota Ætna: & incendia pallent, nunc.i. aliquando, mixta ruina, fuſca.i. ſubnigra, qa fumoſa, aut puluerulenta. Ipſe Iuppiter miratur ꝓcul magnos ignes, quia in occulto eſt, neue.i. vel ne, hoc eſt an: noui gigantes ſurgant in bella ſepulta.i. ſedata & quieta: neu.i. neue, hoc eſt vel an: pudeat Ditē.i. Plutonem, fratrem Iouis: regni.ſ. inferorū: neu.i. neue, Pluto, ſupple vertat tartara cœlo, ideſt in cœlum: aut cōmutare velit tartara cœlo: tantum.i. dūtaxat quia in occulto eſt, & cauſam incendij neſcit: ipſe premit.i. coercet: omnia dextra.i. potentia ſua; omnis congeries operis & putris arena ſaxorū exigitur.i. extra pellitur: q̄ res nec faciunt, ideſt faceſcūt, & loca mutant ſponte ſua.i. ſuapte natura; nec ſuſtentata viribus robuſtis, vlli ꝑ vllius corporis: cadunt.i. decidunt ex aere: vertit.ſ. Iuppiter: oīa vaſa, ideſt ſaxa cauata: ſæuo vertice.ſ. Ætnæ flagrantis: incendia montis congeſta.i. accumulata in denſum.i. denſe rotant & voluunt.ſ. ſaxa ꝓfundo.i. ab imo: & ruūt.i. eruunt ea: nec cauſa, ſup. eſt: expectata.i. cognita, & extrinſecꝰ inſpecta. Nomen eſt inflatis.ſ. incendijs.i. dum inflātur: ſpiritus, quia a ſpirando dicitur ſpiritus: & languentibus.i. dum languent, eſt, ſupp. nomen aer. Nam violentia eſt ſemper prope, ideſt quaſi par.i. æquiualēs naturæ, ideſt cum nullum violentum ſit perpetuum, in Ætna violentia videtur habere vim naturæ: nam ingenium velox eſt illi, & motus perennis: verum.i. ſed: opus, ſupp. eſt auxilio nullus impetus interpellat corpore, ſup. ea parte: qua ſpiritus.ſ. mundi imperat: audit nunc princeps.i. prædominans: & magnus ignis militat ſub hoc duce, ideſt ſpiritu: qui, vt Ænei. vj. dicitur. Omnia intus alit. hoc eſt, quia ſpiritus diuinus, diffuſus eſt per omnia: regit incendia, & excitat ignes, atque extinguit in Ætna, prout vult.

Ætna a/lij Ætnæ

Oīa alij vitrea.

Inflatiſ alij iſlati.

Auxilio alij auxilium.

Nunc quoniam in promptu eſt operi natura, ſoliq;
Vna ipſi venti: quæ res incendia paſcit,
Cum ſubito cohibetur: ineſt quæ cauſa ſilenti,
Subſequar. immenſus labor eſt, ſed fertilis idem.
Digna laborantis reſpondent præmia curis.
Non oculis ſolum pecudum miranda fuere,
More: nec effuſis in humum graue paſcere corpus:

DOMITIVS.

Subſeq̄r.) Narrabo cām quia ignis ſilet. Pecudum.) Non ſolum hęc videbunē miranda hominibus, verū etiam rebus ianimatis. Capiti cœlum.) Ideſt caput cœlo. Sæcula) Per omnia tempora. Æterno.) Quia machina huius incendij in Ætna, ſemper duratura eſt. Orbita) Rotūditas. Annuus.) Sol, per annum ſuū curſum facit. Incondita.) Incompoſita. Vices.) Alternationem, & viciſſitudinem. Phœbe.) Luna. Seneſcit.) Tres partes ſunt æſtatis: eſt noua, adulta, & præceps. Axē.) Ideſt rapolum arcticum, quę Helyce a Grǽcis

More, alij Mota

a Graijs nauigátibus petitur: Cynoſura vero a Tyrijs,q̄ eſt in polo antarctico. ⸿Cometen.) Qm̃ mutationē indicat regnorũ: marisq; ꝓcellas,& tempeſtatem nauigantibus. ⸿Bootes.) Arctophylax, q̄ſi boum agitator:nanq; eſt vltimus ſeptē ſtellarũ,ideo Bootes appellat̃. ⸿Tenax.) Pertinax. ⸿Pugnax.) Qua ſtella, Martis denotat bellũ. ⸿Orion.) Stella,q̄ ortu ſuo idicat pluuias:ideo alibi in Æneid. Cum ſubito adſurgēs fluctu nymboſus Orion. ⸿Index.) Tēpeſtatis. ⸿Notis.) Signis.

Rootes.

Orion.

ASCENSIVS.

⸿Huic qm̃,&c.) Docet hominem ad rerũ indagationē natũ eſſe:iuxta quod eſt illud philoſophicum in principio Metaphyſices,Oēs hoies natura ſcire deſyderát. Docetq; quod idē philoſophus ait ex admiratione philoſophiá inuentá,quæ cauſas rerũ inquirit. Ordo aũt eſt. Qm̃ natura eſt huic operi in promptu i. manifeſta:& natura ſoli.i.terræ: eſt vna.ſ.ipſi venti: ego ſubſequar.i.ſubſequenter dicam:quę res paſcit incēdia:& quæ cauſa ineſt ſilenti.i.conquieſcenti.ſ.Ætnæ:cũ.i.quando:cohibetur.ſ.vis ventorũ:ſubito i.derepente, labor eſt immenſus: ſed idē.ſ.labor:eſt fertilis.i.vtilis: quia præmia digna curis.i.q̄ ſint operæ pretia:reſpondent laboranti.i.inueſtigãti. Hæc,ſup. non fuere miranda.ſ.nobis:ſolum oculis.i.ſolo viſu,ſine inquiſitione cauſarum:more pecudũ,quæ.ſ.ſtupent,& nihil indagãt nec paſcere corpus graue.i.terrenum:effuſis.ſ.oculis in humũ. (Vnde Oui. Meta.j. Pronaq; cum ſpectent animalia cætera terras,Os homini ſublime dedit,cœlũq; videre Iuſſit,& erectos ad cœlũ tollere vultus.) Sed,vt dicetur in fine huius particulæ, diuini eſt animi ac iucunda voluptas noſſe fidem.i.certá cám rebus:& exquirere cauſas dubias:& perurgentē.ſ.hominē:hoc eſt:inſtanter,& vrgenter ad finē vſq; vitę curantem:ſacra.i.res ſacras & religioſas:attollere cœlũ capiti:aut hypallage eſt, pro eo quod eſt caput cœlo:aut ſic dictum,vt illud,Adueniat nobis regnum tuũ.non aduenia mus regno tuo. Scire quot,& quæ,& cur ſint talia principia magno mundo, & cur ſæcula metuunt occaſus.i.finem:at pergunt.i.ſemper tamen procedunt. Alij textus habent ad:vt ſit,& pergunt.i.procedunt:ad ſæcula.i.in ęternum:quantum ſæcula erunt,& quæ firma machina religata eſt mundo æterno:quia,vt dicit Horatius in Odis,Dána tñ celeres reparant cœleſtia lunæ,Nos vbi decidimus.itaq; res ſingulæ dilabuntur,ſed vniuerſum manet,& ſcire modũ.i.menſuram ſolis,& curſus eius,& quãto orbita.i.via orbis,hoc eſt,reuolutio lunæ,eſt minor.ſ.q̄ꝫ ſolis:cur breuior orbita præuolet illi.ſ.lunæ,cui ꝑuolet iſti.ſ.ſoli:quæ ille annuus orbis mouet:q̄ ſydera currant certo ordine.ſ.oía ꝑter planetas,quæq;.i.& quæ ſydera careant: ſuo.ſ.ordine: exiſtētia incondita.i. errãtia: ſed cura.i.per ſummam accurationē,quia Ply.dicit,Nihil illis q̄ erratica vocamus minus errare. Sunt tñ qui legãt, non cura,ſed curſu,vt ſit, & q̄ careant ſuo curſu.ſ.certo, ſed nō ꝓcedit:aut ſuo.i.proprio,vt ſunt in firmamēto,q̄ motu raptus feruntur,ſed verius legitur,cura. Et ſcire etiá vices.i.viciſſitudines ſignoꝝ ſ.zodiaci, & iura tradita.i.vires & influentias earũ, cur.ſ. planeta aliqs aut ſignum denũciet cœlo nubila, & terræ hymbres, quo igni Phœbe.i. luna rubeat,cum naturaliter pallidior ſit,& quo igni palleat frater.ſ.Phœbes,hoc eſt, Phœbus,quĩ ſol eſt, & cuius natura eſt rubere potius. Cur tēpora anni variãt,ſup.ſe:aut cur anni variant tempora,& cur ver præit æſtatem:prima iuuēta.i.prima parte ſui: cur ipſa æſtas ſeneſcit.i.ad ſeniũ, hoc eſt finem tendit: & cur hyems obrepit.i.tacite ſuccedit autũno, & recurrit in orbe.i.gyro & circulo.(qa,vt dicitur in Georgicis,) Redit agricolis labor actus in orbē,Atq; in ſe ſua per veſtigia voluit annus. vnde de hac tēporũ viciſſitudine dicit Horatius in quarto libro carminũ ſic, Immortalia ne ſperes,monet annus & almũ, Quę rapit hora diē. Frigora miteſcũt zephyris: ver proterit æſtas, Pomifer autũnus fruges effuderit,& mox Bruma recurret iners. hæc ille.) Itē ſcire axem Helyces,ideſt vrſę maioris. Nã Helyce fuit nomen oppidi cuiuſdam Achiuorũ,in Pelopōneſo, vt dicit Iginius,in quo Caliſto nata fertur:& ab eo Helyce denoīari,poſtq̄ꝫ in vrſam maiorē cōuerſa fuerat. Minor aũt vrſa, Cynoſura vocat̃. Et noſſe cometē.i.ſydus crinitũ:triſtem.i.triſtitiæ indicē:vnde in Georg. Nec toties diri arſere cometæ. Portendere enim dicũt,aut regnoꝝ,aut regũ interitũ. Item noſſe, vnde Lucifer.i.ſtella matutina,micet:ve pro vel:qua.ſ.luce:Heſperus.i.ſtella veſpertina,micet.i.reſplēdeat,vnde Bootes, qui ad plauſtrũ eſt,ſup.micet:cur ſtella.i.ſydus Saturni, ſit tenax: cur ſtella.i.ſydus Martia.i.ipſi9 Martis,ſit pugnax.i.ad pugnas incitans,quo ſydere.i.cuius ſyderis ortu:nautæ rapiant.i.contrahant:lintea.ſ.vela,& quo ſydere,tendant.i.extendãt & pandant lintea. Item ſcire vias maris,& ꝑdicere curſus cœli.i.cœleſtiũ,quo Orion.ſ.nymboſus: volet.i.præceps feratur,quo ipſa ſæuus index.ſ.pluuiæ:incubet.i.occidat, qa indicat tá in ortu, q̄ꝫ occaſu, vētos & pluuiã:& q̄cunq; miracula iacent.ſ.ignota, tanto mundo,non pati,ſup.ea:digeſta.i.vt digeſta cibaria deliteſcere,nec cōdita.i.abſcōdita eſſe aceruo rerũ,ſed diſponere ſingula manifeſta,notis,ideſt per notas,ſup.incerta ſede.i.diſpoſitione,eſt animi diuini,& voluptas iucunda.

Noſſe fidem rebus:dubiasq; expoſcere cauſas
Sacra per ingentem:capitiq; attollere cœlum.
Scire quot,& quæ ſint in magno talia mundo
Principia,occaſus metuunt,ad ſæcula pergunt:
Et firma æterno religata eſt machina vinclo.
Solis ſcire modum,& quanto minor orbita lunæ eſt:
Cur illi breuior biſſenos peruolet orbes:
Annuus ille monet:quæ certo ſydere currant:
Ordine quæ ue ſuo,careant incondita cura.
Scire vices etiam ſignorum,& tradita iura.
Nubila cur cœlo terræ denunciat imbres:
Quo rubeat Phœbe,quo frater palleat igne.
Tempora cur variant anni:primaq; iuuenta
Cur æſtate perit:cur æſtas ipſa ſeneſcit:
Autumnoq; obrepit hyems:& in orbe recurrit.
Axem ſcire helices:& triſtem noſſe cometen:
Lucifer vnde micet:quá ue heſperus:vnde bootes.
Saturni cur ſtella tenax:cur martia pugnax.
Quo rapiant nautę,quo ſydere lintea tendant.
Scire vias maris:& cœli prædicere curſus:
Quo volet Orion:quo Sirius incubet index.
Et quęcunq; iacent tanto miracula mundo,
Non digeſta pati,nec aceruo condita rerum:
Sed manifeſta notis certa diſponere ſede
Singula:diuina eſt animi:ac iucunda voluptas.

Sint, alij ſit.

Denunciet,alij denunciat.

Tempore, alij Tēpora

Ter ꝑit æſtatē, alij Ver æſtate præit.

Recurrit, alij cucurrit

Quave alij q̄q;.

Sæu9 & icubet, alij ſęu9 icubet.

DOMITIVS.

⸿Cognoſcere.) Homines prius volunt cognoſcere terreſtria q̄ꝫ cœleſtia. ⸿Noctes.) Sine lucro ſunt noctes,quia non ſunt exercitæ. ⸿Callet.) Habēt duritiem,& tumiditatem duram in manibus, aut alia parte membrorum. ⸿Viti.) Ad vinum producendũ. ⸿Diti.) Pingui. ⸿Horrea.) Vbi reponuntur frumenta. ⸿Deſecto.) Falce ſecto & inciſo. ⸿Nullum fallere opus.) i.ſcire omnia opera. ⸿Euertimus.) Vertendo exquirimus.

Sed prior hæc hominis cura eſt cognoſcere terram:
Et quæ nunc miranda tulit natura,notare.
Hæc nobis magna affinis cœleſtibus aſtris.
Nam quę mortali ſpes eſt?quæ amentia?maius
In Iouis errantem regno perquirere velle.
Tantum opus ante pedes tranſire,& perdere ſegnes.
Torquemur miſeri in paruis,premimurq; labantes:
Dum ſeſe pretio redimant:verumq; profeſſa eſt.
Tum demum viles taceant,inopesq; relictæ.
Noctes,atq; dies,feſtinant arua coloni.
Callent rure manus:glebarum expellimur vſu.
Fertilis hæc ſegetiq; feracior:altera viti:

mus. ⸿Minas.) Quia gigantes qui voluerunt expellere Iouem cœlo, miſſi ſunt ſub tartara. ⸿Animæ.) Flatus ipſius Ætnæ. ⸿Seruent.) Stent in ipſo introitu. ⸿Coniuratis.) Simul flantibus. ⸿Corpora pulſata.) Ideſt aerem,& hoc pacto fiunt nubes. ⸿Canoro.) Tibicine Tritone. ⸿Opes.) Copias aquarum. ⸿Cortyna.) Secretior locus templi dicebatur, vbi cor vatis itumeſcebat,& extēdebatur ad carmina & oracula dicenda, & ſimiliter locus

Species, alij ſpes eſt.

Profeſſe,alij ꝓfeſſa eſt.

Glebaꝝ vſu experiũt, alij glebarum expellimur vſu.

Hæc platanis humus, hæc herbis digniſſima tellus:
Hæc diti melior pecori, ſyluisq; fidelis.
Aridiora tenent oleæ: ſuccoſior vlmis
Grata. leues cruciant animos, & corpora cauſæ.
Horrea vti ſaturent: tumeant & dolia muſto:
Plenaq; deſecto ſurgant fœnilia campo.
Sic auidi ſemper qua viſum eſt carius iſtis,
Implendus ſibi quiſq; bonis eſt artibus. illæ
Sunt animi fruges: hæc rerum maxima merces.
Scire quid occulto naturæ terra coercet:
Nullum fallere opus: non multos cernere ſacros
Aetnæi montis fremitus, animumq; furentis:
Non ſubito pallere ſono: non credere. ſubter
Scrutamur rimas, & vertimus omne profundum.
Quæritur argenti ſemen: nunc aurea vena.
Torquentur flamma terræ: ferroq; domantur.
Cœleſti migraſſe minas, aut tartara mundi.
Noſſe quid impediat ventos: quid nutriat igneis:
Vnde repente quies, & multo fœdere pax ſit.
Concreſcant animi penitus: ſeu forte cauernæ,
Introitusq; ipſi feruent. ſeu terra minutis
Rara foraminibus, ne venis abſtrahat auras.
Plenius hoc etiam rigido qua verrice ſurgit.
Illinc infeſtus, atq; hinc obnoxius intus
Vndiq; diuerſas admittere cogitat auras:
Et coniuratis addit concordia vires.
Siue introrſus agunt nubes, & nubibus auſter.
Seu forte flexere caput: tergoq; feruntur.
Præcipiti delata ſono premit vna: fugatq;
Torrentes auras: pulſataq; corpora denſat.
Nam veluti ſonat ore diu Tritona canoro,
Pellit opes collectus aquæ: victusq; mouere
Spiritus, & longas emugit buccina voces:
Carmineq; irriguo magnis cortyna theatris
Imparibus numeroſa modis canit arte regentis,
Quæ tenuem impellens animam ſubremigat vnda.
Haud aliter ſummota furens torrentibus aura
Pugnat in anguſto: & magnum cõmurmurat Aetna

eus velatus ĩ theatro, ex quo egrediunt̃ recitatores, Mimi dici poteſt. ☞ Modis.) Sonis. ☞ Animam.) Flatum.

ASCENSIVS.

¶ Sed prior hæc, &c.) Vocat hominem terrenum ad cognitionem terræ. q. d. altiora te, ne quæſieris. Eſt aũt duplex expoſitio primorum verborum: altera hæc: ſed hæc cura eſt prior. i. altior, & excellentior, vt deorum cura, hoĩum eſt cognoſcere terram. Alterá ſic: ſed hæc prior, pro prima cura hominum, eſt cognoſcere terram: & notare miráda, quæ natura nunc tulit: hæc. ſ. natura terræ magna: quia affinis cœleſtibus aſtris (qa neceſſe eſt hunc mundum ſuperioribus lationibus eſſe cõtiguum, vt tota eius virtus inde gubernetur) eſt, ſupp. nobis. ſ. conceſſa: nam quæ ſpecies mortalis. q. d. temeraria: quę amentia maior, ſupp. eſt, q̃; velle inquirere erranté. ſ. planetá: in regno Iouis. i. in cœlo, & tranſire tantũ opus ſ. terræ: poſitũ ante pedes: & nos ſegnes perdere. i. negligere: tantum opus. i. tantæ operis inquiſitionem: nos miſeri torquemur in paruis. ſ. rebus & prẹmimur labantes. i. in errorem cadétes: dũ. i. dummodo: ſpecies mortales redimát ſeſe. ſ. ab inertia: precio. ſ. talis ſtudij: & profeſſæ. ſ. ſunt: veꝛ: tum demũ. i. tunc præcipue, taceát viles, & relictę ĩopes, ideſt quod viles ſint, & inopes relictæ. Coloni feſtinant arua: noctes, atq; dies, man⁹ ſ. noſtræ: callent. i. callum induũt: rure. i. exercitio rurali: & experiuntur vſu. i. attrectatione glebarũ: qa hæc. ſ. terra, eſt fertilis ſegeti: & altera eſt feracior viti: hæc humus eſt digniſſima. i. conuenientiſſima platanis, hæc tellus eſt digniſſima herbis: quam rem in Georgi. latius proſequitur poeta, ibi, Diuiſæ arboribus terræ, ſola India nigrum: Fert hebenum, &c. hæc. ſ. tellus eſt melior. i. conuenientior: pecori diti. i. diuité facienti, & hæc eſt fidelis ſyluis, quia feliciter producit arbores: oleæ tenent aridiora. ſ. loca, tellus, ſup. ſuccoſſior. i. pinguior eſt: grata vlmis: cauſæ leues. i. modicæ cruciant animos, & corpora: vti i. vt ſaturent. i. repleant horrea: & vt dolia tumeát, muſto. i. recẽti vino: & vt fœnilia. i. repoſitoria fœni. ſurgát plena câpo deſecto. i. demeſſo a fœniſecis (ſic enim a Perſio appellantur inciſores fœni.) Sic. ſ. coloni: ſemp auidi. i. cupidi ſunt (vnde, Vt quáuis auidis pareret arua colonis. Gratum opus agricolis) eius, ſupple quod viſum eſt iſtis carius. i. pretioſius cæteris. Quiſq; eſt implendus ſibi. i. a ſe, bonis artibus: quia quilibet ſtudia ſua inſequitur: & id optimũ putat, quod maxime ſcit. Fruges ſunt illis. ſ. colonis: animi. i. delitiæ: & conatus, hæc merces, eſt illis maxima rerũ, videlicet ſcire, quid terra coercet, ideſt amouet: occulto . i. ſecreta vi naturæ, nullum opus fallere, ſup. eos i. a nullo opere falli: hoc eſt, omnia opere ſcire. Non multis. i. paucis: eſt merces. i. ſtudium & voluptas: cernere ſacros fremitus: & animum. i. vim Ætnei montis furentis, non pallere ſubito ſono: non credere. i. confidere: nos ſcrutamur rimas. i. fiſſuras: ſubter i. quæ ſubtus ſunt: & euertimus. i. euertendo inquirimus omne profundum. Semen. i. minera, ac vena argenti, quęritur. ſ. a nobis: nũc. i. aliquando. ſ. cauſa auaritiæ, & nõ ſciẽtiæ: atq; aurea vena quęritur nunc: terræ torquentur flamma. ſ. in fornacibus: & domátur. i. aperiuntur: & ſcinduntur ferro cœleſti, aiunt, ſupp. minas mundi. i. gigantes migraſſe ad tartara: vbi ſunt ditis theſauri. Non multis etiá eſt merces: noſſe quid impediat ventos, quod exire nequeát, quid nutriat ignes, vñ quies ſit repéte, & pax ſit repente, ſup. cum multo fœdere. ſ. inter ignes, & ventos & noſſe vnde animæ. i. vẽti, cõcreſcant: ſeu. i. ſiue: cauernæ feruent forte ſibi. ſ. Vétos: penitus. i. pene intus: & ipſi introitus. i. prima recæptacula terræ, feruent ſibi ventos, ſeu terra rara foraminibus minutis,. i. habens multos poros: ſiue abſtrahat in ſeſe auras. i. ventos tenues: plenius. Etiá qua, ſupp parte: hæc. ſ. terra, aut Ætna: ſurgit. i. erigit̃ vertice rigendo, ventus, ſup. infeſtus, iſtinc. i. ab vna parte, atq; obnoxi⁹ hinc. i. ab alia parte: intus. i. intrinſec⁹: cogitat admittere vndiq; diuerſas auras: & concordia. ſ. ventorum admiſſor ũ addit vires: quia ad hoc cõcordátes, vt igné & ſaxa expellant, fortiores ſunt, q̃; ſi ſinguli ſint, ſiue nubes: & Auſter nubilus agant. ſ. auras introſus: ſeu, ſupp. auræ & venti flexere forte caput, vt ſponte intrent: & ferũtur præcipites tergo. i. per tergum: vna. ſ. aura: delecta. i. de multis lecta, & conflata: ꝓmit aures torrentes. i. inundantes: ſono fugato. i. expulſo: & denſat i. denſe verberat corpora pulſata. Ná veluti buccina. i. tuba: ſonitura diu Tritone. i. deo marino, qui concha canere dicitur: canoro. i. frequenter canenti, vnde æmulus interemit Miſenum: ſpũs collectus & victus. i. coactus mouere: pellit opes aquæ. i. ꝓcellas agit, & emugit. i. quaſi mugiens emittit: voces lõgas. i. diu duraturas: & veluti cortina. i. ſecretior pars tẽpli, aut antri Apollinis, vnde oracula prodibant, canit carmine irriguo: exiſtens numeroſa modis ĩparibus: & arte regentis. i. dirigentis; q̃ ars impellens animá. i. flatũ tenuem: ſubremigat. i. percutit, more remigantium, vndam: haud. i. non aliter: aura ſubmota. i. ꝓpulſata: pugnat. i. obſtrepit: torrentibus, per torrentes: in anguſto. i. arcto incluſa: & Ætna commurmurat: magnum. i. magnopere: nomen, pro aduerbio.

Succeſſior, alij ſuccoſior.
Quod, alij q̃.
Impléndus, alij Implenda.
Multis, alij multos.
Minas, alij Minos.
Animæ al ij animi.
Siue ĩ ſeſe abſtrahat auras, alij neue in ſe diſtrahat aura.
Aures, alij auras.
Canoro alij ſonoro.

DOMITIVS.

Credendum eſt etiam ventorum exiſtere cauſas
Sub terris ſimiles harum, quas cernimus extra.
Vt cum denſa cremant inter ſe corpora, turba
Eliſa in vacuum fugiant: & proxima ſecum
Nomina tota trahunt: tutaq; in ſede reſiſtunt.

¶ Nomina tota.) Quia non poſſunt intelligi, qui venti ſint, & exeant. ☞ Animas ventos humore.) Pluuijs q̃ ex ventis creantur. ☞ Oblinis.) Circunlauas. ☞ Vis.) Potentia: quia aura eſt leuior vento. ☞ Vacuos.) Ventos. ☞ Suffocant.) Claudunt iter. ☞ Neruos.) Vires ignium ardentes confluuio: fluctuum copia. ☞ Receſſus.) Remotioné terrarũ. ☞ Hiat.) Aperit. ☞ Irritet.) Commoueat.

Credendũ etiá, alij credédum eſt etiá.

Aſcenſius.

ASCENSIVS.

Credēdum eſt etiam.) Variis ambagibus,& verborum inuolucris rem proſequitur, adfectans verborum apparatu, rem in miraculum trahere: vnde dicit credēdum etiā cauſas ventorum exiſtere ſub terris: ſimiles harum.ſ.cauſarum (bene genitiuo vtitur, quia ſubſtantiam reſpicit: vt non eſt ſimilis tui in diis domine) quas cernimus extra, ſcilicet terrā: aut extrinſecus: vt crement.i.comburant inter ſe corpora condenſa:& fugiant in vacuum.i.aerem: turba eliſa.i.euicta & expulſa,& proxima trahant ſecum tota nomina.i. confundant nomina ventorum: quia non poteſt intelligi, qui venti ſint & exeant:& reſiſtant in ſede tuta.i.extra turbā poſita: quod ſi quædam diſcordia eſt mihi tecū,o lector,ſupple quod i.quia credas ventos conſurgere ab his principiis: nō dubium, ſupple eſt aliquas rupes:& cauernas: prouehere.i. porro vehere,& ducere ventos, ſupple cum ingenti ſonitu:& animas, ideſt vētos: diffugere & impelli ꝓpinquas: caſu, ideſt ad caſum: datiuus antiquus:& non dubium eſt, ventos cernere hinc.i.ex hoc diffugio & impulſu: aut,ſup. animæ,& auræ: ſolent etiam effundere nebulas: largo humore.i.habentes largum humorem admiſtum, aut cāpis & agris.i.per cāpos & agros quos.ſ.campos & agros: amnis obruit.i.irrigat,& aer nubilus exoriēs: vallibus.i.exhalatus ex conualle: caligat i.obtenebrat. Parua flumina:

Quod ſi forte mihi quędam diſcordia tecum eſt:
Principiiſq; aliis credas conſurgere ventos:
Non dubium rupes aliquas,penituſq; cauernas
Proruere ingenti ſonitu:caſuq; propinquas
Diffugere,impelliq; animas.hinc cernere ventos,
Aut humore etiam nebulas effundere largo:
Vt campis,agriſq; ſolent,quos obruit amnis.
Vallibus exoriens caligat nubilus aer:
Flumina parua ferunt auras.vis proxima vento eſt:
Et minus aſpirat fortis,& verberat humor.
Atq; hæc in vacuo ſi tanta potentia rerum eſt:
Hoc plura efficiant infra,cluſiq; neceſſe eſt.
His agitur cauſis extra:penituſq; coactis
Exagitant ventos:pugnant in faucibus arcte:
Pugnantes ſuffocat:& intus vt vnda profundo
Terq;,quaterq; exhauſta graues vbi perbibit Euros:
Ingeminat fluctus:& primos vltimus vrget.
Haud ſecus aſtrictus certamine tangitur ictu
Spiritus:inuoluenſq; ſuo ſibi pondere vires
Denſa per ardentes exercet corpora venas:
Et quacunq; iter eſt properat:tranſitq; morantem.
Donec confluuio reuolutis æſtibus amnis
Exilit:atq; furens tota vomit igneus Aetna.
Quod ſi forte putas iiſdem decurrere ventos
Faucibus:atq; iiſdem pulſis remeare:notandas
Res oculis locus ipſe dabit:cogetq; negare.
Quāuis cœruleo ſiccus Ioue frigeat æther:
Purpureoq; rubens ſurgat iubar aureus oſtro:
Illinc obſcura ſemper caligine nubes,
Pigraq; defuſo circum ſtupet humida vultu:
Proſpectat ſublimis opus,vaſtoſq; receſſus.
Non illam videt Aetna:nec vllo intercipit æſtu.
Obſequitur quacunq; iubet leuis aura:reditq;.
Placantes etiam cœleſtia numina thure
Summo cerne iugo,vel qua liberrimus Aetnæ
Improſpectus hiat,tantarum ſemina rerum
Si nihil irritet flammas,ſtupeatq; profundum.

ferunt.i.adferūt auras: vis.i.potentia proxima eſt vēto:& aſpirat eminus.i.de longe fortis.ſ.auras:& humor.ſ.ꝓductus: verberat.ſ.obſtantia: atq; hoc,ſup.fit: in vacuos.ſ.vētos, aeri expoſitos: cuius regionem, vulgus vacuam putat: ſed ſi tāta potētia reꝝ eſt.ſ.vētis externis, neceſſe eſt vt introcluſi efficiant plura: hoc.ſ.iam dicto: vel hoc.i.tāto plura. Ætna agit͛ his cauſis extra.i.exterioribus:& coactis penitus.i iteriorib⁹.& exagitat.i. expellit: ventos.i.vēti.ſ.exacti: pugnant.i.obſtant, aut certatim erumpunt: pugnātes.ſ. in faucibus.ſ.antri Ætnei: añ ſ.q̄ꝫ exeant:& pugnātes ſuffocant.i.claudunt iter: vt.i.ſicut: vnda i. inūdatio exuſta: terq; quaterq;.i. frequenter: aut ad perfectū· vbi.i.poſtq̄ꝫ: perbibit, ideſt abſumpſit: Euros.i.ventos illos: graues.i. vehemētes: ingeminat.i.multiplicat fluctus:& vltimus.ſ. fluctus: vrget.i.ꝑmit ꝓmos: haud ſecus.i.nō aliter ſpūs.i. ventus: aſtrictus.i.oppreſſus: certamine tangitur ictu.ſ.ab aliis illato: inuoluens ſibi vires ſuo pondere.i.mole ſua. Corpora denſa exercent.ſ.ſe per neruos ardenteis.i.per vires flagrantes:& ſpūs properat,& trāſit morantē.ſ.alium ventum: quacūq;.ſ.parte: aut via, aut ratiōe eſt iter: donec amnis.i.inundatio ventorū reuolutus cum fluuio.i.abundantia fluuiorum,& æſtibus exilit.i.extra ſalit: atq; ipſe furēs vomit, tota Ætna, ſcilicet ignes, exiſtens igneus. Quod ſi tu putas forte vētos decurrere iiſdem faucibus, atq; vētos pulſos remeare iiſdem.ſ. faucibus: ipſe locus dabit res notādas oculis:& coget negare.ſ.quod prius putabas: quāuis æther ſiccus frigeat: ſic cœruleo.i marino colore:& quāuis iubar aureus) Plautus etiā iubarem, genere maſculino dixit: ſed & gutturē & papauerem) ſurgat, ideſt oriatur rubēs: oſtro.i.colore purpureo:& quāuis nubes nigra circūſtrepat illinc ſemper caligine obſcura:& ipſa humida circūſtrepat vultu defuſo: ipſe tamē ſublimis proſpectat opus,& receſſus vaſtos.i.remotionem terrarum valde amplam: Ætna nō videt.ſ.nubem: nec intercipit vllo æſtu: obſequitur.i.inſeruit obſequēdo: quacunq; leuis aura iubet,& redit. Cerne etiam placantes numina cœleſtia thure: ſummo iugo.i.in altiſſimo loco: vel qua.ſ.parte liberrimus improſpectus: hiat.i.aperit: ſemina tantarum rerū: ſi nihil irritet.i.commoueat flammas,& ſtupeat profundum.

Vis, alii vix.

Exagitat, alii Exagitant.

Suffocāt int⁹, alii ſuffocat & intus.

Reuolut⁹ & ęſtibus, alii reuolutis æſtibus.

DOMITIVS.

Arcu.) Curuitate. Rumpunt.) Erumpunt. Nefas.) Opinionem nefandam ex animo. Egeſtas.) Miſeria. Prę ſto.) Paratæ ſunt flammæ. Teneros.) Paruos ignes. Tuto.) Sine fractione. Exundat.) Diffunditur. Vernacula.) Vulgaris & familiaris:& vt dixero, materna. Bitumen.) Genus cretæ, quod ſi quando accenditur, extingui non poteſt:& de natura ſulphuris eſt.

ASCENSIVS.

Huic igitur credis torrens &c.) Ordo eſt. Igitur tu credis huic, vt ſpiritus ille torrens, qui vorat rupes & terram,& qui fulminat ignes. cur exit vires, ſcilicet domitas,& flexit habenas exiſtens præceps: preſertim ipſa corpora decliuia ſuo pondere, nunquam diripiant ſuo pondere.i.per ſuum pondus:& abſolueret vario arcu.i.curuitate, quod, niſi fallor, ſpecies adeſt ruinis:& tantus impetus transfugit: ictus attentos oculorū: nec leuitas, ſupple transfugit tantos, ſcilicet ictus: igitur aura ferit:& mouet vbi manus ſparſa liquore ventilat igneis ſacros: tamen i.nihilominus, verberat ore:& noſtra corpora pulſata incurſant: adeo.i.intantum cauſa tenuis repellit vim,& non ſorbet

Huic igitur credis torrens vt ſpiritus illi
Qui rupes,terramq; vorat,qui fulminat igneis
Cur egit vires,& præceps flexit habenas.
Preſertim ipſa ſuo decliuia pondere nunquam
Corpora diripiant:validoq; abſolueret arcu.
Quod niſi fallor,adeſt ſpecies:tantuſq; ruinis,
Impetus attentos oculorum transfugit ictus.
Nec leuitas tantos igitur ferit aura,mouetq;:
Sparſa liquore manus ſacros vbi ventilat ignes,
Verberat ore tamen,pulſataq; corpora noſtra
Incurſant:adeo in tenui vim cauſa repellit.
Non cinerem,ſtipulam ue leuem,non arida ſorbet
Gramina:non tenuis plantis humor exit eiſdem.
Surgit adoratis ſublimis fumus ab aris:
Tanta quies illi eſt,& pax innoxia parti.

Deripiant, varioque: ſūt q legēdū cēſeāt, diripiat, validoque.

Siue peregrinis igitur,propriisq́; potentis
Coniurant animę cauſis:ille impetus ignis
Et montis partes atras ſubuertat arena:
Vaſtaq́; concurſu trepidantia ſaxa fragoris,
Ardenteſq́; ſimul flammas,ac fulmina rumpunt.
Haud aliter,quàm cum prono iacuere ſub auſtro:
Aut aquilone fremunt ſyluæ:dant brachia nodo
Implicitæ.hæc ſerpunt iunctis incendia ramis.
Nec te decipiant ſtolidi mendacia vulgi:
Exhauſtos ceſſare ſinus:dare tempora rurſus:
Vt rapiant vires,repetantq́; in prẹlia victi.
Pelle nefas animo:mendacemq́; exue famam.
Non eſt diuinis tam ſordida rebus egeſtas:
Nec paruo mendicat opes:nec corrogat auras.
Præſtò ſunt operi ventorum examina ſemper:
Cauſa latet.quærunt pariter:coguntq́; morari.
Sæpe premit fauces magnis extructa ruinis
Congeries:clauditq́; vias luctamine ab imo:
Et ſciſſo veluti tecto ſub pondere præſtat.
Haud ſecus,ac teneros cum ſecum frigida monti
Deſidia eſt:tutoq́; licet diſcedere montes.
Poſt vbi continuere moram,velocius vrgent.
Pellunt oppoſitas moles:ac vincula rumpunt:
Quidquid in obliquum eſt,frangunt iter:acrior ictu
Impetus exoritur:magnis operata rapinis
Flamma micat:latosq́; ruens exundat in agros,
Si ceſſant à iure ferunt ſpectacula venti.
Nunc ſuperant quæcunq; regant incendia ſyluæ:
Quæ flammas alimenta vocent:quid nutriat Ætna.
Incendi poterunt.illis vernacula cauſis
Materia:appoſitumq́; igni genus vtile terrent:
Vritur aſſidue calidus nunc ſulfuris humor:
Nunc ſpiſſus crebro præbet munimine ſuccos.
Pingue bitumen adeſt:& quicquid cominus acres
Irritat flammas.illius corporis Ætna eſt:

ſorbet cinerem,vel ſtipulam
leuem:& non ſorbet grami/
na arida:& humor(ſi vera eſt
lectio,licentioſus eſt verſus:
nam humor,primam produ
cit.)tenuis non exit eiſdem
plantis,& fumus ſublimis.i.
in ſublime volans,ſurgit ab
aris odoratis.i.odorib9:hoc
eſt,rebus odoriferis perfuſis:
tanta.i.tam magna quies eſt
illi:& pax(alij fax,legunt)ra
pti eſt innoxia:ſiue agitur pe
regrinis potentis,pro poten
tijs:ſiue ꝓpriis:animæ.i.ven
ti:coniurant cauſas.i.cũ cau/
ſis:ille impetus ignis,& hare
na ſubuertit atras ꝑtes mon/
tis:& ſaxa vaſta trepidantia
concurſu fragoris:rumpunt,
ideſt irrumpunt ſimul flam/
mas ardẽteis:ac fulmina(alij
legunt,flumina.)haud,ideſt
non aliter q̃ cum flumina ia
cuere ſub Auſtro:prono,id/
eſt inclinato ad propellendũ:
aut cum ſyluę fremunt:Aqui
lone,vento Septentrionali:
& ipſæ ſyluæ implicitæ:no/
do.ſ.ex mutuo occurſu,dum
ſe inuicem flagellãt:dant bra
chia.i.flagella,& ramalia:no
do.i.in nodum:hæc incẽdia,
ideſt inundatiões ſyluarum,
more aquarum bullientium:
concuſſarum,ſerpunt ramis
iunctis.Nec mendacia ſtolidi
vulgi decipiant te:dicentis.ſ.
ſinus Ætnæ,ceſſare.ſ.ab incẽ
dio & emiſſione flãmarũ:ex/
hauſtos,ideſt materia ignis
euacuatos:& tempora dare,
ideſt concedere rurſus vt ca/
piãt vires:& ipſi victi.i.effœ
ti & elanguẽtes,& repetãt.ſ.
vires in prælia,Pelle nefas.i.nefandam opinionem animo,&
exue famam mendacem:quia non eſt tam ſordida egeſtas,vt.ſ.
viciſſitudine,& intercapedine temporis,opus ſit rebus diuinis
ſ.a deo inſtitutis.Nec mendicat.ſ.deus,aut natura opes.i.facili/
tates,& auxilia:&(vt dicunt)eleemoſynas paruo.i.a paruo,
vtpote a re caduca:nec congregat auras,quibus.ſ.poſtea ad in/
cendium

cendium vtatur:operæ.i.ope
rationes ventoꝝ ſunt præſto
i.paratæ,quaſi præſtantes ad
iuſſa obeunda:& q̃runt ſem/
ꝑ pariter examina.i.eruptio/
nes agminatim,more apum
factas:& cogunt morari.i.im
morari:pariter.i.ad libitum,
nunc pariter erumpunt,nũc
pariter immorãtur:ſed quare
id faciant cauſa latet:conge/
ries.ſ.ſaxorũ:& alterius ma/
teriæ exhauſta.ſ.ab igne,ma/
gnis ruinis ꝑmit ſæpe fauces:
& claudit vias ab vno.i.vni/
formi luctamine:& eſt præ/
ſto.i.parata,ſupponere.ſ.ſub
eũdo,veluti recto ſciſſo.i.cõ
operimẽto interrupto:haud,
i.non:ſecus.i.aliter:ac cũ fri/
gida.ſ.cõgeries,deſudat mon
te ſicco teneros.ſ.igneis,hoc
eſt paruos:& cum licet mon
tes diſcedere tuto.i.ſine inter
ruptione.Poſt.i.poſt modũ:
vbi.ſ.ignes,& flãmæ cõtinue
re morá vrgent velocius:pel
lũt moles oppoſitas,ac rum
punt vincula,& frangũt qd/
quid eſt in oppoſitũ,iter,im/
petus acrior,exoritur ictu.i.
ex ipſo impulſu:flamma ope
rata.i.exercitata magnis rapi
nis micat & ruens exũdat in
latos agros:ſi venti ceſſant a
rure,ferunt ſpectacula.i.res
inſpectatiõe dignas,nunc ſu/
perant incendia quæcũq; ſyl
uæ regũt,quæ vocent flãmis
alimenta:& quid Ætna nu/
triat:poterũt incẽdi illis cau/
ſis materia vernacula.i.fami
liaris,& materna,& gen9 vti
le oppoſitum,igni terrent.ſ.
incendiũ:& tamen vritur aſſi
due:& ita nunc humor ſulphuris calidus præbetur,nũc ſuccus
i.nutrimentum:ſpiſſus.i.denſum:crebro vimine.i.virgulto te
nui:præbetur.ſ.incẽdio,& bitumen genus cretæ,& terræ tena
cis de natura ſulphuris:vnde dicitur,pingue adeſt.i.præſto eſt,
& quidquid irritat.i.prouocat:cominus,ideſt de prope:flãmas
atras.i.fumoſas & obſcuras;Ætna eſt illius.i.illiuſmodi corpo
ris,vt.ſ.talem materiam præbeat.

Paruo, alij,paruas,legunt.

Sicco, alij ſuccum.

Deſudat, alij Deſidiá.

Moré alij moram.

Rure, alij iure

Oppoſitũq; alij appoſitũq;.

Atq; hanc materiam penitus diſcurrere fontes
Infectæ erumpunt & aquæ radice ſub ipſa.
Pars oculis manifeſta iacet:quæ corpore dura eſt,
Ac lapis.in pingui feruent incendia ſucco.
Quin etiam vane quædam ſine nomine ſaxa
Toto monte liquant:illis cuſtodia flammæ
Vera,tenaxq́; data eſt:ſed maxima cauſa molaris
Illius incendi lapidis,ſic vindicat Ætnam,
Quem ſi forte manu teneas,ac robore cernas:
Nec ſeruare putes ignem:nec ſpargere poſſe.
Sed ſimul ac ferro quæras,reſpondet:& ictu
Scintillat color.hunc multis circundare flammis:
Et patere extorquere animos:atq; exue robur:
Fundetur ferro citius.nam mobilis illi,
Et metuens natura mali eſt:vbi cogitur igni.
Sed ſimul atq; hauſit flammas:non tutior hauſtu
Vlla domus ſeruans aciem,duramq́; tenaci
Septa fides:tutum eſt illi patientia victo

DOMITIVS.

❡Molaris.) Lapidis.❡Incẽ/
di.) Pro incendij.❡Quæras
ferro.) Percutias ſaxũ ferro.
ſubito emittit ignẽ.❡Aciẽ.)
Splendorẽ,quaſi dicat,nihil
eſt ſplendidius.❡Stipatur.)
Circundatur.❡Vias.)Venas
ipſius lapidis:miranda,quod
emittat ignem.❡Coloris.)
Quia ipſe lapis eſt niger,q̃ſi
combuſtus ab igne.

ASCENSIVS.

❡Atq; hanc,&c.)Proſequi/
tur intentum.Ordo eſt.Atq;,
ſupp.iubet diſcurrere hãc ma
teriam:penitus.i.omnino:
fontes & aquæ infectæ,ſcili/
cet graui odore ex ſulphure,
erũpunt ſub ipſa radice.Pars
iacet manifeſta oculis:ipſa ru
bet,& eſt dura:at,ideſt ſicuti
lapis:& incendia feruent in
ſucco.i.alimento humido,&
pingui.

pingui.Quinetiam quædam
ſaxa ſunt vario vimine,ideſt
quæ habẽt quaſi vimẽ ad in/
cendium aptum:quæ,ſup.li
quant.i.diffluunt,toto mon
te:cuſtodia flammæ vera &
tenax,ideſt perpetua eſt data
illis.ſed quippe.i certe:maxi
ma,ſcilicet cuſtodia:illi9 incẽ
di,pro incendij:lapidis mola
ris,ideſt quaſi molaris:vindi
cat,ideſt defendit:ſic Ætnã:
quem.ſ.molarem ſi tu teneas
forte manu:& cernas robore
i.in globo,aut corpore eius:
tu putes nec poſſe,ideſt quod
nec poſſet ſeruare ignem,nec
ſpargere ignem,cum tamen
vtrunque faciat:ſed ſimul ac
i.ſtatim:poſtquam tu quęras
i.inquiras:ferro,hoc eſt per/
cutias ſaxum ipſum:Calybe
reſpondet,ſcilicet votis tuis:
& calor.ſ.ignitus:ſcintillat.i.
per

Vix vnquam redit in vires:atq; euomit ignem.
Totus enim denſo ſtipatur robore tardans:
Per tenues admiſſa vias incendia nutrit:
Cunctanterq́; eadem,& pigre accepta remittit.
Nec tamen hoc vno quod montis plurima pars eſt,
Vincit:& incendij cauſam tenet ille profecto:
Miranda eſt lapidum viuax,animoſaq́; virtus.
Cætera materies quæcunq; eſt fertilis igni,
Vt ſemel accenſa eſt,moritur:nec reſtat in illa,
Quod repetas:tantum cinis,& ſine ſemine terra eſt.
Sic ſemel,atq; iterum patiens,ac mille perhauſtis.
Ignibus inſtaurat vires:nec deſinit ante,
Quàm leuis exhauſto defecit robore pumex:
In cinerem,putresq́; iacet delapſus arenas.
Cerne locis etiam ſimiles arſiſſe cauernas.
Illic materiæ naſcentis copia maior:
Sed genus hoc lapidis certiſſima ſigna caloris;
Quod nullas adiunxit opes:& languet in ignes

per ſcintillas exilit: tu potes hinc, ideſt poſtquam ſcintillauerit:circundare,ſcilicet lapidem flammis,adhibendo, videlicet ſtupam,atque arida circum nutrimenta:& extorquere animos, ideſt ſpiritus ignitos,atque exue,ideſt diſſolue:robur ipſum fundetur citius ferro:nam natura eſt illi mobilis(alij legunt nobilis)& metuens mali,ideſt nociui,& incommodi:vbi,ideſt quādo:cogitur igni,ideſt per ignem diſſolui:ſed ſimul atque ideſt immediate: poſtq̄ hauſit flammas, ideſt incenſum eſt: non vlla domus eſt tutior ſeruans aciem.i.ſplendorem:hauſti, ſcilicet ignis: duram,ideſt tenacem & perdurantem. Fides eſt illi tenaci,ideſt dum tenax eſt:ſepta, ideſt circundata:tutum,ideſt tute:& patientia eſt illi victo,ideſt dum vincitur ab igne:qa vix reddit vnquam in vires,ideſt vix reparat,aut recuperat,aut inſtaurat vnquam vires,atque euomit ignem:ſtipatur enim,ideſt circundatur toto denſo robore:& nititur tarda incendia admiſſa:per tenues vias,ideſt venas lapidis:& remittit eadem,ſcilicet incendia:accæpta cunctanter,ideſt lente,ac cum mora:&.pro.i. tarde: tarde:nec tamē vicit hoc vno ideſt hac vna ratione: quod eſt plurima pars mōtis: & q; tenet cauſam incendi,pro incendij. Profecto illa viuax & animoſa virtus, lapidum,q; ſcilicet flammam emittāt:eſt miranda. Cętera materies q̄cunq; eſt fertilis igni,ideſt poteſt ꝑducere ignē:vt i.poſtquam,eſt ſemel incenſa: ipſa moritur,ideſt extinguitur & conſumitur:nec reſtat in illa quod repetes.i.repetere poſſis:& eſt tantū cinis & terra: ſine ſemine,ideſt vigore alterius producendi. Sed,ſupple hic lapis: patiens.ſ.ardorem: ſemel,atq; iterum, ideſt frequenter,ac perhauſtis mille ignibus:inſtaurat,ideſt reparat vires:nec deſinit antequā pumex leuis, defecit robore excocto.i.abſumpto per coctionē:& anteq̄ iacet delapſus in cineres,& putres arenas. Cerne etiā ſimiles cauernas arſiſſe locis.ſ.alijs:maior,ideſt aliquantulum magna copia materiæ naſcentis eſt illic.ſ.in alijs locis: ſed genus hoc lapidis,dat,ſupp.certiſſima ſigna coloris.ſ.nigri, quaſi ſit exuſtus ab igne:quod.i.quia ignis:nullas.i.non vllas, non adiunxit vllas opes.i.nutrimenta ad incendium:& languit i.ſubinde extinctus fuit.

Dicitur inſidijs flagrans ænaria quondam
Nunc extincta ſuper:tectisq́; Neapolin inter
Et Cumas locus eſt multis iam frigidus annis:
Quāuis æternum pingueſcat ab vbere ſulfur
In mercem legitur.tanto eſt fœcundius Aetnę
Inſula:cui nomen facies dedit ipſa rotunda.
Sulfur enim ſolum,nec obeſa cacumine terra eſt,
Et lapis accretus regerendis ignibus aptus.
Sed raro fumat,qui vix ſi accenditur,ardet:
In breue,mortales flammas,quod copia nutrit.
Inſula durata vulcani nomine ſacra.
Pars tamen incendi maior refrixit:& alto
Iactatas recipit claſſes:portuq́; tuetur.
Qui reſtat minor,& diues ſatis vbere terra eſt:
Sed non Aetnæis vires quæ conferat illi.
Atq; hæc ipſa tamen iam quondam extincta fuiſſet:
Ni furtim aggeneret ſecretis callibus humor
Materiam,ſyluamq́; ſuam:preſſoq́; canali
Huc,illuc ageret ventos:& paſceret ignes.
Sed melius res ipſa nota eſt,ſpectataq́; veris
Occurrit ſignis:nec tentat fallere peſtem.
Nam circa latera,atq; imis radicibus Aetnæ
Candentes efflant lapides:diſiectaq́; ſaxa
Intereunt venis:manifeſto vt credere poſſis
Pabula,& ardendi cauſam lapidem eſſe molarem.
Cuius defectus ieiunos colligit ignis.
Ille vbi collegit flammas:iacet:& ſimul ictu
Materiam accendit:cogitq́; liqueſcere ſecum.

DOMITIVS.

❡ Dicitur inſidijs flagrantia Ænaria quōdam.) Inſula in ſinu Puteolano:quam Ply.dicit a ſtatione nauium Æneæ fuiſſe denominatam, quia ét ibi ſunt incendia,eſt enim locus iter Neapolin & Cumas, vbi olim erat incendium, dedit nomen Ætnæ:nā αἴθω.i. comburo. ❡ Effrixit.) Frigida facta eſt. ❡ Alto.) Mari. ❡ Preſſo canali.) Stricta via. ❡ Nota.)i.ſignū ❡ Peſtē.) Cōſumptioné. ❡ Ieiunus.) Auidus.

ASCENSIVS.

❡ Dicit̃ inſidijs.) Recitat alia loca quæ incendio, ſed non perpetuo flagrauerunt, educens Ænariā: de qua,quia Calderin⁹ ſatis diſſerit, ordo eſt. Ænaria inſula dicitur flagrās, ſup.fuiſſe: quondā inſidijs.ſ. īmiſſo igne per inſidias: nūc dicitur extincta ſuper tectis.i. ſuperficiebus.Et,ſup.eſt locus Inter Cumas & Neapolin: at i.ſed.frigidus iam multis annis,quanuis ſulphur:pingueſcat.i.pingue creſcat:illic ęternum.i.æterne:ab vbere.ſ.materno.i.quanuis non deſit ei loco copia ſulphuris, vnde videtur incendium poſſe continuari:quod,ſup.ſulphur: legitur.i.colligit̃ illic:in mercē.i. ad mercimonium faciēdum: Ætna inſula eſt tāto fœcundior,q̄.ſ.Ænaria:quia perpetuum eſt Ætnæ incendiū:cui.ſ.Ætnæ,ipſa facies rotunda dedit nomen: quia cum ſit exuſta in rotūdū,ab incendio Ætna vocat̃,Ætno enim eſt incendo. Enim pro quia,ſulphur ſolū nō eſt,ſup.illic: nec terra obeſa.i.circūeſa:& abſumpta cacumine.i.in ſummitate:& lapis accretus.i.qui accreuit,exiſtens aptus ignib.retegendis:ſed fumat raro qui vix ſuccenditur.i.etiā parū incēditur:& ſup.ardet: q;.i.quia copia nutrit flāmas mortales in breue.i.ad breue breue.ſ.tempus,inſula durata,ſcilicet perpetua exuſtione eſt ſacra,nomine.i.ſub nuncupatione Vulcani:quia Vulcanus dicitur illic habere antrum.Tamen pars maior incendi,pro incendij:refrixit.i. frigida facta eſt:& recipit claſſes iactatas,alto ſcilicet mari: & tuetur.i.ꝑtegit eas portu. Pars,ſupp.quæ reſtat,eſt minor:& terra diues ab vbere.i. fœcunditate:ſed non,ſup. talis:quę conferat.i.compareti: vires.ſ.ſuas:illis Ætneis.ſ.viribus:atque hæc ipſa.ſ.pars, fuiſſet iam quondam.i.olim iam extincta:ni.i.niſi humor generet furtim callibus.i. vijs aut venis ſecretis:materiam: & ſuam ſyluam.i.fomentum incendij(vnde quia pro eodē ſumit materiam,& ſyluā patet ſyluam ab hyle deductā) & ageret ventos huc illuc canali ꝑſſo.i.ſtricta via,& anguſto meatu, & paſceret ignes ſed res ipſa eſt melius nota.i. ſignum ſui:& ſpectata occurrit veris ſignis:nec tentat fallere peſtem,ideſt incendium, aut conſumptionem. Nam efflat lapides candentes.i.ſemiuſtos,& quaſi in cinerē verſos,circum latera, & in imis radicibus Ætnæ:& ſaxa diſiecta intereunt venis.i.eunt inter venas,aut moriuntur & abſumuntur in venis:vt poſſis credere manifeſto.i.manifeſte,lapidem molarē eſſe cauſam ardendi.i.incendij:aut cur ardeat,cuius.ſ.lapidis,defectus.i.fragmenta ignis ieiunus.i.auidus & famelicus,colligit ille.ſ.ignis vbi.i. poſtq̄,collegit.ſ.ex fragmentis illis, flammas.i.vim incendij, iacit.i.proijcit,ſup.eas,& accendit ſimul materiam ictu.i.eijciēdo eam:& cogit ſecum liqueſcere:quia dum materia liquefacta deficit,ignis quoq; extinguitur,

Haud equidem mirum factu,quod cernimus extra.
Si lenitur opus,reſtat magis:vritur illic,
Sollicitatq́; magis vicina incendia ſaxum:
Certaq́; venturæ præmittit pignora flammæ.
Nam ſimul atq; mouet curis turbamq́; minutus
Diffugit:extemploq́; ſolum trahit:ictaq; ramis,
Et graue ſub terra murmur demonſtrat:& ignes
Tum pauidum fugere,& ſacris credere rebus
Parere:& tuto ſpeculaberis omnia collis.
Nam ſubito efferuent oneroſa incendia raptis:
Accenſæ ſubeunt moles:truncæq́; ruinæ,
Prouoluunt:atq; atra ſonant examina arenæ.
Nec recipit flammas:mons hic defeſſus anhelat:
Atq; aperit ſe hoſtis:decreſcit ſpiritus illic.
Haud aliter,q̃ cum lęto deuicta trophæo
Prima iacet campis acies,& caſtra ſub ipſa.
Tum ſiquis lapidum ſummo pertabuit igni
Aſperior ſopita eſt,& quædam ſordida fax eſt:
Qualem purgato cernes diſcedere ferro.
Verum vbi paulatim exiluit ſublata caducis,
Congeries ſaxis:anguſto vertice ſurgunt.
Sic veluti in fornace lapis torretur:& omnis
Exutus penitus venis ſubit altius humor:
Amiſſis opibus,leuis ſine pondere pumex
Excoquitur:liquor ille magis feruare,magisq́;
Fluminis in ſpeciem mitis procedere tandem
Incipit:& primis demittit collibus vndas.
Illæ paulatim bis ſena in millia pergunt:
Quippe nihil reuocat:curtis nihil ignibus obſtat:
Nulla tenet fruſtra moles:ſimul omnia pugnant.
Nunc ſyluas,rupesq́; notant hæc tela:ſolumq́;
Ipſa adiurat opes:facilesq́; ſibi induit annos.
Quod ſi forte cauis cunctatus vaſibus hæſit:
Vtpote inæquales voluens perpaſcitur agros:
Ingeminat fluctus:& ſtantibus increpat vndis.
Sicut cum curuo rapidum mare cernitur æſtu.
Ad primum tenuis ſinus agit vlteriores,
Progrediens late diffunditur & ſuccernens.
Flumina conſiſtunt ripis,ac frigore durant:
Paulatimq; ignes coeunt:ac flammea meſſis.
Exuitur facies tunc prima,vt quæq; rigeſcit
Effumat moles:atq; ipſo pondere tracta
Voluitur ingenti ſtrepitu:præcepsq́; ſonanti
Cum ſolido inflexa eſt:pulſatos diſſipat ictus:
Et qua diſcluſa eſt,candenti robore fulget.
Emicat examen:plagis ardentia ſaxa
Scintilla procul eſſe fide procul eſſe ruentem.
Incolumi feruore cadunt.verum impetus ignes
Si fumant quondam vt ripas traiecerit amnis,
Vix iunctis quiſquam fixo dimouerat illas.
Vicenos perſæpe dies iacet obruta moles.

DOMITIVS.

¶ Sobaris.) Sobaros, vehe/mens dicitur. Vnde ſobaris, vehemẽtibus ignibus. ¶ Amiſ/ſis opibus.) Succo. ¶ Mitis.) Quia deſcendit in ſimilitudi/nem fluminis. ¶ Molles.) Re/paratio. ¶ Quod ſi forte cauis cũctatus vaſibus hæſit.) Nũc vaſis,dicimus. Alij ſinibus,le/gunt:nam ſinum,prima lon/ga,ſignificat vas. Virgi.in Bu/co. Sinum lactis,& hæc tibi liba priape quot annis. ¶ Meſ/ſis flammea.) Copia flamma/rũ. ¶ Robore.) Duritia. ¶ Exa/men.) Multitudo ſaxorum.

ASCENSIVS.

¶ Haud equidem.) Perſtat in inſtituto pluribus verbis, pauca explicans,vt a Maro/niana phraſi,multum frigere dum de Ætna ſcribit, agno/ſcas:ſed quia inſtituimus or/dinem proſequamur. Equi/dem,ideſt certe(vel hoc vo/cabulum monſtrat non eſſe Virgilianum opus.ſemper.n. equidem,primæ perſonæ ac commodat authore Seruio, vt ſit,ego quidẽ.)haud,ideſt non mirum, factu,ſup.eſt,id quod cernimus extra.i.exte/rius,ſi opus lenitur.i.mitiga/tur, & remittitur,aut inter/mittitur:reſtat & vritur ma/gis,illic, ſcilicet vbi lenieba/tur & ſaxum ſolicitat magis incendia vicina:& præmittit certa pignora,ideſt authora/menta,aut corroboramenta, flammæ venturę. Nam ſimul atque mouet,ſupple ſe,curis, ideſt anxietate deficiendi, & minutus,ideſt iminutus diſ/fugit turbã:trahit extemplo, ideſt illico: ſolum,ideſt fun/dum,aut terram ſolidam: & trahit icta, ideſt percuſſa: ra/mis,ideſt ignibus lateralib⁹: & demonſtrat ſub terra gra/ue murmur,& ignes, ſupple graues:tum,ideſt tunc:ſpecu/laberis.i.videbis, ſup.quemli/bet pauidum fugere:& dece/dere rebus ſacris,ideſt timen/dis, quaſi execrabilibus:aut dijs conſecratis:& ſpeculabe/ris omnia parere colli tuto, ſcilicet ab acceſſu,quia nemo aſcendit collem,ideſt verticẽ Ætnæ ſic incẽſum. Nã ſubito efferuent incendia oneroſa, ideſt moleſta:raptis.i.corre/ptis,ſcilicet his qui non auſu/gerint:& molles accenſę ſub/eunt,ideſt ſubſequuntur,& ruinæ truncæ, ideſt abtruncatæ & abruptæ. Et arenæ voluunt examina.i.copias flammarum:atra & ſonant.i.ſimul ſonitum edunt:nec mons recipit.i.capere,& continere poteſt flammas:quia,ſupple defeſſus hinc,ideſt poſt/modũ anhelat,atq;.i.ſimul ac:hoſtis,ſcilicet ignis aperit ſe,ſpi/ritus decreſcit illic:haud.i.nõ aliter quam cum acies iacet:pro/na,ideſt proſtrata:campis deuicta trophæo lęto,ſcilicet victori cãpis dicit,& ſub.i.ante ipſa caſtra:quaſi inclinata ad caſtra: nã dicere potuiſſet,caſtriſq; ſub ipſis. Tũ,ideſt deinde:ſiquis lapi/dũ.i.ſiqs lapis:pertabuit.i.mollificatus emarcuit,igni ſummo,
aſperior

aſperior ſobaris.i. vehemẽti/bus ignibus: & quædam fax eſt ſordida.ideſt imunda(ſic Calderinus legit: fere tamen textus habent,ſopita,non ſo/baris: vt ſit,& quædam fax ſo/pita & ſordida eſt.) qualem cernes diſcedere.i.abſtrahi:fer/ro purgato.i.poſtquã ferrum purgatum eſt: verũ,ideſt ſed: vbi,ideſt poſtquam,cõgeries exiluit, paulatim ſublata ſa/xis caducis,tunc ſurgũt e ver/tice anguſto: ſic veluti lapis torretur in fornace:dum,ſcili/cet calx efficitur,& omnis hu/mor exuitur penitus venis, & pumex.i.lapis talis,læuis, ideſt planus,& ſine pondere, quia opibus amiſſis,ideſt ſuc/co deperdito & abſumpto ſu/bit altius:ille liquor, ſcilicet pinguis,excutitur magis & ĩ/cipit magis feruare, ſup.ſe. Et incipit tandem procedere ma/gis mitis,quia in morem flu/minis:& dimittit vndas,ſcili/cet liquoris,ſupple in primis collibus,illæ.ſ.vndæ,pergũt paulatim in biſſena.i.duode/cim millia.ſ.paſſuum:quippe i.vtpote,quas, aut quia certe nihil reuocat:nil obſtat igni/bus curtis.i. correptis: nulla moles, ideſt reparatio, aut moderatio,tenet fruſtra,ideſt conatur tenere & hæc vnda ignis:purgans ſimul omnia, vorat nũc ſyluas & rupes: & vorat hæc tela.i.ſaxa:& ſolũ, ideſt terram:& ipſa adiurat.i. adiurando aſciſcit:opes,ideſt auxilia & copias:& induit ſi/bi annos faciles.ſ.ad duratio/nem. Quod ſi forte cunctatus hæſit vaſibus(alij ſinibus,le/gunt:nam vaſa,vaſorum,di/cimus: verum olim diceba/tur, vaſum,vaſi: quo Cato apud A. Gellium vtitur:& ita poſſet pluraliter vtrunq; di/ci vaſibus,a nominatiuo ſin/gulari,vas:& vaſis,a vaſum: ſicut euentus,& euenta legi/mus. Poſſet etiam vaſis legi: vt ſit ſpondaicus verſus).i.ſa/xis cauis, vtpote qui voluẽs inæquales agros perpaſcitur, ſup.eos:& qui ingeminat flu/ctus:& increpat,ideſt crepitũ facit: vndis ſtantibus,ideſt ſta/gnis:ſicut cum mare lapidũ, ideſt marmorum,aut abun/dantia illorum ſaxorum:cer/nitur curuo æſtu,ideſt inun/datione lapidum. Ac agit pri/mum tenuis ſinus,progrediens,ac ſuccernens,ideſt occulte cer/nens vlteriores diffunditur late:flumina conſiſtunt ripis,ac du/rant,ſupple ſe,frigore,ideſt cõgelantur,& ignes,ac meſſis flã/mea,ideſt copia flammarum:coeunt,ideſt cõgregantur paula/tim:tunc prima facies exuitur:& vt quæq; rigeſcit,ideſt rigida ſit moles effumat,ideſt per fumum diſſoluitur, atque tractat, ipſo pondere voluitur p̃ceps,ſupp.cum ſtrepitu ingenti, atque ſonanti:& cum inflexa eſt ſolido,ideſt ab integro:diſſipat,ideſt in ventos diffundit ictus pulſantes. Et quia diſcluſa eſt robore, ideſt duritia candenti fulget: & examen,i.multitudo ſaxorum
ex antris:

ex antris: more apiū, ex aluearijs eductarū: efflatorū examen dico, per appoſitionē: ſaxa ardentia plagis.i.vulneribus, hoc eſt ambuſtionibus: micat, ſcintillat: ꝓcul eſſe fide, procul eſſe ruentes ignes, cadunt incolumi feruore, verū ſi fumant quondā, vt impetus traiecerit ripas amnis, vix quiſq̄ꝫ dimouerit illas.ſ.ripas: iunctis.i.adhærentibus: fixo.i.firmo & ſtabili: moles iacet ſæpe obruta vigenos dies.

Sed fruſtra certis diſponere ſingula cauſis
Tentamus: ſi firma manet tibi fabula mendax:
Materiam vt credas aliam. furere igne fauillam
Plurima pro pietate ſimul concreſcere: ſiue
Commiſſum lento flagrare bitumine ſulfur.
Nam poſt exuſtam cretam quoqꝫ robora fundit:
Et figulos huic eſſe fidem. dein frigoris vſu
Duriciem reuocare ſuam: & conſtringere venas.
Sed ſignum commune leue eſt, atqꝫ irrita cauſa,
Quæ trepidat. verum vbi certo pignore conſtat.
Nam velut arguti natura eſt æris & ignis,
Cum domitum conſtat, eademq́ꝫ, & robore ſaluo:
Vtranqꝫ vt poſſis æris cognoſcere portam.
Haud aliter lapis ille tener ſeu forte madentes
Effluit in flammas: ſeu ſit ſecurus ab illis:
Conſeruatq́ꝫ notas: nec vultum perdidit ignis.
Quin etiam externam multis color ipſe reſoluit
Non odor, aut leuitas. putris magis ille, magisq́ꝫ
Vna operis facies, eadem perq́ꝫ omnia terra eſt.
Nec tamen inficior lapides ardeſcere certos,
Interius furere accenſos: hæc propria virtus.
Quin ipſis quædam Siculi cognomina ſaxis
Impoſuere: fricas etiam ipſo nomine ſignant
Fuſilis eſſe notas: nunquam tamen illa liqueſcunt.
Quamuis materies foueat ſuccoſior intus:
Nec penitus venæ fuerint commiſſa molari.
Quod ſiquis lapidis miratur fuſile robur:
Cogitet obſcuri veriſſima dicta libelli,
Heracleti, & ibi nihil inſuperabile gigni
Omnia quæ rerum natura ſemina iacta.
Sed nimium hoc mirum, denſiſſima corpora ſæpe
Et ſolido vicina, tamen compeſcimus igni:
Non animos æris flammis ſuccumbere cernis?
Lentitiem plumbi non exuit? ipſaq́ꝫ ferri
Materies prædura tamen ſubuertitur igni?
Spiſſaq́ꝫ ſuſpenſis fornacibus aurea ſaxa
Exudant pretium? & quædam fortaſſe profundo,
Incomperta iacent: ſimiliq́ꝫ obnoxia ſorti.
Nec locus ingenio eſt: oculi te iudice vincent.
Nec lapis ille riget perculſus, & ignibus obſtat:
Si paruis torrere velis: cœloq́ꝫ patenti,
Candentem, preſſumq́ꝫ, agedum fornace coerce:
Nec ſufferre poteſt: nec ſæuum durat in hoſtem.
Vincitur: & ſoluit vires: captusq́ꝫ liqueſcit.

DOMITIVS.

¶ Venas.) In quibus regnat ignis. ¶ Pignore.) Promiſſione. ¶ Portam.) Apertionem. ¶ Conſeruat no.) Splēdorem ſuū. ¶ Fricas.) i. frigidas: phrico, ſignificat frigeo. ¶ Solido.) Quaſi dura. ¶ Aios.) Vires ipſius ferri. ¶ Lentitiem.) Debilitatē. ¶ Aurea.) Splendida ꝓpter ignē. ¶ Obnoxia.) Quia etiam illa ſunt ſplendida. ¶ Patenti cœlo.) In aere. ¶ Sæuum hoſtem.) Ignem.

ASCENSIVS.

¶ Sed fruſtra, &c.) Si (inqt) firmiter credis id quod fabula aſſerit, fruſtra tentamus diſponere ſingula certis.i.veris & nō fictitijs cauſis: non ꝙ lectoris fides quidq̄ꝫ faciat ad cauſam rei: ſed ꝙ fruſtra ſcripſeris, quæ nemo ſit crediturus, quia oportet diſcētē credere: ſed vt cætera quoqꝫ pateant. Ordo eſt. Sed nos tētamus fruſtra diſponere cuncta certis cauſis: ſi fabula mēdax manet tibi firma.i.firmiter tibi perſuaſum eſt, quod fabula aſſerit, ve pro vel: ſi tu credas aliā materiam, ſup. eſſe incendio: & fauillā.i.tenuē flāmā furere igne: & plurima cōcreſcere ſimul proprietate: & ſi credas ſulphur cōmixtum bitumine.i.terra pingui & ſulphurea: flagrare.i.ardere vento. Nam fundit quoqꝫ robore i.duritia ſua, poſt Cretā exuſtam.i.poſtq̄ꝫ bitumen exuit: & figulos eſſe fidem.i.præbere approbationē huic rei: dehinc ſi credas reuocare ſuam duritiem.i.robur, vſu frigoris.ſ.cōdenſantis, & conſtringere venas.ſ.in quibus ignis regnat: ſed ſignum commune eſt lene.i.inane: atqꝫ cauſa eſt irrita: quæ trepidat.i.vacillat, & periclitatur: vbi verum cōſtat certo pignore.i.approbatione. Nā velut ignis æreus i.in maſſa ærea, aut ferrea candenti: condomitus, ideſt victus, & non exedat: eſt naturę argutæ.i.ſubtilis aut ſtridulæ, & eadem.ſ.natura cōſtat: &.i.etiam, robur ſaluo vltra q̄ꝫ poſſis cognoſcere: portā.i.apertionem æris, haud.i.non aliter, ille lapis tenet, ſeu effluit forte in venas madentes: ſeu ſit ſecurus ab illis: & conſeruat notas.i.ſplēdorem ſuum: nec perdidit ignes vultu. Quinetiā ipſe color reſoluit multis extremam.ſ.naturam, nō odor aut ætas putris magis ille, ſ.color, magisq́ꝫ, ſcilicet reſoluit: vna facies eſt operis: & eadem terra eſt per omnia. Nec tamen inficior, ideſt non inficias inficias eo, hoc eſt non nego tamen certos lapides ardeſcere, & furere accenſos interius hæc eſt illis: ſupple propria virtus. Quin, ideſt quinetiā: Siculi.i.populi Siciliēſes, impoſuere ipſis ſaxis quædam cognomina: & ſignant etiam fricas.i.frigidas petras: ipſo nomine, ideſt ipſa appellatione: & ſignant notas eſſe fuſilium.ſ.ſaxorum, tamen illa, ſcilicet quæ fuſilia dicuntur, nunquā liqueſcunt: quamuis materies ſuccoſior foueat.ſ.ignes: intus.i.itrinſecus: nec furit commiſſa penitus, venę molari.i.molaris lapidis: ꝙ ſi quis miratur robur fuſile lapidis, cogitet veriſſima dicta: libelli obſcuri.ſ.ab obſcuro authore editi: & dicet nihil gigni inſuperabile, vero omnia ſemina quę rarum, ideſt raro contingunt iacta, ſupple eſſe: natura.i.per naturam, aut a natura: ſed nimium mirum, ſup. eſt, ꝙ nos tamen compeſcimus ſępe igni corpora denſiſſima, & vicina ſolido.i.q̄ſi dura & ſolida. Non, ideſt nōne, cernis animos æris ſuccūbere flammis, ideſt æs mitigari flammis.q.d. frequentiſſime. Non, ideſt nōne, exuit, ſ.flamma: lētitiem, ideſt mollitiem & debilitatem plumbi: & ipſa materies ferri quāuis, ſupple prædura ſit, tamē ſubuertitur.ſ.a duritie, hoc eſt mulcetur igni: & ſaxa aurea, ideſt dilucida ꝓpter ignem: ſpiſſa, ideſt dēſa & ſolida: exundant, ideſt dulciter emittūt pretium, fornacibus ſuſpenſis, ſcilicet in vertice Ætnæ: quædam iacent ſorte incomperta, ideſt abſtruſa: profundo, ideſt in imo fundo: & obnoxia, ideſt deuincta ſimili ſorte: quia etiā illa ſunt ſplendida: nec locus eſt ingenio, ideſt ſcrutationi mentis: oculi vincent, ideſt quod volūt, probabunt te iudice, ideſt potius adhęrebis rei viſæ, quam rationi quā mente concipias. Nam ille lapis perculſus, riget, ideſt inuenitur durus, & obſtat ignibus: ſi tu velis torrere, ſ.ipſum: paruis.ſ.ignibus: quia a magnis ſuperatus inceditur. Agedum, adhortandi aduerbium: coerce, ſupp. ipſum lapidem: candentem cœlo, ideſt aere patenti, & preſſum fornace ipſe: nec potes ſufferre.ſ.vim ignis: nec durat: in, ideſt contra: hoſtem ſæuum, ideſt ignem vehementem: & ita vincitur, & ſoluit, ideſt relaxat vires: & captus, ſcilicet ab igne: liqueſcit, ideſt reſoluitur in cinerem.

Quæ maiora putas autem tormenta moueri
Poſſe manu? quæ tanta putas incendia noſtris
Suſtentare opibus? quantis fornacibus ætna
Vritur, à ſacro nunquam non fertilis igne.

DOMITIVS.

¶ Vſu.) Non eſt talis ignis, quo vtimur nos pro vſu: ſed quali vtitur Iuppiter in fabricādis fulminibus. ¶ Folles.) Inſtrumenta quib. ignis creatur.

tur. ¶ Inſtigant.) Sollicitant. ¶ Fratres.) Zoetū & Amphionem: nō enim Etheoclem & Polinicē, hoc loco intelligere debemus. ¶ Ille impiger.) Videlicet Zoetus. ¶ Ille Canorus.)

Sed non qui noſtro feruet moderatior vſu:
Sed cœlo propior: vel quali Iuppiter ipſe
Armatus flamma eſt: his viribus additus ingens
Spiritus aſtrictis eliſus faucibus, vt cum
Fabriles operas rudibus contendere maſſis
Feſtinant: ignes quatiunt: folleſq́; trementes
Exanimant: preſſoq́; inſtigant agmine ventos.
Hæc operis fama eſt: ſic nobilis vritur Ætna.
Terra foraminibus vires trahit: vrget in arctum
Spiritus incendi viuit per maxima ſaxa.
Magnificas laudes, operoſaq́; viſere templa
Diuitijs hominum, aut ſacra memorare vetuſta
Traduce materia, & terris per proxima fatis
Currimus: atq; auidi veteris mendacia famæ
Eruimus: cunctaſq́; libet percurrere gentes.
Nunc iuuat ogygijs circundata mœnia Thebis,
Cernereq́;, & fratres ille impiger, ille canorus
Condere: felices alieno interſerit æuo.
Inuitata pio nunc carmine ſaxa, lyraq́;
Nunc gemina ex vno fumantia ſaxa vapore
Miramur: ſeptemq́; duces, raptumq́; profundo.
Detinet eurotas illic & ſparſa Lycurgi,
Et ſacer in bellum numerus ſua turba recenti.
Nunc hic cecropiæ varijs ſpectantur Athenæ
Carminibus: gaudentq́; ſua victrice Minerua.
Excidit hic reduci quondam tibi perfide Theſeu
Candida ſollicito promittere vela parenti.
Tu quoq; Athenarum carmen tam nobile ſydus
Erigone. ſedes veſtra en philomela canoris
Euocat in ſyluis: & tu ſoror hoſpita tectis
Acciperis: ſolis Tereus ferus exulat agris.
Miramur Troiæ cineres, & flebile victis
Pergamon, extinctoſq́; ſuos phrygas. Hectora primſi.
Conſpicimus magni tumulum ducis. hic & Achilles
Impiger, & victus magni iacet Hectoris vltor.
Quin etiam graiæ fixos tenuere tabellæ,
Signa'ue, nunc paphiæ rorantes parte capilli,
Sub truce nunc parui ludentes Colchide nati,
Nunc triſtes circa ſubiectæ altaria ceruæ,
Velatuſq́; pater, nunc gloria viua Mironis.
Quin etiam illa manus operum, turbæq́; morantem.

norus.) Amphion Eurotas, fluuius eſt Theſſaliæ, iuxta quem Apollo pauit armenta Admeti. ℣ Raptū profundo.) Amphiaraum. ℣ Lycurgi ſparſa.) Genua. Lycurgus, rex Thraciæ, qui genu ſibi abſcidit, dum Bacchi ſacra cōtemneret. ℣ Victrici.) Quia vicit Neptunum, in imponēdo no

Athena

mine Athenis. Orta enim fuit cōtentio inter Neptunum & Mineruam, de imponēdo nomine: contractūq; vt nomen imponeret, qui ſignū vtilius oſtēderet, percuſſa terra, Neptunus effudit equū, animal bello aptum. Minerua vero, oleam arborē pacis: ſed pax, bello pſtat: ideo Athena, victrix habita, nomē impoſuit.

Theſe⁹.

℣ Theſeu.) Notat patrem Theſei, Ægea præcipitaſſe ſe in fluctus: nomenq́; mari dediſſe: dum Theſea redeūtem, a Minotauro interfecto expectaret, cui mandarat, vt ſi victor eſſet, vela nauium alba ferrētur: ſi victus, nigra. verū oblitis nautis, mutare vela, nigra relata ſunt. Sicq; credēs filiū a Minotauro abſumptū, excidit in mare. Perfide, inquit: propter Ariadnē, ab ipſo The

Icarus.

ſeo derelictam in litore. ℣ Sydus) Tangit fabulam Icari, qui cum agricolæ merū potaſſent, Illi ebrij venenū potaſſe exiſtimantes eum peremerunt: canis vero qui eum comitarat, redijt ad Erigonē ſororem, ſiue (vt alij dicunt) filiam: quæ cum minime redeuntem Icarum videret, ſibi fidiſſimum, & omnia loca pquiſiſſet, ab oraculo habuit in alieno elemento, quæritaret, ſic, in aere perquiſiuit ſacris adhibitis, quæ oſcilla vocitant: de qbus Virg. in Georgi. Oſcilla ex alta ſuſpendunt mollia pinu. ℣ Athenarum.) Quia Icarus Athenien. fuit.

℣ Amphiona.) Iouis filius, ex Anthiopa cantu, & cithara, adeo eruditus, vt eo pulſante, lapides ſe cōponerēt in ædificiū: ſicq; Thebana mœnia ſcribuntur fuiſſe cōſtructa. Hora. in arte poetica, Dictus & Amphion, Thebanæ conditor arcis, Saxa mouere ſono teſtudinis, & præce blanda Ducere quo vellet. ℣ Soror.) Philomelā dicit accæptam, a Progne ſorore, dū a Tereo fuiſſet

Hector

violata. ℣ Hoſpita tectis.) Hoſpita aūt tecti, dicit: quia in parietibus nidificāt hyrūdines. ℣ Ferus Tereus.) Vt Pupa. ℣ Hectora.)

Achillis ſepulchrum.

Hector enim (vt tradit Dares Phrygius) paruæ ſtaturæ fuit. ℣ Magni ducis.) Achillis, qui ſepultus fuit in Sigæo promōtorio: ad quē tumulum, cū veniſſet Alexander magnus, O fortunate (inquit) tu iuuenis, qui tuæ virtutis Homerum habuiſti

Alexandri magni verbum.

præconem. ℣ Impiger.) Ita enim ex natura Achilles erat: vnde Hor. Scriptor honoratum ſi forte reponis Achillem, Impiger, iracundus, inexorabilis, acer. ℣ Victus vltor.) Paridem dicit: q vltor fuit Hectoris, in interficiendo Achille, ſagitta ab Apolline directa: & ipſe tamen a Pyrrho victus fuit, atque interemptus.

Dioclei

℣ Graiæ.) Athenas dicit. ℣ Tabellas.) Leges Solonis Paphiæ Veneris, quam Apelles depinxit Athenis. ℣ Dioclyde nati.) Ex filia Dioclei, qui fuit filius Orſilochi: vt eſt apud Homerum. Dioclei inde appellantur omnes, poſtea qui ea quia diuinam gloriam habent. ℣ Minacem.) Xerxem, qui combuſſit Athenas hominibus vacuas.

ASCENSIVS.

Quę maiora putas autem tormenta moueri.) Trahit vt incœperat omnia in admiratione: docetq́; ſe quoq; alijs de rebus, ac fabulamētis, poſſe ſcribere, cum notas habeat plurimas, quas tangit hiſtorias. Ordo eſt. Autē, pro ſed: quæ maiora tormenta putas poſſe moueri manu. i. artificio & miniſterio manuum: q̄. ſ. moueantur: ab incendio & occulta vi Ætnæ? q. d. nulla, quæ tanta incendia putas ſuſtētari. ſ. poſſe, noſtris. i. humanis: opibus. i. facultatib⁹, aut potentijs? q. d. etiam nulla. Nam Ætna vritur tantis fornacibus, & nunquā eſt nō fertilis. i. & ſemper eſt fertilis igne ſacro. ſ. Ioui: qui idē fulmina habet, aut vrendo nobis: ſed non tali, ſupp. qui feruet, moderatior. i. temperatior noſtro vſu: ſed qui ſupp. feruet, ꝓpior cœlo. i. igni elementari: vel quali flāma Iuppiter ipſe, eſt armatus. i. in fulmen conflata. Ingēs ſpiritus eſt additus his viribus, & hoc faucibus. ſ. fornacis: aut crateræ aſtrictis. i. anguſtis: eliſis i. attritis, aut abſumptis: vt cum, ideſt quando. ſ. fabri: feſtināt contendere. i. certatim exercere: operas fabriles, ideſt exercitia fabrorum: maſſis rudibus. i. laminis informibus, hoc eſt nondum formatis: ipſi quatiūt, ideſt commouēt ignes: & exanimant. i. euacuant: anima, ideſt folles trementes: & inſtigāt agmine. i. agminatim expellunt, vētos preſſos. ſ. in follibus. Hæc. ſ. dicta eſt, fama operis. ſ. incendij Ætnæi: Ætna nobilis. i. multum nota per tale incendium vritur: ſic terra trahit vias foraminibus. i. per foramina, hoc eſt poros. Spiritus i. vis ventorum, ac ignium: vrget in arcum. i. fornicem & curuaturam: & incedit. i. diffunditur: viuus i. actiuus & agilis per maxima ſaxa. Poſſemus, ſupple dicere magnificas laudes hominum: & tēpla operoſa. i. operoſe elaborata diuitijs hominū, aut memorare ſaxa vetuſta. i. antiqua edificia. ſed currimus materia traduce. i. nos traducente terris. i. in terris: per proxima fatis, ideſt rebus fato pereūtibus: atq; nos auidi eruimus. i. euellimus, ex animo ſectoris mendacia veteris famæ. i. opinionis de incendio Ætnæ, quæ erat mendax & erronea: & libet percurrere cunctas gētes. i. omnes hiſtorias inſignes diuerſarū gentium. Iuuat, ideſt delectat nos: nūc i. aliquādo: cernere mœnia circūdata Thebis Ogygijs. i. ab Ogyge conditis: & iuuat cernere quod fratres, ſupple fecere: ille impiger, ideſt acer venator Zœtus: ille. ſ. Amphiō: Canorus. i. muſicus, lyra canere ſolitus: fœlices condere. i. ad condenda aliena, ſ. opera: quia dicitur Amphion Thebanę cōditor arcis, ſaxa mouere ſono teſtudinis, &c. vnde ipſe interſerit æuo. i. facit memoriam perdurare: ſaxa inuitata, pijs carmine, & lyra: & miramur nunc gemina ſaxa fumantia ex vno vapore: videtur de Eteocle & Polinice loqui, qui dum viuerent immortali odio ſe, quanuis fratres eſſent proſequebantur: quapropter cum ſimul occiſi, vno rogo imponerētur, dicūtur eorum corpora adhuc odiū retinuiſſe, nec ſimul cremari voluiſſe: vnde diſiluiſſe dicūtur, atq; ita gemina ſaxa fumantia, ideſt vrnæ, aut ſarcophagi: orta

ex vno

ex vno vapore, ideſt rogo vaporoſo: & miramur ſeptē duces ſ. Thebarum: & raptum. i. abſorptum profundo. ſ. hiatu, hoc eſt Amphiaraum vatem: vt Statius in Thebaide docet. Eurotas. ſ. fluuius Theſſaliæ: detinet. ſ. nos admiratione ſui: & ſparſa ſ. genua: Lycurgi. ſ. regis Thraciæ, qui dum vites amputare vellet, genua incidit, atq; diſperſa dereliquit: & numerus ſacer. i. deuotus in bellū, hoc eſt omnium qui bello abſumpti ſunt. ſi legatur in bellum, poſſet de Belidis & Belidibus intelligi: appoſitorie, turba ſua. i. propria & debita; recēti. ſ. bello. aut cædi multa ſupplere & intelligi oportet, quia omnia obſcura & inuerſa ſunt: Ætnæ Cecropiæ. i. a Cecrope rege fundatæ, ſpectantur nūc hic i. in alia parte, variiſq; carminibus: & gaudent ſua Minerua victrice. ſ. Neptuni: quia rem vtiliorem producendo meruit ciuitati nomen dare: Nā ab Athena) ſic enim Pallas, ſeu Minerua, Græce dicitur. (Dictæ ſunt Athenę. O Theſeu perfide. ſ. in patrē, ac Ariadnen: excidit, hoc eſt extra memoriā cecidit: tibi reduci i. reuertenti, hoc eſt oblitus es: hic. ſ. apud Athenas, præmittere patri. ſ. Ægeo: ſollicito. ſ. de tua ſalute: vela candida. ſ. in ſignum incolumitatis tuæ: nam cum nigra videns te extinctum, putaret ſe præcipitem, in mare dedit: tu quoq; o Erigone, filia Icari, ſydus, ideſt conuerſa in ſydus: quia in virginem es, ſup. tam nobile carmē Athenarū: veſtra. ſ. tua, & canis tui ſedes: euocat Amphiona in ſyluis Canoris. i. fecit vt Amphion de vobis ſcriberet in ſyluis Canoris; & tu ſoror. ſ. Progne in hyrundinem verſa: acciperis tectis. i. intra tecta domorum: hoſpita. i hoſpitio: Thereus. ſ. rex, pater eius effectus vt Pupa, aut Epops: exulata a regia ſua, agris ſolis. i. deſertis. Nos miramur cineres Troiæ. ſ. exuſtæ, & Pergamon, ideſt Ilion: flebile victis. ſ. Troianis: ſed non victoribus Græcis: dicitur autem & hæc Pergamos, ſicut hæc Ilios, ab Horatio, verum hoc loco, neutrū poſuit: & miramur ſuos, pro eius; Phrygas, ideſt Phrygios, Troię habitatores extinctos: & Hectora (vt more ſuo: ſi Virgilius eſt Author, aut Virgiliano: ſi alius ducem ab exercitu ſeparet) & conſpicimus paruum tumulum magni ducis. ſ. Hectoris, vt Calde. declarat (Idem tamen de Alexandro magno, Tydeo, & aliis multis dici poteſt: ſed non erant Troiæ, vt Hector) Achilles impiger, ideſt pernix & velocibus plantis præditus: vt Homerus, & Statius atteſtantur: iacet etiā hic. ſ. apud Troiā in Retheo litore: & vltor magni Hectoris. ſ. Paris, qui Achillē interemit (vn̄ Æneid. vj. Phœbe graues Troiæ ſemper miſerate labores Dardana qui Paridis direxti tela, manuſq; Corpus in Æacidæ.) iacet hic victus. ſ. a Pyrrho. Quinetiam Graiæ. ſ. Athenæ, timuere tabellas fixas, ſcilicet leges Solonis continentes: & timuere nunc ſigna, appoſitorie, capillos Paphiæ. ſ. Veneris, ab Apelle depictæ rorantes. ideſt madidos: arte, ideſt artificioſe addito humore. Nati Dioclide, ideſt Dioclei filia (vt dicit Calderinus) ludunt nūc ſub cruce, ſcilicet futura: quia Diocleus Chretona & Orſilochū genuit: quos (vt Homerus ait) præſtantiſſimos viros, magnanimus Æneas, vnius horæ momento interemit corā ipſo Agamemnone: nunc, ideſt poſt modum, ſupple ſunt, ſeruæ triſtes, quæ pro inferis occiduntur, ſupple ſunt nūc circa altaria ſubiecta (Alii legunt, Colchide; vt de Medeę natis intelligas, alii ceruæ, vt de cerua pro Iphigenia oblata accipias. alii aliud, ſed oīa tam inuerſa, atq; obſcura ſunt, vt difficile verum exitum inuenias.) & pater, ſcilicet Diocleus, velatus, ſupple eſt, pullis veſtibus in ſignum mœroris: & gloria minoris, ſcilicet natorum, eſt nunc viua: quia διοκλέος, dicitur Iouis gloria, quam meruerunt fortiter moriendo. Quinetiam, ſupple cernuntur, illa manus. i. multitudo operum: & illæ, ſup. turbæ: Minaces. ſ. Xerxis quæ Athenienſibus terrorem incuſſerunt: & cum illi in muris ligneis, ſpem ſuam ſitam intelligētes, nauibus aufugiſſent, vrbem combuſſerunt: bene autem dicuntur, turbæ; quia tantus erat exercitus, vt dinumerari non poſſet.

Hæc viſenda putas terræ dubiuſq;, mariſq;.
Artificis naturæ ingens opus aſpice. nulla
Cum tanta humanis Phœbus ſpectacula cernes.
Præcipueq; vigil feruens cum ſirius ardens.
Inſequitur miranda tamen ſua fabula montem:
Nec minus ille pius, quamquam ſors nobilis ignis.
Nam quando ruptis excanduit ætna cauernis;
Et velut euerſis penitus fornacibus ignes,
Et vecta in longum rapidis feruoribus vnda:
Haud aliter q̄ cum ſæuo Ioue fulgurat æther:
Et nitidum obſcura cœlum caligine torquet.
Ardebant aruis ſegetes, & millia culta
Iugera cum dominis, ſyluæ, colleſq; virentes.
Vix dum caſtra putant hoſtem mouiſſe: tremebant:
Et iam finitimæ portas euaſerat vrbis.
Tum vero vt cuiq; eſt animus vireſq; rapinæ
Tutari conantur opes. gemit ille ſub auro.
Colligit ille arma: & ſtulta ceruice reponit.
Defectum raptis illum ſua carmina tardant.
Hic velox nimio properat ſub pondere pauper:
Et quod cuiq; fuit cari fugit ipſe ſub illo.
Sed non incolumis dominum ſu a præda ſecuta eſt.
Cunctantes vorat ignis: & vndiq; torret auaros:
Conſequitur fugiſſe ratos: & præmia captis
Concrepat: ac nullis parſura incendia paſcunt,
Vel ſolis parſura piis. nanq; optima proles
Amphion, fraterq; pari ſub munere fortes,
Cum iam vicinis ſtreperent incendia tectis:
Aſpiciunt pigrumq;, patrem, matremq; ſenemq;
Seu iam defeſſo poſuiſſent lumine membra.
Parcite auara manus, dites attollite prædas:
Illis diuitiæ ſolæ materq;, paterq;,
Hanc rapiunt prædam: mediumq; exire per ignem
Ipſo dante fidem properant. ò maxima rerum,

DOMITIVS.

¶ Viſenda.) Et longe magis debes ęſtimare, quod miracula Ætnæ tanto magis ſunt viſenda. ¶ Excāduit.) Extra candorē & ardorē exarſit. ¶ Sæuo Ioue.) Fulmina mittente. ¶ Euaſerat.) Ille qui iuerat ad videndum Ætnam, quæ eſt vrbs in ipſo monte, & exuſta fuit. ¶ Paſcunt.) Deuorant. ¶ Amphion.) Frater Zœtus. ¶ Pios.) Ideſt dum illi vadūt ad adripiendos patres, ab incendio flammæ, non illis nocent: ſed cedunt ignes. ¶ Ditis.) Plutonis. ¶ Piorū.) Iuerunt ad loca beatorum.

ASCENSIVS.

¶ Hæc viſenda.) Per figuratam iuſſionem, quę vim phibendi habet, monet author non admiranda eſſe taliū rerum figmenta, relictis miraculis naturæ: vnde reuocat nos ad cōſiderationē Ætnæ, atq; oppidi in ea incēdio deleti: cū fabula de Amphione & Zœto, qui cū Thebani ſint mirum: vnde hæc fabula nata, niſi de aliis loquatur. Sed ordo eſt. Tu dubius terræ & maris. i. neſcius rerum, quæ i terra, aut mari a natura ſiūt: puta. i. exiſtima, hęc. ſ. ſupradicta: viſenda. i. digna quæ viſantur, & contemplentur. q. d. id factum nō decere, vnde addit, Aſpice ingens opus naturæ artificis, ideſt effectricis Phœbus, cum, ſup. eſt ferūēs, exiſtens præcipue vigil, ideſt diutiſſime ſuper Orizontem noſtrum, apparens: quia tunc vigilare, & nocte dormire, a vulgo putatur; & cū Syrius, ideſt ſtella vicina caniculæ, eſt ardens, ideſt quādo eſt in ſolſtitio æſtiuali: & longiſſimi ſunt dies: & ita longiſſimum facit, quantum ad nos circuitū: nulla cernet tanta ſpectacula, ſup. in rebus humanis: vt, ſup. ſunt in reb⁹ naturalibus, vt in ꝑpetuo incēdio Ætnæ. Tamen montem, ſua fabula miranda inſequitur, ideſt conſeqtur, hoc eſt de mōte Ætna, & eius vrbis, q̄ in ea fuit incēdio: eſt miranda fabula. Nec ille, ſcilicet mons, eſt minus nobilis, pio. i. pietate quā ſorte ignis. Nam quando Ætna, ſcilicet mons, aut poti⁹ vrbs in ea ſita: excāduit, ideſt exarſit: cauernis ruptis. i. apertis: foraminibus cauernarū ꝑ eruptionē ignis: & ignes, ſupple excanduerunt, velut fornacibus penitus euerſis: & vnda, ſcilicet flammarū, vecta, ſupple eſt, in lōgum feruoribus, i. a feruoribus rapidis: haud, ideſt non aliter, q̄ cum æther fulgurat, Ioue exiſtente ſæuo, ideſt irato, aut ſuccenſo: & cum torquet cœlum nitidum, ſcilicet prius caligine obſcura. Segetes ardebāt, ſupple in aruis: & millia iugera culta ardebāt cum dominis, ſcilicet cultoribus; ſyluæ & colles virentes, dum vix putant hoſtem, ſcilicet ignem mouiſſe caſtra, ideſt proceſſiſſe: tremebant, ſcilicet ꝓ timore: & iam ſcilicet hoſtis ignis aut (vt Calderinus vult: is

Et merito pietas homini tutiſſima virtus.
Erubuere pios iuuenes attingere flammæ:
Et quacunq; ferunt illi veſtigia, cedunt.
Felix illa dies, illa eſt innoxia terræ.
Dextera ſæua tenent: læuaq; incendia feruent.
Ille per obliquos igneis fraterq; triumphans
Tutus vterq; pio ſub pondere ſufficit illam:
Et circa geminos auidus ſibi temperat ignis.
Incolumes abeunt tandem: & ſua numina ſecum
Salua ferunt. illos mirantur carmina vatum.
Ille ſe poſuit claro ſub nomine Ditis.
Nec ſanctos iuuenes attingunt ſordida fata:
Sed vere ceſſere domus, & iura piorum.

qui fuerat ad videndã Ætnã vrbem, in monte.) euaſerat iam portas vrbis finitimæ.i. proximæ, & in confinio ſitæ. Tum vero, ideſt & tunc maxime, aut ad verum conantur, ſcilicet omnes tutari opes: rapinæ, ideſt quas ex incendio rapere poterant (graphice autem deſcribit, populi trepidationẽ incenſa vrbe.) vt, ideſt ſecundum quod animus eſt, & vires, ſupp. ſunt cuiq;: ille, ideſt vnus fugientium gemit ſub auro, quod aſportare conat: ille colligit arma.i. vtenſilia ſua, aut arma bellica: & reponit ſtulta ceruice, qa ſtulte ſumuntur arma contra ignem: illum defectum, ideſt deficiẽtem: raptis, ideſt rapinis: tardãt ſua carmina, ideſt ſola carmina ſua, aſportare molitur: hic, ideſt alius pauper, properat nimiũ velox ſub pondere, parum, aut nihil aſportans: & ſub illo chari, ideſt ſub illa re chara, q̃ fuit cuiq;, fugit ipſe: ſed præda nõ eſt ſequuta incolumis, ideſt illæſa ſuum dominũ, quia ignis vorat cunctantes, ideſt immorantes, & torret auaros vndiq;, & intus, & foris: conſequitur.ſ. ignis: ratos.i. arbitrãtes: fugiſſe, ideſt iam euaſiſſe: & increpat.i. improperat: captis præmia.ſ. auaritię: hoc eſt exuſtionem, ac incendia parſura: nullis paſcunt, ideſt deuorant.ſ. omnes, & omnia parſura, dicit nullis, vel parſura ſolis deis: nãq; optima proles.ſ. Amphion, & frater.ſ. Zœtus: fortes ſub pari munere, ideſt officio pietatis, cum iam incendia ſtreperent tectis vicinis, aſpiciunt patrem pigrum.ſ. ſenio, & matrem ſenilem. Eheu, condolentis vox, aut expreſſiua doloris filiorũ: defeſſos, ideſt defatigatos, ita vt nõ amplius poſſent progredi: qui, ſup. poſuiſſent membra in primo limine: quia aufugere nõ potuiſſent (quia vero Amphioni Thebano, & fratri Iuppiter, dicitur pater: & quia hic de Ætna loquitur, oportet de alio Amphione Ætneo videlicet intelligere) poſuiſſent, dico, membra, niſi, ſupp. fuiſſet vox, dicens, O auara manus, ideſt multitudo auarorũ, parcite attollere.ſ. in humeros, prædas.ſ. quæ vos oprimãt diuitiæ, ſup. ſunt illis.ſ. Amphioni, & fratri: ſoli mater, & pater: tu quiſquis es rapies hanc, ideſt conſimilem: prædam.ſ. patrem & matrem, & properato exire per medium ignẽ: ipſo.ſ. igne: dante fidẽ, ideſt fiduciã. Pietas, eſt merito homini maxima rerum & tutiſſima virtus: flãmę.ſ. incẽdij: erubuere.i. veritę ſunt, attingere pios iuuenes: & cadũt quacũq; illi ferunt veſtigia.ſ. ſua. Illa dies, fuit felix: & illa lux, fuit innoxia terræ: qa licet exuſſit vrbẽ, dedit documentũ pietatis colẽdę: quod pro damno repoſitum, vult incẽdia ſæua: tenẽt.i. occupãt dextera.ſ. loca: aut dexteras partes, aut ſi legitur, dextra.i. in dextra: & feruent leua, ideſt in ſiniſtra parte. Ille.ſ. Amphion cũ fratre, triũphãs per ſinus obliquos, ideſt per diffugia incurua) Prius etiã ſinus, prima longa poſuit, dicens, Ac primũ tenuis ſinus agit vlteriores, quia tamẽ ſinus, niſi capiatur pro vaſe, priorẽ corripere ſolet: quidam legũt, ſignis: ſed difficilis eſt cõpoſitio.) vterq; tutus ſub pio pondere.i. onere patris & matris: ſufficit.i. ſuſtinet: illa.ſ. incẽdia: & ignis auidus tẽperat ſibi, circa geminos.ſ. fratres: & ita ipſi abeunt tandẽ incolumes: & ferunt ſecũ ſua numina.ſ. parentes & deos cũ parentibus: ſalua.i. illæſa ab incendio: carmina vatum mirantur.i. in admirationẽ trahunt: illos.ſ. fratres geminos: & ille.ſ. Amphion, poſuit ſe ſub claro nomine, aut numine: Ditis i. Plutonis.i. clarus ad inferos tandẽ deſcendit: nec fata ſordida i. mors obſcura, & ignobile letũ: attingunt iuuenes ſanctos ꝓpter pietatẽ, quia perpetuo illuſtres erunt in memoria, ac ore hominũ: ſed domus.i. manſiones: & iura piorum.i. quæ debentur pijs in Eliſijs campis: ceſſere.i. cõceſſa & attributa ſunt: iure ideſt merito: his.ſ. dictis fratribus pijs. Et hæc in Ætnam.

ÆTNÆ P. VIRGILII MARONIS, SIVE CORNELII SEVERI.

FINIS.



# P. VIR. MARONIS CIRIS AD MESSALAM.

Et ſi me vario iactatum laudis amore,
Irritaq́; expertũ fallacis pręmia vulgi,
Cecropius ſuaues expirans hortulus auras
Florentis viridi ſophiæ complectitur vmbra:
Tum mea quæret eo dignum ſibi quęrere carmen
Longe aliud ſtudium, atq; alios accincta labores
Altius ad magni ſuſpendit ſydera mundi:
Et placidum paucis auſa eſt aſcendere collem.
Non tamen abſiſtam cœptum detexere munus:
In quo iure meas vtinam requieſcere muſas,
Et leuiter blandum liceat de ponere morem.
Quod ſi mirificum genus omnes *
Mirificum ſæcli modo ſit tibi velle libido,
Si me iam ſumma ſapientia pangeret arce:
Quattuor antiquis hæredibus eſt data conſors:
Vnde hominum errores longe lateq́; per orbem
Deſpicere: atq; humiles poſſim contemnere curas:
Non ego te talem venerarer munere tali:
Non equidem: quamuis interdum ludere nobis,
Et gracilem molli liceat pede claudere verſum.
Sed magno intexens (ſi fas eſt dicere) peplo,
Qualis erichtheis olim portatur Athenis:
Debita cum caſtę ſoluuntur vota Mineruę:
Tardáue confecto redeunt quinquennia luſtro:
Cum leuis alterno zephyrus concrebuit euro:
Et prono grauidum prouexit pondere curſum.

## DOMITIVS.

*Argumentũ.* *Meſſala* Et ſi me vario.) Opuſculũ hoc, Virgili⁹ ad Meſſalã dirigit, q Auguſti tpe, magnis in rebus, & preſertim militaribus, exercebatur: eratq́; pterea orator non indignus, & poeta. Cupiebat igitur Maro, beneuolentiſſimum illũ ſibi efficere: cumq́; nonnulla ad Mecænatem & Octauium ſcripſiſſet, Cyrim ad ipſum Meſſalã direxit: in quo libro oſtendit famæ, atque gloriæ gratia, ſemper ſe fuiſſe accẽſum: librosq́; Græcos, non ſolum poeticos, verũetiam philoſophicos, euoluiſſe. Nunc quoq; nec ipſam poeticã relinquere affirmat, laudis eiuſdem gratia: ideoq́; non immerito, Cyrim opus appellat: *Cyris.* nam κυρίζω, præconizo eſt: & κύρισ, præconiũ: licet auem quandam eſſe videatur Virgi. oſtendere. ☞ Sophiæ.) Philoſophiæ. ☞ Fallacis.) Incõſtãtis. ☞ Nũ mea?) Scilicet philoſophia. ☞ Eo.) Vulgo. ☞ Aliosq́;.) Poeticos. Nam tunc dabat operam philoſophiæ: nunc intendit dare operam carminibus. ☞ Collem.) Locũ difficilem. ☞ Abſiſtam.) Deſiſtam. ☞ Munus.) Poeticum. ☞ In quo.) Munere poetico. ☞ Morem.) Scribẽdi oẽs artes, vel Muſæ. ☞ Pangeret.) Cantaret. ☞ Conſors.) ſ. philoſophia, eſt data hæredibus. Pythagorã hoc loco, Platonem, Epicurũ, & Ariſtotelẽ intellexerit, qui præcipue de phi-loſophia bene meriti fuerunt & ſcripſerunt. Vnde ex qua philoſophia, quaſi dicat poſſum per philoſophiam reprehendere mores hominum: ea enim nos impellit ad bene, beateq́; viuendũ. ☞ Humiles.) Terreſtres curas, & diuina conſiderare, atq; cœleſtia. *Peplũ* ☞ Peplo.) Peplum, velum appellamus, quo maxime Veſtales vtebantur: ſed etiam dicitur inſigne ex ſerico factum, in quo depingitur aliquid, aut ſcribitur, vt populo apparere conſueuit. ☞ Qualis.) Verſus. ☞ Erichtheis.) Quia Erichtheus fuit rex Athenienſiũ. ☞ Dona.) Sacra. ☞ Mineruæ.) Quæ celebrantur ab Athenienſibus: ac nomen impoſuit ſuum: ipſa enim Athena dicebatur. *Quinquatria.* ☞ Quinquatria.) Sacra, ſingulis quinq; annis fiebant, & preſertim in quinq; diebus. Vnde quinquatria Mineruæ, appellata ſunt. ☞ Zephyrus.) Deſcribit tempus in quo fiebant ſacra, Mineruæ, videlicet in reditu Zephyri, in primo vere.

## ASCENSIVS.

Et ſi me vario, &c.) Carmen hoc, Virgilianũ eſſe, tota atteſtatur phraſis. Nam plurima ex hoc, in alia opera tranſtuliſſe conſtat: vt ſicut de culice diximus. hoc opuſculũ quaſi ſui ingenij tentamentum atq; periculũ, præluſiſſe credere par ſit. Titulus operis eſt, Cyris Virgilij ad Meſſalam, in quo ẽt intentio poetæ, expreſſa videtur. Nam Cyris præconium dicitur: intentio videtur præconiũ & ſibi & Meſſalæ mereri. Farrago autem, ſiue argumentum carminis, eſt fabula de Scyllarum transformatione, quã miris ac varijs modis proſequitur. Libellus eſt vnus. Qualitas carminis eſt hexametra heroicę, non abſimilis, ſed in mediocri ſtylo verſata. Ordo autẽ & explanatio, eſt hmõi. Etſi, ideſt quãq̃; hortulus Cecropius, ideſt Atheniẽſis: hoc eſt, Cœtus philoſophorum, aut ſtudiũ philoſophiæ, expirans ſuaueis auras: & ſup. vmbras florentes: ſophiæ, ideſt ſapiẽtiæ: viridis, ideſt in vigore exiſtẽtis: complectitur, ideſt detinet me iactatum: vario amore, ideſt deſyderio laudis, & expertum præmia vulgi: fallacis, ideſt inſtabilis: & non pro merito præmiãtis, ſup. eſſe: irrita, ideſt friuola: & vana, & pro nihilo habenda, Num, ideſt nunquid: mea ſ. ſophia: quæret, ideſt conabitur quærere, ideſt deligere: ſibi carmen dignum: eo. ſ. vulgo q. d. minime: vnde addit, ipſa accincta, ideſt cõplectens longe aliud ſtudiũ, & lõge alios labores: ſuſpendit, ſup. me, altius ad ſydera magni mũdi, ideſt ad cõtemplationẽ ſyderum, & rerum cœleſtium: & auſa eſt aſcendere collẽ, ideſt apicem philoſophiæ placitũ multis: etſi inquã tali laude philoſophię iactatus ſum, nõ tamen abſiſtam. i. non deſiſtã ꝓpter ſtudium philoſophiæ detexere. i. perfecte texere (ſicut in Buco. Viminibus, molliq́; paras detexere iũco.) munus. ſ. poeticum: cœptũ, ideſt incœptum: in quo. ſ. munere tibi icœpto: vtinã liceat meas muſas, ideſt vires poeticas: requieſcere, ideſt reponi iure, ideſt vt iuſtũ eſt, & liceat deponere leuiter, ideſt faciliter: morem blandum. i. poeticũ, & facetum ſcribendi genus. Quod ſi omnes, ſcilicet Muſæ, aut artes, valent proferre mirificũ videlicet genus ſcribendi: ſcribam, ſupple aut dicã: mirificũ ſæcli, ideſt ætatis noſtræ: modo. i. dummodo libido ſit tibi velle. ſ. tale gen⁹, ideſt dũmodo tibi gratum & accæptum fuerit. Si ſapientia pangeret, ideſt cõpingeret & componeret me (Calderin⁹ dicit, cantaret: ſed incongrua videtur expoſitio) ſumma arte, ideſt ſummo artificio ornaret, quæ ſcilicet ſapientia eſt data: conſors, ideſt in conſimilem ſortem, quatuor antiquis hæredibus, ſcilicet præcipuis philoſophis, Pythagoræ, Platoni, Ariſtoteli, & Epicuro: vnde, ideſt ex qua ſapientia: ego poſſem deſpicere, ideſt contemnere, quaſi in altiori & honeſtiori loco poſitus: qa deſpicere, proprie, eſt deorſum inſpicere errores hominum, longe & late per orbem, ſcilicet diſperſorum: & poſſem contemnere curas humiles, ideſt de rebus terrenis. Si, inquam, tali arte me pangeret ſapientia: ego non venerarer te talem, ideſt tam excellentem virũ tali munere, ideſt tam humili, & incondito carmine. Equidẽ, ideſt ego quidem: non, ſupple poſſum, quod volo, aut nõ valeam te quidq̃ dignum afferre: aut quid ſimile: quod honeſte prætermittit, ne ſe vituperet præter equum: quãuis liceat nobis interdum ludere, ideſt faciles & de rebus humilibus verſiculos facere: vnde in Buco. Ludere quæ vellem calamo permiſit agreſti. & Oui. Ille ego qui fueram tenerorum luſor amorum, Ingenio perij Naſo poeta meo, & quãuis liceat nobis interdũ claudere verſum, pede gracili, ideſt tenui & humili ſtylo: non dicit venerarer te tali munere: ſed venerarer te, intexens verſu magno (ſi fas eſt dicere: quia nefas videtur diuinos honores Palladi debitos mortali accommodare: aut ſibi tantum ſumere: vt ſperet poſſe quidq̃ Palladis peplo dignum contexere) peplo, ideſt velo: quod Palladi offerri ab Athenienſibus ſolebat. Qualis, ſcilicet verſus, inſcriptus peplo: portatur olim, ſubaudi iam: vt ſit, iam olim (qđ & carmẽ pateretur) Athenis Erichtheis. i. ab Erichtheo rege ſic denominatis, ſupple tunc, cũ dona debita ſoluuntur, ideſt perſoluuntur Mineruæ caſtæ: quia perpetuæ virgini: & cum quinquatria, aut quinquẽnia, ideſt ludi quinquennales, redeunt tarda: quia luſtro, ideſt quinq; annorum ſpatio, quo a Romanis luſtrum fiebat: confecto, ideſt completo, hoc eſt quinto quoque anno: in menſe Maio: cũ Zephyrus leuis, ideſt terram leuẽ faciens: vnde in Georgi. Et Zephyro putris ſe gleba reſoluit, concrebuit, ideſt creber factus eſt: Euro alterno. i. alternatim flante: & prouexit curſum grauidum, ideſt oneroſum, & tardum: pondere prono, ideſt inclinato ad præcipitium.

DOMITIVS.

¶ Texũtur in peplo.) Pugnę Palladiæ geſta contra gigantes. ☞ Cocco.) Colore rubro. ☞ Typho.) Additur etiam Typho in peplo, qui etiam fuit vnus ex gigantibus dux præcipuus. ☞ Oſſeis.) Oſſæ montis. ☞ Æmathio vertice.) ideſt in Pelio, monte Theſſalię: nã Æmathia, Theſſalia dicitur, a rege poſt Deucalionẽ. ☞ Deę.) Palladi ſolenni, in feſtis quinq̃trijs. ☞ Doctiſſime.) O Meſſala poeta: ſicut oſtẽdit Tibullus in carmine, Te Meſſala canam. ☞ Intexere.) Depingere. ☞ Naturæ.) In te naturales. ☞ Senibus.) Futuris ætatib. ☞ Naſcimur.) Incipim⁹. ☞ Rebus.) Geſtis.

Felix illa dies, felix & dicitur annus:
Felices qui talem annum videre, diemq́;.
Ergo palladiæ texuntur in ordine pugnę:
Magna giganteis ornantur pepla trophæis:
Horrida ſanguineo pinguntur prælia ſucco.
Additur aurata, deiectus cuſpide Typho:
Qui prius oſſæis conſternens æthera ſaxis
Emathio celſum duplicabat vertice olympum.
Tale deæ velum ſolenni tempore portant.
Tali te vellem iuuenum doctiſſime ritu
Purpureos inter ſoles: & candida lunæ
Sydera, cœruleis orbem pulſantia bigis,
Naturæ rerum magnis intexere chartis.
Æternum ſophiæ coniunctum carmine nomen
Noſtra tuum ſenibus loqueretur pagina ſæclis.
Sed quoniã ad tantas nunc primum naſcimur artes:
Nunc primum teneros firmamus robore neruos:
Hæc tamen interea quę poſſumus: in quibus æui
Prima rudimenta, & iuuenes exegimus annos:
Accipe dona meo multum vigilata labore,
Et præmiſſa tuis non magna exordia rebus:

ASCENSIVS.

¶ Felix ille dies.) Progreditur ad quinquatriorum ludorum felicitatem deſcribendã: rediturus ad rerum ſuarum, modeſtam extenuationẽ: per quã impetrata venia, ad narrationẽ accingetur. Ordo igitur eſt. Felix, ſupp. eſt ille dies, quo peplum offertur: & annus dicitur felix: & felices, ſup. dicuntur, qui videre talẽ annũ & diẽ. Ergo, quia. ſ. in honorem Palladis, omnia fiunt pugnæ Palladiæ. i. quas Pallas (quæ & armorũ, & ſapientiæ: ſine quibus bella recte geri nequeũt, dea.) cum diuerſis geſſit: texũtur, ſcilicet in peplo: in ordine, ideſt per ordinẽ: quia magna pepla ornantur tropheis gigãteis, ideſt ſpolijs de gigantibus, per Palladem detractis. Et prælia horrida, quia cruenta: pinguntur, ſcilicet acu: cocco ſanguineo i. colore rubro, ſanguinem imitante: & additur, ſcilicet cęteris gigantibus: Typho, ſcilicet gigas egregius, & cæterorũ ductor: cuſpide deaurata. i. habens cuſpidem auratã, aut pingitur, ſupple cum cuſpide aurata, quam in manu tenebat, qui. ſ. Typho, conſternens prius, ſcilicet q̃ a Pallade proſterneretur: ęthera, ideſt ſummum aerem: ſaxis Oſſeis, ideſt Oſſæ, montis Theſſaliæ, Pelio impoſiti: duplicabat Olympũ. ſ. montem, in confinio Theſſaliæ & Macedoniæ: celſum, ideſt ſublimen: (vſq; adeo enim ſublimis eſt, vt vẽti, verticem eius non attingant: vnde pro cœlo habetur.) Vertice Æmathio. i. Theſſalico Athenien. ſupp. portant, deæ tale. i. taliter, depictum velum in tempore ſolenni. ſ. ludorum quinquatrium. O doctiſſime iuuenum. ſ. Meſſala: ego vellẽ intexere tali ritũ. i. modo: te magnis chartis naturæ rerum. i. conſcriptis de rerum naturis: intexere, dicit, te, inter ſoleis purpureos. i. rubicũdos: & inter candida ſydera lunæ: pulſantia orbem. ſ. ſphęram ſuã: ſignis cœruleis. i. nigreſcentibus. Etſi, ſupp. poſſem quod vellem: noſtra pagina. i. compacta tabella, hoc eſt ſcriptura: loqueretur carmine. i. metrice: ſenibus ſæclis, ideſt iam ſeneſcentibus, & quo cõfectis: tuũ nomen coniunctũ æternum ideſt vt dicunt æternaliter: ſophiæ, ideſt philoſophię, quã deſcriberem. Sed quoniam nos naſcimur nunc primum, ad tantas artes. ſ. poeticas, philoſophicis rebus locupletatas: quia, vt dicit Flaccus in arte, Rem tibi Socraticæ poterunt oſtendere chartę, & firmamus nunc primũ, robore, ideſt fortitudine: neruos teneros, ideſt vires graciles: ſubaudi, non audemus adhuc rem tãtã attentare: ſed id (vt prius dixi) prudenter omittit. Tamen, ideſt nihilominus, accipe interea hæc quæ poſſumus: in quibus exegimus prima rudimenta, ideſt primordia: & primas eruditiões æui, ideſt vitæ noſtræ: & primos annos. Accipe, inquam, dona vigilata, ideſt cum vigilia & lucubratiõe edita carmina: multũ noſtro labore, ideſt opera: & accipe exordia nõ magna, ideſt exigua: promiſſa tñ tuis rebus. Et hęc loco procemij dicta ſunt.

DOMITIVS.

Scylla. ¶ Impia Scylla.) Nunc proponit quid dicturus. Scylla, Niſi filia, Minois amore capta patrẽ ſuum prodidit: crinem q; aureum quo durante fatum erat, vt regnũ ſibi perpetuũ eſſet, ſubſecuit: ſed tandem ſpreta a Minoe, cum nauigaret, in auem fertur cõuerſa: ſed infra latius declarabimus. ☞ Cœruleis.) Nigreſcentibus. ☞ Vrbe.) Megarenſi. Niſus enim pater, regnabat Megaræ, quæ diruta fuit a Minoe. Amãt illã Scyllã: nã crebro ſcribũt de Scylla. ☞ Polyhymnia.) Muſa. ☞ Scyllæũ.) Scyllęũ mõſtrũ Monſtrum vocitatur, ſed nota varias eſſe opiniones: quidam dicunt Scyllam Niſi, in monſtrum, ſiue ſaxum Scyllæum conuerſam. Alij dicũt, Phorci & Crateidos filiam, ſpreto Tritone, adamaſſe Neptunum: ex quo Triton iratus, acceptis a Circe venenis, locum maris in quo Scylla lauare ſe conſueuerat, infecit: quem cum intraſſet puella, mox mutata eſt in monſtrũ: & eius inguina, canes videbãtur latrantes. Herodo. Secundum quoſdam, huius formã Virgi. iij. Æneid. deſcribit, dicens, Prima hominis facies, & pulchro pectore virgo Pubetenus poſtrema imani corpore piſtrix Delphinum caudas vtero cõmiſſa luporum, Homer. quoq; pedes duodecim habuiſſe, & colla ſex, caputq; i ſingulis terribile: e naui q; auferre, hominum corpora ſolitam, ſicut ſex accæpit e naui Vlyſſis. Quidam dicũt, ab Amphitrite mare fuiſſe infectũ, irata Scyllam amari a Neptuno. Quid. vero aſſerit, amatam a Glauco, quem cum Circe ad ſuum amorem diuertere nequiret, venenis ſuis mare infecit. dicebat enĩ Glaucus, prius in mari frondes naſcituras: & in mõtibus Algas, quæ in litoribus naſcunt, q̃ obliuiſci Sylłei poſſet amoris: q autem hic poeta, Scyllæum ſaxũ dicit, tangit hiſtoriam: nam (teſte Solino) ſaxum eſt in mari Siculo, plureis ſub ſe habens reſectos ſcopulos: & cum fluctus maris ingreditur latratum canum repræſentat. ☞ Erumnis.) Calamitatibus Vlyſſis. ☞ Dulichium.)

Exercuit alij exterruit.

Impia prodigijs vt quondam exterruit amplis
Scylla nouos auium ſublimis in aere cœtus
Viderit: & tenui conſcendens æthera penna
Cœruleis ſua tecta ſuper volitauerit alis.
Hanc pro purpureo pœnam ſcelerata capillo,
Proq́; patris ſoluens exciſa funditus vrbe.
Complures illam magni Meſſala poetæ, (Cõplures, alij Dũplures.)
(Nam verum fateamur: amat Polymnia verum)
Longe alia perhibent mutatam membra figura.
Scylleum monſtra in ſaxum conuerſa vocari.
Illam eſſe ęrumnis quam ſæpe legamus Vlyſſi
Candida ſuccinctam latrantibus inguina monſtris
Dulichias vexaſſe rates: & gurgite in alto
Deprenſos nautas canibus laceraſſe marinis.
Sed neq; mœoniæ patiuntur credere chartæ,
Nec malus iſtorum dubijs erroribus author.
Nanq; alias alij vulgo finxere puellas:
Quæ colophoniaco ſcyllæ dicuntur Homero.
Ipſe gratinei matrem, ſed ſiue erichthei,
Siue illam monſtro genuit grandæua biformi,
Siue eſt neutra parens: atq; hoc in carmine toto
Inguinis eſt vitium, & veneris deſcripta libido.
Siue etiam iactis ſpeciem mutata venenis
Infelix virgo (quid enim commiſerat illa?)
Ipſe pater nudam ſęua complexus arena

Scyllęũ ſaxum.

Coniugium caræ violauerat amphitrites;
Attamen exegit longo poſt tempore pœnas.
Vt cum cura ſuæ veheretur coniugis alto
Ipſa trucem multo miſceret ſanguine pontum.
Seu vero, vt perhibent, forma cum vinceret omnes:
Et cupidos quæſtu paſſim popularet amantes:
Piſcibus & canibus rabidis vallata repente,
Horribiles circum vidit ſibi ſiſtere formas.
Heu quoties mirata nouos expalluit artus:
Ipſa ſuos quoties heu pertimuit latratus:
Auſa quod eſt mulier numen fraudare deorum:
Et dictam veneri votorum vertere pœnam:
Quã modo multiplici iuuenũ quod ſepta caterua,
Dixerat: atq; animo meretrix iactata ferarum.
Infamem tali meritorum more fuiſſe
Docta palæphatia teſtatur voce papyrus.

¶Dulichium.) Oppidũ Vlyſſis in regno Laertis. Eadem fere carmina in Buco. ſunt. ¶Mœoniæ Homeri.) Qui dicit filiam fuiſſe Phorci: non Niſi. ¶Vulgo.) Vbiq;. ¶Colophoniaco.)
Colophon. cratineus.
Qm̃ Home. Colophonis, ciuis habetur: q̃ vrbs eſt Mœoniæ: vbi Apollo maxime celebraẽ: & ẽt ab oppido, clari⁹ appellaẽ cratinei: qa (vt dixim⁹) Phorci & Crateidos nymphæ, filia fuit. ¶Erychthei.) Nã qdã dicũt, ipſam Erychthei filiã: regis Athenienſiũ. Nonnulli, Athides filiam, quæ filia Cratinei fuit, qui etiam Athenis (teſte Straboẽ) imperauit. ¶Neutra.) Nec Crateis, nec Athis. ¶Toto carmine.) Eſt libido Veneris in Scyllã. ¶Exactis.) Ductis veriemis. ¶Pr̃.) Neptunus. ¶Amphitrites.) Vxor fuit Neptuni: ¶Trucem.) Tẽpeſtuoſum. ¶Sanguine.) Quoniam fecit illam Scyllam mutari in monſtrum: ſparſo prius eius ſanguine. ¶Quæſtu.) Lucro. Nã ob prædam amantum, fuit conuerſa in monſtrum. ¶Vallata.) Circundata. ¶Numen.) Quia quando numina maris ibant, volebat ea defraudare. ¶Et dictã Veneri.) Venus enim affecit Scyllam hac pœna, quoniam ſpoliabat amantes, cum gratis eis ſeruire debuiſſet. ¶Pachynnus.) Promontorium Siciliæ. ¶Palepaphiæ.) Veneris.

ASCENSIVS.

¶Impia prodigijs.) Aggreditur inſtitutum, quod eſt fabulam Scyllæ, in monſtr: mutatæ percurrere: quæ varie explicari ſolet: nam diuerſæ ſunt Scyllæ: ſed poetæ habent hoc de more, vt omnia a cognominibus geſta, quaſi ab vno geſta recitent, vt de his qui Iouis, Bacchi, Mercurij, Herculis, Veneris q; nomen ſortiti ſunt. Vnde in Buc. fabulam confundit, dicens. Quid loquar aut Scyllam Niſi, quam fama ſequuta eſt, Candida ſuccinctam latrantibus inguina monſtris Dulychias vexaſſe rates, & gurgite in alto, Ah timidos nautas canibus laceraſſe marinis, &c. vbi tamen quidam legunt, Quid loquar aut Scyllam Niſi: aut quã fama, &c. Et ita ego quoq; potius legerem. Nam aut, ve, vel, ne, nec, & ſimilia, non ponuntur in principio, niſi ponantur etiam in medio. hic tamen diuerſas recitat opiniones. Vnde Ordo eſt: vt, ideſt quemadmodũ: Scylla impia, ſcilicet in patrem Niſum, Megarenſium regem exercuit quondam nouos cœtus auium: factarum. ſ. ex hominibus, exiſtens ſublimis in aere: quia & ipſa in auem mutata eſt: & vt ipſa viderit nouos cœtus auiũ: & conſcendens ſydera, ideſt cœlum petẽs: tenui, ideſt recens nata penna: volitauerit ſuper ſua tecta, ideſt ſuper regiã paternam: alis cœruleis, ideſt cœrulei coloris. Soluens ſcelerata, ideſt ſcelere contaminata hanc penam, pro capillo purpureo. quem. ſ. pater eius, ſic habebat conſecratum, vt regnum non amitteret, tantiſper dum illũ haberet: ſed Scylla capta amore Minois, qui tunc vrbem obſidebat, eum patri dormienti abraſum, ad amatum tranſtulit: a quo tamẽ ſpreta, in auem verſa eſt: Niſo aui, in quã Niſus pater eius conuerſus eſt, perpetuo odio inimicam: & pro vrbe patris, ideſt paterna: exciſa funditus, ideſt euerſa & vaſtata. O Meſſala complures & magni poetæ, perhibent illam mutatam membra, ideſt habere membra mutata: longe alia figura: quia dicunt quidam, in monſtrum marinum verſam: quod plures de Scylla Phorci prædicant. perhibẽt, dico, mutatam ſic vocari, monſtra conuerſa in ſaxum Scyllæum (nam nos fateamur verum: nam Polyhymnia, ſcilicet Muſa, amat verum. Calderinus legit, amant, vt ſit, poetę amant: ſed non procedit: quãuis liceat dicere, o Polyhymnia, fateamur verum: nam plures poetæ amant de Scylla ſcribere: Sed (vt puto) appoſitum eius nominatiui, poetæ eſt: perhibent. Quidam legunt Polymnia: & ita fere dicitur: ſed quia primam corripit: & componitur a πολὺ & ὕμνεια q̃ſi multę laudis: poſſet dici Polyhymnia: ſicut in. j. carminum apud Horatium, Euterpe cohibet, nec Polymnia Lesboum refugit tendere Barbiton. Alij a πολὺ & μνεῖα, ideſt memoria, deducũt: & ita Polymniam diceretur: ſed merito vltima longa.) & perhibent illam eſſe quam nos legamus, ideſt legere poſſimus, ſæpe eſſe Vlyſſi erumnis, ideſt ad erumnas: quia ex ſocijs eius nõnullos deuorauit: & quam legamus ſuccinctam, inguina candida, ideſt habentem inguina candida, ſuccincta monſtris latrantibus, ideſt canibus: quod
Cõuiceret, alii cũ vinceret.
fingitur: quia vndę confractæ inter ſaxa Scyllea, quaſi latratum edunt: vexaſſe, ideſt vehementer agitaſſe (Docet enim Gellius, verbum eſſe vehemẽtiæ, & laceraſſe canibus marinis: nautas deprenſos. ſ. a tempeſtate (quod proprie de ipſis dicitur, vnde in Geor. Deprenſis olim ſtatio tutiſſima nautis.) i. gurgite alto, ideſt mari: ſed dicendo alto: epitheto tapinoſim, ideſt humilem ſermonem leuat. Sed neque chartæ Mœoniæ. i. Homericæ, patiuntur credere hęc: vt. ſ. Scylla, Niſi, dicatur in monſtrum marinũ verſa: nõ malus. i. falſus author ſup. faciet credere erroribus dubijs. i. per errores incertos: iſtorũ ſ. vilium, qui talia aſſerunt. Nanq; alij finxerunt vulgo. i. paſſim & impune, alias puellas quæ dicũtur Scyllæ: Homero. i. ab Homero: Colophoniaco. i. qui Colophonis dicitur ciuis ſeptem. n. vrbes (vt Gellius recitat) certãt de patria inſignis Homeri: ipſe ſ. Homerus, ſup. dixit. matrem Cratem: ſed ſiue dixit, hanc: ſiue ſup. mater, fuit Erychthei. i. Athenieñ. regis filia: ſiue grandęua. ſ. parens, genuit illam monſtro biformi. i. vt fieret monſtrum biforme: ſiue neutra. ſ. nec Cratis, nec Athis, eſt parens. i. mater: atq; id vitiũ inguinis. i. quod dicitur pubetenus in monſtrum verſa: eſt libido Veneris deſcripta in toto carmine, qđ. ſ. de Scylla a diuerſis ſcriptum eſt: ſiue etiam mutata, ſup. eſt: ſpeciẽ. i. habuit ſpeciem, hoc eſt formam, ſeu figuram mutatã: venenis exactis. i. ductis ad hoc: aut exactis. i. petitis: & quæ fontem veneni infecit, ad hoc exegit, hoc eſt vtcũq; in monſtrũ verſa ſit: eſt, ſup. infelix virgo: enim, pro quia: quid illa cõmiſerat. i. peccauerat. q. d. nihil: ſed ipſe pater. ſ. Neptunus: complexus ſ. Scyllã timidã. ſ. ſtuprari, ſup. in arena ſęua: quia maris: aut in aqua perfugere & effugere non poterat: violauerat coniugiũ. i. fidẽ matrimonialem: Amphitrites. ſ. coniugis. (Et declinatur, hęc Amphitrite, huius Amphitrites: & eſt ſpondaicus verſus.) charæ. ſ. aut prius, aut poſtea: non tunc cum fidem violaret: attamen exegit pœnas. ſ. a Scylla: longo tempore poſt: vt cum Scylla veheretur, alto. ſ. mari, aut thalamo charæ coniugis: ipſa. ſ. Amphitrite authoritate mariti, miſceret pontum trucem, ideſt mare tempeſtuoſum: multo ſanguine. ſ. Scyllæ, q̃ effuſo, prius ſanguine in monſtrum verſa eſt: ſeu. i. ſiue: vero. i. pro certo: vt perhibent. i. dicunt poetæ: ipſa conuinceret. i. ſuperaret oẽs: forma. i. formoſitate: & ita in ſe inuidiã excitaret: & ſpoliaret paſſim quæſtu. ſ. meretricio, hoc eſt lucro, amantes. i. amatores: cupidos. ſ. concubitus, aut copiæ eius, hoc eſt ſiue per odium Amphitrites, ſiue per inuidiam omnium nympharũ, cum oẽs, forma ſuperaret: ſiue propter quæſtum meretriciũ, quia amantes ſpoliauit, conuerſa eſt in monſtrum: ipſa vallata, ideſt circundata repente, piſcibus & canibus rapidis, qui vterũ eius intrauerunt: vidit formas horribiles ſibi circũſiſtere, ideſt circunſtare: Heu, condolentis vox: quoties ipſa mirata, ſeu mutata. ſ. in monſtrum nondũ amiſſa penitus ratione: expalluit. ſ. p̃ timore, ſuos artus nouos, ideſt quos iam induerat: q. d. frequẽtiſſime. Heu quoties pertimuiſſe, ꝓ pertimuerat: aut pertimuiſſe dicitur latratus ſuos: ꝙ i. quia: ipſa mulier. i. mortalis, ſicut in Ænei. Mixta deo mulier, cã eſt fraudare numen deorũ. ſ. marinorũ, quos ſecum rem habere cupiẽtes defraudauit: & ꝙ auſa eſt vertere, ideſt inuertere, & immutare: pœnã votorũ, ideſt quã amatores ex voto debuerant, edictã, ideſt expreſſe addictã Veneri, ſi. ſ. faceret eius copiã amatoribus, quam. ſ. Scyllã: Pachynnus. ſ. promontorium Siciliæ, docta. i. informatum: voce Palepaphiæ. ſ. Veneris, teſtatur fuiſſe infamem tali more meritorum: ꝙ, ideſt quia: ipſa ſepta, ideſt circũdata, multiplici caterua iuuenum, dixerat mala, ideſt conuitia, & execrationes, aut imprecatiões, aut malefica carmina, exiſtens meretrix, iactata animo ferarũ, ideſt ferino, aut beluino. Atq; ita multiplex eſt opinio, quæ Scylla, & cur in monſtrum verſa ſit, vnde ſequitur, Quidquid, &c.

Quidquid & vt quiſq; eſt tali de clade locutus,
Omnia ſint potius, liceat noteſcere Cyrin:
Atq; vnam ex multis Scyllam non eſſe puellis.
Quare quæ cantus meditanti mittere certos
Magna mihi cupido tribuiſtis præmia diuę
Pierides: quarum caſtos altaria poſtes
Munere ſæpe meo inficiunt foribusq; hyacinthi
Deponunt flores, aut ſuaue rubens Narciſſus,
Aut crocus alterna coniungens lilia calta:
Sparſaq; liminibus floret roſa: nunc age diuæ
Præcipue noſtro nunc aſpirate labori:
Atq; nouum æterno pertexite honore volumen.
Sunt pandionijs vicinæ ſedibus vrbes
Actæos inter colles, & candida Theſei
Purpureis late ridentia litora conchis:
Quarum non vlli fama concedere digna
Stat megara, actæi quondam munita labore
Alcathoi, Phœbiq;: deus nanq; affuit illi.
Vnde etiam citharæ voces imitantur acutas.
Sæpe lapis recrepat cyllenia munera pulſus:
Et veterem ſonitu Phœbi teſtatur honorem.
Hanc vrbem, ante alios qui tum florebat in armis:
Fecerat infeſtam populator remige minos.
Hoſpitioq; ſenis hypolidos auito *
Carpathium fugiens & flumina ceratea
Texerat. hunc bello repetens Cortinius heros
Attica cretæa ſternebat rura ſagitta.

DOMITIVS.

¶ Quicqd oĩa ſunt.) Ibi q̃ de cãtata ſunt poetis. ⁊ Noteſcere.) Claram fieri. ⁊ Diua.) Venus. ⁊ Meditãti.) Nam Scylla, ſemꝑ meditabat̃ decipe amantes. ⁊ Crocus, calta, Narciſſus, Hyacynthus.) Flores. ⁊ Pãdionijs.) Pandion.n. rex fuit Athenarũ: & pr̃ Niſi, q habuit Scyllam. ⁊ Acteos.) Athenienſes. ⁊ Theſei.) Tenſa, vrbs in Peloponneſo: eſt plurali tm̃ numero declinata, ſicut Arthaxata: & nõ lõge ẽ a Pilo. ⁊ Late.) Latex, aq̃. ⁊ Quarũ.) Cõcharum. ⁊ Actęi.) Ipſi⁹ Athis. ⁊ Deus.) Phœbus, hoc dicit ꝓpter nympham Alchatoen Megarẽſem, q̃ ab Apolline amata fuit: & quę dedit nomẽ cuidã Arci Megarẽſiũ: in quã ipſa Scylla aſcẽdere cõſueuerat, vt ſpectaret litora maris. Diciturq; Apollo in ipſius arcis, mœnibus citharã recõdidiſſe, accæptã a Mercurio Cyllenio, ab cylleno, mõte Archadiæ dicto. Quocirca, quoties arcis lapides mouebãtur, ſonitum reddebat cithara: vñ modulandi rõnẽ accæpiſſe mortales Ouid. lib. viii. refert, Regia turris. i. vo. am. In. q. auratã ꝓles Latonia fert̃, Depoſuiſſe lyrã ſaxo ſon⁹ eius inhæſit: Sæpe illuc ſolita eſt aſcẽdere filia Niſi, Et petere exiguo reſonãtia ſaxa capillo. quod idẽ hoc loco, poeta cõmemorat. ⁊ Hãc vrbẽ añ alios.) Tãgit quẽadmodũ Minos venit cõtra Megarẽ. ⁊ Remige.) Bello nauali. ⁊ Hippolydoſa.) Ab eqs fœtida dr̃: cõponiturq; ab ἵππος, qđ eſt equ⁹: & λύδοσα q̃ſi lydora. i. fœtida, & maledica interdũ. Hippolydoſa igit̃ erat Megara, ꝓpter mortes. ⁊ Carpathiũ.) Carpathos, iſula eſt Rhodioꝝ, & oppidũ ĩ Creta: ſed ab iſula, Carpathiũ mare eſt appellatũ. ⁊ Cerathea.) Cerathus, fluuius Cretæ, apud Gnoſum ciuitatẽ. ⁊ Heros.) Minos. ⁊ Attica rura.) Athenas. ⁊ Sagitta Cretæa.) Quia in Creta, & præcipue apud Gnoſum, ſagittis aptiſſimi calami naſcuntur.

Tenſa.

Arthaxata.

Alchatoen.

Cerath⁹

nã, q; in malã ꝑtẽ ſumẽdũ credamus: ſed tñ incerta eſt cã: vñ inuocat Muſas, dicẽs, O Pierides. i. Muſæ, quaꝝ altaria. i. dona oblatitia: inficiũt. i. imbuũt ſæpe meo munere: poſtes caſtos. i. talos in tẽplo vr̃o ſuſpẽſos. i. qb⁹ ſæpe ſacrifico, & qb⁹ ſanguine poſtes reſpergo (nã muſarũ ſacerdotẽ ſe fatetur in Geor. di. Me. ꝑmũ di. teneant Muſæ, Quarũ ſacra fero ingẽti ꝑculſus amore.) & quarũ foribus. ſ. tẽpli, Hyacinthi. ſ. pueri, ſiles illi q in florẽ hyacinthũ verſus dicit̃: & Narciſſus, ali⁹ puer, in ſui nois florẽ verſus: rubẽs ſuaue. i. cũ ſuauitate: aut Crocus cõiũgẽs. i. cõferẽs: lilia calta. i. flore luteolo (vt in Buco. Mollia luteola pingit vaccinia calta.) alterna. i. alternatĩ poſito: cũ lilijs deponunt ſępe flores. ſ. ſuos, aut ſe: nã & Crocus, puer fuiſſe dr̃ & in quarũ liminibus. ſ. tẽpli: floret roſa ſparſa: age (adhortãdi vox: ſed cõtra Vallã, q vult age, ſingulari tm̃ cõuenire: vt in eũ dicimus.) o diuę, aſpirate. i. fauete nũc, ꝑcipue nr̃o labori: atq; ꝑtexite. i. ornate: volumẽ. i. libellũ nouũ æterno honore: Hactenus, inuocatio nũc opus auſpicat̃, dicẽs, Vrbes ſunt vicinę ſedibus Pãdionijs. i. Athenięſibus, quarũ Pãdion rex fuit: iter colles Acteos. i. Atticos: & inter litora cãdida, Theſei. ſ. regis Athenarũ: ridẽtia late cõchis. i. cõchilibus: purpureis. i. vñ purpure⁹ color extrahitur. Quarũ. ſ. vrbiũ, vicinarũ Athenis: ſtat Megara. ſ. vrbs: non digna cõcedere vlli. ſ. vrbi: fama. i. famoſitate, hoc eſt quãtũ ad famã nulli cedat mutata. i. reparata, in melius quõdã labore, Actei. ſ. regis. (Calderin⁹ legit, latex: ſed mal⁹ eſt verſus: & inepta cõſtructio: ꝑterea dicit, q̃rũ. ſ. cõcharũ, ſed melius puto, q̃rũ vrbiũ, ſed ſuus, cuiq; captus eſt vtrũuis ſequere.) exiſtẽs dec⁹ Archadio. ſ. Mercurio & Phœbo, ꝓpter cytharã. Nãq; affuit. i. ornamẽto fuit illi: vñ ẽt imitat̃ acutas voces cytharæ. i. lyræ, illic ab Apolline depoſitæ, lapis pulſus recrepat. i. ſonare facit: munera Cyllenia. i. a Mercurio Cyllenio accępta: vt teſtet̃ ſonitu. i. ſonãdo veterẽ honorẽ Phœbi. i. aut quẽ Phœbus a Mercurio accæpit: aut quẽ illi attribuit, illic lyrã deponẽdo. Minos. ſ. rex Cretẽſiũ, q florebat tũ ĩ armis: añ alios. ſ. reges. i. ꝑcipue, fecerat hãc vrbẽ infeſtã. i. ĩfeſtauerat & vexauerat hãc vrbẽ: remige. i. remigio appulſus: populator. i. deprædator: & fuit ſeni. ſ. Niſo regi: hoſpitio. ſ. dũ floreret: & Hippolydoſa. i. fœtida: ab equoꝝ cadaueribus victo. i. poſtq; deuict⁹ erat. Heros Cortinius. ſ. Cretẽſis. i. Minos: vñ in Buc. Perducẽt aliq̃ ſtabula ad, Cortinia vaccę, fugiẽs Carpathiũ. ſ. mare: & flumina Cerathea. i. Cerathi fluẽta, apud Gnoſum ciuitatẽ Cretẽſem: & eſt verſus ſpõdaicus: texerat. i. obtexerat, & obſederat, hũc. ſ. ſenẽ regẽ, bello: & repetẽs. i. expetens hũc bello, ſternebat rura Attica. i. Athenienſia, ſagitta Cretea: quia præſtantes in Creta, fiunt ſagittæ.

ASCENSIVS.

¶ Quidqd, &c.) Dimiſſis varijs opinionibus, potius aſſentiri vr̃ eis q de Scylla, Megareñ. regis filia fabulã ſcripſerũt: quã ĩuocatis, vtpote ad rẽ obſcurã & difficilẽ Muſis, ꝓſequitur: deſcribẽs prĩo Megareñ. vrbẽ. Ordo aũt eſt. Quidqd. ſ. hæc oĩa ſunt. i. ſiue vera, ſiue falſa ſunt q̃ de Scylla dicunt̃: & vt. i. qualiter qſqs loquutus eſt: de tali clade. i. calamitate Scyllæ, liceat, ſup. eã noteſcere. i. clarã fieri, potius crini. i. ꝓpter capillos patris cõſecratos quos abſtulit: atq; licet noteſcere. i. patere nõ vnã eẽt Scyllã ex multis puellis: ſed, ſup. varias. Quare, o diua. ſ. Ven⁹: & q̃. i. q̃lia ꝑmia nimis magna tribuiſti, ſup. Scyllæ: meditanti. i. cogitanti: mittere cupidis. ſ. amatorib⁹, certos cãtus. i. carmina amatoria? q. d. ſæuiſſima ſunt qdẽ ꝑmia: qa in tale mõſtrũ, formoſiſſimam mutari videt̃ magni criminis ꝑmiũ: vt cõe vocabulũ, tã in bonam,

Sed neq; tunc ciues, neq; tunc rex ipſe veretur
Infeſto ad muros volitanti ex agmine turmas
Duceret & indomita virtute retundere mentes:
Reſponſum quoniam ſatis eſt meminiſſe deorum.
Nam capite a ſummo regis (mirabile dictu)
Candida cæſaries florebant tempora lauro:
Et roſeus medio fulgebat vertice crinis.
Cuius quam ſeruata diu natura fuiſſet:
Tam patriam incolumem Niſi, regnumq; futurum.
Concordes ſtabili firmarunt numine parcæ:
Ergo omnis caro reſidebat cura capillo:

DOMITIVS.

¶ Rñſũ.) Reddit cãm cur Niſus nõ timebat bellũ & pugnã Minois: & hoc ꝓpter crinẽ fatalẽ, quo durante, nõ poterãt mœnia vrbis deuaſtari. ⁊ Fibula.) Nectebat crinẽ Niſi. ⁊ Corſellæ.) Ex hebore factę: Corſellæ, in Aphrica oppidũ eſt, vbi ſunt elephantes. Inde corſellæ, heburnæ. ⁊ Furore.) Amore Minois, qa Scylla pr̃i Niſo & patriæ ruina fuit. ⁊ Malus puer.) Nunc dãnat, Cupidinẽ, quia fuit cã tanti mali. ⁊ Anus idem.) Qui ex Venere natus, quæ erat filia Iouis: licet plures Cupidines enarrent̃: alius enim ex Mercurio & Diana: & alius, ex Marte. ⁊ Ille etiam.) Nũc docet potẽtiã Cupidinis. ⁊ Magnũ.) Eſt dicẽdũ de ſuperis. ſ. Iunonis: puer enim Iunonẽ ſurentẽ, fecit ipſa inſcia Scylla. ⁊ Diuæ.) Iunonis. ⁊ Suſpenſam.) Pẽdentẽ: quia quando mulier incedit, habet veſtem laxam, quæ videtur ludere. ⁊ Ignis.) Amor. ⁊ Pallentis.) Sic in Bucoli. Pallentij cedit

Corſellæ.

Aurea ſolenni comptum quoq; fibula ritu
Mopſopio, tereti nectebat dente cicadæ.
Nec vero hæc vobis cuſtodia vana fuiſſet,
Nec fuerat: niſi Scylla nouo correpta furore;
Scylla patris miſeri, patriæq; inuenta ſepulchrum
O nimium cupidis ſi non inhiaſſet ocellis.
Sed malus ille puer, quem nec ſua flectere mater
Iratum potuit, quem nec pater, atq; auus idem
Iuppiter. ille etiam pœnos domitare leones,
Et validas docuit vires manſueſcere tigris.
Ille etiam diuos, homines ſed dicere magnum eſt.
Idem tum triſtes acuebat paruulus iras
Iunonis magnæ: cuius periuria diſtæ
Olim ſe meminere diu periura puellæ.
Nonnulli liceat violauerat inſcia ſedem
Dum ſacris operata deæ laſciuit: & extra
Procedit longe matrum, comitumq; caterua,
Suſpenſam gaudens in corpore ludere veſtem,
Et tumidos agitante ſinus aquilone relaxans.
Necdum etiam caſtos guſtauerat ignis honores:
Necdum ſolenni lympha perfuſa ſacerdos
Pallentis folijs caput exornarat oliuæ:
Cum lapſa è manibus fugit pila: cumq; relapſæ
Procurrit virgo, quod vti ne prodita ludo
Aurea iam gracili ſoluiſſet corpora pallam.
Omnia quæ retinere gradum, curſuſq; morari
Poſſent: ò tecum vellem tua ſemper haberes:
Non vnquam violata manu ſacraria diuæ
Iurando infelix nequicquam iura piaſſes.
Et ſiquis nocuiſſe tibi periuria credat:
Cauſa pia eſt. timuit fratri te oſtendere Iuno.
At leuis ille deus, cui ſemper ad vlciſcendum
Quæritur ex omni verborum iniuria dicto:
Aurea fulgenti depromens tela pharetra,
Heu nimium tereti nimium tirynthia viſu
Virginis in tenera defixerat omnia mente.

dit oliuæ. ¶ Pila.) Neſciebat ludere pila, quẽadmodũ puellæ furentes ſolẽt. ¶ Diuæ.) Iunonis: qa eam mulieres colebãt, ꝑ quã ẽt iurabãt. Iuue. Per Iunonẽ iurãte miniſtro. ¶ Adoleſcentum.) Qui ex minimis dictis patiunť iniuriã. ¶ Tela.) Fortia: qualibus Hercules Tirynthiꝰ fuit vſus. ¶ Tirynthia.) In Pelopõneſo, vrbs inſignis mœnibus fuit: & quidam dixerunt coli ibidem Cupidinẽ. ¶ Virginis.) Scyllæ.

ASCENSIVS.

¶ Sed neq; &c.) Oñdit ſecuritatẽ regis, propter capilli fatalem cõſecrationẽ: vtpote, quo ſaluo, regnũ amittere nõ poterat. Ordo ãt eſt. Sed rex ipſe. ſ. Niſus: neq; veretur tunc. ſ. cũ Minos obſideret: ciues. i. bella inteſtina, aut ſeditiones ciuiũ: neq; veretur tũc turmas, voltãtes ad muros, infeſto. i. vim inferente: agmine. ſ. hoſtili: ducere. i. ducebat: & retundere. i. retũdebat mẽtes: idomita virtute. i. licet indomita virtute præditæ eſſent hoſtiũ mẽtes: tñ nihili ducebat, & retũdebat eas fatali ſecuritate munitus. Aut ſic. Nec, ſup. curat, ducere, ſ. cõtra hoſtem: nec retundere mentes, indomita virtute: qm̃ ſatis eſt meminiſſe rñſum deorum. Nã cæſaries candida (mirabile dictu. i. quæ res eſt mirabilis dictu) ſup. erat, a ſummo capite regis, & tpa. i. mediæ capitis ptes: florebant lauro. i. coronã laureã gerebãt: & crinis, i. capillus roſeus, aut coloris: aut odoris roſei, fulgebat medio vertice: cuiꝰ. ſ. crinis, quandiu natura fuiſſet ſeruata: tã, ſup. diu, Parcæ cõcordes, ſtabili numine. i. volũtate, & nutu diuino: firmarũt, ꝑ firmauerũt. i. ſtabiliuerũt, & firmiter cõſtituerũt patriã Niſi, ſup. futurã eẽ incolumẽ: & regnũ Niſi futuꝝ, ſup. icolume. Ergo oĩs cura. ſ. Niſi: reſidebat. i. ſita erat, ſup. i capillo: cano. i. cani capitis, quẽ cõptũ ſolẽni ritu fibula aurea nectebat tereti, dente cicadę Corſellæ. i. q̃lis eſt apud Corſellã ciuitatẽ Aphricæ frequẽs, hoc eſt elephãtis: dẽte igiť eburno. Nec vero hæc cuſtodia. ſ. capilli fuiſſet: nec fuerat vobis. ſ. Megarẽſibus: vana niſi. i. ſi non: Scylla. ſ. filia Niſi: cõcępta. i. correpta: nouo furore. i. amore i hoſtẽ: Scylla dicit inuẽta ſepulchrũ. i. excidiũ pr̃is miſeri, & pr̃iæ, ſup. miſeræ: ſi nõ inhiaſſet. i. cupiditatẽ inhiãdo indicaſſet: ocellis. i. iminutis ꝑ appetitũ libidinoſum, oculis o. nimium cupidis: ſed ille puer. ſ. Cupido, deus amoris: malus. i. ꝑniciofus, ſup. fuit quẽ nec ſua mr̃ ſ. Venus, q̃ ſæpe impatiẽter amauit, potuit flectere iratũ. i. quoties iraſcebať, quẽ nec pr̃, atq; auus. ſ. Iuppiter: qa Iuppiter eũ ex filia genuit, ſupple potuit flectere: vñ in. j. Ænei. li. Venus ad Cupidinẽ, Nate meæ vires mea magna potẽtia ſolus, Nate pr̃is ſummi qui tela Typhœa temnis, ille. ſ. Amor, ſeu Cupido, deus amorũ:

amorũ: potuit domitare etiã leones Pœnos. i. Punicos, q ſeroces, & iubati ſunt: & docuit tygres validas. ſ. ꝑnicitate, & feritate ẽt, mãſueſcere victas, ſ. amore. Ille ẽt docuit mãſueſcere diuos hoĩes. i. iter hoĩes verſantes, aut ex hominibus factos: ſed magnũ eſt dicere. i. enarrare, diuorũ amores. Idẽ paruulus. i. cũ adhuc eẽt paruulus acuebat iras. i. litẽ fouebat, & acriter cõtendebat cum ſuperis. Scylla inſcia. i. ignara: violauerat ſedẽ. i. templũ magnæ Iunonis, cuius diuæ piuria non liceat vlli puellæ, ſe meminiſſe diu periura. i. licite (licet per nefas meminerit) violauerat, dicit, ſedem Iunonis, dũ operata. i. exercitata ſacris deę. i. dũ poſtq̃ ſacrificauerat, laſciuit, & ꝓcedit lõge extra caterua, ideſt cætũ matrũ, & comitum, gaudens veſtem ſuſpẽſam, ideſt pẽdẽtẽ ludere in corpore: & relaxans ſinus. ſ. veſtiũ: tumidos, ideſt inflatos: Aquilone agitãte, ideſt impellentę: ignis. ſ. amoris: necdum i. non adhuc agitauerat, ideſt expulerat: honores caſtos. i. caſtitatis, & virginitatis: necdũ, ideſt nõ adhuc: & ſacerdos ſ. pronuba: perfuſa, ideſt aſperſa: lympha ſolẽni, ideſt ſolẽnitati nuptiali apta, nõ exornarat adhuc caput. ſ. virginis folijs, oliuæ pallẽtis, qbus ornabantur nubentes, cũ pila fugit lapſa e manibus, ideſt cũ adhuc neſciuit ludere pila: cũq; ipſa virgo, ꝓcurrit relaxe, ideſt diſſolute, quo ludo vti, ideſt vtebatur, ne prodita, ideſt manifeſtata eẽt, quod vagaretur imprudenter: palla aurea ſoluiſſet. i. laxaſſet iam gracili corpore: omnia q̃ poſſent retinere gradũ & imorari curſum: o optandi vox: ego vellem vt, ſup. haberes, ſemper tecum tua ſacraria: non violata vnquam manu (ſi dixeris, tua manu, non ſtabit ratio metri.) quia infelix nequidq̃, ideſt nullo modo: piaſſes, ideſt polluiſſes: vnde piaculũ res expiatione digna. (Nã piare, & pium facere, ac pie colere, & piaculum cõmittere, ſignificat.) iurando. ſ. per Iunonẽ, per quã proprium eſt vxoribus iurare. Et ſiqs credat periuria nocuiſſe, tibi cauſa eſt pia: quia Iuno timuit te oſtẽdere fratri. ſ. Ioui: at ideſt ſed: ille deus. ſ. Iuppiter: eſt. ſup. leuis, ideſt leuiter iraſcẽs: cui quæritur iniuria ex omni dicto verborum adoleſcentũ (& tamen dicitur, ꝙ periuria ridet amantum. verũ ſunt qui dicant, ille deus. ſ. Cupido leuis, quia alatus: vnde ſequitur) depromẽs tela aurea, ſupple ex pharetra fulgenti: heu nimium tereti, ideſt rotunda, & oblonga, ſcilicet pharetra: & tela nimiũ Tirynthia, ideſt Herculea; hoc eſt fortia, qualibus Hercules Tirynthius vti ſolebat: defixerat interea omnia, ſcilicet tela: mente, ideſt in pectore: virginis, ſcilicet Scyllæ: iuſſu, ſcilicet Veneris, aut Iunonis læſæ.

Quæ ſimul ac venis hauſit ſitientibus ignem:
Et validum penitus concępit in oſſa furorem:
Sæua velut gelidis cyconum biſtonis in oris,
Icta'ue barbarico cybeles antiſtia buxo,
Infelix virgo tota bacchatur in vrbe.
Non ſtorace ideo flagrantes picta capillos,
Cognita non teneris pedibus ſicionia ſeruans,

DOMITIVS.

¶ Biſtonis.) Eſt lacus in Thracia: iuxta quẽ ex buxo tibiam inuenerũt, q̃ Phrygii vſi ſunt. ¶ Antiſt.) ſacerdotiſſa. ¶ Sithonũ.) Sithõ, ciuitas eſt Thracię vñ Sithones, populi Thraciæ. ¶ Storace.) Storax, genꝰ arboris, ex q̃ odoriferũ fiebat vnguẽtũ; & quo capillos aſpergebãt. ¶ Bacchata.) Gemmis ornata. ¶ Cœti.) Simulabat ſe videre ſydera cœli, & ſpeculari: ſed ſolũ faciebat, vt poſſet ſpectare regẽ Minoem amatũ. ¶ Pſalteria.) Genus inſtrĩ muſici. ¶ Lybico.) Eburneo. ¶ Rubor.) Quia pallentes ſunt amantes: lege Ouid. in Amoribus. ¶ Præceps.) Sine reſpectu ſalutis.

Sithon.

Storax.

rĩs.⸿Oeſtro.)Veſte ex œſtro,i.
quo mitteret hoſti nũc pr̃num
crinẽ.⸿Rapto.)Capillo.Niſi
pr̃is.⸿Quis bon⁹?)Poeta ex/
cuſat puellã,ꝗ qſq; iudex opti
mus exiſtimaret,puellã nõ ra/
puiſſe crinẽ pr̃nũ,dedita opa:
ſed poti⁹ex ignorãtia,& caſu
quodã ⸿Celeres.)Aues velo/
Dauliades. ces.⸿Humani.)Quia ex hũa/
no corpe,factæ ſũt aues.⸿Dau
Cyris. liades.)Progne & Philomela,
quę fuerũt de Daulia,oppido
Thraciæ.⸿Chariſſima.)Scyl/
la.⸿Cognatos.)Quia Niſus,
pr̃ Scyllæ,frater erat Philome
læ & Prognes,ex Pãdiõe parẽ
te rege Athenarũ.⸿Cyris.)i.
Scylla,q̃ Cyris ẽt denoĩata eſt
qa capillũ patris ſecuit:κείρω
eni Græce,ẽt tõdeo ſignificat:
idq; vna ab authorib⁹denoĩa/
tio ipſius declarat.⸿Præuerti
te.)Ite añ oẽs nubes.⸿Chal/
Chalcis chei⁹.)Chalcis,oppidũ eſt Lo
crorũ,& in Eubœa ẽ:ſed nõ ꝓ/
pterea,Niſus Megarẽſiũ rex,
Chalchei⁹ noĩat⁹ eſt:ſed poti⁹
ab aureo capillo:nã χαλκὸς
æs & metallum ſignificat.

Non niueo retinens bacchata monilia collo.
Multum illi incerto trepidant veſtigia curſu.
Sæpe redit patrios aſcendere prodita muros:
Aeriaſq; facit cauſam ſe viſere turres.
Sæpe etiam triſtes voluens in nocte querelas
Sedibus ex altis cœli ſpeculatur amorem:
Caſtraq; proſpectat crebris lucentia flammis:
Nulla colum nouit:carum nec reſpicit aurum:
Non arguta ſonant tenui pſalteria chorda:
Non libyco molles plauduntur pectine telæ:
Nullus in ore rubor:vbi enim rubor,obſtat amori?
Atq; vbi nulla magis reperit ſolatia tantis:
Tabidulamq; videt labi per viſcera mortem:
Quo vocat ire dolor:ſubigunt quo tendere fata:
Fertur:& horribili præceps impellitur œſtro:
Vt patris ah demens crinem de vertice ſeruet:
Furtimq; arguto detonſum mitteret hoſti.
Nanq; hæc conditio miſeræ proponitur vna.
Siue illa ignorans:quis non bonus omnia malit
Credere:q̃ tanto ſcelere damnare puellam?
Heu tamen infelix(quid enim prudentia prodeſt?)
Niſe pater,cui direpta crudeliter vrbe
Vix erit vna ſuper ſedes in turribus altis:
Feſſus vbi extructo poſſis conſidere nido:
Tu quoq; auis moriere,dabit tibi filia pœnas.
Gaudete o celers ſubnixæ nubibus altis,
Quæ mare,quæ virides ſyluas,lucoſq; ſonantes,
Incolitis:gaudete vagæ,blandæq; volucres.
Voſq; adeo humani mutatæ corporis artus,
Vos o crudeli fatorum lege puellæ,
Dauliades crudele.venit cariſſima vobis
Cognatos augens reges,numerumq; ſuorum,
Ciris,& ipſe pater,vos o pulcherrima quondam
Corpora cœruleas præuertite in æthera nubes:
Qua nouus ad ſuperum ſedes calcheius,& qua
Candida conceſſos aſcendat Ciris honores.

ASCENSIVS.

⸿Quæ ſimul ac venis hauſit
ſitiẽti.&c.)Recitat quõ Scylla
capta amorẽ Minois de baccha
ta eſt.Ordo ãt eſt.Quæ.ſ.Scyl
la:ſimulac.i.ſtatim,poſtq̃ hau
ſit ignẽ.ſ.amoris:venis ſitiẽti
bus.i.Cupidinis:& cõcepit in
oſſa.i.ad medullas vſq; peni/
tus:aut amorẽ penitus.i.oĩno
validũ,ipſa virgo infelix bac/
chat.i.amore bacchãtiũ vagat
in tota vrbe:velut Biſtonis.i.
mulier Threiſſa,ad Biſtonẽ,la
cum Thraciæ habitãs,ſup.bac
chat;ſæua,i.incẽſa:ore.i.cãtu
tybiæ:Sithonũ.ſ.pplõꝝ Thra/
ciæ;ve,ꝓ vel:vt,ſupp.bacchat:antiſtita Cybeles.i.ſacerdotiſſa:
icta.i.ſtimulata:buxo Barbarico.i.fiſtula a Barbaris iuẽta:nõ pi
cta.i.nõ hẽns pictos capillos:ſtorace idęo.i.vnguẽto,ex ſtorace
arbore,in Ida plurimũ creſcẽtę.Nõ cognita.ſ.ꝑ generoſum ĩceſ
ſum:aut nõ cõdita,i.incõpoſita,teneris pedib⁹ſeruatis:ſic oĩa.
ſ.ornamẽta,incõdita,aut incognita:& nõ retinẽs collo niueo:
monilia bacchata.i.bacchis,hoc ẽ gẽmis ornata veſtigia.i.pedes
trepidãt illi multũ:curſu incerto.i.incõſtãti.Ipſa redit ſępe ꝓdĩ
ta.i.accuſata & manifeſtata:aſcẽdere.ſ.voluiſſe,muros pr̃ios:&
facit cãm.i.occaſionẽ ſe viſere.i.viſum ire:turres aerias.i.ſane al
tas:voluẽs.i.agitãs,aĩo ẽt ſæpe in nocte,q̃relas triſtes.i.triſtitiæ
indices:ſpeculat ex altis ſedibus cœli.i.aeris:amorẽ.i.amatum
Minoa:aut ſpeculatur amorẽ cœli.i.ſignificat ſe ſpeculari ſyde/
ra ob

ra ob amorẽ cœli:& ꝓſpectat
i.porro aſpectat,ẽt caſtra.ſ.ini
micoꝝ,lucẽtia crebris flãmis,
nulla.i.non mouit colũ.i.non
neuit,nec reſpicit aurũ chaꝝ.ſ.
ꝓus.i.nõ ĩtertexerit amplius
aurũ:pſalteria.ſ.inſtr̃a pſallẽ/
di:arguta.i.ſtridula,& ſonora
prius:nõ ſonãt amplius cordã
tenui.i.ſubtili:telæ molles.i.
ex molli lana nõ claudũtur.i.
texunt amplius pectine Liby
co.i.eburno,q̃li vtunt Tyrij ĩ
Libya,telã ad purpurã texen/
tes.Null⁹ rubor ẽ,ſup.ampli⁹
in ore.n.ꝑ vbi rubor obſtat a/
mori:atq; vbi repperit.i.inuẽ
nit:nulla ſolatia.i.remedia tan
tis malis:& videt mortẽ turbi
dulã.i.aliquãtulũ turbidã:labi
per viſcera.ſ.ſua:ipſa fert,ſup.
eo,quo dolor vocat ire,& quo
fata ſubigunt tẽdere:& ipſa p̃/
ceps ĩpellitur horribili œſtro
i.ſtimulo furoris:ſicut aĩalia
œſtro.ah vt ipſa demẽs,ferret,
i.auferret crinẽ pr̃is:atq; mitte
ret ip̃m detonſum.i.abraſum:
furtim.i.clãculũ:hoſti arguto,
i.callido & vaſro.Nanq; hæc
vna.i.ſola cõditio:de crine cõ
ſecrato opponit raptori.ſ.Mi/
noi:ſiue illa ſ.Scylla,ſup.fece/
rit ignorãs:nã qs bon⁹.i.pius,
nõ malit credere oĩa,q̃ dãna/
re puellã tãti ſceleris.ſ.pcidij,
aut ꝓditiõis pr̃nę?Heu,cõdo
lẽtis vox:tñ.i.nihilomin⁹,quã
uis ignorãs ipſa,ſup.eſt ĩfęlix,
qd.n.o Niſe pr̃ ĩprudentia.ſ.fi/
lię,prodeſt.ſ.tibi?q.d.nihil:cũ
quo.ſ.pr̃e:ipſa vna.i.ſola,vixe
rat ſup ſedes ĩ altis turribus.i.
mutata in auẽ.& hoc vrbe ra/
pta crudeliter.ſ.ab ipſo amato
re,vbi tu,o pr̃,exñs feſſus,poſ
ſis conſcẽdere,nido extructo:
tu quoq;.i.ẽt tu o pr̃,moriere auis,qa ꝟteris ĩ auẽ tui noĩs:filia
dabit tibi pœnas:qa ęterno odio ꝓſequeris eã.o volucres.ſ.vos
ambo,gaudete iã effecti volucres celeres q̃ ſubnixę altis nubib⁹
ĩcolitis mare virides ſyluas,& lucos ſonãtes:gaudete,dico va/
gę & blãdę volucres:vſq; adeo.i.oĩno:mutatæ.i.habẽtes muta
tos art⁹hũani corpis.o puellę Dauliades,Progne & Philomela,
vis fatoꝝ ẽ,ſup.crudelis:crudele.ſ.fatũ venit:qa Cyris.i.Scylla
chariſſima,nobis venit,augẽs reges cognatos,q in aues mutati
ſunt:& numeꝝ ſuoꝝ.ſ.maioꝝ:& ipſe pr̃.ſ.Niſus,venit vos o pul
cherrima quõdã corpora:ꝓuertite.i.anteite:nubes cœruleas in
ęthera.i.ad aera volãtes:qua Chalcheius.i.auricomus,rex.ſ.Ni
ſus:aſcẽdat ad ſedes ſuperũ,ꝓ ſuperorũ.i.primũ aſcẽdat æthera
& qua Cyris.ſ.Scylla:Cyris,a tondẽdo dicta:aſcendat honores
conceſſos.ſ.a dijs,qui eam in auę mutatam voluerunt.

DOMITIVS.

⸿Iamq; adeo.)Deſcribit tp̃s
quo Scylla rapuit crinẽ.⸿Ni/
ſus.)Niſo parenti.⸿Primis.)
Pedibus.i.punctis pedum,vt
ita dicã.⸿Furta.)Rapiẽdo cri
nem.⸿Altum.)Alte.⸿Mun/
di)Quieti & ſereni.⸿Char/
me.)Puella,filia cuiuſdã Ogy
gij.i.Thebani Phœnicis:hic ẽ
nomẽ ꝓpriũ cuiuſdã Cæſare/
ni,Charme,nutrix ipſi⁹ Scyl/
læ.⸿Alũna.)Verba Charmes
ad Scyllã eius alũnã.⸿Pote.)
Potẽs.⸿Quod.)i.ſed.⸿Rhã/
nuſia.)

Iamq; adeo dulci deuinctus lumina ſomno
Niſus erat:vigiliumq; procul cuſtodia primis
Excubias foribus ſtudio iactabat inani.
Cum furtim tacito deſcendens Scylla cubili,
Auribus arrectis nocturna ſilentia tentat:
Et preſſis tenuem ſingultibus aera captat.
Tum ſuſpenſa leuans digitis veſtigia primis
Egreditur:ferroq; manus armata bidenti
Euolat.at demptæ ſubita in formidine vires.
Cœruleas ſua furta prius teſtatur ad vmbras.
Nam qua ſe ad patrium tendebat ſemita limen?

Rhãnuſia nuſia.)Dea indignationis di/
citur,& Nemeſis,a quibuſ/
dam nominatur.Rhamnuſia,
a Rhamni oppido:de quo Lu
ca.in Eubœa denominata eſt:
in qua etiam ciuitate fortuna
colebatur.Luca.Et timidis in/
feſta colit qua numida Rham
nis,& Oui.Exiget ad diras vl/
trix Rhamnuſia pœnas.Itaq;
male quidam,pro fortuna in/
terpretantur.⸿Pocula.)Nec
veniſti ad bibendum,nec co/
medẽdũ.⸿Flumina curſus.)
Talis ſenſus eſt in Bucoli.Et

ermutat

mutatę ſuos requierūt flumina curſus. ¶ Myrrhæ.) Cynaræ, Cypriorū regis filia, quæ parentis cōcubitū affectauit, ex quo Adonis natus tradit̄. ¶ Adraſtea.) Ipſa Rhānuſia, vel Nemeſis dicta, qa circa dr cum, Adraſtus rex ille, téplū cōdidiſſe ꝑditur. ¶ Amathuntia.) Appellat̄ ab Amathunte inſula, in mari Ægeo, q̄ Veneri ſacra fuit. Facit ergo denuatiuū Amath⁹: Amathūtus, Amathūta, Amathūtū. Amathūte⁹, Amathūtea, Amathūteū. Amathūtia Scylla: tā rudis es o Scylla, ꝙ vnico ſigno poſſū cognoſcere furores tuos: ergo non eſt qd te iactes. i. mihi aliquid dicas de amore tuo. ¶ Dictinnæ.) Diana, Cretenſis denominata eſt: qa virgo qdā Cretéſis, ſuā virginitaté Dianæ dicans, a Minoe cū opprimeretur, & fugæ via nulla daretur, in mare ſe præcipitem dedit: poſtea eius cadauer rhete compertū fuit, quod græce δίκτυον dr̄: ſed cū patria peſte laboraret, rñſum habuerūt vt Dianæ ædem cōſecrarent: qd ipſi facientes, Dianā ipſam Dictynnā vocauere: vñ Tibullus, Perq; ſuas īpune ſinit Dictynna ſagittas. ¶ Scoria.) ſcoriā, metallorū ſquamā & purgationem denominauit. Scoria. i. cura & ingenti paſſione.

Adraſtea. Amathūtia. Dictynna.

ASCENSIVS.

¶ Iāq; adeo.) Docet quō ſcylla tētata, pris capillis detōdere, a Charme nutrice deprehēſa fuit: & qdnā ꝑtenderet interrogata. Ordo eſt. Iāq; i. & iā: adeo. i. oīno, aut penitus: Niſus erat deuict⁹ lumina i. habuit oculos deuictos, dulci ſono: & cuſtodia vigilū exiſtēs ꝓcul, iactabat inani ſtudio, excubias. i. vigilias, extra cubilia exiſtētes, vtpote in primis foribus: cum. i. qn̄: Scylla, deſcēdēs cubili, tacito. i. ipſa tacita: aut nō ſtrepēte, furti i. furtiue: tétat aurib⁹ arrectis, more ferarꝫ, nocturna ſilētia: & captat ꝓmū ſingultibus. ſ. repreſſis: aeré tenuē. ſ. exilē. tū. i. deinde ipſa leuās veſtig̃a ſuſpēſa ꝓmis digitis. i. anteriorib⁹ pedū partibus egredit̄. ſ. cubili, & armata manus. i. hñs manus armatas, ferro bidēti. i. forcipe inciſorio: euolat. ſ. e cubili. at. i. ſed: vires déptę, ſup ſunt in formidine ſubita, teſtat̄ prius. ſ. q̄ aggrediat̄: ſua furta. i. furtiuos conatus de rapiēdo crine pr̄no ad vmbras cœruleas. i. ſubnigras, aut ad mare verſa. Nā remorat̄ paulū. i. modicū: in veſtibulo. i. pua ſtatiōe, hoc eſt in introitu thalami, ſup. ea parte, q̄ ſ. mita. i. parua via: tēdebat ad limē patriū. i. pr̄ni cubiculi: & ipſam ſuſpicit. i. ſurſum aſpicit: altū mare: aut altū. i. alte: ad ſydera cœli: mūdi. i. puri, & ſereni: nutātia. i. ſcintillātia promittēs munera. i. vota faciēs: nō accæpta. i. diſplicētia: diuis pris. i. nolētibus ad paricidiū, aut nefas aliud patrocinari: vnde (vt Auguſtinus recte docet) delirāt Chriſtiani, q peccatū graue cū ꝑiculo cōmiſſuri, ſe cruce muniūt. Quā. ſ. Scyllā. ſimulac. i. ſtatim, poſtq̄; Charme, nutrix ei⁹, Charme appellata, filia Phœnicis

ſtabulū

Veſtibulo in thalami paulum remoratur: & altum
Suſpicit ad culti nutantia ſydera mundi,
Non accepta pijs promittens munera diuis.
Quam ſimul ogygij phœnicis filia Charme
Surgere ſenſit anus (ſonitum nam fecerat illi
Marmoreo æratus ſtridens in limine cardo)
Corripit extemplo feſſam langore puellam:
Et ſimul o nobis ſacrum caput inquit alumna
Non tibi nequidquam viridis per viſcera pallor
Ægrotas tenui ſuffundit ſanguine venas.
Nec leuis hoc faceret, neq; enim pote cura ſubegit
Haud fallor quod te potius Rhamnuſia fallit.
Nam qua te cauſa nec dulcis pocula bacchi,
Nec grauidos cereris dicam contingere fœtus?
Qua cauſa ad patrium ſolam vigilare cubile?
Tempore quo feſſas mortalia pectora curas,
Quo rapidos etiam requieſcunt flumina curſus.
Dic age nunc miſeræ ſaltem, quod ſæpe petenti
Iurabas nihil eſſe mihi: cum mœſta parentis
Formoſos circum, virgo remorere capillos.
Hei mihi, ne furor ille tuos inuaſerit artus:
Ille arabis myrrhæ quondam qui cæpit ocellos:
Vt ſcelere infando, quod nec ſinit Adraſtea:
Lædere vtrunq; vno ſtudeas errore parentem.
Quod ſi alio quouis animo iactaris amore:
Nam te iactari, non eſt Amathuſia noſtri
Tam rudis: vt nullo poſſim cognoſcere ſigno.
Si conceſſus amor noto te macerat igne:
Per tibi Dictynnæ præſentia numina iuro:
Prima deum quæ dulce mihi te donat alumnam:
Omnia me potius digna, atq; indigna laborum
Millia viſuram: quàm te tam triſtibus iſtis
Sordibus, & ſcoria patiar tabeſcere tali.

nicis Ogygij. i. ex Thebanis oriundi: anus. i. vetula: ſenſit ſurgere (nā cardo. ſ. oſtij æratus. i. ære munit⁹: ſtridēs in limine marmoreo fecerat illi ſonitū) corripit extēplo. i. ilico: puellā. ſ. Scyllā: feſſam languore. ſ. amoris. Et (inqt) ſimul, o alūna. i. quā alui filia, caput ſacrū nobis: pallor viridis. i. ſubliuid⁹: non nequidq̄ꝫ i. non fruſtra: aut ꝓ nihilo (vt dicūt) ſuffundit tibi tenues venas, ſanguine ęgroto. i. lāguētis: ꝑ viſcera. i. carnes tuas: nec leuis cura ſubegit, ſup. te: neq; n. faceret hoc, neq; pote. i. potēs eēt hoc facere: haud. i. nō fallor: ꝙ. i. ſed: Rhānuſia. i. dea indignatiōis: fallat poti⁹ te. i. q̄ tu. i. velim ꝙ fallar: & falſo opiner te, graui cā ſubactā. Nā qua cā dicā te, ſup ſubigi. q. d. neſcio, qa nec dicā te cōtingere pocula dulcis Bacchi. i. vini i. nō ſurrexiſti, vt dulce vinū bibas: nec dicā te contingere grauidos fœt⁹. i. fruges Cereris. i. panē: aut cur abſtines victu, niſi ꝙ ames. Qua cā, ſup. dicā te vigilare ſolā ad patriū cubile eo, ſup. tpe, quo mortalia pectora: requieſcūt. i. quieſcendo euacuant curas feſſas: quo ēt flumina regeſcūt. i. retinēt, aut remiſſius faciunt rapidos curſus. Dic nūc ſaltē mihi miſerę, ꝙ iurabas ſæpe petēti qd. ſ. eēt qd iurabas eſſe nihil: cū. ſ. ita ſit: ꝙ tu, o virgo, remorere. i. morā facias, circū formoſos capillos parentis. i. pris tui Niſi: hei mihi, vereor,

Confeſſus, alij conceſſus.

ſup. ne ille furor. i. illicitus amor, inuaſerit tuos artus, ille inquā furor, q cæpit quondā ocellos myrrhæ Arabis, q̄ Cynaræ, regis Cyprioꝝ, poſtq̄ cū patre circūueto rē habuerat, in Arabia, in arborē ſui nois, vt graphice deſcribit i Metamorphoſi Oui. verſa eſt. vt ſtudeas lædere vtrūq; parētē. ſ. patrē & mrēm: vno. i. eodē errore: & vno infando. i. deteſtabili ſcelere, ꝙ nec Adraſtea. i. Rhānuſia, ab Adraſto culta, olim ſinit. i. patit̄ & pmittit: ꝙ. i. ſed ſi iactaris. i. agitaris, & vacillas aīo quouis alio amoꝛ. (Nā Amathūtia. i. Venus, aut gr̄a nr̄a, nō eſt tā rudis, vt nullo. i. nō vllo: nō poſſim cognoſcere vllo ſigno. ſ. te iactari, amore. i. qn iacteris & agiteris aliquo amore.) ſin. i. ſed ſi: amor cōfeſſus. i. cōfited⁹ & licitus: aut amor cōceſſus: aut q cōfiteris, neq; diſſimulas, macerat te igne noto. Oui. ēt, macero, pria lōga poſuit, dicens, Maceror interdū ꝙ ſim tibi cā doloris. Ego iuro ꝑ numina Dictynnę. i. Dianę: pñtia. i. fauorabilia & auxiliatiua ſæpe tibi. q. ſ. Dictynna, hoc eſt Diana, venantiū dea: donat pria mihi te alūnā dulcē: ego iuro inquā me laturā (Rarū eſt inuētu, vbi laturus, primā corripiat). i. tolleraturā, potius oīa digna, atq; indigna (legendū putē, relatu: vt ſit, Iuro me potius viſurā oīa millia digna, atq; indigna relatu: ſed vt accipimus, ordo perficitur.) & iuro me viſurā, potius millia. ſ. digna, atq; indigna: quā ego patiar te tabeſcere. i. lēta tabe cōſumi: iſtis tam triſtibus ſordibus & tali ſcoria, idēſt immundicia cutis, quæ te exedit.

Macera

DOMITIVS.

¶ Marmoreū.) Albū illa aūt reſpōſio Scyllæ. ¶ Cōſueto.) Quo mortales vti ſolent: ſed potius diuino. ¶ Cordi.) Nō ſum capta amore paterno. ¶ Heu heu.) Quoniam amor meus eſt i medijs hoſtibus.) Nō dicere non finis.) Oīa ꝑmittit dicere, & aperire tibi. ¶ Pater

Hæc loquitur: molliq; vt ſe velauit amictu:
Frigidulam iniecta circundat veſte puellam:
Quæ prius in tenui ſteterat ſuccincta corona.
Dulcia deinde genis rorantibus oſcula figens,
Proſequitur miſeræ cauſas exquirere tales.
Nec tamen ante vllas patitur ſibi reddere voces:
Marmoreum tremebunda pedem quàm retulit intra.

¶ Pater deū.) Iuppiter donauit ſceptri honore, quia fecit ipm regē. ¶ Hauſtū.) Potū a me, qa guſtaui & bibi lac tuū inciſa.) Remota. q. d. ſi nulla habetur ſpes, peperiſſem letum, mortua eſſem.

ASCENSIVS.

¶ Hæc loquitur.) Confitetur Scylla, crimen tentatum, & amorem

& amorem in Minoa. Ordo aũt eſt. Nutrix Scyllæ, ſcilicet Charme, loquitur hæc: & vt i. poſtq̃, ipſa velauit. i. cooperuit ſe: amictu molli, ideſt laneo, aut pelliceo, circundat puellã frigidulam. i. aliqualiter frigidam, veſte intacta. i. munda & noua, quæ puella, vt ſteterat prius ſuccincta, tenui corona, ideſt poſtq̃ cinxerat eam molli corona, deinde figens genis rorantibus. ſ. lachrymis, oſcula dulcia perſequitur. i. perſeuerat exquirere tales cauſas miſere, ideſt cur tam miſere periret: nec tamen patitur, ſup. puellã ante, reddere ſibi vllas voces, quã ipſa moribunda retulit pedẽ intra marmoreũ. ſ. thalamũ aut quam retulit pedẽ marmoreum, ideſt cãdidum: intra, ideſt intro. Autẽ, pro ſed: puella Scylla, inquit. ſ. introgreſſa: o nutricula, blanda diminutio: quid. i. ad quid, torques nunc me? quid ꝓperas, ideſt feſtinas: tantum. i. intantũ: nouiſſe. i. cognouiſſe (a noui, imꝑfecto verbo) noſtros furores. i. inſanos amores? Ego non vror amore conſueto mortalibus: quia mortales

Illa autem quid me inquit nutricula torques?
Quid tantum properas noſtros nouiſſe furores?
Non ego conſueto mortalibus vror amore:
Nec mihi notorum deflectunt lumina vultus:
Nec genitor cordi eſt: vltro nanq; odimus omnes.
Nil amat hic animus nutrix quod oportet amari:
In quo falſa tamen lateat pietatis imago.
Sed, media ex acie, medijs ex hoſtibus, heu heu,
Quid dicam? quó ue ipſa malum hoc exordiar ore?
Dicam equidem: quoniam quid tu tibi dicere nutrix
Non finis? extremum hoc munus morientis habeto.
Ille vides, noſtris qui mœnibus aſſidet hoſtis:
Quem pater ipſe deum ſceptri donauit honore:
Cui parcæ tribuere nec vllo vulnere lædi:
Dicendum eſt: fruſtra circumuehor omnia verbis.
Ille mea ille idem oppugnat præcordia Minos.
Quod te per diuum crebros obteſtor amores.
Perq; tuum memoris hauſtum mihi pectus alumnæ,
Vt me ſi ſeruare potes: ne perdere malis.
Sin autem optatæ ſpes eſt inciſa ſalutis:
Ne mihi, quam merui, inuideas nutricula mortem.
Nam ſi te nobis malus ò malus optima Charme
Ante hunc conſpectum caſus ue, deus ue tuliſſet:
Aut ferro hoc (aperit ferrum, quod veſte latebat)
Purpureum patris dempſiſſem vertice crinem:
Aut mihi præſenti peperiſſem vulnere letum.

finis me dicere tibi habeto hoc munus extremũ morientis. ſ. alũnæ tuæ (ſic & in Bucoli. dixit) hoc eſt, priuſq̃ moriar, pro beneficio reuelabo tibi ſecreta cordis mei: ille hoſtis vides, ſup. ne eum qui aſſidet noſtris mœnibus, quem ipſe pater deũ. ſ. Iuppiter donauit, honore ſceptri, ideſt regali honore, & cui parcæ, ideſt deæ fatales tribuũt, quod nullo vulnere lædi, ſupp. poſſit. At quia turpe eſt hoſtis ꝑconia dicere, videtur a conſcientia, vt taceat, admonita: ſed victa amore, addit: dicendum, ideſt fatendum eſt, ego circũuehor fruſtra omnia verbis, ideſt fruſtra facio inſinuationes, & loquor per ambages. Ille inquam ille, idẽ Minos, videlicet qui mœnibus aſſidet: oppugnat mea præcordia, ideſt intimam cordis affectionem. Quod. i. quocirca, ego obteſtor te ꝑ crebros amores, diuum, ideſt diuorum, & per pectus tuum memoris, ſcilicet mei. Hauſtum, ideſt ſuctum & potum, mihi alumnæ, ideſt a me alumna tua, vt ſi potes me ſeruare: ſerues, ſupp. nec malis, ideſt &

non ſolent capitales hoſtes amare. Nec vultus notorum. i. eorũ quos noui: deflectunt. i. incuruant, & attrahunt, mihi lumina. i. oculos. Nec genitor eſt cordi. i. ad cor, hoc eſt nõ ardeo amore patris vt myrtha. nanq; nos odimus vltro. i. inſuper: omnes. ſ. notos: hic. i. meus animus, o nutrix, nihil amat quod oportet. i. decet amari, in quo lateat tamẽ. i. ſaltem: falſa imago. i. ſpecies pietatis: ſed, ſup. amo ex media acie. ſ. inimicorũ, & ex medijs hoſtibus: eheu interiectio dolentis, quid dicam? quo ore ipſa, ideſt ego exordiar, ideſt narrare incipiam: hoc malũ, ideſt hunc amorem meum pernicioſum. Equidem. i. certe dicam, quoniã o nutrix, quid non finis, ideſt nõ permittis me dicere tibi? q. d. nihil non finis, hoc eſt omnia, cum ſis fidiſſima & pientiſſima, finis non magis velis perdere. ſ. q̃ ſeruare: autem, pro ſed: ſin, ideſt ſed ſi ſpes ſalutis optatæ eſt, inciſa, ideſt remota: ne, o nutricula, inuideas mihi mortem quam merui, vt. ſ. mihi inferrem quæ mihi tantum furorem incuſſi: nam ſi: o optima Charme. ſ. nutrix: ſi malus, o malus caſus: ve, pro vel: deus tuliſſet, ideſt abſtuliſſet te nobis, ante hunc, ideſt meum conſpectum ferro hoc (aperit ferrum. ſ. inciſorium, quod latebat. ſ. prius, veſte, ideſt ſub veſte) aut ego dempſiſſem, ideſt abſtuliſſem: hoc ferro vertice, ideſt de capite patris. ſ. Niſi, crinem purpureũ: aut peperiſſem, ideſt procuraſſem: & conſciuiſſem mihi letũ. i. mortẽ, vulnere præſenti, ideſt cito enecãti. Et ſic tantum per ordinem declarauimus contextum opuſculi, quia Calderi. eruditiſſime explicat.

DOMITIVS.

❡ Deturpat puluere crines.) Turpauit crinem, audita oratiõe Scyllæ illico Charme crines terra maculauit. ❡ Seruitiũ.) Tuũ, o Minos. ❡ Quæ.) Sup. dat, ſenioribus. ❡ Quid ego.) Sup. dico, hæc omnia. ❡ Britomartis.) Virgo illa dicta fuit, quam Minos, vt virginitate ſpoliaret, perſequebatur. ❡ Naupacto.) Liuius, ciuitatẽ Ætoliæ fuiſſe oſtendit, ĩ bello Macedonico, vbi Meleager verſabatur, ſagittis in venatibus vtẽs. Cornu ergo Naupacto, ideſt arcu, quali Naupactoi vtebantur. ❡ Dictæus.) A Dicte nympha: vel a Dicte, monte Creteo. ❡ Obnixe.) Certatim & magno conatu. ❡ Phoræ.) A loco, ideſt virginis Phoreę. ❡ Alij.) Poetæ. ❡ Tuo nomine.) Tua cã. ❡ Hyrcanos.) Hyrcania, Armeniæ ſylua, in qua ſerpẽtes abundãt. Vnde, comites Hyrcanos, ideſt ſæuos. ❡ Negaui mori pro te.) Quanuis naturæ

Brito/mertis.

Dictæus

Vix hæc ediderat: cum clade exterrita triſti
Intonſos multo deturpat puluere crines:
Et grauiter queſtu Charme complorat anili.
O mihi nunc iterum crudelis reddite Minos,
O iterum noſtræ Minos inimice ſenectæ
Semper & aut olim natæ te propter eundem
Aut amor inſanæ luctum portauit alumnæ.
Téne ego tam longe capta, atq; euecta, nequiui
Tam graue ſeruitium, tam duros paſſa labores,
Effugere? obſiſtam exitium crudele meorum.
Iamiam nec nobis ea quæ ſenioribus vllum
Viuendi cupiam, viuit genus. vt quid ego amens
Te erepta ò Britomarti méue ſpes vna ſalutis,
Te Britomarti diem potui producere vitæ.
Atq; vtinam celeri nec tantum grata Dianæ
Venatus eſſes virgo ſectata virorum.
Gnoſia neu partho contendens ſpicula cornu
Dictæas ageres ad gramina nota puellas.
Nunquam tam obnixe fugiens Minois amores
Præceps aerijs ſpecula de montibus iſſes.
Vnde alij fugiſſe ferunt: & numina phocæ
Virginis aſſignant. alij quo notior eſſes,

ræ curſus prope eſſet. ❡ Corictus.) Ciuitas Siciliæ, croci abundãtiſſima, & quidẽ ſuauis. ❡ Flammea.) Vela tenuiſſima, quibus virgines ſponſæ, cum ad maritum ducebãtur vterentur, tegendi pudoris gratia. Vnde Claudia. Flãmea ſolicitũ præuelatura pudorem.

ASCENSIVS.

❡ Vix hæc ediderat.) Recitat nutricis cognito furore eiulationem & miſeriã. Sed Ordo eſt. Vix. ſ. Scylla: ediderat, ideſt eloquuta erat, hęc. ſ. ſupra dicta: cum Charme. ſ. nutrix, exterrita triſti clade. i. calamitate virginis: deturpat. i. fœdat, multo puluere aut vulnere. i. dilaceratiõe: crines intonſos. i. oblongos, & cõplorat grauiter queſtu. i. querimonia & eiulatu: anili. i. qualẽ anus. i. vetulę emittere ſolent: Minos reddite, ideſt qui redditus, hoc eſt effectus es, nũc iterũ mihi crudelis: o Minos, iterũ inimice noſtrę ſenectæ:

Dictynnam dixere tuo de nomine lunam.
Sint hæc vera velim.mihi certe nata periſti.
Nunquam ego te ſummo volitantem vertice montis
Hyrcanos inter comites,agmenq; ferarum
Conſpiciam:nec te redeuntem amplexa tenebo.
Verum hæc tum nobis grauia,atq; indigna fuere:
Tum mea alumna,tui cum ſpes integra maneret:
Et vox iſta meas nondum violauerat aures.
Téne etiam fortuna mihi crudelis ademit?
Téne o ſola meæ viuendi cauſa ſenectæ?
Sæpe tuo dulci nequicquam capta ſopore,
Cum premeret natura:mori me velle negaui?
Vt tibi coritio glomerarem flammea luto.

ctæ:ſemper & aut olim nata, ſupp.eſt Scylla. O propter te eūdem,vt.ſ.eam quoq; perſequaris,aut vt coniugem habeas,aut amor portauit alūnæ,ſcilicet Scyllæ,inſanæ,id eſt furenti luctum. Nequiuine, ideſt ita ne dijs placitum eſt, vt ego capta tam longe, ſcilicet a patria?qa erat Phœniſſa:& euecta tam longe nequiuerim effugere tam graue ſeruitium,ſcilicet tuū,o Minos,ego obſiſtam,ſcilicet votis tuis,exiſtens exitiū crudele meorum: quia faciā in te, propter quod meos in exitiū dabis. Iamiam(apta minantibus & deſperantibus vox,vt Æneī.iiij. Iamiam nec maxima Iuno, Nec Saturnius hæc oculis pater aſpicit equis. Cicero, Iāiam Dolabella me,&c.) ea copia viuendi vllum genus vitæ, quæ ſcilicet datur ſeniorib.non ſupple eſt:aut datur nobis,aut quid ego amens,ſupple dico hæc omnia,quaſi dicat fruſtra, o Britomartis virgo,ſcilicet quam Minos perſequebatur:ſpes ſepulchri,ideſt vt ab aliqua mihi chara ſepeliar, eſt mihi vana te erepta:o Britomartis,potui producere diē vitæ te erepta,quaſi dicat impium fuiſſe. Atq; vtinam, o virgo Britomartis grata Cereri:(alij legunt, Veneri.)nec tautum Dianæ.ſ.caſtitatis, & venationis deæ, eſſes ſectata venatus,ideſt venationes virorum,contendens ſpicula Gnoſia, ideſt ſagittas Cretenſes:cornu,ideſt arcu:Naupacto,ideſt quali vſi ſunt Naupactoi in Ætolia:tu ageres,ideſt compelleres:capellas Dictæas,ideſt Cretenſes ad gramina nota: nunquā, ideſt & non vnquā fugeres tam obnixe

obnixe amores Minoos,aut Minois.ſ.regis:tu iſſes ,ideſt iuiſſes,ad Minoa præceps de ſpecula,ſcilicet de aerijs montibus:vnde alij ferunt.i.dicūt te fugiſſe:& aſſignant,ſupple tibi:numina,ideſt diuinitatē virginis : Phoræ.i. Phoreæ, hoc eſt illius loci : alij quo.i. ideo vt eſſes notior,dixere lunam.i.Dianam: Dictynnā de tuo nomine.i.cauſa , aut facto. Sin,ideſt ſed ſi : ego velim hæc vera,ſupple eē,o nata,tu piſſes mihi,ideſt ad antidotum huius doloris mei, aut ad remedium huius mali mei.ego nunꝗ cōſpiciam te, appellantem aut vocitantem in cacumine, aut ſummo vertice mōtis,inter comites Hircanos.i.Armenios venatores,& agmē ferarum:nec ego amplexa tenebo te redeuntem,verū hęc fuere nobis:tum.i.tunc,grauia,atq; indigna:tum dico:o luna.i.Diana:cum mea ſpes tui.i.quam habebam de te, maneret integra: & iſta vox.ſ.quam Scylla protulit:nondū violauerat meas aures,Ne.i.an:o alumna,ſup.fortuna crudelis ademit mihi etiam te?tene inquantum ademit mihi,o ſola cauſa,ideſt quæ ſola cā viuendi es:meæ ſenectæ?ego capta ſæpe nequidꝗ.i.fruſtra,tuo dulci ſopore , ideſt cum tecum dormirem,cum natura premeret.i.grauaret me ſenio,& inſtāti morte,ego te negaui me velle mori,vt glomerarem.i.in glomos ad texturam colligerē,flammea.i.indumenta nuptialia:luto.i.eo [illegible]ere coloris crocei. vñ in Buc.Croceo mutabit vellera luto.& ideo dicit coritio.i.croceo:a Corito,ciuitate Siciliæ,vbi copia eſt ſuauiſſimi croci.

DOMITIVS.

Lege.)Fatali.ſ. Ilythiæ.) Ilythea, Diana eſt appellata: quia dea ſyluarū eſt.ὕλη enī, ſylua eſt:& θεά dea:vnde, Ilythea,ſyluarum dea. Molli.) Laſciua. Pote.) Poteſt fieri. Quid enim.)q.d.omnia poteris apud parentem tuū, cū ſis vnica. Referto.) Narrabis pr̄i. Futuros habebis.) Et me,& deos,homineſq; fauentes. Virginis.) Scyllæ. Bibulū.) Quia lumen,bibit oleū.i.ardendo conſumit.

Ilythea

Quo nunc me infelix,aut quæ me numina ſeruant?
An neſcis qua lege patris de vertice ſummo
Edita candentes prætexat purpura canos?
Quæ tenui patriæ ſpes ſit ſuſpenſa capillo?
Si neſcis:aliquam poſſum ſperare ſalutem:
Inſcia quandoquidem ſcelus es conata nefandum.
Sin eſt quod metuo:per me mea alumna,tuumq;
Expertum multis miſeræ mihi rebus amorem,
Per te,ſacra precor per flumina Ilithyiæ,
Ne tantum in facinus tam nulla mente ſequaris.
Non ego te incœpto,fieri quod non pote,conor
Flectere amor:neq; ſit cum dijs contendere noſtrum.
Sed patris incolumi potius te nubere regno:
Atq; aliquos tamen eſſe velis tibi alumna penates:
Hoc vnum exitio docta atq; experta monebo.
Quod ſi non alia poteris ratione parentem
Flectere:ſed poteris(quid enim non vnica poſſis?)
Tunc potius tamen ipſa,pio cum iure licebit:
Cum facti cauſam,tempuſq; doloris habebis:
Tunc potius conata tua atq; incerta referto.
Meq; deoſq; tibi comites mea alumna futuros
Polliceor.nihil eſt quod texas ordine longum.
His vbi ſollicitos animi releuauerat æſtus
Vocibus:& blanda pectus ſpe vinxerat ægrum:
Paulatim tremebunda genis obducere veſtem
Virginis:& placidam tenebris captare quietem,
Inuerſo bibulum reſtinguens lumen oliuo.
Incipit ad crebros inſani pectoris ictus
Ferre manum,aſſiduis mulcens præcordia palmis.
Noctem illam ſic mœſta ſuper morientis alumnæ
Frigidulos cubito ſubnixa pependit ocellos.
Poſtera lux vbi læta diem mortalibus almum

ASCENSIVS.

Quo nunc me,&c.)Continuat eiulatum ſuum anus,ad negocium rediens,ac dicens. Quo.i.in quam partem,ego infelix vertam,ſup.nunc me? aut quæ numina ſeruant nūc me.i.vitam meam. An o alūna,neſcis q̄ lege.ſ.fatali : purpura edita de vertice patris, prætexat.i. cooperiat crines canos,candētes,ideſt rutilantes,quæ ſuſpenſa,tenui capillo preſſit.i. cōpreſſit.ſ.canos? Si neſcis.i.ſi tu ignorans periculum attentaſti tantum nefas , ego poſſum ſperare aliquam ſalutē,quandoquidem tu inſcia.i.ignara mali,conata es nefandū ſcælus:ſin.i.ſed ſi,eſt,ſup.illud quod metuo, ideſt ſi conata es patrē perdere, vt amato complaceas o mea alūna:ego precor.i.obſecro per me,& per tuum amorem expertū,mihi miſeræ in multis reb.& per flumina ſacra

cra Ilythiæ.i.Dianæ,ſyluarū deæ ſæua perdere.i.ad perdēdum adiuratos ſi non obtemperent:precor(inquit)ne ſequaris:mente tam molli.i.laſciua,aut inconſtanti,in tantum.i.tam magnū & ſceleratum facinus.O Amor.i.Cupido,ego nō conor te flectere.i. reuocare ab īcœpto,quod nō pote,ſup.eſt.i.quod non pōt fieri:neq; ſit noſtrum contendere cū dijs:ſed potius velis, o alūna,te nubere,regno patris exiſtente incolumi : atq; velis tamen.i.licet nubas aliquos penates.i.maiorū tuorum, deos eſſe.i.ſupereſſe tibi:ego docta,atq; experta exitio.i.ad exitium meum,quia ſi,rerū omnium penitus ignara fuiſſet,nō fuiſſet nutrix regiæ puellæ effecta: monebo hoc vnū.i.ſolū. Q̄d ſi nō poteris flectere parentē alia rōne i. via & mō(ſed poteris,ſup. alia ratione flectere : quid.n. nō poſſis vnica.i.cū ſis vnica eius filia?q.d.nihil,ergo oīa potes.)tamē referto.i.enarrato potius tūc cū licebit cum pio iure, quia nondū quidꝗ impie in patrē geſſeris,referto (inquit) potius tuo.ſ.pr̄i conata,atq; incœpta.ſ.adhuc dubia,cum quid tentare audeas adhuc dubitet:cū tu habebis cām facti.i.occaſionem faciēdi;qa recuſauerit pater et tp̄s doloris.Et ego,o mea alūna , polliceor & me & deos futuros tibi comites.i.interceſſores

ceſſores apud patrem:nihil eſt quod,ſcilicet pater texat lõgum
in ordine,ideſt quod differat facere pro te:hic,ideſt hoc tempo
re:vbi,ideſt poſtquã:releuauerat, ideſt imminuerat & ſedaue/
rat,æſtus ſolicitos animi,ideſt amores:quia res eſt ſoliciti plena
timoris amor:& vicerat.i.affecerat:& conuenerat pectus ægrũ
ideſt ſauciũ,& languens amore,vocibus,ſcilicet blandis: & ſpe
ſcilicet blanda:ipſa tremebunda incipit paulatim obducere ge/
nis virginis veſtem.i.cooperire lumen eius,& captare quietem
placidam tenebris,ideſt inducere ſomnum per tenebras:reſtrin
gens

gens.i.reprimens,lumen.ſ.lampadis,aut lucernæ,bibulum,id/
eſt conſumptiuum olei:& hoc oliuo.i oleo: inuerſo.i.in con/
trarium verſo:ab eo quo ſolet verti:dum accendere volumus.
Nam incendium per oleum ſignificat Hora.dicens,Oleum ad/
de camino:& incipit ferre.i.ducere manum ad crebros ictus,in
ſani pectoris.ſ.virginis amore furentis,mulcens præcordia aſſi
duis palmis.Et ipſa Charme,nutrix mœſta,pependit ſic illam
noctem.ſ.totam ſubnixa,cubito ſuper ocellos.i.oculos paruos
frigidulos, quia alumnæ morientis, ideſt grauiter amore lan/
guentis.

DOMITIVS.

Oeta. ¶Oeta.) Mõs inter Macedo
niam & Theſſaliã,in quo pri/
mus ſolis ortus,Græcis appa
ret.¶Optant.) Fugiunt: quia
puellæ fugiunt,& cupiunt vi
deri:vt in Buc.Et fugit ad ſa/
lices, & ſe cupit ante videri.
¶Patriæ aures.) Cohortabã/
tur patrem ad pacem,cũ Mi/
noe.¶Incœpto.) Vel virgi/
neo qa virgines neſciunt loq.
vel incœpto,propter furorẽ:
vt Virgi. Incipit affari, me/
diaq; in voce reſiſtit.¶Mẽda
cia.) Omnia dicebant,& ſimu
labãt patri,vt fieret pax.¶Va
tes.) Scylla corrupit vates,vt
dicerent faciendam pacem cũ
Minoe.¶Extis.) Animalium
¶Ancipites.) Dubias.¶Ter
nouena.) Viginti ſeptẽ fila:vt
in Bucolicis,Ter licia.¶Gene
rata.) Scylla filia.¶Idæis.)
Troianis faciebãt enim ſacra
Ioui,nunquam cognita Tro/
ianis & Græcis.¶Thallum.)
Amyclę Herbam verbenam.¶Amy/
cleo.) ideſt Spartano.Amyclę
enim,eſt ciuitas Spartę.¶Iol
chiacis.) Qualibus vſa eſt Me
dea in Iolcho,quæ eſt ciuitas
Theſſaliæ,vbi regnũ erat Pe/
lię & Æſonis,patris ipſius Ia
ſonis:qui ad iuuentam reuo/
catus fuit.¶Auxilio Medeę.)
Erant præterea veneficæ mul
tæ in Theſſalia,& herbæ ve/
neficijs aptiſſimæ.¶Stabu/
lis.) Ideſt ſub aula ſua. nam
Stabulũ ſtabulũ,apud antiquos, erat
prior & præſtantior pars do
mus.¶Tõdere.) Secare.¶Re/
uehi.) Reduci.¶Coma.) Ca/
pillus aureus.

Et gelida veniente mihi quatiebat ab œta:
Quem pauidæ alternis fugitant,optantq; puellæ
Heſperium vitant,optant ardeſcere ſolem:
Præceptis paret virgo nutricis:& omnes
Vndiq; conquirit nubendi ſedula cauſas.
Tentantur patriæ ſummiſſis vocibus aures:
Laudanturq; bonæ pacis bona.multus inepto
Virginis inſolitæ ſermo nouus errat in ore.
Nunc tremere inſtantis belli certamina dicit:
Communemq; timere deum.nunc regis amicis,
Nanq; ipſi verita eſt:orbum flet mœſta parentem:
Cum Ioue communes qui quondã habuere nepotes.
Nunc etiam conficta dolo mendacia turpi
Inuenit:& diuum terret formidine ciues.
Nunc alia ex aliis,nec deſunt,omina quærit.
Quin etiam caſtos auſa eſt corrumpere vates:
Vt cum cæſa pio cecidiſſet victima ferro:
Eſſent qui generum Minoa authoribus extis
Iungere:& ancipites ſuaderent tollere pugnas.
At nutrix patula componens ſulfura teſta
Narciſſum,caſiamq;,herbas incendit olentes.
Terq; nouena ligat triplici diuerſa colore
Fila:ter in gremium mecum inquit deſpue virgo:
Deſpue ter virgo:numero deus impare gaudet.
Inde Ioui geminat magno frigidula ſacra,
Sacra nec idæis ſenibus nec cognita grais.
Pergit amyclæo ſpargens altaria thallo
Regis iolchiacis animum defigere votis.
Verum vbi nulla mouet ſtabilem fallacia Niſum:
Nec poſſunt homines,nec poſſunt flectere diui:
Tanta eſt in paruo fiducia crine cauendi:
Rurſus ad incœptum ſociam ſe iungit alumnæ:
Purpureumq; parat rurſus tondere capillum.
Cum longo quod iam captat ſuccurrere amori.
Non minus illa tamen rauci quod mœnia creſcant
Gaudeat:& cineri patria eſt iucunda ſepulto.

ASCENSIVS.

¶Poſtera lux.) Docet quo/
modo poſtridie eius diei,pa/
trem ſolicitare occœperunt de pace ineunda,& nuptijs contra/
hendis cum Minoe.Ordo autem eſt.Vbi,ideſt poſtq̃:lux poſte
ra,ideſt poſtridiana:læta, ideſt lætificans animos mortalium:
quatiebat.i.efferebat,cum quadam cõcuſſione luminis diem al
mum,quaſi alimentum præbentem mortalibus,& lux veniẽs
mani gelido,ideſt tempore matutino frigidulo ſemper.(Offen
di veniẽtem mane.ſed duo ſunt vitia:quia manere,primã pro/
ducit,& ſecũdã corripit.Perſi. Iam clarũ manere feneſtras,&c.
Poſſe autem mani,in ablatiuo dici,author eſt Seruius ſuper.v.
Æneidos,dicens ꝙ aduerbia,cum in nomina migrant,declina
ri poſſunt,vt apud Plautum,A mani vſque ad veſperam,&c.)
quatiebat,ſcilicet diem,ab Oeta,ſcilicet monte,in cõfinio Mace
doniæ,vnde Græcis dies oriuntur,quam,ſcilicet diem puellæ
auidæ fugiunt,& optant alternis,ſcilicet votis:fugiunt,ſcilicet
propter laborem,& optant propter curas euitandas:aut qa na
turaliter noctu timent phantaſma,& laruas,ſiue deuirginatio/
nem,vnde pauidæ dicuntur.Vitant,ſcilicet puellæ. Heſperiũ.ſ.
ſydus,ideſt Veſperum,ſeu Heſperum:quia ſub noctem cura re/
curſat:

curſat:& optãt ſolem ardeſce
re, ideſt ſplendere cum ardo/
re.Poſtq̃ igitur poſterus ſol
ortus eſt, virgo paret, ideſt
obedit:præceptis,ideſt moni
tis nutricis:& ipſa ſedula,id/
eſt ſolerter diligẽs:conquirit
vndiq; oẽs cauſas nubendi.
Aures patriæ, ideſt paternæ:
tentantur vocib. ſubmiſſis.i.
humilibus,& ſubmiſſo vultu
prolatis,& bona bonæ pacis
laudantur,ideſt commendan
tur.(Dicendo bonæ pacis,bo
na depingitur muliebris ſer/
mo.) multꝰ ſermo nouus erat
in ore inepto, ideſt minꝰ ido/
neo,quia virginis inſolitæ.ſ.
talia patri ſuadere.Ipſa dicit
nunc,ideſt aliquando,ſup.ſe,
tremere certamina belli inſtã
tis:& dicit ſe timere deũ com
munem,ſcilicet Martem:nũc
dicit ſe timere amicos regis,
ſcilicet Minois, qui habuere
quondam nepotes commu/
nes cum Ioue, quia ex eadẽ
origine deſcendentes,dicit ſe
timere:nã mœſta,ideſt ſimu/
lans mœſtitiam, verita eſt.i.
ſimulauit ſe veritam, orbari
ipſo parẽte,ideſt patre.Nunc
ideſt interdum, etiã inuenit,
ideſt excogitat,mendacia con
ferta turpi dolo: & terret ci/
ues formidine.i.minatiõe di
uum:nũc ipſa & nutrix,quæ/
runt nunc alia,ſcilicet menda
cia ex aliis:nec deſunt omnia
quin etiam auſa eſt corrumpe
re vates caſtos, ſcilicet alioq
& ita veridicos eſſe ſolitos,
vt quorũ mentes dij habitare
conſueuerint:&,ideſt etiam,
cum victima cecidiſſet cæſa,
ideſt mactata:pio ferro,ideſt
ſacrificijs apto cultro, vt ſint
qui ſuaderent extis authori/
bus,ideſt approbantibus(rarum eſt author cum neutro genere
coniungi,ſed ſubſtantiue accipitur,ſicut teſtis,cũ dicitur & ſy/
dera teſtes.) Iungere,ſcilicet decere,Minoa,generũ,ſcilicet Ni
ſo,ideſt maritum filiæ eius:& qui ſuaderent tollere pugnas an/
cipites,ideſt dubias,& dubij exitus, licet conſecratum haberet
pilum.At.i.ſed,nutrix componens ſulphura teſta patula,incen
dit narciſſum & caſian, appoſitorie,herbas olentes:& ligat ter
nouena.i.ſeptem & viginti:fila,ideſt licia, diuerſa,ideſt diſtin/
cta:triplici colore:& id ad magicam artem pertinere putatum
eſt:vt in Buco.viſum eſt.& inquit,O virgo,deſpue,ideſt deor/
ſum ſpue:ter circum.i.per circuitum:in gremium,ſcilicet tuum
virgo(inquit)deſpue ter:quia deus gaudet numero impare,ꝑ
impari,vt dicit Serui.in Bucoli.vbi eadem ſunt verba. Hinc.i.
deinde:generata,ideſt filia Niſi,Scylla,ſm Calderinum,ſed cõ/
tinuatior erit contextus ſic: Charme frigidula, ſcilicet timore
(ſed præter naturam ſecundam produxit)pergit,ideſt perficit,
& peragit,ſacra generata, ideſt nata Ioui magno,ſacra inquã:
nec cognita ſenibus, ideſt Phrygibus,nec Graijs,ideſt Græcis:
ſpargens

ſpargẽs altaria thallo.i.herba verbena: Amycleo.i.Spartano,ſeu Laconico,defigere.i.vt defigat,& diſſoluat aiam regis.ſ.Niſi,votis Iolchiacis.i.q̃libus vſa eſt Medea in Iolcho,ciuitate Theſſaliæ,reuocãdo Eſona patrẽ Iaſonis ad iuuentã: verum.i.ſed vbi nulla fallacia mouet Niſum,ſtabulis.i.ab aula ſua(ſic enĩ Calderinus legit: alij textus habẽt ſtabilẽ.i.firmũ,& cõſtantem,aut perſiſtentẽ in ꝓpoſito ſuo.)nec hoies poſſunt flectere.ſ.ab inſtituto:nec diui.i.diuorum indicia &, portenta,per vates enunciata: tanta fiducia cauendi.ſ.mali,aut excidij eſt in crine paruo:& id per acclamationẽ dicit:eſtq; antitheton.Tanta,i.tam magna in paruo, in paruo,&c.vbi inq̃ vidit,ꝙ nulla mouet fallacia Niſum,ipſa adiũgit ſe rurſus alumnæ.ſ.Scyllæ:ſociã ad incœptũ.ſ.facinus.(Hic locus indicat,quod prius dixi,mentem poetæ eẽ ꝙ Charme thallo vſa ſit,non generata.i.filia Niſi Scylla,) Poſſet tñ dici alũnæ.i.nutrici,aut altrici: quia ſequitur,& parat.ſ.Scylla,poti⁹ q̃ Charme,tondere rurſus capillũ purpureũ.i.purpura irretitũ: cum i.quando: qm̃ captat ſuccurrere longo amori: illa non minus gaudeat reuehi.i.reduci: ꝙ.i.quoniã mœnia areſcant;& eſt iucũda ſepulchro cineris patriæ,ideſt ſi videat cinerẽ patriæ ſepultum,hoc eſt patriam in cinerẽ reſolutam: ita vt amatum videat votorum compotem.

Ergo metu capiti Scylla eſt inimica paterno.
Tum coma ſidonio florens ſucciditur oſtro:
Tum capitur megara;& diuum reſponſa probantur.
Tunc ſuſpenſa nouo ritu de nauibus altis,
Per mare cœruleum trahitur Niſeia virgo.
Complures illam Nymphæ mirantur in vndis:
Miratur pater Oceanus,& candida Tethys,
Et cupidas ſecum rapiens Galatea ſorores.
Illa etiam iunctis magnum quæ piſcibus æquor
Et glauco bipedum curru metitur equorum,
Leucothea,paruusq; dea cum matre Palæmon.
Illi etiam alternas ſortiti viuere luces,
Cara Iouis ſoboles,magnum Iouis incrementum,
Tyndaridæ niueos mirantur virginis artus.
Has adeo voces,atq; hæc lamenta per auras
Fluctibus in medijs queſtu voluebat inani,
Ad cœlum infelix ardentia lumina tendens,
Lumina,nam teneras arcebant vincula palmas.
Supprimite o paulum turbati flamina venti:
Dum queror:& diuos,quanquam nil teſtibus illis
Profeci,extrema moriens tamen alloquor hora.
Vos ego,vos adeo venti teſtabor,& auræ,
Vos o mantina ſiqui de gente venitis,
Cernitis.illa ego ſum cognato ſanguine vobis
Scylla,quod o ſalua liceat te dicere Progne:
Illa ego ſum Niſi pollentis filia quondam:
Certatim ex omni petijt quam Græcia regno:
Qua curuus terras amplectitur Helleſpontus.
Illa ego ſum Minos ſacrato fœdere coniux
Dicta tibi:tamen hæc,& ſi non accipis,audis.
Vincta ne tam magni tranabo gurgitis vndas?
Vincta tot aſſiduas pendebo ex ordine luces?
Non equidem me alio poſſum contendere dignam
Supplicio:quod ſic patriam,carosq; penates
Hoſtibus,immitiq; addixi ignara tyranno.
Verum eſto,hæc Minos illos ſcelerata putaui,
Si noſtra ante aliquis nudaſſet fœdera caſus:
Facturos;quorum direptis mœnibus vrbis,
O ego crudelis flamma delubra petiui.
Te vero victore,prius vel ſydera curſus
Mutatura ſuos,quàm te mihi talia captæ
Facturum metui.iamiam ſcelus omnia vincit.
Ten ego plus patrio dilexi perdita regno?
Ten ego?nec mirum.vultu decepta puella
Vt vidi:vt perij:vt me malus abſtulit error.
Non equidem ex iſto ſperaui corpore poſſe
Tale malum naſci.forma,vel ſydere fallor.

DOMITIVS.

¶Oſtro ſydonio.)i.purpureo:nã Sydõ,ciuitas ẽ vbi naſcit᷑ murex,ex cuius ſanguine tingit᷑ oſtꝝ.¶Glauco.) Viridi.¶Matre.) Ino.¶Palæmon.) Learch⁹ nota eſt fabula apud Ouidiũ in faſtis,Chara Iouis ſoboles:de Polluce et Caſtor᷑ ĩtelligit᷑.¶Has adeo voces.) Cõcludit quemadmodũ ipſa Scylla cõqueſta fuerat de Minoe:ꝙ nõ merita ſm̃ ſpẽ ſuã fuiſſet cõſequuta.¶Lumia.) Oculos.¶Arcebãt.) Conſtat enim poſtea q̃ parẽtẽ Scylla prodidit,& ad Minoẽ venit,ſperãs connubio ipſius iungi ad prorã nauis ſuſpẽdi iuſſa.¶Quãquã nil teſtibus illis.) Eadẽ verba ferme ſunt in Buco.¶Mãtina.)i.Thracia:nam Mãtinæ,populi Thraciẽ ſunt q̃bus imperauit There⁹,Prognes maritus.¶Cognato ſanguine.) Quia ſum filia Niſi,fratris Philomelẽ & Prognes q̃ fuit vxor,Therei.¶Pollentis.) Splendẽtis impio.¶Vincta.) Ligata ad proram nauis.¶Veꝝ eſt.) O Minos,ꝙ ꝓdidi patriã,ꝙ ſum digna tali ſupplicio.¶Quoꝝ direptis.) Q.d.ego exiſtimaui eos vlturos iniuriã a me patriæ illatam.

Sydon, Mãtinẽ

ASCENSIVS.

¶Ergo metu &c.) Paucis edocet ſcyllã capillũ dẽſecuiſſe,& deſectũ ad Minoa miſiſſe: quo habito,& vrbe capta ad eũ migraſſe,nec pro coniuge ſuſcẽptã,ſed pro perfida habitam,& naui adligatã miſerandos,quos recitat depoſuiſſe queſtus.Ordo autẽ eſt.Ergo,q̃ placuit ſuccũbere amori,Scylla eſt inimica.ſ.effecta capiti pr̃no:q̃ ablato crine,illi exitiũ imminere ſciebat,& tñ abſtulit metu:q̃ metuit non aliter poſſe dilecto complacere.Tũ.i.deinde,poſt talẽ deliberationẽ:coma.ſ.Niſi,florẽs oſtro Sydonio.i.purpurẽ Tyriæ ſimilis: aut incluſa oſtro purpuræ Tyrio:ſucciditur.i.clã detondetur,a Scylla Megara.ſ.vrbs,capitur:tũ.i.deinde.ſ.a Minoe & rñſa diuina probantur.ſ.veridica;quia dixerãt ablato capillo vrbẽ capiendam,nec prius.Virgo Niſeia.i.Scylla,Niſi filia:tum,i.demũ,capta vrbe ſuſpenſa de altis nauibus.i.ad gubernaculũ nauis,nouo ritu.i.modo trahitur p mare cœruleũ.Complures nymphæ mirantur illã in vndis,& Oceanus pater,ſ.rerum (ſm Mileſiũ Thaletem,qui dicit omnia ex humore procreari: vñ eſt illud Georgi.iiij.Oceanumq; patrem rerum: vel pater præcipue nympharum) ſup.miratur eam:& Tethys,ſ.vxor Oceani:candida.ſ.dea: miratur,ſupp.eã:& Galatea,ſ.nympha:rapiens ſecũ ſorores,ideſt alias nymphas maris,cupidas.ſ.talis ſpectaculi videndi,ſupp.miratur:& etiã illa.ſ.Leucothoe,quæ metit᷑ magnũ æquor piſcibus.ſ.delphinibus:iunctis.ſ.ad iugũ,et quæ metitur: æquor curru glauco,ideſt viridi,aut marini coloris:equorum bipedũ,ideſt binos dũtaxat pedes habentium,ſup.miratur: & Palæmon.ſ.deus maris:paruus i.qui puer deus maris effect⁹ eſt,miratur,ſupple cum matre.ſ.Ino:dea.ſ.maris.Illi ẽt Tyndaridæ.ſ.Caſtor & Pollux gemini(q̃ nautis iuocari ſolent:vt Hora.in.j.carminum declarat:in carmine cuius principiũ eſt,Sic te diua potẽs Cypri,ſic fratres Helenæ Lucida ſydera,&c.)ſortiti.i,q ſortiti ſunt alternatim,viuendo & moriẽdo,viuere luces æternas,appoſitorie: chara ſoboles Iouis,& magnũ ĩcremẽtũ Iouis (hemiſtichiũ hoc in Buco.habetur.nã illic dicitur,Chara deum ſoboles: quod hic mutatũ eſt: ſed quæras ſi Iouis ſoboles ſunt,q̃uo Tyndaridæ dicantur?verum manifeſta eſt ſolutio,quia denominantur a patre putatiuo,ſicut & Helenã,Tyndarida vocat:cum Iouis ſit filia:ſed ex Leda,Tyndari vxore:cũ qua Iuppiter ĩ ſpecie cycni concubuit,vnde vt dicitur illa,duo oua cõcẽpit,cõmixto ſemine Tyndari:nã ex altero ouo natus,dr̃ Pollux ĩmortalis:ex altero,Caſtor mortalis:vñ.j.ſermonũ Hor.Ouo ꝓgnatus eodẽ,&c.Similiter Hercules Iouis ex Alcmena,Amphitrionis coniuge filius:dicitur a Virg.Amphitrioniades) Tyndaridæ,inquã,mirãtur niueos artus virginis.Infelix.ſ.Scylla:voluebat.i.emittebat:iani q̃ſtu,ideſt querela per auras in medijs fluctibus,adeo,ideſt penitus; has.i.hmõi voces,atq; hæc lamenta:tollens,ideſt arrigens;extollens lumina ardentia.i.oculos ex indignatione ardentes,ad

cœlum lumina,inquit:nam vincula arcebant teneras palmas.i.manus. Idẽ verſiculus poſitus eſt in.ij.Æneidos de Caſſandra. Verba igitur Scyllæ ſunt,O,o(inqt)venti:ſupprimite paulũ.i.modicũ:flamina turbata.i.flatus veſtros nos turbantes:dũ.i.donec q̃ror,& dum moriẽs adloquor diuos:hora extrema.i.vltima parte vitæ:quãq̃; nil.i.nihil:profeci illis teſtibus.i.licet eos in teſtimoniũ aduocauerim:tñ.ſ.adloquor. Idẽ verſus eſt in Buco.O vẽti,& o auræ,ego teſtabor.i.teſtes faciã,adeo.i.omnino vos:vos(inqt)vos:o venti,ſiqui.i.aliqui.venitis de gẽte Mãtina.i.Thracia:quia vos cernitis.ſ.quæ patior aut ſic,Si vos,q venitis.i.originẽ ducitis,de gẽte Mantina.i.Thracia,vt Boreas:cernitis,ſup.hæc.Ego ſum illa Scylla,ſanguine cognato vobis.i.q̃ originẽ traxi ex progenie veſtra:quod o Progne,liceat dicere tibi ſalua.ſ.te:aut lege potius,liceat te ſalua.ſ.exiſtente, q̃; nũc te conuerſa in auẽ.Ego ſum illa.ſ.notiſſima:filia Niſi regis Megareñ.pollentis.i.potentis quondã:quã.ſ.Scyllam:Græcia.i.nobilitas Græca,petijt.ſ.in matrimonium:ex omni regno,ſup.ex ea parte,q̃ Helleſpontus curuus.i.mare Helleſponticũ amplectitur terras.Eſt aũt verſus ſpõdaicus,rerum ponderi aptus.O Minos,ego ſum illa cõiux dicta.i.addicta,& pacta tibi fœdere ſacrato.i.ſacramento iuriſiurãdi firmato.Etſi.i.q̃;q̃; non accipis.i.rata non habes:& grata hæc.ſ.dicta mea:tamẽ tu audis, ſupple ea:ne,pro an:an ego vincta.i.alligata naui,tranabo vndas magni gurgitis.i.maris,tapinoſim enim epitheton leuat.pendebone,ſupple vincta tot luces.i.dies:aſſiduas.i.cõtinuas:ex ordine i.ſine intermiſſiõe?Equidẽ.i.ego qdẽ,non poſſum contendere me dignã,alio ſupplicio.ſ.q̃; hoc quo me afficis:quãq̃; ego ignara addixi hoſtibus & immiti tyranno, patriã & penates.i.deos penes nos natos,& domeſticos:charos.i.qui chari eẽ debebãt. O Minos,verum eſt.i.fateor ego o ſcelerata petiui illos,quorum mœnibus vrbis direptis:& o ego crudelis,petiui delubra flãma i.quorũ templa incendenda curaui,hoc eſt ciues noſtros facturos,hæc.ſ.quę tu me facis,ſi aliqs caſus nudaſſet.i.reuelaſſet:tantæ.i.priuſq̃; res effectũ ſortita eſſet,noſtra fœdera.i.pacta de radendo capillo paterno: quo tradito vrbs caperetur:vero, pro ſed:ego metui.i.metuiſſem prius:vel.i.etiam ſydera mutatura ſuos curſus,q̃; te(te victore.i.cum eſſes victor,& voti cõpos) factuꝝ captæ mihi talia,qualia.ſ.facis:ſed iamiã,ideſt præcipue, ſcelus vincit,ideſt exuperat,omnia.ſ.genera malorum quæ inferre poſſis. Ten.i.tene,hoc eſt an ne ego perdita dilexi te plus patrio regno?ten ego inquã plus dilexi?quaſi dicat feci quidẽ, ſed non debui:feci autem:nec mirum,quia puella decæpta vultu,qui,ſcilicet amorem & benignitatem præ ſe ferebat:vt,ideſt ſtatim,poſtq̃; vidi,ſupple te:vt,ideſt qualiter quaſi dicat dñ boni q̃; miſere:vt in Buco.oſtendimus,vbi idem habetur verſiculus:vt,ideſt qualiter error malus,ideſt furor amoris,abſtulit.ſ.a rationis vſu,me?quaſi dicat miſerrime & longiſſime alienauit:equidem,ideſt ego quidem,non ſperaui,pro non ſum verita,aut non timui(Sicut Æneid.iiij.Hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem,Et perferre ſoror potero,& eſt acyrologia.)tale malum,ideſt tantam perfidiam,aut talem cruciatũ:poſſe naſci ex iſto,ſcilicet tuo tam formoſo corpore:ego fallor forma, ideſt ſpecie,& pulchritudine tua, q̃ aliud præ ſe fert,q̃; faciat: vel ſydere,ideſt fatali neceſſitate,quæ facit vt vultus tuus mihi alius appareat,q̃; ſit vt deciperer.Moris enim eſt,amantibus fatis imputare furorẽ:vt in Heroidibus Ouidianis late patet.Verum caſte loquitur poeta,& ſub diſiunctione,neutrũ affirmãs: quod tamen ex perſona impatienter amantis affirmatum poetæ,vitio dari non poſſet:ſed vt inſtituti noſtri rationem habeamus,breuitati nobis ſtudendum eſt.

Non me delitijs commouit regia diues
Coralio fragili,& lachrymoſo electro.
Me non florentes æquali corpore Nymphæ,
Non metus incenſam potuit retinere deorum.
Omnia vincit amor.quid enim non vinceret ille?
Non mihi iam pingui ſudabunt tempora myrrha:
Pronuba nec caſtos accendet pinus honores:
Nec libys aſſyrio ſternetur lectulus oſtro.
Magna queror:nec & illa quidem communis alumna
Omnibus iniecta tellus tumulabit arena.
Me'ne inter matres,ancillarumq; cateruas,
Mænalias inter famularum munere fungi,
Coniugis atq; tuæ(quæcunq; erit illa)beatæ
Non licuit grauidos penſo deuoluere fuſos?
At belli ſaltem captiuam lege necaſſes.
Iam feſſæ tandem fugiunt de corpore vires:
Et caput inflexa lentum ceruice recumbit.
Marmorea adductis labeſcunt brachia nodis.
Aequorei piſces immania corpora ponti
Vndiq; conueniunt:& glauco in gurgite circum
Verbera caudarum,atq; oris minitantur hiatu.
Iam tandem caſus hominum iam reſpice Minos,
Sit ſatis hoc:tantum ſolam vidiſſe malorum:
Vel fato fuerit nobis hæc debita peſtis:
Vel caſu incœpto,merita vel deniq; culpa.
Omnia nam potius,q̃ te læſiſſe,putabo.
Labitur interea reuoluta ab litore claſſis:
Magna repentino ſinuantur lintea coro:
Flectitur in viridi remus ſale.languida feſſæ
Virginis in curſu moritur querimonia longo.
Deſerit anguſtis incluſum faucibus Iſthmon
Cypſelidæ magni florentia regna Corinthi:
Præterit abruptas Scyronis protinus arces:
Infeſtumq; ſuis diræ teſtudinis exit
Spelæum,multoq; cruentas hoſpite cautes.

DOMITIVS.

¶Delitijs.) Nõ ſum capta diuitijs tuis,nec coralio,nec electro. ¶Lachrymoſo.) Quia ex lachrymis arboris populi defluit. ¶Incẽſam.) Inflãmatam: nullũ habui reſpectum deorũ, dum mõ te amarem. ¶Pronuba.) Quia faces pineæ fieri ſolent,q̃ accendunt in nuptijs ¶Lybis.) Eburne⁹: qa in Lybia ſunt elephantes, ex qb.eſt ebur. ¶Mænalias.) Archadias. ¶Captiuam.) Oẽs captiui in bello mactabãtur. ¶Marmorea.) Alba. ¶Abductis.) Curuatis. ¶Claſſis.) Minois:Deſcribit receſſum Minois a Megara. ¶Solo.) Mari. ¶Iſthmos.) Strictura illa terræ appellatur inter Ioniũ & Ægeum mare. Lucã. Qualiter vndas, Qui ſecat & geminum medius mare ſeparat Iſthmos,Nec patitur cõferre fretum ſi terra recedat Ioniũ Ægeo franget mare. ¶Cypſelidæ.) A Cypſelo Ixionis:& Jadæ filio, dicti ſunt Corinthii:& enim fuerat oraculum primũ Corinthiorũ tyrannũ fuiſſe,cui ſucceſſit Periander filius:& nomẽ habuit a mẽſuræ frumentarię genere,quod Cypſelam nominauit:quippe eum quærentibus Corinthijs interficere in mẽſura frumentaria,mater proditur cõdidiſſe. ¶Scyronis.) Scyron in Megaræ montibus habitaſſe traditur,atque appellentes hoſpites interficere ſolitum & prædari: inde Scyronia ſaxa, denominata ſunt. ¶Spelæum.) Cepulam ſignificat: ſed portus eſt ſub ſaxis Scyronijs,infauſtus olim Minoi:& inde rupes Minoia vocitata.

Iſthmos.

Cypſelidæ.

Scyron

ASCENSIVS.

¶Nõ me delitijs,&c.) Proſequitur q̃relã ſuam Scylla, dicens,Regia tua diues,delitijs.i.diuitijs delitias afferentibus,non commouit.i.non affecit me,non(inqt)mouit me coralio,ſcilicet lapide fragili, ideſt faciliter frangibili, reſpectu adamantis,aut parũ potẽti, quantũ ad amorem: nõ electro ſpecie illa ſuccini: quã ex arboribus fluere crediderunt priſci: lachrymoſo.i. quod ex lachrymis ſororum Phaetõtis in alnos,aut populos verſaꝝ diſtillare putatur. Nymphæ.i.virgines nubiles, aut deæ florẽtes:corpe æquali,ſup.mecũ.i.iuuenili: non, ſupp.potuerunt retinere,me icẽſam.ſ.amore:metus deorum nõ potuit retinere me: quia amor vincit omnia: vñ in Buco.Omnia vincit amor: & nos cedamus amori: quid enim.i.nã qd ille non vinceret?quaſi dicat nihil,cum etiã deos vicerit. Tempora nõ ſudabunt.i.pingueſcent, & diſtillabũt mihi iam.i.poſt hac myrrha pingui,vt nubẽtibus ſolẽt:nec pinus pronuba.i.q̃ prefertur nubentibus,nõ accendẽt mihi odores caſtos.i. caſtitatis matrimonialis iudices:lectulus Lybis.i. Lybic⁹, hoc eſt qualis acquirit ex Lybia, videlicet eburne⁹,nõ ſterneẽ mihi oſtro Aſſyrio.i.pur pura. Ego queror magna.i. magnas

Scyrõis alij,chyronis.

magnas res:nec illa quidē.i.& ne illa quidē.ſ.tellus:alūna.i.altrix,cōis omnib.ſ.in terris viuētib.tumulabit.i.tumulo condet ſup.me.(Notū ergo,quia alumna,etiā pro alēte accipitur.)arena iniecta.i.ſuperiecta.i.non ſepeliar,ſed fluctibus obruar. Mene.i.an ne,non licuit me fungi munere famularū,inter comites.ſ.cōiugis tuę,atq; inter cateruas Męnalias.i.Archadicas ancellarū:atq; nō licuit deuoluere penſo fuſos grauidos coniugis tuæ,quæcūq; illa beata erit.ſ.cōiux tua:at.i.nihilominus,ſi hoc nō licuit,ſaltē necaſſes captiuā,lege.i.iure belli,quo licet captos occidere: vnde ſerui dicti ſunt, qa ſeruati cū occidi potuiſſent, vires feſſæ tandē.i.poſt longiſſimū laborē fugiunt tandem de corpore.ſ.meo:& caput lentum recumbit ceruice inflexa.i.inclinata:& brachia marmorea.i.alba & lucida, vt pariū marmor:labaſcunt nodis adductis.i.cōtractis in nodū neruis. Peſtes ęquoreæ.i.monſtra marina, videlicet immania corpora:ponti.i.maris,vt coetæ,& balenæ:cōueniūt vndiq;.i.ex omni parte:& mirantur in gurgite glauco.i,marino:circum.i.per circuitum:Verbere,caudarum,atq; hiatu immanis oris(Alij textus habēt,verbera,& hiatum.)O Minos, reſpice iam tandem caſus hominū. q.d.memineris te quoque eſſe hominem,& in ſimilem caſum poſſe incidere,ſit ſatis hoc.ſ.me ſolam vidiſſe tantum malorū, vel hęc peſtis.i.tribulatio fuerit debita nobis fato.i.violentia fatali:vel caſu,ideſt fortuna:vel deniq; culpa merita,ideſt ob demeritum: nam putabo omnia potius q̄ te læſiſſe.i.peccaſſe in me:vel q̄ te maledicto,& conuitio lædam hactenus Scylla.vñ addit poeta,Claſſis reuoluta ab litore labitur interea.i.dū Scylla ſic queritur,& litora magna ſinuātur.i.incuruātur,& in ſinū excauātur:interea Coro.i.vento illo,qui & Caurus dicitur:repentino i,ſubito obruenti:remus flectitur.i.incuruatur:in ſale, ideſt mari:viridi.i.vitrei coloris:q̄rimonia.i.q̄rela virginis feſſæ & ita lāguida,ideſt languida effecta & habita: moritur.i.definit,in curſū longo. Ipſa autem ſic tracta,deſerit Iſthmon.i.ſtricturam terræ,& angulum incluſum anguſtis faucibus, ſcilicet maris:& præterit regna Corinthi florentia,ſcilicet tunc temporis,regna inquā Cypſeli filij magni,ſcilicet olim:& præterit ꝓtinus arces abruptas Scyronis,ſcilicet tyrāni:q;,pro ideſt:exit ſpeleum,ideſt antrū:teſtudinis.i.fornicis,aut crepidinis,in morem teſtudinis inuolutæ:diræ.i.diri tyrāni:infeſtum,ideſt vim inferentis ſuis:& cautes cruētas.i.aſperſas cruore multo hoſpite,ſeu mutuo.ſ.iam extincto:hoſpite.ſ.Scyrone illic appulſo.

Iamq; adeo tutum longe piræea cernit:
Et notas ſecum heu fruſtra reſpectat Athenas.
Iam procul è fluctu Minoia reſpicit arua:
Florenteſq; videt iam cycladas.hinc venus illi,
Hinc ſinus,hinc ſtatio contra patet hermionia,
Linquitur ante alias longe gratiſſima delos
Nereidum matri,& Neptuno ægæo.
Proſpicit incinctam ſpumanti litore Cythnon,
Marmoreamq; Paron,viridemq; allapſa Donyſam,
Æginamq; ſimul,ſementiferamq; Seriphum,
Fertur:& incertis iactatur ad omnia ventis.
Cymba velut magnas ſequitur cum paruula claſſes:
Afer & hyberno bacchatur in æquore,turbo.
Donec tale decus formę vexauit:& ægros
Non tulit,& miſeros mutauit virginis artus,
Cœruleo pollens coniux neptunia regno.
Sed tamen externam ſquamis veſtire puellam,
Infidoſq; inter teneram committere piſces
Non ſtatuit.nimium eſt auidum pecus Amphitrites.
Aerijs potius ſublimem ſuſtulit alis:
Eſſet vt in terris facti de nomine cyris:
Cyris Amyclæo formoſior anſere Ledæ.
Hic velut in niueo,tener eſt cum primitus,ouo
Effigies animantis,& internodia membris
Imperfecta nouo fluitant concreta calore.
Sic liquido ſcyllæ circunfuſum æquore corpus
Semiferi incertis etiam nunc partibus artus
Vndiq; mutabant:atq; vndiq; mutabantur.
Oris honos primum,& multis optata labella,
Et patulæ frontis ſpecies concreſcere in vnum
Cœpere:& gracili mentum producere roſtro,
Tum,qua ſe medium capitis diſcrimen agebat,
Ecce repente velut patrios imitatus honores
Puniceam concuſſit,apex in vertice criſtam.
At mollis varios intexens pluma colores,
Marmoreum volucri veſtiuit tegmine corpus:
Lentaq; perpetuas fuderunt brachia pennas.
Inde alias partes,minioq; infecta rubenti
Crura,nouamq; aciem obduxit ſqualida pellis,
Et pedibus teneris vngues confixit acutos.

DOMITIVS.

Pyrœū. ¶Pyrœum.)Pyrœum,locū forū Athenienſem ſignificat: pariter & portū,eiuſdem nominis fuiſſe tradunt. ¶Cycladas.) Inſulas in mari Ægeo. Strophades. ¶Strophades.) Similiter iſulæ appellatæ ſunt:a cōuerſione quā fecerūt Zœtus & Calais:Beroes & orythię filij,depulſis Harpyis a mēſis Pinei & Plotę,antea dicebāt. ¶Hermiona.)Ciuitas eſt in cōſpectu maris Ægei. ¶Delos.)Notiſſima inſula,origine Phœbi & Dianæ. ¶Cynthus.)Ciuitas. Paros. ¶Paros & Dionyſa.) Inſulæ Cycladū clariſſimę marmoribus. Seryphus. ¶Æginā Seryphū.) Etiā clariſſimas iſulas,nō magnitudine,ſed q̄ ad eas cōſueuit: dānatus aliquis dimitti. Ægina vero in Peloponneſo eſt: vbi eadem eſt Hermione: & dicta eſt (teſte Ouidio) a matre Æaci: ait eni Æacus, Æginā genitricis nomine dixit:eſt enim in Epidauri conſpectu. Amphitrite. ¶Coniux Nep.)Amphitrite,vxor Neptuni: verū ponitur ꝓ omni mari, quod circuit terrā in Oceano. ¶Alis aerijs.) Quia conuerſa eſt in auē. ¶Anſere.)Cycno qui habuit rē cū Læda:ſed idē Iuppiter erat. ¶Honos.) Reuerētia oris,& fortuna ſuorū :qa poſt illa tempora nunquā petijt oras Megarenſes.

ASCENSIVS.

¶Iāq; adeo,&c.) Docet qūo tandem in auem mutata fuit, quam Cyrim appellat. Ordo autem eſt. Iamq;.i.& iam, adeo,ideſt penitus:cernit longe,ideſt procul:Pyrœum,ſcilicet portum Athenieñ.tutū, ſcilicet ab effectu,quia tutos facit:& reſpectat ſecum,ideſt reſpiciendo conſyderat Athenas: heu(interdolentis vox) notas fruſtra, aut reſpectat fruſtra, quia non potuit illic tuta eſſe:& reſpicit iam procul e fluctu,arua Minoia,ideſt quæ Minos, Cretēſiū rex poſſidebat:& videt iam Cycladas,ſcilicet

insulas

inſulas,in mari Ægeo florentes:& reſpicit hinc,ideſt deinde:Strophadas,ſcilicet inſulas a cōuerſiōe dictas: vt viſum eſt ad illud.iij.Æneidos Strophades Graiæ ſtāt nomine dictæ.Hinc,ideſt deinde: patet cōtra,ideſt ex aduerſo: ſinus,ideſt maris īcuruatio: hinc patet ſtatio,ideſt vbi naues ad tempus ſtare ſolent.& Hermonia, ſcilicet ciuitas in Ægeo mari,patet cōtra,ideſt ex aduerſo:& Delos, ſcilicet inſula gratiſſima:longe ante alias.ſ.inſulas: matri Nereidum, ideſt nympharum marinaꝝ:hoc ē Doridi:& Ægeo Neptuno(Sic in.iij.Ænei.Sacra mari medio colitur gratiſſima tellus Nereidū matri & Neptunio Ægeo.)& ipſa adlapſa,ideſt allabēs: proſpicit, ideſt porro,ſeu procul,inſpicit,ſcilicet ciuitatē, incinctā, ideſt circundatam litore ſpumanti a crebro vndarū ictu: & Paron.ſ.inſulam vnam ex Cycladibus, marmoream.i. candido marmore inſignitam,& Donyſam aliam inter Cycladas,inſulam viridem, quia ſyluoſam:& ſimul ꝓſpicit(in quo ſignificatur celeritas nauigātiam) Æginam, & Seryphum inſulam,in quam noxij ablegari ſolebāt,ſementiferam,ideſt afferre ſolitam copiam ſementis. Ipſa autem has inſulas proſpiciēs fertur, ſcilicet impetu,& iactatē ventis incertis,ideſt mutabilib⁹, ad omnia,ſcilicet dicta loca, nunc huc,nūc illuc: velut cū cymba,ideſt ſcapha paruula, ideſt nauicula: ſequitur claſſes magnas:& turbo Apher, ideſt ventus Aphricus,turbinem facere ſolitus;bacchatur in ęquore hyberno,ideſt hyemali tempore,donec tale decus,formæ,ideſt ſpecimē & ſpectaculum rerum: vexauerit ægram,ſcilicet Scyllam,q̄ ſic vexaretur ægre ferentē. Coniux Neptunia,ideſt Amphitrite:Pollēs,ideſt valens,& potens,

regno cœruleo,ideſt mari cœrulei coloris:non tulit.ſ.tales dolores,ac mutauit miſeros artus virginis,ſcilicet Scyllæ. Sed tamen non ſtatuit,ideſt non conſtituit puellam externã,ideſt nõ in mari,ſed in terris ortam,veſtire ſquammis.ſ.piſcium,& committere ipſam teneram inter piſces infidos,quia deuorãt quidquid iniicitur:& aufugere neſciunt dummodo comeſtibile ſit: quia pecus Amphitrites,ideſt deæ maris,hoc eſt marinum: eſt nimiũ auidũ,ideſt vorax:ſed ſuſtulit,ideſt ſurſum tulit,potius ipſam ſublimen alis aeriis,ideſt quibus in aere vtatur: vt eſſet, ideſt appellaretur,in terris Cyris,ideſt auis,ſic dicta, de nomine facti,ideſt tracto vocabulo a facto: Cyris (inquit formoſior anſere Amycleo,ideſt cycno,in quem Iuppiter cõuerſus dicitur apud Amyclas,cum Leda rem habiturus: vnde duo oua ſuſtulit: vñ addit,anſere Ledæ,qui cãdidiſſimus erat:ſed cycnus, non anſer. Hic,ideſt hoc loco,& tempore,vbi & quando Cyris mutata eſt: Velut cum effigies.ſ.auium teneræ: quia nondum ad plenum formatæ: animantur protinus in ouo niueo, ideſt albiſſimo:& internodia,ideſt connexiones,vt genuum & cubitorum in homine:imperfecta,ideſt nondum perfecta,fluitant, ſup.in membris:concreta,ideſt cõſtipata colore nouo:quia immutato ouo in alium colorem:ſic corpus Scyllæ circunfuſum, ęquore liquido,ideſt aqua marina,& artus etiam ſemiferi,ideſt ad dimidium in ferã verſi:partibus incertis,ideſt nondũ in formam auinam diſpoſitis:mutabant,ſup.ſe vndiq;,atq; ipſa mutabatur vndiq; (Bonus eſt verſus ſpondaicus:quia languorem, præ ſe fert immutandæ puellæ.)honos,ideſt decor,& pulchritudo oris,videlicet labella,optata multis:& ſpecies, ideſt decor ſpectabilis:frontis,patulæ,ideſt ampliter ſemper patentis & extẽſæ,quod ad decus eſt mulieri,cœpere cõcreſcere in vnũ, ſ.formã roſtri:&,pro ideſt:producere,ideſt extẽdere mentum, ideſt inferiorem partem oris,roſtro gracili:tum,ideſt deinde: ecce,ſupp.ab ea parte:qua diſcrimen capitis,ideſt capillorũ,agebat ſe medium,ideſt diuidebatur,dum puella eſſet in geminas tricas:imitatur repente velut honores patrios,ideſt accipit criſtam in morẽ capilli paterni,& apex,ideſt ſummitas,concuſſit in vertice criſtam purpureã,ideſt purpurei coloris,vt fuerat capillus patris,at pluma intexens membris varios colores:veſtiuit corpus manſurũ,ideſt non immutãdum amplius tegmine volucri,ideſt plumeo integumento:& brachia lenta,fuderunt perpetuas.i.non auferendas pẽnas. Inde,ideſt deinde:infecta.i. infectas,hoc eſt tinctas habẽs alias partes:minio,ideſt terra rubenti:pellis ſqualida:obduxit,ideſt cooperuit,crura,& nouam faciem.ſ.oculorum & confixit pedibus teneris,ideſt ad pedes, dum puellæ eſſent teneros vngues acutos,quales.ſ.nunc Scylla in auem verſa habet.

DOMITIVS.

(Exigit.) Præterit ætatem ſuam in ſcopulis & rupibus. (Halietus.) De genere aquilarum,quæ talem habent naturam,vt non proprio generis ſui concubitu naſcantur, ſed ex diuerſis aquilis fœtus quos noſcunt generoſos, cogendo eos intueri in dies,ſeu radios ſolares,paſcunt. (Infeſti.) Quia pr̃ Niſus eſt inimicus huic aui. (Atrox.) Pater Niſus.

Haliet°.

ASCENSIVS.

(Et tamen hoc demũ,&c.) Cõcluſurus opus,docet quo modo ſic immutata Scylla i aerẽ ſe ſuſtulit:in ſcopulis & rupibus habitatura a Niſo patre,in auem ſui nominis verſa,perpetua inimicitia proſequenda. Ordo eſt. Et tamen, ideſt licet miſerũ hoc fuerat ſolatium,tamẽ vix fuerat dignum cõiuge Neptuni, ſcilicet Amphitritę:placida,ideſt benigna:ſuccurrere demum, ideſt tandẽ,poſt prolixos q̃ſtus miſeræ, ſcilicet Scyllæ: hoc pacto,ideſt modo, ímutanda.ſ.in auem. Nunq̃,ideſt non vnquã, illam oculi ſuorum,ſcilicet notorũ & familiarium, nunquã videre poſt hac,ideſt poſt illud tempus. (Conſtruitur accuſatiuus illam,ante ſuorum,ꝓpter relationem)non viderunt inquã illam retinentem,vertice ſal uo:vittas purpureas.i.purpurei coloris in morem capilli paterni: thalamus, ſcilicet nuptialis: fragrans amomo Tyrio,aut Syrio.(Nã in Buco.legitur, Aſſyrium vulgo naſcetur amomum.)non accæpit,ſup.illã poſtea. Nullæ ſedes, ſupple accæperũt eam poſtea:quid enim.i.nam quid iam,ſup. opus habet ſedibus illis regalibus in quibus prius fuerat? quaſi dicat nihil. Quę,ſcilicet Scylla ſimul,vt,ideſt poſtq̃ ipſa velox, ideſt volucris effecta,extulit ſeſe de gurgite cano, ideſt ſpumis albicanti,ad cœlum,ideſt aerem, cum ſonitu.ſ.concomitante: & hoc alis ſtridẽtib. & diſperſit late multum rorẽ,ideſt aſpergi-nem aquæ marinæ in æquore,ipſa virgo infelix recæpta, ideſt dempta & erepta:neqdquam,ideſt fruſtra:morte,qa adhuc multis laboribus erat fatigãda,aut morte recæpta, i.ſuſcępta:nequidquam,ideſt nequaquam:exigit,ideſt tranſigit:æuum incultũ,ideſt reliquam vitam incultã,in montibus ſolis,ideſt deſertis in rupibus,& ſcopulis,& in litoribus deſertis. (Iterũ ſpondaicus verſus languorẽ indicãs, & molem curarum.) Nec tamen hoc.ſ.facit,aut fit illi ſine pœna: imo cum maxima pœna,quam patri pẽdere cogitur. Nam rex deum, ideſt deorum.ſ. Iuppiter qui verſat imperio,ideſt regit,& gubernat oia millia,ideſt ſpatia terrarum, commotus, ideſt ægre ferens puellam talem, ſ.quæ paricidium perpetrauerat volitare ad ſuperos, cum pr̃,ſupp.eius,videlicet Niſus extinctus,ideſt mortuus:lateret ſub nocte.i.caligine:obliuionis cæca, ideſt ignorata: reddidit illi pro ſua.ſ. Niſi pietate (Nam Niſus,ſupplex reſperſerat ſæpe aras,ſcilicet Ioui,extructas ſanguine taurorum:nitentum, ideſt cãdidorum:& decorarat,ideſt decorauerat ſæpe ſedes deum,pro deorũ, ideſt templa & ædes deorum,aut phana:munere, ideſt dono oblatitio,largo.) reddidit ergo illi vitam optatam, ſcilicet vt de filia vltionem faceret: & hoc corpore mutato,in auẽ,ſcilicet Scyllæ inimicã,quia fecit vt eſſet halietus ales,ideſt auis de genere aquilarum in terris:quippe,ideſt quia certe:ille deus,ſcilicet Iuppiter,gaudet ſemper aquilis coruſcis,ideſt coruſcãtibus plumis. Hoc autem dicit,aſſentãdo Romanis imperatoribus, quibus pro inſigni aquilę,ſunt a Romulo in cõdenda vrbe pro augurio viſæ: dicuntur autem in tutela Iouis,quia in bello giganteo, Ioui fulmina miniſtrabant:quod fictum eſt,quia fulmine negantur tangi,alij legũt,ille deus coruſcus,ideſt coruſcãs, ſcilicet

Et tamen hoc demum miſeræ ſuccurrere pacto
Vix fuerat placida Neptuni coniuge dignum.
Nunquam illam poſt hac oculi videre ſuorum
Purpureas flauo retinentem vertice vittas:
Non thalamus Tyrio fragrans accepit amomo:
Nullæ illam ſedes:quid enim iam ſedibus illis?
Quæ ſimul vt ſeſe cano de gurgite,velox
Cum ſonitu ad cœlum ſtridentibus extulit alis:
Et multum late diſperſit in æquore rorem:
Infelix virgo nequicquam morte recepta
Incultum ſolis in rupibus exigit æuum,
Rupibus,& ſcopulis,& litoribus deſertis.
Nec tamen hoc iterum pœna ſine.nanq; deum rex
Omnia qui imperio terrarum millia verſat:
Commotus talem ad ſuperos volitare puellam,
Cum pater extinctus cæca ſub nocte lateret:
Illi pro pietate ſua:nam ſæpe nitentum
Sanguine taurorum ſupplex reſperſerat aras:
Sæpe deum largo decorarat munere ſedes:
Reddidit optatam mutato corpore vitam.
Fecit & in terris Haliætus ales vt eſſet.
Quippe aquilis ſemper gaudet deus ille coruſcus.
Huic vero miſeræ quoniam damnata deorum
Iudicio,natiq;,& coniugis ante fuiſſet:
Infeſti appoſuitq; odium crudele parentis.
Nanq; vt in ætherio ſignorum munere præſtans,
Vnum quem duplici ſtellarum ſydere vidi:
Scorpius,alternis clarum fugat Oriona:
Sic inter ſeſe triſtes Haliętus in iras
Et Cyris memori ſeruant ad ſæcula fato.
Quacunq; illa leuem fugiens ſecat aera pennis:
Ecce inimicus atrox magno ſtridore per auras
Inſequitur Niſus:qua ſe fert Niſus ad auras:
Illa leuem fugiens raptim ſecat aera pennis.

Nitẽtũ, alij tepẽti.

Reſperſerat, aras, alij reſpexerat auras.

Nãq; vt in ęthereo, alij Iã velutí æthereo.

Fugit, alij fugiant.

ſcilicet fulgure, gaudet ſemper aquilis: quod potius approbē, quia aquilæ non ſunt coruſcæ. Vero, pro ſed: Iuppiter, ſupp. appoſuit huic miſeræ. ſ. Scyllæ, odium crudele parentis. ſ. Niſi, in auē verſi, qui & Halietus, & Niſus, dicitur infeſti. i. perſequutoris eius, & illi vim inferētis: quoniā, ſup. ipſa fuiſſet iam ante. i. antea nata, iudicio deorum: & nati, & coniugis. i. totius cœtus deorū, ipſam ad hoc iudicantis. Nam veluti ſcorpius. ſ. ſignum, præſtans munere æthereo ſignorum. i. inter ſigna cœleſtia, quē ego vidi vnum. i. ſolū, duplici ſydere ſtellarū) de qua re abunde dictum eſt circa principiū. j. Geor. ad illos verſus, Quas locus Erygonem inter Chelasq́ʒ ſequētes Panditur, ipſe tibi iam brachia cōtrahit ardens Scorpius & cœli iuſta plus parte reliquit. veluti, inquā, ſcorpius fugit Orionē clarum. i. ſydus Orionis. (Eſt aūt verſus ſpondaicus. nam orion, debet habere primā longam: licet in. j. Æneí. corripiatur, vbi dicit, Cū ſubito aſſurgens fluctu nymboſus orion. Ideoq́ʒ cū nullus ſit ordo, non eſt legēdum, fugiant.) alternis. ſ. vicibus (ſed raro, aut nunq̄ʒ, eam particulam apud doctos numeralibus additam inuenias: vnde nō dices, bina vice: ſed, bis: ſic alternis, ideſt alternatim.) ſic Halietus. ſ. auis, in quam Niſus verſus dicitur: & Cyris. ſ. auis, in quā Scylla transformata legitur. ſeruāt inter ſeſe ad ſæcula. i. in perpetuum: iras triſtis, ideſt odia vera (Bene addit, triſtis: qa amantum iræ, reintegratio amoris eſt. Sunt enim gratæ nonnunquā inter amantes proteruitates, & zelationes, atq́ʒ iræ, ex amore procedentes: vnde etiā in Buco. dicit. Nonne fuit ſatius triſtis Amaryllidis iras. Atq́ʒ ſuperba pati faſtidia, &c.) ſeruant igitur iras triſtis: fato memori (ſicut. j. Æneí. Memorem Iunonis ob Iram. Et ponitur, memor, in neutro genere: ſicut ēt in. iiij. Æneí. Iuſtūq́ʒ, memorq́ʒ precatur.) Quacūq́ʒ illa leuem, &c. eadē carmina alibi poſita inuenimus. Ordo eſt. Quacunq́ʒ illa, eſt. ſ. Scylla, aut Cyris fugiēs. ſ. Niſum patrem, aut Halietum: ſecat. i. diuidit: & tranſuolat pēnis ęthera, ideſt aerem: leuem. i. facile cedentem: ecce. q. d. derepente, præter expectationem Scyllæ: inimicus atrox. i. ferox in filiam, propter facinus nefandū: inſequitur per auras, ſup. cum magno ſtridore: & qua. i. quacūq́ʒ. ſ. via, aut parte, Niſus fert ſe ad auras: illa fugiens. ſ. Niſum: raptim. i. celeriter ſecat æthera, leuem pennis. ſ. alarum ſuarum.

CYRIS FINIS.



# P. VIRGILII MARONIS MORETVM.

IAm nox hybernas bis quinq́ʒ pergerat horas:
Excubitorq́ue diem cantu prædixerat ales.
Similus exigui cultor cū ruſticus agri,
Triſtia venturæ metuens ieiunia lucis,
Membra leuat ſenſim vili demiſſa grabato:
Sollicitaq́ʒ manu tenebras explorat inerteis:
Veſtigatq́ʒ focum: læſus quem deniq́ʒ ſentit.

Virgi.

ASCENSIVS.

IAm nox hibernas, &c.) Hoc Publij Virg. Maronis opuſculū, Moretum ab eo inſcriptū eſt: a paſtilli, ſeu placētę, ac cruſti genere, ex pane & herbis cōfecto, in quo deſcribēdo, ingenij hubertatem abundet aperit, dum in re tā tenui, tāq́ʒ (vt ita dicā) nulla, tam graphice & diſerte, ruſticanam diligentiam, & continentiam, & parſimoniā præſcribit, ſubinſerens horti feracis cōmoda. Primo, deſcribit patris familias diligentiā, inſurgendo ante lucem, preſertim tēpe hiberno. Computat autem horas more patriæ ſuæ: nā illic, prima hora, eſt in occaſu ſolis, cum ergo ſol occidat tēpore brumali, fere hora decima noctis, hora erit ſm nos quarta: qua & ruſtici fere ad opus ſuum ſurgunt. Ordo igitur eſt: Nox peregerat iam bis quinq́ʒ. i. decem: horas hibernas. i. quæ erant tempore hyemali: & ales. ſ. gallus: excubitor. i. excubias curans: pdixerat, ideſt annunciauerat, priuſq́ʒ venerat diem. i. lucē: cum, ideſt quando: Similus cultor horti exigui, ideſt modici: metuens ieiunia triſtia. i. triſtitiam afferētia: lucis venturæ,

terræ, ideſt diei appropinquantis: leuat. i. erigit: ſenſim, ideſt paulatim: membra. ſ. ſua: demiſſa, ſcilicet pri⁹. i. deorſum miſſa: & proſtrata grabato. i. ſtrato & lecto vili: & explorat. i. exquirit tenebras iertes, ideſt ad nullam artem vtiles: manu ſolicita. i. ſolicite palpitanti: & veſtigat. i. inquirit: focum. i. locum vbi ignis fouebatur: quem ipſe læſus. ſ. ab igne: ſenſit. i. percepit ſenſu tactus: deniq; i. tandem. Nam, ſupple fum⁹ paruulus, remanebat ſtipite exuſto. alij legũt manabat: &, ex vſto, duabus dictionib. vt ſit, fumus puulus. i. modic⁹, manabat ex ſtipite vſto: & cinis cęlabat. i. occultabat: & ſopiebat lumina i. ſplẽdorẽ: prunæ. i. carbõis: obductæ, ideſt coopertę. Ipſe Similus admouet. i. applicat: his. ſ. cineri & prunæ: lucernã pronam, ideſt ad recipiendũ lumen debite reflexã: aut ipſe pronus: admouet fronte ſubmiſſa. i. ſurſum miſſa, ne a fumo lęderetur: & ꝓducit acu, ideſt ferro acuto: alij legunt, acus, ſtuppasq;: vt ſit, & ꝓducit acus. i. ſtramẽta: aut (vt dicũt) paleas, & ſtuppas, carentes humore. i. aridas: & excitat ignẽ languentẽ flatibus. i. ſufflationibus crebris. Tenebræ recedunt tandem, & hoc fulgore. ſ. ignis, concepto. ſ. a ſtuppa, aut lucerna: & defendit lumẽ ab aura. i. vento, ne extinguatur: defendit aũt oppoſita. i. contra poſita: & reſerat oſtia clauſa claui, quæ ꝓuidet. ſ. an clauſa ſint. Pauper. i. modicus aceruus frumenti, erat fuſus terra. i. per terram: & depromit ſibi hic. i. ex hoc aceruo: ſupp. tantum, quantũ mẽſura ſ. moreti faciendi, petebat. i. exigebat: alij tamen legunt, patebat: q̃ excurrit pondere i libras bis octenas. i. ſedecim. Inde. ſ. iam depromptó frumento abit, & aſſiſtit molę. i. ad molam: & locat lumina fida, ſup. in tabella parua: quã paries ſeruabat fixam in illos vſus: tunc. i. deinde. depoſita candela, aut lucerna ad tabellã: ipſe liberat. i. expędit, denudãdo veſte lacertos geminos. i. ambo brachia: & ipſe cinct⁹ tegmine capræ villoſæ, peruertit. i. in toto vertit: cauũ. i. concauum: &, pro ideſt: gremium. i. receptaculũ molarum, hoc eſt diſponit ad molendum. ¶ Aduocat inde man⁹.) Pergit hoc ordine. Similus aduocat. i. aſciſcit, & applicat tãq; auxiliatrices: inde, ideſt deinde: manus partitus, i. impartiẽs vtranq; operi: læua. ſ. manus, eſt intenta miniſterio, quia adminiſtrat far: aut

Paruulus exuſto remanebat ſtipite fumus:
Et cinis obductæ cælabat lumina prunæ.
Admouet his pronam ſummiſſa fronte lucernam:
Et producit acu ſtuppas humore carenteis:
Excitat & crebris languentem flatibus ignem.
Tandem concepto tenebræ fulgore recedunt:
Oppoſitaq; manu lumen defendit ab aura:
Et reſerat clauſa, quæ præuidet, hoſtia claui.
Fuſus erat terræ frumenti pauper aceruus.
Hinc ſibi depromit, quantum menſura petebat,
Quæ bis in octonas excurrit pondere libras.
Inde abit: aſſiſtitq; molæ: paruaq; tabella,
Quam fixam paries illos ſeruabat in vſus:
Lumina fida locat. geminos tunc veſte lacertos
Liberat: & cinctus villoſæ tergore capræ
Præuerrit cauda ſilices, gremiumq; molarum.
Admouet inde manus operi, partitus vtranq;.
Læua miniſterio, dextra eſt intenta labori.
Hæc rotat aſſiduis gyris, & concitat orbem.
Tunſa ceres rapido ſilicum decurrit ab ictu.
Interdum feſſæ ſuccedit læua ſorori:
Alternatq; vices. modo ruſtica carmina cantat:
Agreſtiq; ſuum ſolatur voce laborem.
Interea clamat Cybale (hæc erat vnica cuſtos
Afra genus, tota patriam teſtante figura,
Torta comam, labroq; tumens, & fuſca colore,
Pectore lata, iacens mammis, compreſſior aluo,
Cruribus exilis, ſpatioſa prodiga planta,
Continuis rimis calcanea ſciſſa rigebant)
Hanc vocat: atq; arſura focis imponere ligna
Imperat: & flamma gelidos adolere liquores.
Poſtq̃ impleuit opus iuſtum verſatile finem:
Transfert inde manu fuſas in cribra farinas:
Et quatit: & remanent ſummo purgamina dorſo.
Subſidit ſyncera, foraminibusq; liquatur
Emundata ceres. leui tum protinus illam
Componit tabula: tepidas ſuperingerit vndas.
Contrahit admiſtos tum fontes, atq; farinas.
Tranſuerſat durata manu: liquidoq; coacto
Interdum grumos ſpargit ſale: iamq; ſubactum
Format opus: palmiſq; ſuum dilatat in orbem:
Et notat impreſſis æquo diſcrimine quadris.
Infert inde foco (Cybale mundauerat aptum
Ante locum) teſtiſq; tegit. ſuper aggerat ignes.
Dumq; ſuas peragit vulcanus, teſtaq; partes:
Similus interea vacua non ceſſat in hora:
Verum aliam ſibi quærit opem: neu ſola palato
Sit non grata ceres, quas iungat, comparat eſcas.
Non illi ſuſpenſa focum carnaria iuxta
Durati ſale terga ſuis, trunciq; vacabant.
Traiectus medium ſparto ſed caſeus orbem,
Et vetus aſtricti faſcis pendebat anethi.
Ergo aliam molitur opem ſibi prouidus heros.
Hortus erat iunctus caſulæ: quem vimina pauca,
Et calamo recidiua leui munibat arundo:
Exiguus ſpatio, varijs ſed fertilis herbis.
Nil illi deerat quod pauperis exigit vſus.
Interdum locuples à paupere plura petebat.
Nec ſumptus erat huius opus, ſed regula curæ.
Si quando vacuum caſula pluuiæ ue tenebant,

aut frumentum aliud molendũ, dextra eſt intenta labori, quia circumagit molam: hæc ſ. dextera: rotat & concitat orbem. i. molarem: aſſiduis gyris, ideſt circũuolutiõib⁹: Ceres trita ab rapido ictu ſilicũ, i. molariũ lapidũ: decurrit. i. deorſum currit. Læua ſuccedit interdũ ſorori. i. dexteræ: feſſæ. i. fatigatæ: & alternat vices. i. alternatim & viciſſim rotat: & cantat. ſ. Similus: modo. i. interdum carmina ruſtica: & ſolať voce agreſti. i. cantilena ruſtica laborem, & clamat interdum Cybalen. ſ. ancillam: quæ, ſupple erat, vnica cuſtos. ſ. domus: & horti Aphra. i. ex Aphrica: genus. i. origine, & ſm genus: & hoc tota figura. ſ. eius corporis, teſtante patriã, ideſt approbãte Aphram eſſe: torta comam. i. habens comã intortam, & criſpam in morem lanæ villoſę: tumens labra. i. habens labra inflata, & ſpiſſa, & fuſca colore, vt Mauri ſunt. Pectora iacent lata mãmis. i. habẽt mãmas latas, iacẽtes in pectore: & aluus, ſupp. iacet compreſſior, quod cõtra venuſtatem eſt: nam amatur venter, & pectus tumens in muliere, ſtrictis tamen mammillis: alij habent, compreſſior aluo: vt ſit exiſtẽs compreſſior aluo. i. habens aluũ compreſſiorem: & exilis. i. gracilis cruribus: & ꝓdiga. i. vltra modũ abũdãs, planta. ſ. pedis ſpatioſa: calcanea. i. calces pedum: rigebant ſciſſa cõtinuis rimis: vocat ergo hanc. i. talem, atq; imperat ĩponere focis ligna arſura, & adolere. i. tẽperare: liquores gelidos. i. aquas frigidas flammas. ſ. ignis: ſed poſtq̃ verſatile, ſcilicet molendinum impleuit iuſtum finẽ, ideſt perfecit munus ſuũ: ipſe transfert inde, ideſt deinde, farinas, fuſas manu in cribra: & quatit i. excutit: ac purgamina. ſ. furfuris: remanẽt in ſummo dorſo. ſ. cribri: Ceres emendata. i. flos farinæ: ſubſidit. i. ad ima tendit, exiſtens ſyncera: & linquatur. i. colatur: vnde colatur, quidam contra artem legunt: foraminibus. i. per foramina cribri: tum, ideſt deinde, ipſe Similus componit illam ſ. cererem purgatã: tabula leui. i. polita & leuigata, & ſupingerit vndas tepidas, quas Cybale temperauerat: tum. i. deinde: cõtrahit frõdes. ſ. herbarũ, atq; farinas admixtas, atq; traſuerſat ſup. iam dicta: durata. i. duriora effecta: manu & coactu. i. coagulo liquido: & ſpargit interdum grumos. i. globulos: ſale. i. de ſale & leuat. i. leuigat (nam ꝓmã producit)

Preuertit caudaq; cauũ gremiũq;, alij, Peruerrit cauda ſilice, gremiũq;.

Emẽdata, alij emũdata.

Frõdes alij fontes.

Coactu alij coacto.

Ne, alij neu.

Focis, alij focũ.

Vocabãt, alij vacabãt

Sparto, alij parco.

Feſtáue lux:ſi forte labor ceſſabat aratri:
Horti opus illud erat. varias deponere plantas
Norat:& occultæ committere ſemina terræ:
Vicinoſq; apte cura ſummittere riuos.
Hic olus, hic late fundentes brachia betæ,
Fœcundusq; rumex, maluæq;, inulæq; virebant.
Hic ſiſer, & capiti nomen debentia porra.
Hic etiam nocuum capiti, gelidumq; papauer,
Grataq; nobilium requies lactuca ciborum,
Et grauis in latum demiſſa cucurbita ventrem.
Verum hic non domini (quis enim contractior illo?)
Sed populi prouentus erat: certiſq; diebus
Venales olerum faſces portabat in vrbem.
Inde domum ceruice leuis, grauis ęre redibat,
Vix vnquam vrbani comitatus merce macelli.
Cepa rubens, ſectiq; famen domat area porri,
Quæq; trahunt acri vultus naſturcia morſu,
Intybaq;, & venerem reuocans eruca morantem.
Tum quoq; tale aliquid meditans intrauerat hortum.
Ac primum leuiter digitis tellure refoſſa,
Quatuor educit cum ſpiſſis allia fibris.
Inde comas apij graciles, rutamq; virentem
Vellit, & exiguo coriandra trementia filo.
Hæc vbi collegit: lętum conſedit ad ignem:
Et clara famulam poſcit mortaria voce.
Singula tum capitum nodoſo cortice nudat:
Et ſummis ſpoliat corijs: contemptaq; paſſim
Spargit humi: atq; abicit. ſeruatū gramine bulbum.
Tingit aqua: lapidiſq; cauum demittit in orbem.
Hinc ſalis aſpergit micas. ſale durus adeſo
Caſeus adijcitur: dictas ſuperingerit herbas:
Et læua veſtem ſetoſa ſub inguina fulcit.
Dextera piſtillo primum fragrantia mollit
Allia: tum pariter miſto terit omnia ſucco.
It manus in gyrum: paulatim ſingula vires
Deperdunt proprias: color eſt è pluribus vnus,
Nec totus viridis, quia lactea fruſta repugnant:
Nec de lacte nitens, quia tot variatur ab herbis.
Sæpe viri nares acer iaculatur apertas
Spiritus: & ſimo damnat ſua prandia vultu.
Sæpe manu ſumma lachrymantia lumina tergit:
Immeritoq; furens dicit conuitia fumo.
Procedebat opus: nec tam ſalebroſus vt ante,
Sed grauior lentos ibat piſtillus in orbes.
Ergo palladij guttas inſtillat oliui:
Exiguiq; ſuper vires infundit aceti:
Atq; iterum commiſcet opus: miſtumq; retractat.
Tum demum digitis mortaria tota duobus
Circuit: inq; globum diſtantia contrahit vnum:
Conſtet vt effecti ſpecies, nomenq; Moreti.
Eruit interea Cybale quoq; ſedula panem.
Quem lotis recipit manibus: pulſoq; timore
Iam famis, inq; diem ſecurus Similus illam,
Ambit crura ocreis paribus: tectuſq; galero
Sub iuga parentes cogit lorata iuuencos:
Atq; agit in ſegetes, & terræ condit aratrum.

producit) & polit iā op⁹ ſubactum, ideſt extenſum, & erectū, & dilatat palmis in ſuū, ideſt iuſtum & debitū orbē: & notat.i. diſtinguit notis: q̄dris ipreſſis diſcrimine ęquo, ideſt æquali diſtātia: & infert Inde.i. deinde: foco, ideſt i focū, quia Cybale mundauerat ante.i. prius: locum aptum.i. conuenientem coctioni: & tegēs.ſ. Moretum: teſtis, ſuper aggerat ignes, ideſt carbones ardentes: & dum Vulcanus, ideſt ignis groſſior: & Veſta.i. ignis purior: peragit ſuas partes, ideſt coquit: Similus non ceſſat iterea, hora vacua.ſ. negocio: verū quærit ſibi aliam opem, ideſt aliud ſubſidiū cōtra famem: quia comparat.i. acquirit eſcas, quas iungat.ſ. Cereri decoctæ, ne Ceres ſola, ideſt ſine herbis & obſonio: ſit nō grata palato.i. inſipida. Terga ſuis.i. porci: durati.ſ. contra putredinem ſale: non vacabant, ideſt ſuperfluebant illi ſuſpenſa focis: iuxta carnaria, ideſt loca vbi carnes ſalſæ conduntur: & trunci.ſ. ſuis, ſale durati, non vacabāt illi ſuſpenſi focis: ſed caſeus traiectus medium orbem.i. habens medium orbem: traiectum ſparto, ideſt illo lini genere: & faſcis, ideſt manipulus: vetus, ideſt inueteratus: anethi: illius herbæ: aſtricti, ideſt cōtracti, aut ſole, aut vetuſtate. Ergo, quia carnaria non habebat, ipſe heros, ideſt p̄rfamilias, princeps domus ſuæ: molitur, ideſt cum molimine comparat ſibi aliā opē. Hortus erat iunctus caſulæ.i. tugurio: quem Vimina, ideſt lēta virgulta ſalicum, aut ſilerum, & arūdo redimita leui, ideſt nō ponderoſo: calamo, ideſt fiſtula, & cāna: munibat, pro muniebat, ſcilicet ab ingreſſu beſtiarum, exiſtens exigu⁹ ſpatio, ſed fertilis herbis. Illud quod vſus.i. vtilitas & indigētia pauperis exigit, nō deerat illi. Locuples, ideſt plura loca habēs, & diues terrarum, petebat interdum plura a paupere: nec illud op⁹ erat ſumptus.i. expenſæ, ideſt non curabat ad ſumptū: ſed erat regula curæ, ideſt ſolicitudinis: ſi q̄n ve, ideſt vel: pluuiæ ve, ideſt vel: lux feſta, ideſt feſtiua: tenebant eum caſula.i. n tugurio, vacuū, ſcilicet ab opere alio in agro faciendo: & ſi labor aratri ceſſabat, forte illud erat opus horti, ideſt tunc vacabat horto. Ipſe norat diſponere varias plantas: & committere ſemina terræ occultæ, ideſt occultatim ſemina ſibi credita; & ſubmittere.i. clam ſupermittere: apte.i. decenter: cura.i. cum ſolicitudine: riuos vicinos.i. ex vicino monte ſcaturiētes; hic, ſupp. virebat holus: & betæ, illud genus holeris: fundentes,

dentes, ideſt effuſim extēdentes: brachia.i. caules, aut frondes latę: & rumex.ſ. herba: fœcundus.i. fœcūde creſcens: & maluæ & inulæ virebāt hic: cicer, illud genus leguminis, ſup. virebat hic: & cæpe (qdā ſcripſerunt, porra) debētia nomē capiti: qa κεφαλὴ, & κεφαλῶσ, dicitur caput. Hic etiā, ſup. virebat papauer: nocuū.i. nociuum capiti: & gelidū.i. frigidū ab effectu, vnde ſomnum inducit: & lactuca grata requies.i. intermiſſio ciborū nobilium, cum.ſ. præ ſatietate illos faſtidit ſtomachus & cucurbita, genus herbæ, e cuius fructu vaſa potoria fieri ſolēt (nam cucumis, alius eſt: quāquā imperiti pro eodem accipiunt.) grauis, quia ventroſa: dimiſſa, ideſt extēſa: in ventrē latū, ſupp. virebat hic. ¶ Verū hic non domini, &c.) Proſequitur intentum, oſtendēs commoditatem horti, & parſimoniam Simili. Vñ redit ad cōfectionem Moreti, poſtq̄ narrat opus diurnum Simili, quod erat arare terrā: aut interdum res venales ad vrbem deferre. Ordo aūt eſt. Hic nō erat prouentus domini.i. viri, aliis dominari volētis, & pōpoſe viuētis. (Enim, pro quia: qs erat cōtractior.i. minus dilatus & extenſus, quantum ad pompas mūdanas: illo.i. q̄ ille? q.d. null⁹.) ſed erat prouentus populi, ideſt plebeius & popularis: & portabat diebus notis, ideſt ſtatutis, qbus ſciebat mercatum eſſe: faſces holerum venales in vrbem: & redibat inde domum leuis.i. deoneratus ceruice, & grauis.i. oneratus ære (Cōtra, in Buc. Quāuis multa meis exiret victima ſeptis Pinguis & ingratæ p̄meret caſeus vrbi, Nō vnq̄ grauis ære domū mihi dextra redibat.) redibat, dico, domum grauis ære: comitatus vix vnquā.i. rariſſime merce.i. re venali, Macelli vrbani: quæ in Macello vrbano venditur, hoc eſt carne, aut alio obſonio delicatiore Cæpa rubens, q̄ maior, ſed vilior eſt, q̄ alba: & area porri ſecti.i. ſectilis (quia ēt capitatum eſt: ſed ſectile, vilius. hoc eſt porrum ipſum: domat.i. ſedat: & nō penitus extinguit famem ſ. Simili ruſtici. Quæq;.i. & naſturcia, genus herbæ amaræ & acetoſæ: q̄ trahūt vult⁹ acri morſu, & intyba.ſ. herbę fibroſæ: & eruca.ſ. herba ſalax, reuocās Venerem morantem, ideſt excitans appetitū coeundi: ſup. domant famem eius. Similus intrauerat hortum, meditās aliqd tale.i. aut, vt venundet, aut vt fame domet: intrauerat tum quoq;.i. etiam tunc: aut meditans tum quoq; aliquid, tale intrauerat hortū ſ. ſuum: ac

Cæpe, alij cæpa.

Notiſq; alij noniſq;.

Nūeroſo, alij nūeroſa

Aduſto alij adeſo.

educit primum Tellure.i.terra:refoſſa.i.aperta per foſſionē:leuiter.i.modice,quatuor allia,cū fibris.i.filis,quibuſdā ſpiſſis.i.ſpiſſe ad caput adhęrētib⁹. Inde.i.deinde:vellit.i.carpit comas graciles apij:& rutā rigentem:alij legunt,virentem : quia ſemper viridis eſt:eſt tamē & rigēs.i.firma & ſolida herba:& vellit coriandra.i.grana coriandri , trementia exiguo filo.ſ.cui affixa erāt:vbi.i.poſtq̄.ipſe collegit hæc.ſ.ante dicta gn̄a herbarū:ipſe conſedit ad ignē lætum.i.lætificantē:& poſcit famulam.ſ.Cybalem.i.a famula ſua:mortaria,ideſt vas,in quo herbas illas contūdat:poſcit,dico,voce clara:& nudat.i.decorticat:tūc.i.deinde:ſingula capitū.i.ſingula capita:vt allij,& cęparū:cortice nūeroſo.i.multiplici:& ſpoliat corijs.i.pelliculis:ſūmis.i.extremis & ſpargit humi.i.ſuper humū:paſſim contempta.i.reprobata a Moreti condimēto(humi,genitiuus ſere ponitur,ēt vbi accuſatiui ſignificatū videt:vt,Deiecit oculos humi.ſ.in humū.)atq̄ abicit.ſ.contempta(alij textus habent,adicit:vt referātur ad ſequētia.ſ.adicit bullū:ſed verbum eius eſt,tingit. Siue aūt abicit, ſiue adicit,legitur per ſincopā:ſcribetur ablato altero i,quia prima corripitur)& tingit aqua bulbū ſeruatum,ſupple cū grami-
Bulbus ne.Eſt aūt bulbus,ſpecies herbæ capitatę,cuius cum multa ſint genera:vnū eſt,quod Epimenidū dicitur optimi in Aphrica ſaporis:incitat aūt Venerē:vnde Martialis in diſtichis,Cū ſint tibi mortua mēbra,Nil aliud bulbis , q̄ ſatur eſſe potes.q.d.non arrigeris per eos:& demittit in orbē lapidis.ſ.molaris : cauū.i.excauatū:& inſpergit hic.i.mō:aut hinc.i.deinde:micas ſalis,& caſeus durus,aduſto ſale:adijcitur(hic ſcribetur duplici,ij , quia ꝓducitur prima poſitiōe)& ſuperinſerit herbas dictas.ſ.ſic contuſas:& fulcit.i.ſubnectit:læua.i.ſiniſtra manu,veſtē ſub.i.vſq̄ ad inguina,ſetoſa.i.piloſa(ſed quia ruſtici duros pilos habent, maluit ſetoſa,q̄ piloſa dicere.)dextera.ſ.manus:mollit.i.mollificat,& contundit primū piſtillo.i.inſtrumēto pinſendi:hoc eſt contūdendi & frangendi:allia fragrantia.i.multū olentia , tū.i.deinde:terit.i.contundit omnia pariter ſucco mixto. Manus.ſ.eius:it in gyrum.ſ.mortarij:& ſingula deperdunt paulatim ꝓprias vires:quia accipiūt ſaporem mixtum:vnde etiam per admixtionē liquidi,corrūpitur vſus oliui:& vnus color eſt.i.fit:e pluribus.ſ.coloribus.ſ.nec totus viridis,quia fruſta.i.fragmēta lactea:vt allij,porri,& cępę repugnant:nec nitēs.i.non penitus albū,de lacte.ſ.infuſo:aut de fruſtis lacteis : quia.ſ.lac,aut confectio illa,variatur a tot herbis. Spiritus.i.odor diffuſus:acer.ſ.vehemēs:iaculatur.i.in morē iaculi ferit acriter nares viri apertas:patulas,potius diceret : & dānat ſua prandia.i.eſcā prandij ſui:vultu ſummo.i.oculis flentibus,propter cæpe:aut naſo contracto,propter allium:& tergit ſæpe manu.ſ.ſua:lumina lachrymātia.i.oculos lachrymas emittentes:quas cæpe(vt dixi)excitat:& ipſe furens.i.inſaniēs,per impatientiā:dicit cōuitia.ideſt contumelias:fumo immerito:quia , non propter fumū,ſed ꝓpter cæpe,lachrymabat. Opus procedebat.ſ.ad ſpēm Moreti:& piſtillus.ſ.quo herbas cōtundit:non ibat iam ſalebroſus.i.aſper plenus ſalebris:vt ante.i.prius,ſup.iuerat:ſed ipſe grauior ibat in orbeis lentos.i.tardantes,& conglutinātes globos herbarū: ergo,quia.ſ.videt opus procedere,& fere confectū,ipſe inſtillat guttas,vbi parſimonia eius oſtenditur,qui non effudit,ſed guttatim inſtillat guttas:oliui.i.olei:palladij,ideſt a Pallade inuenti:( producta primum olea : dum.ſ.contenderet cum Neptuno de nomine Athenarū:& lis ad hoc deducta eſſet, vt is daret qui fœtum vtiliorē reipublicæ produceret. Nam cū ille equum produceret,animal belligerum:hæc oleam paciferā proferens, victrix effecta, vrbi nomē dedit:nā Græce ἀθηνᾶ dicitur.)Et ſuperinfundit vires exigui.i.modici aceti:atq̄ commiſcet iterum opus,& retractat mixtum,& circuit:tum demū.i.tunc tandem mortaria duobus digitis,& contrahit diſtātia in vnum globū: vt nomen & ſpecies conſtet.i.reſultet Moreti effecti:aut,vt nomen & ſpecies effecti,cōſtet Moreti: Cybale,ſcilicet ancilla:ſedula,ideſt diligens:exuit quoq̄,ideſt etiā,operoſa interea , panem,quē Similus recipit manibus lotis,& timore famis pulſo: hinc,ideſt deinde:& ſecurus,ideſt ſeorſum a cura & ſolicitudine victus:in illā diē,ideſt pro tota illa die:ambit crura ocreis.i.peronibus:paribus,ideſt vtriq̄ cruri aptis,aut æqualibus:& tectus galero,ideſt pileo ruſtico,cogit iuuencos parentes:ſub iuga lorata,ideſt loris fulta:atq̄ agit,ideſt impellit eos:in ſegetes ideſt terras ſatiles:vnde eſt, Quid faciat lætas ſegetes,&c.& cōdit terræ,ideſt in terram:aratrum,ideſt arat.

P. VIRGILII MARONIS
MORETI.

FINIS.



# P. VIRGILII MARONIS HORTVLVS.

ADeſte Muſæ maximi proles Iouis:
Laudes feracis prædicemus Hortuli.
Hortus ſalubreis corpori præbet cibos:
Variosq; cultus ſæpe cultori refert:
Olus ſuaue,multiplex herbæ genus,
Vuas nitenteis,atq; fœtus arborum.
Non deſit hortis & voluptas maxima,
Multisq; miſta commodis iucunditas.
Aquæ ſtrepentis vitreus lambit liquor:
Sulcoq; ductus irrigat riuus ſata.
Flores niteſcunt diſcolore gramine:
Pinguntq; terram gemmeis honoribus.
Apes ſuſurro murmurant gratæ leui:
Cum ſumma florum vel nouos rores legunt.
Fœcunda vitis coniuges vlmos grauat:
Textas'ue inumbrat pampinis arundines.
Opaca præbent arbores vmbracula:
Prohibentq; denſis feruidum ſolem comis.
Aues canoros garrulæ fundunt ſonos:
Et ſe per auras cantibus mulcent ſuis.
Oblectat Hortus,aduocat,paſcit,tenet,
Animoq; mœſto demit angores graueis.
Membris vigorem reddit:& viſum capit.
Refert labori pleniorem gratiam:
Tribuit colenti multiforme gaudium.

## ASCENSIVS.

ADeſte Muſæ,&c.)Opuſculum hoc,de laude hortuli,q̃uis epigrãma ſit:& cõgrue inter ſequẽtia epigrãmata collocari poſſit:tñ,qa in Moreto,multa de herbis & feracitate hortuli dicta ſunt,ad hæc cõformia:nõ inepte illi cohæreat. Carmis q̃litas. Eſt aũt qualitas carminis, iãbica trimetra ſenaria. Iambica,ab iambico p̃dominãte:trimetra,quia ternas menſuras cõtinet:mẽſura aũt binos pedes,quia.n.iambus(vt Flaccus dicit in arte)pes citus eſt: ideo bini pedes,pro vno metro.i.vna menſura cõputantur:eſt tamẽ ſenaria.i.ſenis pedibus cõſtãs.Recipere aũt poteſt iambũ,locis oĩbus:ſicut i p̃mo carmine,iambũ habet: in primo,ſecundo,quarto,& ſexto locis.Recipit & dactylũ ac tribrachũ, locis oĩbus,p̃terq̃; nouiſſimo.ſpondeũ vero,& anapæſtũ, locis p̃cipue imparibus.ſed & ſexto loco ſpondeũ,& eius loco trocheũ admittit. Intẽtio authoris. Intẽtio eſt,deſcribere laudes hortuli.Ordo eſt.O Muſæ appoſitorie,ꝓles maximi Iouis,ex Mnemoſyne,videlicet(vt dictur⁹ ſum in Epigrãmate de muſarũ inuẽtis) adeſte.i.auxilio ſitis,vt ſupp. prædicemus laudem hortuli feracis.Hortus præbet corpori cibos ſalubres,& refert ſæpe cultori varios cultus:& refert holus ſuaue.ſ.ad veſcendum:& multiplex genus herbæ:& vuas nitenteis:atq; fœtus,ideſt fructus arborum,vt poma, & nuces:&.i. ẽt:voluptas maxima non deſit.i.deeſt(ſic in Buc. Lac mihi non æſtate æſtate nouũ,non frigore deſit)& iucunditas commixta multis modis nõ deſit hortis liquor vitreus.i. vitrei coloris,& tranſparentiæ aquę ſtrepentis.i.cũ murmure decurrentis:ambit.ſ.hortulũ,& riuus ductus ſulco,irrigat ſata: flores niteſcũt in gramine diſcolore.i.diuerſorũ colorũ & pingũt terras gẽmeis honoribus.ſ.herbarũ & florũ:honores aũt,pro venuſtatibus accipi ſolẽt: apes gratæ.i.vtiles, murmurant leui ſuſurro, cũ i.quando:legunt.i. colligunt: ſumma.i. ſummitates florũ: vel nouos.i.recenteis rores; vitis fœcunda grauat vlmos coniuges: quia illis in Italia maritantur.Eſt autem delitioſe dictum,ve,pro vel:pampinus.i.frons vitiũ: inumbrat arũdines textas.ſ.circũquaq;: arbores præbent vmbracula vmbroſa:& prohibent ſolem feruidum comis.i.frondibus denſis. Aues garrulæ fundũt ſonos canoros: & mulcent ſemper, aures ſuis cantibus. Hortus itaq; oblectat,auocat a curis & vitijs: paſcit, ſcilicet holeribus: tenet, ſcilicet oblectamento,& demit animo mœſto languores graues:& reddit membris vigorem: & capit viſus: & refert labori pleniorem gratiam:quam,ſcilicet accæpit:vt Cicero in officijs dicit,Et tribuit colenti gaudium multiforme.

Laudẽ, alij laudes.
Cõmixta modis alij miſta cõmodis.
Ambit, alij lambit.
Textas vt, alij textas ve.
Lãguores, alij angores
Viſus, alij viſũ

P. VIRGILII MARONIS HORTVLI FINIS.

# INCERTI AVTHORIS IN MECOENATIS OBITVM.

DEfleram iuuenis triſti modo carmine fata:
Sunt etiã merito carmina danda ſeni.
Vt iuuenis deflendus erat tam cãdidus & tam
Longius annoſo viuere dignus auo.
Irreligata ratis nunquam defeſſa carina,
It,redit in vaſtos ſemper onuſta lacus.
Illa rapit iuuenes prima florente iuuenta:
Non oblita tamen ſed repetit q; ſenes.
Nec mihi Mecœnas tecum fuit vſus amici:
Lollius hoc ergo conciliauit opus.
Fidus erat nobis nam propter Cæſaris arma,
Cæſaris & ſimilem propter in arma fidem.
Regis eras genus Hetruſci:tu Cæſaris almi
Dextera,romanæ tu vigil vrbis eras.
Omnia cum poſſes tanto tam carus amico:
Te ſenſit nemo poſſe nocere tamen.
Pallade cum docta Phœbus donauerat artes.
Tu decus,& laudes huius,& huius eras.
Vincit vulgares vincit Berillus arenas.
Litore in extremo quas ſimul vnda mouet.

## DOMITIVS.

DEflerã iuuenis triſti mõ carmĩe fata.)Nõ cõpertũ habem⁹ cuius hęc elegia fuerit: neq;.n.Virgilio a ſcribi põt,ex dicẽdi charactere:nec eſt alter author quẽ ea tẽpeſtate exiſtimem⁹ ſcripſiſſe:veꝝ nõ deſunt,qui Lactãtij Firmiani op⁹ dicant.Eo.n.ſtylo verſari vr̃,quo & eius viri ſcripta vñr:ſũma tñ oĩs ẽ,vt Mecœnatẽ laudet, pariterq; filij ipſi⁹ mortẽ defleat.⸿Iuuenis.)Filij mei,q matura morte perẽpt⁹ fuit.⸿Seni.)Merẽti:q iã diẽ ſuũ obierat.⸿Vt.) Sicut.⸿Iuuenis.)Filiũ Mecœnatis.⸿Auo.)In gñe dixit neq;.n.Mecœnati auus,lõgo vixiſſe tpe tradit̃:vñ quẽpiã aliũ lõgioris vitæ hoĩem notauit.⸿Annoſo.)Antiquiſſimo.⸿Ratis.)Rates,trabes incultæ appellant̃:nauigio poſtea accõmodatę ſunt & ꝓ nauib⁹ ponũt̃.⸿Ratis.)Acherõtis.⸿Carina.)Appellat̃ trabs illa in fundo nauis,quã circũ tabulę tãq; brachia affigunt̃: ẽt ꝓ naui ponitur.⸿Lac⁹ vaſtos.)Fluminis Lethei, ꝑ qd̃ Charon aĩas trãsfert.⸿Amici Illius.) Qm̃ habuit conſuetudinẽ.⸿Tecum Mecœnas.) Nõ habui familiaritatẽ illius filij tui.⸿Opus.)Si habet per hãc epiſtolã,de obitu filij Mecœnatis,eidẽ ſe factũ amicũ. ⸿Regis Hetruſci.)Quia Mecœnas nat⁹ erat ex nobili ſtirpe,ac regia Aretinorũ. Vñ & Horati⁹,Mecœnas atauis edite regibus,Vrbis erat cuſtos. Qm̃ Cæſare in bella cõcedẽte,Mecœnatẽ vrbis Romanę cuſtodẽ & gubernatorẽ reliqſſe cõſtat.⸿Poſſe nocere.) Cõmẽdat ex animi trãquillitate & manſuetudine: qa,de nemine vlciſci voluit.⸿Pallade.)Deſignat Mecœnatẽ artibus liberalibus p̃ſtantiſſimũ: hic literatos ſemꝑ coluit,pariter rẽ militarẽ amauit:cui⁹ artis & dea,Pallas eſt.⸿Vincis.)Oſtẽdit doctrina Mecœnatem,& rerum peritia,non ſanguinis claritate principatũ adeptũ fuiſſe: atq; alijs præſtantiſſimis prælatũ.⸿Vulgares.) Populares.⸿Arenas.) In extremo litore dicit Mecœnatem ſapiẽtem,ſuperare oẽs gemmas & lapides pretioſos, qui naſcuntur in mari ⸿Extremo.)

Rates.
Carina.
Mecœnatis genus.
Illius, alij loli⁹
Vicis alij vicit Vĩciſq; pit⁹,alij vicit.Berillus.

ri. ¶ Extremo.) Oriente. Oui. Induitis collo lapides oriente petitos. ¶ Diſcinctus.) Oſtẽdit Mecœnatem molli, ac effœminato fuiſſe corpore: verũ magnanimitate, & ſimplicitate vitæ præſtantiſſimum: qualis fuiſſe tradit̃ & diluuij tempeſtate: in qua pro tẽpore & neceſſitate quiſq;, ad villæ cultum nitebatur, & opportunitatẽ. Diſcincti enim homines, laxi, ac molles, & minime apti, appellantur. Hortenſi. diſcinctum hominẽ: & vt nepotẽ, & luxurioſum appellauit. Cõtra: cinctos, illuſtres & omnibus laboribus exercitos, atq; expeditos, intelligimus. ¶ Animo.) Tuo. i. magnitudine animi tui. ¶ Diluuij.) Qualis ſimplicitas fuit tẽpore diluuij. ¶ Sic vixere.) Laudat ipſum a iuſtitia. ¶ Virgo.) Iuſtitia, quæ vna cũ pudicitia, nequitiam mũdi reliquiſſe prodita eſt; non cũ fide vt multi ſcribunt, dicente Iuuenale in Satyra, Credo pudicitiam Saturno rege moratã, Poſtq̃; ad ſuperos aſtrea receſſit, Hac comite, atque duæ pariter fugere ſorores, & hoc cũ ad pudicitiã loqueretur. ¶ Præcictos.) Illuſtres. ¶ Inuide.) Arguit inuidos, qui criminabantur ex corporis mollicie: ac dicit illam animi prudẽtia compeſcitam: ſicq; nihil offuiſſe. ¶ Solutæ?) Aut tibi ventoſi: notat veſtium tenuitatẽ: quæ ventos faciunt. Dicit tempore quo gubernator vrbis relictus eſt ab Auguſto, Siciliam petente vrbẽ, omni impedimento liberam fuiſſe. ¶ Quis ſpoliauit.) Q. d. nemo te ſpoliauit amantem. ¶ Ipſe.) Solent dictiones nõnunquam vacare, teſte Seruio: quando enim Virgil. inquit, Nũc dextra ingeminás, nunc ille ſiniſtra. ille abũdat. ¶ Maius erat.) Laudat Mecœnatem, quia nõ erat ambitioſus in deſyderandis triumphis, cum potuiſſet habere: tum ab illis ſe abſtinuit: quod quidem maius fuit. ¶ Nymphas.) Muſas. ¶ Iugera.) Habuit eñi hæc iugera in æſquilijs: & his cõtentus ab Horat. fuiſſe ꝓhibetur: niſi quod in ædificiorum mole reprehenditur: ex qua exulans in Sabinis, & ipſius Horatij agrũ ſpectare poterat. ¶ Pierides, Phœbũq;.) Colens ipſe Mecœnas Muſas, ſtudioſiſſime venerabatur poetas: vt Virgilium, Horatium, Propertiũ. ¶ Argutas.) Sonoras, quæ aues erant in tuis hortis. vel, Aues, poetas intelligit, quaſi dicat Mecœnatem eſſe numerandum inter ſonoros poetas

Quod diſcinctus eras, animo quoq;, carpitur vno
  Diluuij, ac nimia ſimplicitate tua.
Sic illi vixere, quibus fuit aurea virgo:
  Quæ bene præcinctos poſt modo pulſa fugit.
Inuide quid tandem tunicæ nocuere ſolutæ?
  Aut tibi ventoſi quid nocuere ſinus?
Num minus vrbis erat cuſtos? & Cæſaris obſes?
  Num tibi non tutas fecit in vrbe vias?
Nocte ſub obſcura, quis te ſpoliauit amantem?
  Quis tetigit ferro durior ipſe latus?
Maius erat potuiſſe tamen: nec velle triumphos,
  Maiores, maius abſtinuiſſe fuit.
Maluit vmbroſam quercum, nymphasq; canentes,
  Paucaq; pompoſi iugera certa ſoli.
Pierides, Phœbumq; colens in mollibus hortis,
  Sederat argutas garrulus inter aues.
Marmora Mœonij vincunt monumenta libelli:
  Viuitur ingenio, cætera mortis erunt,
Quid faceret? defunctus erat, comes impiger idem,
  Miles & Auguſti fortiter vſq; pius.
Illum piſcoſi viderunt ſaxa Pelori
  Ignibus hoſtiles reddere ligna rates.
Puluere in Æmathio fortem videre Philippi:
  Quàm tener ille fuit: tam grauis hoſtis erat,
Cum freta Niliacæ texerunt lata carinæ,
  Fortis erat circùm, fortis & antè ducem.
Militis Æoi fugientis, terga ſequutus
  Tertius, ad Nili dum fugit ille caput:
Pax erat: hæc illos laxarunt otia cultus.
  Omnia victores Marte ſedente decent.
Actius ipſe lyram plectro percuſſit eburno:
  Poſtq̃ victrices conticuere tubæ.
Hic modo miles erat, ne poſſet fœmina Romam
  Dotalem ſtupri turpis habere ſui.
Hic tela in profugos (tantùm curuauerat arcum)
  Miſit ad extremos exorientis equos.
Bacche coloratos poſtq̃ deuicimus Indos,
  Potaſti galea dulce iuuante merum.
Et tibi ſecuro tunicæ fluxere ſolutæ:
  Te puto purpureas tunc habuiſſe duas.
Sum memor, & certe memini ſic ducere Thyrſos
  Bacchica purpurea candidiora niue.
Et tibi Thyrſus erat gemmis ornatus, & auro;
  Serpentes hederæ vix habuere locum.
Argentata tuos etiam ſandalia talos
  Vinxerunt certe, nec puto Bacche negas.
Mollius es ſolito mecum tum multa loquutus,
  Et tibi conſulto verba fuere noua.
Impiger Alcide multo defuncte labore,
  Sic memorant curas te poſuiſſe tuas.
Sic te cum tenera lætum luſiſſe puella
  Oblitum Nemeę, iamq; Erymante tui.
Vltra nunquid erat? toriſti pollice fuſos:
  Leniſti morſu læuia fila parum,
Percuſſit crebros te propter Lydia nodos,
  Te propter dura ſtamina rupta manu:
Lydia te tunicas iuſſit laſciua fluentes:
  Inter lanificas ducere ſæpe ſuas.
Claua toroſa tibi pariter cum pelle iacebat:
  Quam pede ſuſpenſo percutiebat amor.

tas. ¶ Mœonij.) Commẽdat Mecœnatẽ a poetica. ¶ Mœonij.) Ideſt Homeri: nam variæ fuerunt ſentẽtiæ de ipſius patria. Ephorus. n. Cumeum dixit: Pindarus, Smyrneũ & Chiũ, Antimachus, & Nicander, Colophonium: Ariſtarchus, & Dionyſius, Athenienſem, Ariſtoteles, Hietẽ: nonnulli, Salaminũ: alij, Argiuũ contendunt. Ouidius, Mœonium: vnde eſt, Aſpice Mœonidem: a quo ceu fonte perenni Vatum Pierijs ora rigantur aquis. ¶ Marmora.) Marmorea. ¶ Faceret.) Facere poterat. ¶ Defunctus.) Emeritus. ¶ Pius.) Pij dicuntur qui maiores ſuos excolunt. ¶ Piſcoſi.) Dicit, quia circa ipſum promõtorium, propter aſpera ſaxa, optimi ſunt piſces. ¶ Illũ.) Mecœnatem. ¶ Ignibus.) Ideſt incendere naues inimicorum.

ASCENSIVS.

Illũ.) Octauius vicit Sextũ Pompeium bello nauali in mari Siculo. ¶ Piſcoſi.) Aſperi. ¶ Pelori.) Pelorus, ſummus eſt ex promontorijs Siciliæ, aduerſus Italiam. ¶ Rates.) Scilicet Sexti Pompeij. ¶ Puluere in Æmathio?) Æmathia, appellatur Theſſalia: ab Æmatheone filio Deucalionis. ¶ Saxa.) Notat Mecœnatem, fuiſſe ſequutum Auguſtum in bello contra Sextum Pompeium, per Agrippam, & fratrem, & commiſſa pugna, nõ longe a Charybdi & Scylla, ea parte qua Pelorus Italiam reſpicit.

DOMITIVS.

¶ Philippi.) Campi Theſſaliæ, a Philippo rege denominati. ¶ Puluere Æmathio.) Ideſt certamine: nam & contra Caſſium Brutum, & Mecœnas Octauium ſequutus eſt. ¶ Tener fuit.) Secundum Senecam, qui eum molliſſimum dixit, corpore etiam effœminato. ¶ Niliacæ carinę.) Significat & illũ fuiſſe ſequutum Auguſtum ad bellum Actiacũ: habitum tamen contra Antonium, & Cleopatrã quam nauigia ſequebantur Ægyptiaca, vnde Niliacæ dixit. ¶ Circum.) Quando erat & ante & circum, Auguſtus erat ſemper fortis ſequutus. Octaui⁹ victoria potit⁹ eſt de Antonio & Cleopatra, quá idem Antonius imperio vrbis ornare pollicitus fuerat: in ſtupri præmium, verũ deuictus eſt: & Cleopatra, Alexandriam vſq; ad Nili caput, aufugit Æoi aũt militis, quia ex oriente ipſam plures ſunt ſequuti, & Herodes rex Iudæorum:

Homerus

Obſes, alij hoſpes.

Maiores maius alij maiores, magnus.

Põpoſi alij pomoſi.

Monumẽta alij mõimẽta.

Hoſtiles alij hoſtilis.

Rates, alij ratis

Tener ille fuit, alij tũc ille tener.

Circũ alij circa.

Tertius alij terrítus.

Bacchica, alij brachia

Crebræ alij crebros.

Quis fore credebat,premeret cũ iam impiger infans
Hydros ingenteis vix capiente manu?
Cum'ue renaſcentem tereret velociter hydram?
Frangeret immanes vel Diomedis equos?
Vel tribus aduerſis communem fratribus aluum,
Et ſex aduerſas ſolus in arma manus?
Fudit aloidas poſtquam dominator olympi:
Dicitur in nitidum procubuiſſe diem:
Atq; aquilam miſiſſe ſuam:quæ quæreret,ecquis
Poſſet amaturo ſigna referre Ioui.
Valle ſub idæa dum te formoſe ſacerdos
Inuenit:& preſſo molliter vngue rapit.
Sic eſt:victor amet:victor potiatur in vmbra:
Victor odorata dormiat inq; roſa.
Victus aret:victusq; metat.metus imperet illi:
Membra nec in ſtrata ſternere diſcat humo.
Tempora diſpenſant vſus:& tempora cultus.
Hæc homines,pecudes,hæc moderantur aues.
Lux eſt:taurus arat.nox eſt:requieſcit arator:
Liberat emerito feruida colla boui.
Conglaciantur aquę:ſcopulis ſe condit hirundo:
Verberat egelido garrula vere lacus.
Cæſar amicus erat:poterat vixiſſe ſolute:
Cum iam Cæſar idem quod cupiebat,erat.
Indulſit merito:non eſt temerarius ille.
Vicimus:Auguſto iudice dignus erat.
Argo ſaxa pauens poſtquam ſcylleia legit,
Cyaneosq; metus iam religanda ratis:
Viſcera diſſecti mutauerat arietis agno
Aetias,& ſuccis omne perita ſuis.
His te Mecœnas iuueneſcere poſſe decebat.
Hęc vtinam nobis colchidos herba foret.
Redditur arboribus flores reuocantibus æſtas.
Ergo non homini quod fuit ante,redit?
Viuacesq; magis ceruos decet eſſe paventeis?
Si quorum in torua cornua fronte rigent.
Viuere cornices multos dicuntur in annos.
Cur nos anguſta conditione ſumus?
Paſcitur Auroræ Tithonus nectare coniux:
Atq; ita iam tremulo nulla ſenecta nocet.
Vt tibi vita foret ſemper medicamine ſacro:
Te vellem Auroræ complacuiſſe virum.
Illius aptus eras croceo recubare cubili.
Et modo puniceo rore leuante torum,
Illius aptus eras roſeas adiungere bigas.
Tu dare purpurea lora regenda manu.

dæorũ:& Amathus, Arabiæ
& Polemõ,ex Ponto, & Beſ
ſi:& Philadelph⁹,ex Paphla/
gonia:& Glices,qñ Mithrida
tes & Comagena: Amyntas
Lycaonius,ex Mauritania &
pene tot⁹ Oriẽs. ¶ Ipſe.) Me/
cœnas:qa exactis bellis dedit
operam,muſicæ & poeticæ.
¶ Hic.) Mecœnas. ¶ Fœmina
turpis.) Cleopatra meretrix.
¶ Dotalẽ.) Quia in cõuiuijs,
& crapulis,Antonius promi
ſerat imperiũ vrbis:ſic Mecœ
nas in profuſos Ægyptios fu
gientes,quos pepulit vſq; ad
orientẽ. ¶ Bacche.) Vertit ſer/
monem ad Bacchũ:& collige
re hinc poſſum⁹ex poetæ ver
bis, q victoriæ & triumpho
ipſius dei, interfuiſſe ſe dicit
Gallũ poetam,opus hoc ſcri/
pſiſſe, qppe in cuius corpus
Euphorbi, & Pythagoræ,ac
Homeri & Ennij,animos in/
traſſe probat: verũ fuerit ſic:
vel,ne incertũ habeo:quicũq;
ille ſit, nihil omnino refert.
¶ Coloratos.) Nigros factos,
colore ſolis, Alibi Vir.i Geor.
iiij. Vſq; coloratis amnis de/
uexus ab Indis. ¶ Tunicæ.)
Veſtes lõgæ. ¶ Duas.) ſ. veſtes
habuiſſe eo tpe. ¶ Thyrſus.)
Haſtas pãpinis inuolutas: q/
bus ĩ ſacris Bacchi & choreis,
vtebantur. ¶ Purpurea.) Etiã
reperitur alba,cũ proprie ſit
rubra. ¶ Tibi cõſulto.) O Bac
che. ¶ Vix habuere.) Tygres
vix habebãt locum, propter
multitudinem gẽmarum,ſeu
ſerpentum. ¶ Sandalia.) Ge/
nus calceamentorum albo℞,
quibus magni viri vtebãtur.
¶ Noua.) Non militaria, ſed
dulcia,& amori apta. ¶ Impi
ger Alcide.) Vertit ſermonẽ
ad Herculẽ. ¶ Defuncte.) Id/
eſt qui euaſiſti a multis labo
ribus. ¶ Puella tenera.) Quia
habebat Omphalẽ: cui ſecun
dum oraculi reſponſum,pare
re coactus erat. Dũ nauigans
in Aphricam, a quorundam
ex amicis ſuis ſponte eſſet ve
nundatus. Illa enim Iordanę
Mœoniorum.i. Lydiorũ, re/
ginæ filia fuit, Nemeei labo
ris habito in ſylua Nemea p/
pter mortem leonis,circa mõtem Tritonem,& etiam in Apro
Erymantheo, Arcadiæ agros deuaſtante: & mandatum erat,
eum vt viuum afferret. ¶ Morſu.) Nam mulieres filando,ſo
lent mordere fila. ¶ Nodos.) Quia Omphale faciebat multos
nodos,cauſa tua o Hercules,quoniam & tu idem faciebas. ¶ To
roſa.) Membroſa,ex duro amore,verſus Omphalẽ. ¶ Pede ſuſ/
penſo.) Quia Hercules ſuſpendebat pedem ſuum ſuper pedem
Aiacis: ſicut ſæpius nos fecimus. ¶ Renaſcentem.) Propter fœ/
cunditatem capilli. ¶ Equos.) Equos Threicij Diomedis,huma
na carne veſcentes,interemit Hercules. ¶ Tribus fratribus.) Ge
ryonem tangit,qui in inſula Erythrea exiſtens,tria corpora ha
bebat: & ſic,ſex manus. ¶ Aluum.) Ventrem. ¶ Aleidas.) Rhe/
tum & Ephialten, Alei filios. ¶ Dominator.) Iuppiter. ¶ Niti/
dum.) Clarum diem: hoc ſecundum morem Thraciæ,qui quie
tos dies & felices,candido lapillo denotabant. ¶ Referre Ioui.)
Quia voluit habere Ganymedem. ¶ Sacerdos.) Fecit enĩ ipſum
ſacerdotem

ſacerdotem in Ida ſylua.
¶ Formoſe.) O Ganymedes.
¶ Potiatur.) Mecœnas ami/
ca. ¶ In vmbra.) Ideſt hor/
tis ſuis. ¶ Roſa.) Peſtana,ma
ioris odoris, ſecundum mo
rem antiquũ. Lectos,& ana/
clyteria, ex roſarum folijs,
conficiebat ad ſuauitatem ſpi
randam: vt & de principe
Antonio,Helius Lampridius
refert. ¶ Diſpenſant.) Diui/
dunt,& ordinãt:omnia fieri
ſolent ſecundum ſeriem tem
poris. ¶ Cæſar amicus erat.)
Concludit in laudem Mecœ
natis,nil fuiſſe, quod a Cæſa
re ĩpetrare nequiuiſſet. ¶ Ami
cus.) Mecœnati,erat paratus
ad omnia eius vota. ¶ Indul/
ſit.) Ideſt geſſit morem ei.
¶ Ergo ſaxa.) Laudat & ipſũ
Iaſonis comparatiõe,& Æſo
nis ad iuuentutem reuocati:
ac dicit, eo modo reuocari
ad iuuentutem debuiſſe Me/
cœnatem. ¶ Parens.) Medea
mater, ob filios quos habue/
rat ex Iaſone. ¶ Cyaneos me
tus.) Symplegadas, ita enim
denominantur vltra Põtum
intra ſe ſcopuli concurrẽtes.
¶ Arietis.) Significat Medeã,
poſtquam ad Iolchon, vr/
bem Peliæ regis,peruenit: vt
ſuam doctrinam, atque ar/
tem oſtenderet: mactaſſe arie
tẽ,& in aheno decoxiſſe,mox
in agnum reſtituiſſe: quod
cum Pelias optaret, iuuene
ſcendi gratia, atque id face/
ret, a Medea cæſus fuit per
eius filias vt Ouidius teſtať.
¶ Oetias.) Oetias, Medea, fi/
lia Oetæ regis: & per ſynære/
ſim,prima breuis,& ſecunda
longa, in vnam conuertitur
ſyllabam longam. ¶ Omne.)
Ad omne fuerat perita. Oui/
dius. Medeæ faciũt ad ſcelus
omne manus. ¶ Herba.) Ply.
ex Theophraſto,& ex multis
alqs, teſtatur in Ægypto her
bam, qua homines reuiui/
ſcunt. Quidã hanc,moly: nõ
nulli,balin, cuius ſucco dra/
conis catulos ad vitam reuo
caſſe quidam Xanthus dixit,
huiuſmodi herbam Medeam
vſam,poeta oſtendit.

Tũcne,
alij cũ
ve.

Æoli/
das alii
Ælidas

Amatu
ro vina,
alij ama
tori ſi/
gna.

Victorẽ
vict⁹me
tuat alii
virtus
aret vi/
ctusq;
metat.

Cernes,
alii ſter
nere.

Cæſari
des, alii
Cæſar
idem.

Ergo a/
lii argo.

Diſiecti
alii diſ/
ſecti.

Agni,a/
lii agno

Herba
reuocãs
vitam.

Æſtas,
alii ętas

Et mõ,
&c. vſq;
ad, bi/
gas. Illi
⁊ ſus, ĩ
ante im
pſſis co
dicibus
nõ inue
niũtur.

Tũ, alii
Tu.
Tũ, alij
cum.

ſádalia]

Omphale.

¶ Alei/
das.
Alii le/
gunt ſic
Æolidas
Rhetũ
& Ephi
altẽ Æo
li filios.

ASCENSIVS.

¶ Ergo ſaxa parens.) Iaſon. ¶ Legit.) Ideſt nauigat: de Iaſone loquor. ¶ Oetias.) Oetas res Colchorum filiam habuit Medeã. Oetas, dicitur ab Oeta. Theophraſtus ponit herbã in Ægypto, qua reuiuiſcunt homines. Iuba hiſtoricus tradit,ſuccis herbarũ, reuocari homines ad vitam. Xanthus.j. hiſtoriarum,ait, Draconis catulum reuocatum ad vitam,herba quadam,quam balim appellant. ¶ Colchidos.) Medea,in formã vetulę mutata,intrauit Iolchon,regiam Peliæ regis Theſſaliæ, teſtans ſe miſſam ab Hyperboreis cum quibuſdam medicaminibus, vt faceret iuuenem Peliam: & vt fidẽ darent verbis ſuis,experimento pbauit: mactauit enim arietem, & in aheno coxit, & inde reſtituit in vitam: Pelias ſenex Phanaticus,cupiens iuueneſcere,properauit vt id fieret: & ſic a Medea cæſus fuit.

DOMITIVS.

¶ Quod fuit. Si herbæ reuiuiſcũt, tãto magis debent hoĩes re/
uiuiſcere

Tu mulcere iubam:cum iam torſiſſet habenas
 Procedente die reſpicientis equi.
Quæſiuere tori iuuenem ſic Heſperon illum:
 Quem nexum medio ſoluit in igne Venus.
Quem nunc in fuſcis placida ſub nocte nitentem
 Luciferum contra currere cernis equis.
Hic tibi corycium,caſias hic donat olenteis,
 Hic è palmiferis balſama miſſa iugis.
Nunc pretium candoris habes,nũc redditus vmbris.
 Te ſumus obliti decubuiſſe ſenem.
Per Pylium fleuere ſui,ter Neſtora canum.
 Dicebantq́; tamen non ſatis eſſe ſenem.
Neſtoris annoſi vixiſſes ſæcula:ſi me
 Diſpenſata tibi ſtamina nente forent.
Nunc ego quid poſſum?tellus leuis oſſa teneto:
 Pendula librato pondus & ipſa tuum.
Semper ſerta tibi dabimus:tibi ſemper odores:
 Non vnquam ſitiens,florida ſemper eris.
Sic eſt Mecœnas fato veniente locutus,
 Frigidus,& iamiam cum moriturus erat.
Méne inquit iuuenis primæui Iuppiter ante
 Auguſtum Bruti non cecidiſſe fidem?
Pectore maturo fuerat puer,integer æuo,
 Et magnum magni Cęſaris illud opus.
Diſcedo:vellemq́; prius.non omnia dixit:
 Inciditq́; pudor,quæ propè dixit amor.
Sed manifeſtus erat moriens.quærebat amatę
 Coniugis amplexus,oſcula,verba,manus.
Si tamen hoc ſatis eſt,vixi te Cæſar amico:
 Et morior dixit,dum moriorq́;,ſatis.
Mollibus ex oculis aliquis tibi procidet humor:
 Cum dicar ſubita voce fuiſſe tibi.
Hoc mihi contingat:iaceam tellure ſub æqua.
 Nec tamen hoc vltra te potuiſſe,velim.
Sed meminiſſe velim.viuam ſermonibus illic.
 Semper ero:ſemper ſi meminiſſe voles.
Et decet:& certe viuam tibi ſemper amicus:
 Nec tibi qui moritur,deſinit eſſe tuus.
Ipſe ego quicquid ero,cineres,interq́; fauillas,
 Tunc quoq; non potero non memor eſſe tui.
Exemplum vixi te propter molle beate:
 Vnus Mecœnas teq́; ego propter eram.
Arbiter ipſe fui:volui quod,contigit eſſe.
 Pectus eram vere pectoris ipſe tui.
Viue diu mi care ſenex:pete ſydera ſero.
 Eſt opus hoc terris:te quoq; velle decet.
Et tibi ſuccreſcant iuuenes bis Cæſare digni:
 Et tradant porrò Cæſaris vſq; genus.
Sit ſecura tibi cum primum Liuia coniux.
 Expleat amiſſi munera rupta gener.
Cum deus in terris diuis inſignis auitis:
 Te venus in patrio collocet alma ſinu.

FINIS.

uiuiſcere. ℣ Cerui viuaces.)
Cerui. Cerui(teſte Ply.) exuperant
annos: & mutatis cornibus,
iuueneſcũt. ℣ Anguſta.) Quia
Cornicis ętas ita cito nos morimur. ℣ Cornices.) Nongentos annos vi
uere prodũtur: vnde & Oui.
Ora capitq́; nouem cornicis
Aurora Tithon⁹ ſæcula paſſæ. ℣ Auroræ Tithonus.) Aurora, Titanis &
terræ filia fuit: dictaq́; ab eo
quod ab igne ſolis, vt auro
aureſcit. Tithonus, filius Lao
medontis, Priami, patris, reli
cto fratre ex Phrygia, in Aſ
ſyriam ſe contulit: breui, in
re militari præſtantiſſimus
fuit. Regi gratus, duxit vxo
rem, filiam regis Æthiopum:
ex qua genuit Memnonem
ea tempeſtate Priamus vexa
batur bello Teutrani, regis
Cappadociæ: regnum Phry
giæ tunc ſubditum erat regi
bus Aſſyriorũ, Tithonus, qui
præfectus erat Aſſyriorum,
miſit Memnonem filium cũ
decem millibus Æthiopum,
totidemq́; Suſianis: & cum
ducentis curribus, vt Priamo
auxiliũ ferret. Alij volunt, Ti
thonos fuiſſe duos, & Phry
gem & Aſſyrium: & ſcribunt
vnum Peonis, Alterũ, Mem
nonis patrem: ſed alterũ im
peraſſe Phrygiæ & Lydiæ: &
ex vxore Dindymene, genuiſ
ſe Cybellem. Tithoni, de Ti
thono, Auroræ marito, plu
rima ſcripta ſunt. Itaque ſa
tis eſt intelligere illũ ſenem:
delectatione tamen coniugis
iuueneſcentem quotidie. &
Memnonem filium, in Troia
norum auxilium, quondam
miſſum ex vltia plaga Orien
tis. ℣ Vt tibi vita foret.) Vt fie
res maritus Auroræ. ℣ Iubam.) Crines. ℣ Tori.) Vult
cõparare eũ Heſpero, Athlan
tis filio, Tori ſponſæ. ℣ Heſperon illum.) Heſperus, filius
fuit Athlantis: cum aſcendiſ
ſet montem Athlantem, nun
quam amplius viſus fuit: cre
diderũt incolæ imperiti, aſcẽ
diſſe coelum, & eſſe ſtellam,
quæ eadem mane, dicitur Lu
cifer. Alij volunt, Venerem
adeò perditam fuiſſe: amo
re Heſperi, formoſi iuuenis,
vt eius nomen ſumpſerit: &
Venus eſt, quæ dicitur Heſpe
Heſper⁹ rus, & Lucifer: hic vero He
ſperus, filius fuit Auroræ &
Cephali: hoc autẽ ideo, quia
Pythagorei, eandem inuene
re eſſe ſtellam, quæ ſero He
ſper⁹: & mane, Lucifer appel
lat. ℣ Igne.) Amore. ℣ Hic.)
Lucifer. ℣ Corycium.) Cro
cum intelligit: qui plurimũ
in

In Coryco Ciliciæ antro abũ
dat. ℣ Caſias.) Iugis. ℣ Palmi
feris.) Palmifer, inter Aſſy
riam, & Phœniciã, locus eſt
palmarum abundãtiſſimus:
ex quo etiam loco, balſama
aduehi produnt, ex arbore
modica: & hoc non longe ab
Hieroſolymis. ℣ Candoris.)
Virtutis. ℣ Neſtora canum.)
Quia Neſtor vixit tres æta Neſtor.
tes: fuitq́; Nelei filius. Nele⁹,
in Meſſania regione, condi
dit oppidũ Pilon: vnde Ne
ſtor, Pilius. Pili, tres ſunt: in Pilus.
Peloponneſo: in Piſæa regio Veh, alij
ne, & hæc Pilos condita ab te.
Emathonte: tertio in Meſſa Diſpẽſa
nia, patria Neſtoris. ℣ Tell⁹.) te alij di
O Tellus. ℣ Librato.) Pro li ſpẽſata.
bres. ℣ Serta.) Ideſt ſemper Nempe
ponam coronam ſuper tumu alij nẽte
lũ tuum, & ſacrificabo. ℣ An
guſtam.) Breuem in Cæſarẽ,
quaſi dicat voluiſſem mori,
añ bella ciuilia. ℣ Illud op⁹.)
Fuerat enim nutritus a Cæ
ſare. ℣ Diſſidio.) Quæ fuit in
ter Auguſtũ Caſſium, & Bru Diſſidio
tũ. ℣ Amor.) Cogit me vlte alij diſſi
rius loqui: manifeſtus mori do.
ens, determiata erat ei mors. Dici, alij
℣ Si tamen hoc ſatis.) Mecœ dixit.
nas incipit adloqui Auguſtũ.
℣ Humor.) Lachrymas. ℣ Sub
æqua.) Non põderoſa. ℣ Po
tuiſſe vltra.) i. iacere non de
ſydero in meliore tellure, q̃
tu. ℣ Eram pectus pectoris.)
Erã cor cordis tui. ℣ Te quoq;
velle decet.) Videlicet diu vi Tibi, alij
uere in terris, ob commodi mihi.
tatem mortalium. ℣ Cęſare.)
Hoc dicit ꝓpter Tyberium,
adoptatum ab Auguſto, & Amore,
Germanicum, ab ipſo Tybe alij ami
rio. Quin & Druſum, Tybe cus.
rij fratrẽ (vt enim Suetonius Ego, alij
tradit) ex Scribonia Iulia, na quoq;.
ta eſt, ex Liuia infans: qui con Sui vo
cæpt⁹ fuerat immaturus, fuit luit: alij
editus. Iulia: Marcello Augu tui, vo
ſti iunxit: deinde M. Agrippę: lui.
ex quo tres nepotes, Caium,
& Titum, & Lucium, Agrip
pinam, & Iuliam neptes: de
quibus late apud Sueto. tra Sed, alij
duntur, producãt, & amplifi &.
cent. ℣ Munera ruptę.) Quia Et tibi ſe
in partu, filius obijt. ℣ Patrio curo qd
ſinu.) i. in Cæſaris ſinu, ideſt alij ſit ſe
faciet te deum Cæſaris vſq; cura ti
genus, ſemper ſint ex generẽ bi cum.
tuo. ℣ Liuia coniux.) ſ. perdi
dit: quia Liuia Druſilla fecit Ipſa, alij
abortiuum ex Auguſto. alma.

P. VIRGILII MARONIS OPVSCVLORVM FINIS.

# P. VIRGILII MARONIS EPIGRAMMA DE VIRO BONO.

Vir bonus,& prudens,qualem vix repperit vnum
Millibus è multis hominum conſultus Apollo:
Iudex ipſe ſui:totũ ſe explorat ad vnguẽ.
Quid proceres,quid leno procax,quid opinio vulgi,
Securus,mundi inſtar habens,teres atq; rotundus,
Externe nequid labis per læuia ſidat.
Ille,dies quam longus erit ſub ſydere Cancri:
Quantaq; nox tropico ſe porrigit in Capricorno:
Cogitat:& iuſto trutinę ſe examine penſat:
Nequid hiet:nequid protuberet:angulus æquis
Partibus vt coeat:nil vt deliret amuſſis.
Sit ſolidum quodcunq; ſubeſt:nec inania ſubtus
Indicet admotus digitis pellentibus ictus.
Non prius in dulcem declinat lumina ſomnum:
Omnia q̃ longi reputauerit acta diei.
Quę pręter greſſus:quid geſtum in tempore,quid nõ:
Cur iſti facto decus abſuit?aut ratio illi?
Quid mihi præteritum?cur hæc ſententia ſedit?
Quam melius mutare fuit.miſeratus egentem
Cur aliquem fracta perſenſi mente dolorem?
Quid volui,quod nolle bonum foret?vtile honeſto
Cur malus ante tuli?num dicto,aut deniq; vultu
Perſtrictus quiſquam?cur me natura magis,quàm
Diſciplina trahit?ſic dicta & facta per omnia
Ingrediens,ortoq; à veſpere cuncta reuoluens,
Offenſus prauis,dat palmam,& præmia rectis.

DOMITIVS.

Vir bon⁹.) Sermo de viro bono hic habetᷓ in quo Maro nř,nõ min⁹ alios ſapiẽtes,q̃ ſe in numero ſapiẽtũ,eẽ declarat:qui tam recte iterpretatur,hominem bonum & ſapientem. Et merito Apollini cõparandus videtur:qui Socratem ſapientem ſolũ iudicauit. ¶ Iudex ipſe ſui.) Qui iudicat ſeipm. ¶ Ad vnguem.) Ideſt perfectionem:nam eſt metaphora a marmorarijs ſumpta,q vnguẽ ſup marmora elaborata & plana facta ducũt. Quin & poſſumus deducere,de his q magna diligentia & cõſydeꝛatione aliquid faciũt:& in ipſa re cogitãda,vngues mordẽt. Perſius, Nec demorſos ſapit vngues. ¶ Securus.) Sapiens non quærit,quid faciãt proceres,& cæteri hoies. ¶ Rotundus.) Omnis res rotunda,ꝑfectior eſt. ¶ Lęuia.) Polita & ornata. ¶ Ille.) Sapiẽs. ¶ Cancri.) Cancer eſt ſignũ cœleſte, ad quod.xv.calen. Iulias ſol accedit:per quod æſtatẽ deſignat. ¶ Capricorno.) Capricornus,ſignũ cœleſte eſt,cœlo ſacratũ,propter memoriã Amaltheæ capræ: quæ Iouẽ aluiſſe,& lactaſſe proditur. Ad hoc ſignũ ſol accedit.x̄v. calen. Ianuarias. ¶ Tropico.) Tropicum dicitur, a τροπὴ, q̃ eſt conuerſio:eo enim tempore,ſol ſe cõuertit,& retrograditur. ¶ Se examine penſat.) Examẽ dicitur,quod eſt in medio ſpatio libræ. ¶ Hiet.) Vltro aperiat ſe. ¶ Coeat.) Vult vir ſapiens,vt vita ſua ſit æqua ex omni ꝑte. ¶ Amuſſis.) Ideſt regula, qua latomi,aut fabri vtuntur. Sed late pro omni ordine ſumitur. ¶ Deliret.) Delirare,a lirã,quæ ſulcum ſignificat,componitur:& de,præpoſitiõe:& errare,atq; extra ſulcum,& viam rectã incedere,notat. ¶ Quodcunq; ſubeſt.) Omnẽ locum ſapiens vult eſſe ſolidũ. ¶ Decus.) Ornamentum. ¶ Ratio.) Iudicium placuit miſeratus; ſi quem videt egentem. ¶ Cur aliquem.) Cur paſſus ſum dolorem. ¶ Natura.) Cur ego potius ducor & vincor malignitate naturæ, q̃ doctrinæ præſtantia. ¶ Prauis Offenſus.) Prauis rebus læditur ſapiens:bonis & rectis,lætatur.

Cancer

capricornus.

Amuſſis

ASCENSIVS.

Hæc ille q̃ tametſi arguta,& doctis ſatis eſſe poſſunt:tñ qm̃ ardiuſcula,& nimiũ ieiuna,gallice iuuẽtuti,cui hãc opellã recæpimus,videbuntur ampliori lucubratiõe, omnia proſequamur atq; vt ſignificemus,quid hoc carmẽ contra tumidos animos,& erectas ceruices faciat(aliud ſiqdẽ multo poeta intendere videtur)rem ipſam adgrediamur. ¶ Vir bonus & ſapiens.(Quiſquis inqt)vir bonus eſt & ſapiens. Iudex ipſe ſui:hoc eſt ſeipſum iudicat. Quiſquis autem iuſte rẽ quanuis iudicet,ipſam iuſta lance pẽſitet,atq; diſquirat:ſanoq; iudicio ſit,oportet. Sed quis mortalium miſeriarum ſuarũ pondus recte examinabit:nec animos ſummittẽs,ſeſe humilem profitebitur? Vt vero fragilitatem noſtram conſpiciamus,Ply.in.j.lib. ca.vij.naturalis hiſtoriæ,verba repetere lubeat:quę huiuſmodi ſunt,Cum omnia exequi humanus nequeat animus,principiũ iure tribuetur homini:cuius cauſa videtur,cuncta alia genuiſſe natura:magna & ſæua mercede,cõtra tanta ſua munera: vt nõ ſit ſatis æſtimare:parens ne melior homini,an triſtior nouerca fuerit. Ante omnia vnum animantium cunctorũ, alienis velat opibus,cæteris varia tegumenta tribuit,teſtas,coria,ſpinas,villos,ſetas,pilos,plumam, pẽnas,ſquammas,vellera. Truncos etiam,arbores q; cortice: interdum gemino a frigoribus & caloribus

loribus tutatã eſt. Hominem tantum nudũ,& in nuda humo,natali die abijcit:ad vagitus ſtatim & ploratũ,ſolũq; tot aialium ad lachrymas,& has ꝓtinus a vitę ꝑncipio. At Hercule riſus ꝓcox illi:& celerrimus añ q̃dragẽſimã diẽ nulli datᷓ. Ab hoc lucis rudimẽto:qꝫ ne feras quidẽ inter nos genitas,vincula excipiũt:& oium membrorũ nexus. Atq; infeliciter natũ,iacet manibus,pedibusq; deuinctis,flens animal cæteris imperaturum,& a ſupplicijs vitã auſpicatur: vnã tm̃ ob culpam,quia natũ eſt. Heu demẽtia: ab his initijs,exiſtimantiũ ad ſuperbiam ſe genitos. Prima roboris ſpes,primumq; temporis munus,quadrupedi ſimilẽ facit. Qñ homini inceſſus?qñ vox? qñ firmum cibis os?quãdiu palpitans vertex? ſummæ inter cũcta aialia imbecillitatis indiciũ. Iam morbi tot,atq; medicinæ tot contra mala excogitatę:& quoq; ſubinde nouitatib⁹ victæ. Cætera ſentire naturã ſuam: alia pernicitatẽ vſurpare:alia ꝑpetes volatus:alia vires:alia nare:hoiem ſcire nihil permiſit,ſine doctrina: non fari: non ingredi:non veſci:breuiterq; non aliud naturæ ſponte,q̃ flere. Itaq; multi extitere,qui non naſci optimũ cenſerent: aut q̃ ociſſime aboleri. vnĩ animãtium luxus eſt datus: vni luxuria,& quidem innumerabilibus modis,ac per ſingula membra: vni ambitio: vni auaritia: vni immenſa viuẽdi cupido: vni ſuperſtitio: vni ſepulturæ cura,atq; etiam poſt ſe defutura. Nulli vita fragilior:nulli rerum omnium libido maior:nulli pauor confuſior: nulli rabies acrior. Deniq; cætera animãtia in ſuo genere probe degũt: congregari videmus,& ſtare contra diſſimilia. Leonum feritas, inter ſe non dimicat:ſerpentum morſus,non petit ſerpentes:ne maris quidem belluæ,ac piſces,niſi in diuerſa genera ſæuiunt. At hercule nõ homini ex homine plurima ſunt mala? Hæc ibidem eiuſdem libri.vij.ca. Miſeret,atq; etiam pudet æſtimantẽ, q̃ ſit friuola animalium ſuperbiſſimi origo: cum plerunq; abortus cauſa fiat odor,lucernarum extinctu:his principijs naſcũtur tyranni:carnifex his animus. Tu qui corporis viribus fidis: tu qui fortunæ munera amplexaris,& te ne alumnum quidem eius exiſtimas,ſed partum:tu cuius ſemper in victoria mens? tu qui te deum credis,aliquo ſucceſſu tumens,tanti tamen perire potuiſti:at qui etiam hodie minoris potes,quãtulo ſerpentis ictus dente? Aut etiam vt Anacreon poeta Acino vuæ paſſæ,vt Fabius ſenator,pretor in lactis hauſtu vno pilo ſtrãgulatus? Is demum profecto,vitã æqua lance penſitabit,qui ſemper fragilitatis humanæ memor fuerit. Hęc Ply. Ex quibus,ſiquis humanam conditionẽ penitioribus oculis intueri volet, modeſtior nimirũ euadet,quãdo nihil homine fragilius reſpexerit:liquet itaq; quomodo hoc vno verbo,ſi animũ aduertimus,facile ſuperbiam exegerit. Nã & eccleſia ſancta,quo die nos ſummiſſiori animo facere vult:repetit illud, Memento homo quod cinis es,& in cinerẽ reuerteris. Neq; tamen fœcũdiſſimus poeta,ſolã ſuperbiã in hoc opuſculo perſequitur, verũetiam modeſtiam, quam nunc humilitatem vocant:atq; omnem bene viuendi rationem præſcribit. Nã veluti imbecillitatis ſuę memor inferiorem ſeſe,q̃ qui faſtu turgeat,æſtimabit:ita dignitatis ſuę rationem habens(etiã miſerrimus quiſq;)multo ſuperiorẽ, q̃ qui peccati ſordibus ſeruiãt,ſeſe iudicabit. Sis igitur iudex ipſe tui: & haud dubie inter ſuperbam mentis elationem,& abiectã humilitatem

Argumẽtum huius operis.

militatem: medium (quæ moleſtia eſt) ſeruaueris: te q; non ad
inertiam: non ad ignauiam: non ad ſecordiam: non deniq; ad
reliquas animorum peſtes: verũ ad optimas quaſq; operatiões
genitũ, naturæ ſedulitate cenſueris: Sed quia (vt inquit Sallu.)
Omnis vis noſtra in animo & corpore ſita eſt, animi imperio
corporis ſeruitio magis vtimur: alterum, cum diis: alterum, cũ
belluis commune eſt: quo mihi (inquit) rectius eſſe videtur, in/
genii q; virium, opibus gloriam quærere, &c. idcirco conſultiſſi
mus poeta noſter, nos ad animi ſtudia adhortatur: admonet q;
vt patriam noſtram illam cœleſtẽ ſcrutemur, atq; admiremur:
aſtrorum q; curſus, & potentias obſeruemus: quæ res a primo
illo præcepto. Iudex ipſe ſui: non abhorret: nã ſi (vt phyſici di/
cunt) ſuperioribus lationibus ferimur: & ad bene, ſecus ve agen
dum: tametſi non ſubigimur: inducimur tamen: operæpretium
eſt, illas noſſe: vt ſi ad bonũ duxerint, faciles ſequamur: ſin ad
malũ, fortes reluctemur. Sanctum igitur, & notatu dignũ ver/
bum, Iudex ipſe ſui. Quod nimirum olim Apollinis oraculo
æquale habitũ eſt. Vnde Pli. xxxii. ca. vii. naturalis hiſtoriæ. Rur
ſus, mortales oraculorum ſocietatẽ dedere Chiloni. tria eius p̃/
cepta Delphis conſecrando aureis literis, quæ ſunt hæc. Noſſe ſe
quenq;. Et, Nihil nimiũ cupere, Comitem q; æris alieni q;, atq;
litis eſſe miſeriam. Hæc Plyn. Primum præceptum a Iuuen. ſu
Tria au/ mitur, vbi inquit. E cœlo deſcendit γνωτί σε αὐτὸν hoc eſt, no
rea ver/ ſce teipſum. Sed Maro noſter vberius inqt, Iudex ipſe ſui: plus
ba. enim eſt ſeipſum iudicare: q; noſſe duntaxat: oportet quem iu/
dicemus, noſcamus: & in iudicio ab omni mẽtis morbo ſimus
incorrupti: vnde illud in ſermonibus Horatii. Male verum ex/
aminat omnis corruptus iudex. Alterum Terentius in Andria
ſic vſurpat. Nam id arbitror apprime in vita eſſe vtile: vt ne qd
nimis. Tertium vero, experientia nos docet. Sed Laertius in vi
ta Chilonis aliter refert, dicens, Sponſiõi comes eſt iactura: &c.
quæ res nunc quoq; multo vſu venit. Verum ne nimium philo
ſopher, redeo ad poetam: cuius ſingulas ferme voculas, eluci/
Vir. dare conabor. ¶ Vir bonus.) Vt grammaticuli dicunt, Vir, notat
ætatem: ſexum: vel proprietatem. Ætatem: vt in Bucoli. Hinc
vbi te firmata virum iam fecerit ætas. Quinta ſiquidem ætas in
homine virilis dicitur. Sexum: vt. ii. Æneid. Matres q;: viros q;.
Proprietatem: multiplicem, notat, non coniugalem, vt apud
Comicos. Mi vir. i. marite. Nunc, animi magni ſignificationem
habet: vt, Cum locus affuerit, te precor eſſe virũ. Dicitur enim
vir, cui & virtutes animo, & vires in corpore: plurimæ ſunt.
Bonus. ¶ Bonus.) Bonum dicimus, nunc a bonitate formæ: vt bona fa
cies. i. formoſa. Nunc, ab vtilitate: vt, Et bello bona cornus, ideſt
vtilis. Nunc a bonitate ingenii & artis: vt, Cur non Mopſe bo/
ni: quoniam conuenimus ambo, ideſt docti & diſerti: vt bonus
citharœdus: bonus phyſicus. i. peritus. Nunc a bonitate volunta
tis, quem beniuolum appellamus: vt. Adſit lætitiæ bacchus da/
tor & bona Iuno. Aliquãdo a multitudine: vt, At bona pars po
puli. i. magna pars. Deniq; quidquid conueniens, aut vſui eſſe
poteſt: bonum nuncupamus. Videtur autem hic accipi: vel pro
docto, & ſtudioſa bonitate ingenii, vel verius p̃ bonæ vitæ vi/
ro, a bona animi voluntate. Nã vt generaliter accipias: nõ pro/
cedit: vt enim inquit Cicero, Vitandum eſt, ne cuius genus po/
ſueris, eius ſpeciem ſicuti aliquam, diuiſam, ac diſſimilem par/
tem ponas in eadem partitione: vt hic, ſi bonus: generaliter acci
piatur, & pro ſtudioſo virtutis: & pro docto, fruſtra adderetur
ſapiens. Eſt ergo vir bonus, vir iuſtus honeſtæ vitæ. Nã (vt inqt
Cice. in officiis.) In iuſtitia, virtutis ſplendor eſt maximus: ex
qua viri boni nominantur. Sed quia rari admodum ſunt hmõi
viri: inquit enim Iuuena. Rari quippe boni: &c. Quia etiam ra/
ri ſunt ſapientes. Vnde idem, Omnibus in terris quæ ſunt a Ga/
dibus vſq; Auroram & Gangem, pauci dignoſcere poſſunt Ve
ra: bona: atq; illis multum diuerſa remota. Erroris nebula, &c.
¶ Et ſapiens.) Conſequens eſt, vt rariſſimus ſit, Vir bonus & ſa/
Sapiẽs. piens: Sapiens ſiquidem multo præſtantior eſt, quam ſciẽs. Nã
qui ſapit eius quod ſcit, experientiam habet. Expertus autẽ (in/
quit philoſophus) certior eſt ſciente: verbi gratia (ne a propria
ſignificatione recedamus) ſi ex phyſica demonſtratione cogno
ueris quẽuis cibum eſſe naturæ tuæ dulcem & ſalubrem, iam
eius rei ſcientiam habes. Sapientiam vero non priuſq; guſtaue/
ris, atq; expertus fueris. Sic & rei honeſtæ, ſi certas cauſas certo
noris: ſciens eris non prius tamen ſapiens: quam ea res tibi ſa/
piat: hoc eſt cordi, atq; vſui ſit hanc rem. ſic in officiis ſatis tan/
git Cicero, teſtimonio Platonis, qui, Non ſolum (inquit) ſcien/
tia quæ eſt remota a iuſtitia, calliditas potius q; ſapientia, eſt
appellanda, verũetiam animus paratus ad pericula, ſi ſua cupi/
ditate,

ditate, non vtilitate communi impellitur, audaciæ potius no/
men habet, quam fortitudinis. Ipſe quoq; Cicero in Rhetori/
cis ſic inquit, Moderatrix, oĩum ſapiẽtia rerum. ¶ Qualẽ, &c.)
Quia igitur inq; tam rariſſimi ſunt boni, qui iidẽ ſapientes intu
lit poeta per parẽtheſim, Qualẽ vix repperit vllum Millibus e
cunctis hominũ conſultus Apollo. Parentheſis (ne quẽ lateat)
eſt elegans interpoſitio ſentẽtiæ: qua remota, ſermo manet inte
ger: vt hoc loco ordo eſt. Vir bonus & ſapiẽs, iudex ipſe ſui, &c.
reliquum aũt quaſi per parentheſim interponitur. Eius aũt in/ Paren/
terpoſitiõis cãm, plerũq; pathos, aut affectio parit: ſit enĩ quo/ theſis.
ties animus, quauis paſſione cõmotus, cogitur ab eo quod dice
re cœperat digredi: donec qũo id patiatur indicarit: vt hoc loco
poeta incipiens dicere. Vir bonus & ſapiens: non potuit cõpo/
nere ſermonẽ ſuũ, donec quaſi acclamans indicarit eiuſmodi vi
ri penuriã & raritatem: dicendo, Qualẽ vix, &c. Quibus verbis
neſcio quomodo apertius difficultatem repperiendi ſignificet.
¶ Vix.) Vix enim, ſummam difficultatem præ ſe fert. Quod ta/ Vix.
men vix factum, dicis: factum ſit oportet, at quod quaſi factũ
nuncias, contigiſſe negas. ¶ Repperit.) Repperire, etiam diligẽ Reppit.
tiam inquirendi demonſtrat. Eſt enim compoſitũ, a re: & pario. Rario.
Parere autem, eſt cũ difficultate & molimine parare: vt mulier Re.
parit prolem, & vir fortis gloriã. Repperire ergo, eſt rem perdi
tam, aut deſtitutam, reparare. quod, vt plurimum, ſane difficile
eſt. Quia tamen particula, re, non ſemper importat iterationẽ:
ſed aliquando ſimplicis ſignificatum nõ immutat: vt reuertor,
vnde iam primum vertor: aliquando contrarium eius ſignifi/
cat, vt quoties verbis additur quæ clauſurã connotant, vt clau
do: & recludo: texo: & retexo: ſero: & reſero: velo: & reuelo: te
xo, & retexo, contraria ſunt, &c. Poſſemus dicere, repperit, hic
nõ eſſe, ſecundo inuenit: ſed, inuenit dũtaxat: & id quidẽ cum
difficultate. Geminatur p litera, in p̃terito huius verbi, vt ſylla
ba producatur: ſic etiã in reppuli: & in rettuli, t: & in reddidi, d.
¶ Vllum.) Hoc quoq; nomen ſummam raritatem oſtendit. Eſt Vllum.
enim per diminutionem, deductum a nomine vnus: vna: vnũ:
vt ſit: quaſi quẽuis vnum. ¶ Millibus e cunctis.) Hoc vero quã
maxime pondus difficultatem auget. nam parum eſſet, talẽ re/
pertum non eſſe in paruo hominum conſortio: ſed maximum
eſt, vix vllum repertum, millibus e cunctis hominũ: quod ad/
ditum videt, ne raros ea tẽpeſtate fuiſſe mortales, credas. Mil/
lia ergo (inquit) hominum. multa erãt, (aliter enim nõ diceret
cunctis.) tamen, vix vllum repperit. Eſt aũt mille interdum (vt
hoc loco) nomen ſubſtantiuum: ſignificãs quaſi numerum mil
lenariũ. Eſt q; generis neutri, & in ſingulari indeclinabile: quo/
circa Latine dices, mille hoĩum in prælio deſyderatũ eſt: mille
equitũ occiſum: mille nummũ vno conuiuio abſumptum. In
plurali aũt idẽ nomen declinatur: hæc millia, horũ milliũ, his
millibus, &c. quia ergo ſubſtantiuũ eſt: efflagitat adiectiuũ eiuſ
dem generis: numeri, & caſus Aut ſubſtantiuũ genitiui caſus:
vt mille virũ: vbi ſi Gellio credis, nõ dices virorum: genitiuus
enim ſecundæ declinationis cum nominibus numeralibus fere
ſyncopatur: vt, mille denariũ. Eſt etiã mille, interdũ adiectiuũ
generis omnis: pluralis dũtaxat nũeri: & indeclinabile: Vt mil/
le fœminæ: mille capita. ¶ Hominum.) (Vt de ſingulis quid di Hoĩum
cam) poteſt addi ſuperioribus: vt ſit Millibus e cunctis homi/
num, & inferioribus: vt ſit, Hoĩum cõſultus Apollo. Habuit au
tem olim, homonis in genitiuo vt apud Enniũ Vulturis in ſyl/
uis miſerũ mandebat homonẽ. ¶ Conſultus Apollo.) Expreſſa
auxeſis: quid enim rarius, ſi hoĩum cõſultus Apollo, vix e cun
ctis millibus hominũ repperit vllũ qui ſit vir bonus & ſapiẽs.
Siquidem mortaliũ quiſq; huius viri indaginẽ ſumpſiſſet, poſ/
ſet aut vecordia, aut imperitia, etiã nullũ repperiſſe. ¶ Conſul/ Cõſult⁹
tus.) Deflectitur a conſulor, hoc eſt interrogor conſiliũ. Nam is
cõſultus dicitur: qui cõſulitur: verũtamen: quia qui conſulitur,
ſæpe cõſulit. i. conſiliũ dat. Valla docet, conſultũ, in actiua ſigni
ficatione accipi. Nihilominus tñ, ſicut conſultor eſt, qui cõſiliũ
rogat: ita conſultus: qui cõſiliũ rogatur: rogatus aũt dare ſolet.
Eſt aũt verbum: conſulo: duplicis ſignificationis. Cum datiuo Cõſulo
enim: eſt conſilium do: aut ſi ad inanima (quod ſæpe ſit) refera
tur: prouideo: vt, conſule honori & rebus meis. Cũ accuſatiuo
aũt, eſt conſiliũ rogo: vt, conſule medicũ probatũ. Certũ eſt aũt
Apollinẽ a multis olim cõſultũ eſſe: vnde & eius oracula, ſunt
reſponſa orantibus data. ¶ Apollo.) Eſt autẽ Apollo, ſol ipſe: de Apollo
quo in Georg. Solem quis dicere falſum audeat? &c. Ply. autem
credit, nõ aliũ eſſe naturæ deũ: ac ipſum ſolẽ. Macrobius etiam
in Saturnalibus, docet omniũ numinum poteſtates, ac nomina
vni Apollini cõpetere poſſe. Eius p̃priũ epitheton apud Græ/
cos,

tos,eſt Phœbus:habet multa adiectiua a locis in quibus colit̃: vt Grineus,Thymbreus,Delius,Delphic⁹, Clarius,Lycius,&c. vt vero quid Ply.de deis ſentit,referamus,eius verba ſunt eiuſmodi in.vj.&.vij.capitibus.ij.libri naturalis hiſtoriæ. Inter terrã,cœlũq́ȝ eodẽ ſpiritu pendẽt certis diſcreta ſpatijs ſeptẽ ſydera,quæ ab inceſſu vocamus errãtia:cum errent nulla minus illis. Quorum medius,ſol fertur ampliſſima magnitudine ac poteſtate:nec temporum modo,terrarumq́ȝ:ſed ſyderũ ẽt ipſorũ, cœliq́ȝ rector:hunc mundi eſſe totius animum,ac planius mentem:hunc principale naturæ regimen,ac numẽ credere decet: opera eius æſtimantes. Hic lucem rebus miniſtrat:auferťq́ȝ tenebras. Hic reliqua ſydera occultat. Hic vices tempoꝝ,annũq́ȝ ſemper renaſcentem ex vſu naturæ temperat. Hic cœli triſtitiam diſcutit:atqȝ ẽt nubila humani animi ſerenat. Hic ſuũ lumẽ cæteris quoqȝ ſyderibus ſerenat:præclarus,eximius,omnia intuẽs, omnia etiam exaudiẽs:vt principi literarum Homero placuiſſe in eo vno video, Quapropter effigiẽ dei,formãq́ȝ quærere imbecillitatis humanæ reor. Quiſqȝ eſt deus(ſi modo alius eſt) & quacũqȝ in parte,totus eſt ſenſus,totus eſt viſus,totus auditus, totus animæ,totus animi,totus ſui. Innumeros quidem credere:atqȝ etiã ex virtutibus,vitijsq́ȝ hominum,& pudicitiã, cõcordiam,mentẽ,ſpem,honorem,clementiam,fidẽ:aut,(vt Democrito placuit)duos omnino,pœnam & beneficium,maiorẽ ad ſecordiam accedit. Fragilis & laborioſa mortalitas in ꝑteis iſta digeſſit,infirmitatis ſuę memor,vt portiõibus coleret qſqȝ, quo maxime indigeret. Itaqȝ nomina alia,alijs gentibus & numina in iiſdem innumerabilia reperimus. Hęc & plura alia Ply. Ex quibus(quod ad rem noſtram facit)palam eſt Apollinẽ(qui idem ſol eſt)omnia ſcrutari:ideoq́ȝ vera poſſe iudicare:quocirca mirandum eſt:quod vix vllum repperit,&c. Tãgit aũt Socratẽ,qui cũ philoſophiã de cœlo in terras deuocaſſet:hoc eſt, ab aſtrorũ,nimia indagatiõe:& a naturalium cauſarũ,moroſa inquiſitione,nos ad noſtri cognitionẽ inuitaſſet:moralemq́ȝ philoſophiã,quã ethicam vocant,docendo & faciendo inſtituiſſet. Cerephonti eius diſcipulo Apollinẽ cõſulenti,quem in terris ſapientem cẽſeret,ſapientiſſimus omniũ pronunciatus eſt: quæ res illi ſummã inuidiam protulit,falſoq́ȝ criminatus, Cicuta in carcere Atheniẽſi,diẽ clauſit. Mortuus vero ænea ſtatua donatus eſt. ⁋ Iudex ipſe ſui.) Iudex dicitur,qui ſecundum leges,& iura,iudicat de his q̃ per cauſidicos vltro, citroq́ȝ habita ſunt. Arbiter,libere iudicat,ex ſententia voluntatis & rationis ſuæ. ⁋ Ipſe.) Hic multis vacare videretur:quia ſatis eſſet: Vir bonus, & ſapiẽs,eſt iudex ſui:ſed ſi bene reſpexeris,mirã emphaſim habet. Eſt.n.ſenſus, Vir bonus & ſapiens,eſt iudex ſui.ipſe,inquã, ſui quia non vult ab alijs iudicari. Vnde Hora.in epiſtolis, Sed vereor ne cui de te plus q̃ȝ tibi credas: Neue putes aliũ a ſapiẽte, bonoq́ȝ beatũ. Et Perſius, Examenq́ȝ improbum in illa Caſtiges Trutina:nec te quæſiueris extra. ſic etiã diceres, Rex ipſe mihi literas,ad te dedit. Ipſe,inquam.hoc eſt,non alius nomine regis. Quare aũt a ſe iudicetur,vir bonus in promptu eſt,quia qui ab alijs iudicantur,inuiti peccata deſerũt,quæ vir bonus ſui iudex, ſponte ſua contemnit:vnde illud in epiſtolis Hora. Oderũt peccare boni,virtutis amore. Oderunt peccare mali formidine pœnæ. Eſt aũt pronomen,ipſe,triũ perſonarũ:ſicut apud Græcos, quod idẽ ſignificať αὐτὸσ. Primæ,vt, En ipſe capellas protinus æger ago.ipſe.i.ego. Itẽ & ipſum. Ludere quæ vellẽ calamo ꝑmiſit agreſti.ipſum.i.me. Secũdæ,vt i.vj.Æneí. Ipſi canas oro. ipſa i.tu. Tertiæ,vt, Pollio & ipſe facit noua carmina,&c declinabať olim ipſus,ipſa,ipſum. Plautus etiã cõparationẽ dedit, dicẽs, In Trinũmo ipſiſſimus:vbi etiã ipſus poniť. Habẽt autẽ

Ille. Ipſe. Iſte.

hæc tria pronomina:ille:ipſe:iſte:hoc elegãtię. Quod ille,notat ſummã nobilitatẽ,& rẽ de qua loquimur notiſſimã,vt, Alexander ille magnus, Cato ille Cẽſorius. Ipſe aũt,emphaſim habet, & excellentiã:vt Ioue miſſus ab ipſo.i.magno,ſm̃ Seruiũ. Iſte vero contemptũ(vt docet Donatus)præ ſe fert:vt, Quid iſtud, inquã,ornati eſt Virgilius?vel. Quid petis iſtis? quaſi vilibus. Adde ꝙ ſicut hic,cũ oĩbus aduerbijs & caſibus,ad primã perſonã:& ad eũ locũ in quo ego ſum,pertinet:vt,hoc caput.i.meũ: oẽs qui hic ſunt.i.apud me,&c. Sic iſte:refertur ad ſecũdã perſonã:vt,iſtud caput.i.tuũ.& aduerbia inde deducta ad locum in quo tu es:vt, Velim ſcire qd iſtic fiat,qa nemo iſtinc huc venit. Et ille,cũ ſuis:tertiã perſonã ab vtroqȝ:inter quos eſt ſermo,remotã:reſpicit:vt docet Valla.

Sui.

Sui,ꝓnomẽ reciprocũ,eſt primitiuũ:tuncq́ȝ bonam reciprocationem eſſe cognoſces,qñ addere poteris in eodẽ caſu obliquos pronominis ipſe:vt, Iudex ipſe ſui,i.ſuiipſius. Quiſqȝ fauet ſibi:hoc eſt ſibiipſi. Quiſqȝ amat ſe: hoc eſt ſeipſum,&c. Ponitur itaqȝ ſæpe cũ ꝓnomine ipſe, vt hic: & cũ noĩe quiſqȝ,cũ quo ẽt ſuus,ſua ſuũ,adiectiuũ reciprocũ eleganter ponitur:vt, Cuiqȝ ſuus mos eſt. Itẽ, Trahit ſua quemqȝ voluptas,&c. Eſt ergo hic bona reciprocatio. Neqȝ in hac ſignificatiõe bñ dixeris, Iudex ipſe ſuus. Vñ(licet longior fiam)operæpretium eſt,ſemel naturã vocabuloꝝ exponere:& poſtea huc remittere. Scies igiť(vt docet Valla)genitiuũ oẽm, aut actiue,

Significat⁹ genitiuoꝝ

aut poſſeſſiue,quod fere idẽ putat:aut paſſiue ſignificare. Actiue, vt,productio & creatio dei:qa deus ꝓducit & creat. Poſſeſſiue: vt,regnũ dei:qa deus regnat. Paſſiue:vt,timor dei:quia deus timetur,nec timet. Iſti aũt genitiui,mei,tui,ſui,nr̃i,& veſtri, qñ ſunt primitiui,tantũmodo paſſiue ſignificãt. Ideoq́ȝ cõſtrui volunt cũ dictione paſſionẽ inferẽte,vt cũ verbo regẽte genitiuũ: vt,recordare mei:memento mei:miſerere mei:indigeo tui,&c. Itẽ cum verbali ab actiuo verbo deducto,tã adiectiuo, q̃ȝ ſubſtãtiuo. Adiectiuo:vt,cupidus mei:amans mei:neſcius mei:qñ ego cupior,amor,neſcior. Subſtantiuo,vt amor tui:deſyderiũ mei,&c.qñ tu amaris,ego deſyderor. Itẽ cũ nominibus q̃ partitionẽ,ſeu diuiſionẽ,quæ quædã paſſio eſt,inferũt: vt pars mei: aliquid mei:quidqd mei:in qbus ego ipſe,& nõ res mea,ſignificať partiri:niſi forte fuerit genitiuus ſubſtãtiuus,a neutro meũ. Et quod dixi de mei,dicetur etiã cõſimili mõ de alijs quatuor: vt, Iudex ipſe ſui:qa ipſe iudicatur. Cõtra:genitiui mis,tis,ſis, qui nũc abſoleti:& quibus aliqñ vtimur,noſtrũ,& veſtrũ tantũ actiue,aut poſſeſſiue ſignificabant. Et qa abſoleti ſunt:ponimus ꝓ ipſis poſſeſſiua meus,tuus,ſuus,noſter,& veſter. Qñ ergo aliquid poſſideo,nõ dicã mei,ſed meũ:vt liber meus:nõ mei:ſimiliter,qñ quid ago:vt,amor meus in te.i.quo ego amo te. Bene

Totum Omne.

ergo dictũ eſt. Iudex ſui. ⁋ Totũ ſe explorat.) Totũ ſe.i.omnem partẽ ſui. Totũ enim,magnitudinẽ reſpicit:vt,totũ cœlum. Oẽ vero,multitudinẽ:vt,oẽs hoĩes. Cõfunduntur tñ, vt.iij.Æneí. Tonitru cœlũ oẽ ciebo.i.totũ. ⁋ Explorat.) Explorare,eſt inquirere,& ſcrutari:vnde exploratores, ſi tñ ad originẽ reſpexeris,

Explorare.

affectate hic poſitũ videbis. Componitur.n.ab ex,ſiue extra,& ploro:quaſi ſit,plorando in amaritudine animæ, vitã anteactã recogitare:quæ prima,pœnitẽtiæ pars eſt:altera,quæ cõfeſſio: ſequitur ſaltẽ tacita ibi. Non prius in dulcẽ,&c. Tertia,quæ ſatiſdatio dicitur,habetur ibi. Offenſus prauis. Cõplemẽtũ vero,

Pniæ partes.

& vltima pars,quæ eſt:perſeuerãtia in virtute cõſequitur. Dat palmã & præmia rectis. Nullus enim, niſi vſqȝ in finẽ legitime certauerit,coronabitur:nã palma,& præmia cõſummatiõi debẽtur. Itaqȝ a viro ante Chriſtũ defuncto Chriſtianæ religiõis

Ad vnguem.

forma ꝑſcribitur. ⁋ Ad vnguẽ.)i.ad perfectionẽ:quæ res ſatis a Calderino deducitur. Quod aũt hic metaphora a marmorarijs fiat patet:nã ſequetur. Nec inania ſubtus Iudicet,&c. ⁋ Quid ꝓceres.) Quid(vt oĩa iam dicã) & oĩa eius cõpoſita, vt quidqd:

Quid.

aliquid:nequid:ſiquid:ecquid.nunqd:quilibet:quicqȝ:&c. ſubſtãtiua ſunt:ideoq́ȝ cũ adiectiuo eiuſdẽ caſus aut cũ ſubſtantiuo genitiui caſus,cõſtruuntur:vt,quidquid honeſtũ.quidquid lucri:non aũt quidquid lucrum:ſed quodcũqȝ lucrũ. Quod enim, & omnia eius compoſita,adiectiuum eſt:& vult ſubſtantiuum eiuſdẽ caſus:vt,aliquod animal:refugit autem adiectiuum,niſi ſubſtãtiue ponatur:vt quodcũqȝ honeſtũ:&c. De cõpoſitis vero a quis:& qui,& eorum declinatiõe,ſcies, Quis,duobus modis cõponi. Primo:vt ponatur in ſecunda parte compoſitionis: & hoc cũ his quinqȝ particulis:ec:vt ecquis:ne:vt nequis:num:vt vt nũquis:ſi:vt ſiquis:ali:vt aliquis:& hoc modo: in noĩatiuo ſingulari fœminini generis,& nominatiuo & accuſatiuo pluralibus neutri generis,inuenies qua,non quæ:vt,ſi qua cauſa:ſi q̃ ſata nõ,ſi quæ. Secundo,vt eſt prior pars cõponens,& ſubdu<sup></sup>ntur hæ particulæ:quã,vt quiſquã:qȝ vt quiſqȝ:piam,vt qſpiam:putas,vt quiſputas:& ipſum quis, vt quiſquis: quod raros caſus habet:vt docet Valla:vt quiſquis,quidquid:quenquẽ,quoquo,quaqua,quoquo,quoſquos,quæquę,quibuſquibus:& reliquos addere poſſis. Et cum his particulis non ponitur qui: ſed cum dam,vt quidam:vis,vt quiuis:cunqȝ,vt quicũqȝ: libet,vt quilibet:& tam compoſita a quis, q̃ȝ a qui:habẽt in illis caſibus dictis,quãdo in priori parte ponunť:non qua,ſed quæ:vt quædam mulier,non quadam:quædam poma:non quadam:optima quæqȝ dies:non optima quaqȝ. Quiſqȝ autem caret genitiuo plurali:ſed ꝓ eo vtimur ſingulari authore Valla. Et licet oĩa relatiua & interrogatiua geminata poſteriorem partẽ in cũqȝ, reſoluant authore Priſciano:vt quantuſquantus,quantuſcũqȝ: vbiubi, vbicũqȝ. Quiſquis tamen non fit quiſcunque:nec quidquid,quidcunqȝ:ſed illud fit quicunqȝ,hoc quodcunqȝ:ꝓpterea quodcunqȝ ponitur,cum qui,non cum quis:ſed quod defle

ctitur a qui,nō a quis. Quæ ſic differūt,quod q,& quod ponun
tur ſæpe relatiue:quis autem,& quid,nūquam relatiue:ſed vel
indefinite : vt neſcio quis ſis,vel quid agas:vel interrogatiue,
vt quis es?quid agis?ſimiliter & ablatiuus a q : vt qui ſcis hoc?
ideſt quomodo.¶ Proceres.) Proprie ſunt capita trabium emi/
Proce/res. nentia in muris,& pondus ædificij ſuſtinētia:a quibus primo/
res ciuitatis:proceres appellantur.¶ Vaniq́ʒ læuis,&c.) Bonum
Vani. eſt adiectiuum vulgi:nihil enim eo vanius:vñ in.ij. Æne1. Scin/
ditur incertū ſtudia in contraria vulgus:veruntamen(vt docet
A.Gellius) vani ſunt:non(vt vulgus putat)deſipientes,aut he
betes,aut inepti:ſed vt veterū doctiſſimi dixerunt, mendaces,
& infidi,& læuia,inaniaq́ʒ:ꝓ grauibus & veris aſtutiſſime cō/
ponentes,&c.ſic in.ij. Ænei. Nec ſi miſerum fortuna Sinonem
Finxit:vanum etiam,mēdacemq́ʒ improba finget.¶ Læuis opi
Læuis opinio. nio.) Veriſimile eſt,vt vani.vulgi ſit læuis opinio. Leuis autē
priori breui ſignificat ſine pondere:quæ rēs faciliter vento huc
illuc agitatur.vnde ſit tranſlatio,vt leuis, dicatur incōſtans:fa/
cilis in verbis factis,aut moribus. Sed quando leuis habet prio
rem longam,ſignificat politum,nō aſperum:vt paulopoſt,Per
leuia ſidat.Bene aūt dat vulgo opinionem,quæ falſorū eſſe po
teſt:non autem ſcientiam,quæ verorum dūtaxat eſt,ſed neceſ/
ſariorum.¶ Vulgi.) Vulgus dicitur,quaſi vilis grex: & eſt incer/
Vulgi. ti generis. Aliquādo maſculini: vt in.ij. Ænei. Hinc ſpargere vo/
ces in vulgū ambiguas. Sæpiſſime neutri(quod Seruius tamen
cōtra artem eſſe docet) vt.j. Ænei. Sæuitq́ʒ animis ignobile vul
gus.¶ Securus.)Ordo eſt. Vir bonus & ſapiens eſt ſecurus.i.nō
Secur⁹. curās quid proceres,ſup.gerant:& qd læuis opinio vulgi agat.
Docet aūt Valla in orationibus , nonnunꝗ̄ verba deeſſe : quod
tunc etiā(licet pathos non ſit)licite cōtingit,quando generale
verbū intelligitur. vnde ſubſtātiuum verbum(Priſciano teſte)
facillimæ intellectionis eſt: vt, Nunc fama minores Italiam di/
xiſſe Ducis de noīe gentē. Nunc fama,ſubaudi,eſt. Similiter.ix.
Ænei. Talia ꝑ Latiū:faciliter intelligitur,gerūtur: vñ pulchram
De ecli/pſi. eclipſim eē cēſet Seruius:ſic hoc loco facillime intelliges,gerāt
faciāt,vel agāt: vt apud Ply. iuniorem. Studes,an piſcaris,an ve
naris,an ſimul omnia?ſubauditur,facis. Pathicis aūt orationi/
bus,legitima eſt eclipſis:q̄ in alijs quoqʒ admittitur,ſi obſcuri/
tatē nō faciat. Securus dicitur,qui eſt ſeorſum a cura nequidꝗ̄
ſollicitus:neqʒ eſt idem quod tutus. Nam ſi inter mille pericula
ignarus gaudia ducis,ſecurus es:non tutus. Contra: vbi nullus
eſt hoſtis,ſi multos inſtare formidas,tutus es , ſecurus non es.
Eſt ergo vir bonus,non implicitus negotijs nihil ad ſalutem fa
cientibus:talia enim non curat:quoniā tales curæ dehortarētur
a perfecta ſapientia: vnde Flaccus in epiſtola ad Florū. Quod ſi
frigida curarū fomēta relinquere poſſes, Quo te cœleſtis ſapien
tia duceret,ires, Hoc opus hoc ſtudiū parui properemus & am
pli, Si patriæ volumus,ſi nobis viuere chari.¶ Mundi inſtar ha
bens.) Mundus,dicitur ornamentum: vnde mūdus muliebris,
Mūdus complectitur quidquid ad muliebrem ornatum ſpectat. Totius
etiam vniuerſi congeries,propter varios ornatus,mundus ap/
pellatur. Legitur etiam(vt meminit A. Gel.)præcipue in priori
ſignificato,hoc mundū. De mundo ſic in naturali hiſtoria, Ply,
Mundum,& hoc quod alio nomine cœlum appellari libuit:cu
ius circūplexu teguntur cuncta , numen eſſe credi par eſt:æter/
num,immenſum,neqʒ genitum,neqʒ interiturum vnquā. Hu
ius extera indagare,nec intereſt hominū,nec capit humanę cō/
iectura mentis:ſacer eſt ęternus immēſus,totus in toto:imo ve
ro ipſe totum,infinitus,ac finito ſimilis , omnium rerū certus,
& ſimilis incerto:extra,intra,cuncta,cōplexus in ſe:idēq́ʒ rerū
naturæ opus,& rerum ipſa natura:furor eſt menſuram eius ani
mo quoſdā agitaſſe,atqʒ prodere auſos,&c. Hactenus ille. Re/
cte igitur Virgilius dicit,ſapientem habere inſtar mūdi. Quia ſi/
cut mundus vndiqʒ ſui plenus eſt & ſolidus , vſqʒ adeo vt ple/
riqʒ philoſophi,omnia vnum eſſe dixerint. Et ſicut extra mūdū
nihil eſſe conſtat : ita vir bonus & ſapiens , quidquid deſyderet
(nihil enim in hac mortalitate citra virtutē & bonam doctrinā
quærit.) in ſe habet. Vnde nota eſt Biantis ſententia, Sapientem
omnia ſua ſecum ferre. Stoici quoqʒ dicunt , In quo virtus eſt,
ei nihil deeſſe: Solumq́ʒ ſapientem eſſe diuitem,prius ſic Cice/
ro confirmat, Quam ob rem vt improbo ſtulto,& inerti,nemi
ni bene eſſe pōt:ſic bonus vir,& ſapiēs,& fortis, miſer eſſe ne/
mo poteſt. Nec vero cuius virtus,moresq́ʒ laudandi ſunt , non
laudanda vita eſt. Neqʒ porro fugienda vita eſt,q̄ laudanda eſt.
Eſſet autem fugiēda,ſi eſſet miſera:quam ob rem quidquid eſt
laudabile,idem & beatum ,& florens,& expediendū videri de/
bet:ſecundum paradoxū ſic fundatur. Contentum eſſe ſuis re/
bus,

bus,maxime ſunt & certiſſimæ diuitiæ:ſed ſolum ſapientē con
ſtat eſſe ſuis rebus contentū:ergo ſoli ſapienti, maximæ ſunt di
uitiæ:maior eſt Ciceronis in paradoxis : minor eſt poetæ nři,
qui dicit, Sapientem eſſe teretē,atqʒ rotundum. De ſapiente idē
ſentit Hora. in epiſtolis, vbi inquit , Ad ſummam,ſapiens vno
minor eſt Ioue,diues, Liber honoratus,pulcher rex deniqʒ re/
gum. ¶ Inſtar.) Inſtar nomen indeclinabile eſt,ſignificans(vt Inſtar
docet Valla)hoc complexum ad æquiparationem:vel ad men
ſurā. Conſtruiturq́ʒ cum genitiuo,nec præponitur præpoſitio,
ad,vt,inſtar montis.i.ad magnitudinem montis. Non ergo di
ces,ad inſtar montis, vt vetuſtiores:nec expones,inſtar mōtis
i.ad ſimilitudinē,vt Seruius ineptius,ſi Vallæ ſuffragandū eſt.
Verum hoc loco melius dixeris,inſtar mūdi.i.ad ſimilitudinē
& formam mundi,ꝗ̄ ad æquiparationem:quis & enim ęquipa
ret mundū?& licet Valla dicat ſe nō audere dicere,tabulā depi/
ctam eſſe inſtar orbis terrarum, Virgilius tamen dicit ſapientem
habere inſtar mūdi. Videtur autem eſſe,quaſi in ſtatum & figu/
ram: vnde inſtauro,quod eſt in ſtatum priorem reddo. In,aūt In
hoc modo cum accuſatiuo cōſtructum,ſignificat ad ſimilitudi
nem: vt in.vj. Euboicæ latus igneus rupis in antrū,ideſt in ſimi
litudinem antri.¶ Teres atqʒ rotundus.) Teres,dicitur lōgus & Teres.
rotundus,qualis interdū haſta : rotunda figura,eſt orbicularis, Rotūd⁹
& ſphęrica,qualis pilę qua ludimus. Eſt ergo vir fortis, vndiqʒ
plenus,habens oēs dimenſiones ſolidas:qui enim rotūdus eſt,
illi nil deeſt,nec ab ante,nec a retro:nec a dextra:nec a ſiniſtra.
Quod vero teretem habet formam,illi nihil deeſt inter ſurſum
& deorſum:oblongum.n.eſt. Ideo autem,teres,atqʒ rotundus
eſt.¶ Externæ ne quid labis per lęuia ſidat.) Res externa,eſt ex/ Externę
trinſecus adueniens.¶ Labes.) Labes,dicitur vitiū quod in dete Labes.
riorem conditionem nos cogit dilabi. Honeſtus aūt ſermo eſt,
quoties adiectiuū partitionem ſonat,ponatur potius in neutro
genere,& ſubſtantiuum in genitiuo,quam ambo in eodem ca
ſu: vt libentius dixero,aliquid vini,quā aliquod vinū:ſic hic,ne
quid externæ labis:quam,nequa externa labes. Læuia(vt iam Læuia.
dixi) polita ſunt,& non aſpera,qualia omnia molliter tangi poſ
ſunt: vt,læuis facies quam barba non veſtit. Si ergo ſapiens ha/
bet inſtar mūdi,neceſſe eſt vt ſit læuis. Quia(vt docet philoſo/
phus) ſi vltimi mobilis connexum,ſit rugoſum,aſperū,aut an/
guloſum,neceſſe eſſet vt extra ipſum eſſet locus,in quē ſeſe re/
ciperent anguli extantes dū ipſum moueretur : quod maxime
inficias it. Si vero lęuis ſit,hoc eſt nihil extantis habens:tamen
non ſatis eſt,ne quid per læuia ſidat:quoniam poſſit eſſe rimo/
ſus,aut fiſtuloſus:atqʒ ita fatiſcens,rimis externam labem acci
pere. Quocirca dicet paulopoſt, Sit ſolidū quodcūqʒ ſubeſt &c.
¶ Sidat.) Sidere,proprie eſt deſcendere ad capiendam ſedem,& Sidat.
in ea requiem: vnde aues dum repoſitoriū captant,ſidere dicun
tur: vt in.vj. Ænei. Gemina ſuper arbore ſidunt. Item profugi
in quas terras migrant.conſidere dicuntur: vt.j. Æneid. Vultis
& his mecū pariter conſidere regnis? Pręterea feces & limus ſi/
dere,ſiue ſubſidere dicūtur,dū ad ima deſcendunt,fundoq́ʒ in/
cubant. Proprie ergo & affectate omnia dicta,dū labem ſidere
teſtatur:quaſi admoneat:tametſi ſordes leniter ſubſidant diffi/
culter tamē expurgari poſſe, Habet(vt monet Vallen̄.)hoc ver
bū in præterito,ſedi,ſicut ſedeo:tametſi creditū eſt carere præ/
terito. Hæc aūt omnia quæ Maro de viro bono & ſapiente di/
cit, Horatius in ſermonibus habet, vbi inquit ſic, Quiſnam igi/
tur liber?ſapiens ſibi qui imperioſus. Quē neqʒ pauperies,neqʒ
mors,neqʒ vincula terrent, Reſponſare cupidinibus,contemne
re honores Fortis:& in ſeipſo totus teres,atqʒ rotūdus : Exter/
nis ne qd valeat per læue morari. In quem manca ruit ſemper
fortuna,&c.¶ Ille diem.) Quia virū bonū,otioſum eſſe nō de/
cet. Virtutis enim(inquit Cicero in offi.)laus in actione conſi/
ſtit. Nec virū ſapientem verſari in pecunia cumulanda.quā(vt
Sallu.) Nemo vnquā ſapiens deſyderauit. Et de qua Cice. Nihil
(inquit)eſt tam anguſti animi,tamq́ʒ parui , ꝗ̄ amare diuitias.
Idcirco optimus poeta,oſtēdit munus viri boni & ſapiētis,di
cens, Ille,diem &c. Simili modo. Hora. ſermonem & ſtudiū vi
ri boni deſcribit in Satyris, dicens, Sermo oritur non de domi/
bus,villiſue alienis. Non male,necne lepos ſaltet:ſed quod ma
gis ad nos pertinet,& neſcire malum eſt agitamus? Vtrūne diui
uitijs hoīes,an ſint virtute beati? Quidue ad amicitias? vſus re/
ctumne trahat nos? Et quæ ſit natura boni , ſummumq́ʒ quid
eius,&c. Virgilius autem dicet,ſapientem oportere aſtrorū eſſe
peritū:nec vacat ratione,quoniam ſi ipſorum ignari fuerimus
poſſent nos in laqueos illicere. Sapiēs aūt dominabitur aſtris.
Dies naturalis vigintiquatuor horas complectitur , quibus ſol
duodecim

Diei partes. duodeci ſigna zodiaci, circuit. Initiū diei, alij ab initio lucis, alij
a medio lucis, alij ab initio noctis, alij a medio eius faciūt: vt. n.
recitat Macrobi⁹ in Saturnalibus. Marcus Varro in. ij li. rerū hu
manaꝝ, ait, Qui ex media nocte ad ꝓximā mediā noctem nati
ſunt, vno die nati dicūť. Itē dicit, Ab occaſu ad occaſum ſolis:
Athenienſes diē finire. Babylonios, ab ortu ad ortum. Vmbros, a
meridie ad meridiē. Pria igitur pars diei, more Romano, erit ſta
tim poſt mediā noctē. Deinde dř gallicíniū, quo galli canunt: tū
cōticiniū, quo oīa tacēt: tum diluculū, qn̄ lux primū a tenebris
dignoſcit. Deinde Aurora, qn̄ aura incipit rubeſcere: tū manēte
Mane. i. oriēte ſole, mane dicit: vel a mano, quod ſignificat profluo: &
tacite diffundo: vel a manibus, qm̄ ab inferis ſol manat: vel a ma
no, noie, quod ſignificat bonū: cui cōtrariū, imanis, crudelis: &
ꝑnitioſus dř. Cōſuetudinis aūt erat, vt matutino tpe ſalutarēt,
dicerētq; Mane. i. bene ſit tibi: vñ māſit, mane, pro tpe illo. Pau
lopoſt dicit, prima lux, ſole iam lucēte: tū dicit meridies, quaſi
medius dies. Reliquū tp̄s, occiduū dicitur ab occaſu ſolis: q̄ oc/
cidere incipit. Sole iam vicino ad occaſum, dicit ſuprema tēpe/
ſtas. Vnde in. xij. tabulis, Solis occaſus, ſuprema tēpeſtas eſto.
Veſper. Oriente aūt, veſpere, ſeu veſpero (nā vtrūq; legit: & hoc veſper,
in tertia declinatiōe: vt, hic orto, a veſpere. & hic veſper, in ſecū/
da declinatiōe: vt Geor. j. Deniq; qd veſper ſerus vehat, Dicitur
et veſperus. itē & heſperus.) denoīatur veſpera, veſperæ: a quo
flectitur veſperna, veſpernæ, conuiuiū quod nō niſi labente die
inibāt priſci: vñ eſt. Iāq; eadē labente die cōuiuia q̄rit. Poſt ve/
ſperā, eſt nox cōcubia: q̄ nos ad cubandū inuitat, Nouiſſimo, eſt
nox intēpeſta: q̄ nulli agēdo tēpeſtiua eſt. Et hæc de ptibus diei.
¶ Quā longus erit.) Solet aūt dupliciter accipi: aliqn̄ gn̄aliter ꝓ
omni tēpeſtate, tā noctis, q̄ lucis: neq; vigintiquatuor ſolūmo/
do: verūetiā quotuis horarū: & tunc authoribus oībus Seruio:
De gñe diei. Donato: Nonio Marcello, Laurentio Vallenſi, Peroto &c. fœmi
nini dūtaxat generis eſt: vt. v. Æneī. Quā nec longa dies pietas,
neq; mitigat vlla. Longa dies. i. longū tp̄s. Sic dicimus, Multa
dies dat magnā hoibus rerū experientiā. Qn̄ aūt accipitur ſpāli/
ter: vt qn̄ pro die, vigintiquatuor horaꝝ: aut pro tpe lucis dūta/
xat ſumitur: & tunc frequētius eſt generis maſculini: vt Latine
magis dixeris, die dñico: die craſtino. Reperitur tñ ēt in fœmini
no: vnde eſt, Poſtera cū primo ſtellas oriēte fugarat Clara dies.
In plurali aūt numero, volunt dūtaxat maſculinū eſſe: qa tunc
ſemper ſpāliter accipitur: vnde ſignandū eſt illud Tibulli, venit
poſt multas vna ſerena dies. Bene ergo hic dicitur. Quā lōgus,
in maſculino genere. Et eſt. Quā longus, quātū longus. Quam
enim, tripliciter ſumitur. Aliqn̄ pro quantū: & id ſemper cū po
ſitiuo, quod ſit qn̄ ſignificamus nos admirari: vt, Quā bonus,
dei boni, Plato fuit. aut dubitare: vt, Neſcio q̄ bonus fuerit. aut
interrogare: vt, Quā bonus fuit Plato. aut ſciſcitari: vt, Videro
q̄ bonus fuerit. item qn̄ æquiparamus: vt, Tam doctus fuit Ari
ſtoteles, q̄; Alexāder potens. Secundo accipitur (ſed raro) pro
quāto: vt. Quam magis illa fremēs, tāto magis effera flāmis. q̄
magis. i. quāto magis. Tertio accipitur ꝓ valde: & id vbi aſſerti
ue ſine figura loqmur, habetq; ſemp ſuperlatiuū: vt Plato fuit
q̄ optimus. i. valde bonus. Caue dixeris in exponēdo, valde op
timus: nam valde, ſane, per, perq̄, oppido, apprime, in primis,
inter primos, pter cæteros, ꝑ aliis: multū: parū: modicum: mini
mū: & alia oīa q̄ ſuplatiōe cōnotant, poſitiuo nō ſuperlatiuo
q̄drāt: vt, ꝑ bonus: nō per optimus. Sapiēs ergo vir, cogitat diē
q̄ lōgus erit ſub ſydere Cancri. i. in ſolſtitio æſtiuali, qn̄ longiſſi
mus eſt. Eſt aūt imitatio græca, Cogitat diē q̄ lōgus erit: Græci
enim, ſæpe anteriori verbo dant, quod ſequētis eſt: vñ Comici,
Scis me qd velim: pro eo quod eſt, Scis qd ego velim. & hic, co
gitat diē, &c. ꝓ eo quod eſt, Cogitat q̄ longus dies erit. ¶ Sub
Sub. ſydere.) i. in ipſo ſydere Cācri. Sub. n. vtriuſq; caſus ꝓpoſitio eſt,
Et (vt oēs ſciunt) qn̄ motū ad locū, cōnotat accuſatiuum: & qn̄
quiete, aut motū in loco, ſine eius mutatiōe importat, ablatiuū
deſyderat. Quod pari modo verū eſt de tēpore, qn̄. n. ſignificat
qd vergere, ſeu tendere in tp̄s, accuſatiuū requirit: vt in Georg.
Sub lucē exportant calathis. i. pauloante lucē, hoc eſt tendente
tpe ad lucē. & iiij. Æneid. Sub noctē cura recurſat. i. pauloante
noctē. Qn̄ vero notat qd eſſe, vel fuiſſe, vel futurū eſſe in tēpo/
re, ablatiuū habet: vt in principio Sermonū Hora. Sub galli can
tu conſultor vbi hoſtia pulſat. Et hic, ſub ſydere cancri: hoc eſt,
dum ſol erit in cācro: quo tpe dies longiſſimus eſt: quia eſt ſol/
ſtitiū æſtiuale. Solſtitiū aūt dicitur, a ſolis ſtatu: quod qdē dixi,
Solſtitium. verū quo ad aſcēſum & deſcenſum, nō quo ad circularē motū.
In æſtiuali. n. ſolſtitio, eo altitudinis peruenit, quo altius veni
re non poteſt: & in hyemali, quę bruma dicitur, tantū deſcēdit:
vt non

vt non ſit, quo amplius, ſeruato ſuo motu, deſcēdat. ¶ In capri
corno.) Quantaq; nox tropico ſe porrigit in capricorno: vide
Calderinum. ¶ Porrigit.) i. extendit: componitur. n. a porro, & Porrigit.
rego, tunc enim nox maxime porrigitur: hanc rem ſic. i. Ænei.
conſequitur, Quid tantum oceano properēt ſe tingere ſoles Hy Cogito
berni, vel quæ tardis mora noctibus obſtet. ¶ Cogitat.) Frequē
tatiuū eſt, a cogo, quod componitur a co, & ago. & eſt cogere,
in vnū locū cōpellere: vt, Tityre coge pecus. Inde ſumitur, cogi
tare: quod eſt oēs ingenij, intelligētiæq; vires in vnū cōpellere,
ad q̄uis rem intelligendā. Cogitat ergo vir ſapiens: qppe q ex/
ternis rebus occupatus non eſt. ¶ Et iuſto, trutinæ ſe examine
penſat.) Hoc eſt (meo quidem iudicio) poſtq̄ aſtroꝝ cōcitatio/
nes excaperit: videbit quo ab illis magis trahatur, forteq; ſe il/
lorū violentiæ obijciet: ita vt in neutrā partē flectatur, ſed lāces
ipſius, trutinæ æqualiter ſeſe habeant. Trutina, eſt qua res pen/ Trutina
ſitātur, & trutinantur: vocaturq; alio nomine ſtatera. Examen, Examē.
eſt illud quo examinatur. i. exquiritur rerū poſitarū in lancibus
pōdus. Eſt etiā fœtus apū eductūr: vt Iuuenalis, Examēq; apiū
longa cōſederit vua. Penſat, frequētatiuū eſt, a pendo. Et qa an/
te pecuniā ſignatā, olim omnis ſolutio fiebat pendēdo: pēdere
accipitur ꝓ ſatiſfacere. Quia vero pendēdo, pōdus vt valor re/ Pendo.
rum diſcernitur: penſitare, accipitur pro æſtimare. Vnde tranſu
mitur ad ſignificandū explorare: & de homine incerti dicimus,
q̄ nihil pēſi. i. firmi, rati, & explorati habeat. ¶ Ne qd hiet, &c.)
Oſtendit cām quare vir bonus ſe pēſat: ſimulq; oſtēdit fidelita/
tē trutinæ. Poteſt. n. dari globus auri aut argēti: q teres ſit, atq;
rotundus & tamē externā labē admittat, ſi intus, inanis & con
cauus ſit: quā rem nō vidēdo, nō tangendo, ſed penſitādo de/
prehendis. Nō ergo ſatis eſt, vt vir ſapiēs foris, hoc eſt in oculis
hoium, plenus ſit: & cōtentus ſuis opibus. Verū oportet, vt in/
tus quoq;, hoc eſt in iudicio conſcientiæ ſuæ, totus plenus & ſo
lidus ſit. Penſat ergo ſe, Ne quid hiet. i. ne aliqua fiſſura, aut ri/
ma, ſeu concauitas ſit alterius rei capax. Præterea, vt de primo
mobili diximus, neceſſe eſt, nullus ſit angulus in viro ſapiente:
quia ſi fuerit angulus, hoc eſt quæuis pars eleuata, eminēs, atq;
extans, neceſſe eſt vt inane ſit: quia ſicut mons non apparet, ſi
non eſſet vallis: ſic nec angulorum aſperitas, niſi adſit pars de/
preſſior: dicit ergo, Ne qs angulus perturbet ſe qbus verbis ex/
cludit inanitatem externā: ſicut ſuperioribus, internā. ¶ Æquis
partibus vt coeat.) Alia via idē oſtendit. Poteſt enim fieri, vt ali
quod corpus plenum ſit, neq; anguloſum, ſed ex vna parte ma/
ius q̄ alia, vt videre eſt in ouo: & tale facile externū in partem
minorē admittit: ideoq; dicit, Vt coear. i. conſolidetur: æquis. i.
æqualibus partibus. ¶ Nil vt delyret amuſſis.) Amuſſis (vt no/
tat Calderi.) eſt norma, ſeu regula, qua fabri in æquādis muris Amuſſis.
vtuntur: ea enim deprehendunt an partes coeant: quia ſi delyret
i. extra directū tramitē oberret, certū eſt aliqd muro extare: &
aſperum eſſe: aut partes inæquales eſſe. Delyrare (vt Domitius Delyrař
exponit) eſt extra lyrā. i. ſulcū, errare. Inde: delyrus, quod ſene/
ctutis adiectiuū eſt: qm̄ titubant, & oberrant ſenes. Referturq;
ad animū: tametſi corporis eſt. ¶ Solidū quodcunq; ſubeſt.) Ex/
cluſit rimas, excluſit angulos, excluſit inæqualitatem excluſit
aſperitatē: nunc excludit latentē concauitatē, dicens. Sit ſolidū
quodcūq; ſubeſt. Solidū dicitur: quod eſt ſtipatū: & vndiq; ple/
num, & denſum. tale aūt durū eſt: ideo corpora dura: ſolida vo
camus: eo q nihil raritatis habeant, nihil per poros recipiant:
vt, ſolida marmora: ſolidus adamas, &c. Subeſſe dicitur ſubtus Subeſſe
eſſe: ſed quod ſubtus eſt, latet, & occultū eſt: ideoq; tranſumitur,
vt ſignificet latere: & occultum eſſe. Enimuero, Sub, eā naturā Sub.
habet in cōpoſitione, vt occultatiōe importet: quēadmodum
ſubripio, clam rapio: ſublego, clam lego. i. furor: ſimiliter ſuffu
ror: ſuppono: ſubduco: ſubtraho: &c. ¶ Nec inania ſubtus, &c.)
Ordo eſt. Nec ictus. i. violētus: ductus: ſeu tractus vnguiū: vt fa
ciunt marmorarij, iudicet inania eſſe ſubtus digitis palantibus Ico.
i. oberrātibus. Icere eſt ferire, & percutere: vñ dicimus per me/
taphorā ab antiqua militia, Ictum fœdus. i. percuſſum. Inde ēt
dicitur, ictus, icitus, ictui: quod ſignificat violētam impulſionē,
qua opus eſt vt vngues ducēs, ſentiat aſperitatē: nā ſi molliter
ducat, poſſet etiā in aſpero nō delyrare. Palare aūt, eſt oberrare:
& extra rectū tramitē vagari: quo vocabulo: Saluſt. frequēs vti/ Palare.
tur. Nō ergo leges, Digitis pallētibus. ¶ Nō prius in dulcē decli
nat lumina ſomnū.) Sancta profecto ſentētia, etiā Paulo digna.
Animaduerte autem q̄ accurate omnia dicantur. Primū. Dulcē Somnus.
ſomnum, dicit. Eſt etenim quies, donum deorum: vnde in. ij.
Ænei. Tēpus erat quo prima quies mortalibus ægris Incipit: &
dono diuū gratiſſima ſerpit. Ideoq; Virgilius quoties aliquem

grauiter ſomno excuſſum dixit,malum ſubſequutũ edocuit. Li
cet ergo dulcis ſit ſomnus,nõ tñ prius declinat, &c. Semper.n.
quæ ad ſalutẽ ſpectant,prima facienda ſunt. vnde in.iiij. Æneid.
At pius Æneas q̃q̃ lenire dolẽtẽ Solãdo cupit,& dictis auerte
re curas,Multa gemens,multoq́; animũ labefactus amore, Iuſ
ſa tamen diuũ exequitur,claſſemq́; reuiſit. Sic in Georg In pri
mis venerare deos. Quã accæptũ aũt deo ſit reputare acta diei,
oſtendit diuinus vates,dicens,Dixi cõfitebor aduerſum me in/
iuſtitiã meã domino,& tu remiſiſti impietatẽ peccati mei. Dicit
præterea,Declinat,hoc eſt deflectit. Negligẽtiæ enim argui dece
ret,ſi profundo ſomno ſopiret̃,priuſq̃; reputauerit acta diei: ve
rũ deus imbecillitati humanæ ignoſcere poſſet. ſi grauatus ſom
no declinet lumina. Itẽ lumina dicit,q̃ vt primũ tenui cilio te
gant̃,luminis,vnde dicuntur expertia ſunt. Addit. ⸿ Oĩa acta.)
Integra.n.debet eſſe cõfeſſio. Sequitur. ⸿ Longi diei.) Quẽ per
ſingulas parteis:quas modo memorauimus,diſcurrendo lõgũ
efficit. Tametſi enim in toto nihil eſt,quod nõ in aliq̃ parte co/
pioſius:tñ quid eſſe videtur dum ſingulas eius parteis enume/
ras? Quocirca authore Seruio) Iuppiter in.j. Ænei.ad Venerẽ,
loquẽs de imperio Æneæ,ne parũ videretur ſi triennio ipſum
regnaturũ diceret,diuiſit annũ,dicẽs. Sublimẽq́; feres ad ſydera
cœli,Magnanimũ Æneã, &c. Tertia dũ Latio regnantẽ viderit
æſtas. Ternaq́; trãſierint Rutulis hyberna ſubactis. Qui itaq; in
dolore ſunt,& ſingulas tẽporis percipiſcunt parteis,multo lon
Putare. gius tempus putãt,q̃; qui in delitijs. ⸿ Reputauerit.) Reputaue
Reputa rit vero,cumulatiſſimã diligentiã importat. Putare enim,eſt vt
re. in vite ſuperflua reſecare. Putamus aũt (inquit Donatus) pręſen
tia & inſtantia:reputamus,pręterita. Sicut ergo putator vitium
diligẽter exquirit,quis palmes futuris vuis ꝓducendis,erit vti
lis:& qs iutilis: ſic vir bonus & ſapiẽs,reputãs acta totius diei.
Offenſus prauis,dat palmã & præmia rectis. Similem cõfeſſio/
nẽ profitetur Hora.in ſermonibus,vbi docet reſipiſcẽdi viam,
dicens. Sic teneros animos aliena opprobria ſæpe Abſterrẽt vi
tijs:ex hoc ego ſanus ab illis Perniciẽ quæcũq; ferũt mediocri/
bus,& qs Ignoſcas vitijs teneor: fortaſſis & iſtinc Largiter ab/
ſtulerit longa ætas,liber amicus,Conſiliũ propriũ:neq;.n.cum
lectulus:aut me Porticus excæpit deſum mihi,rectius hoc eſt:
Hoc faciens viuã melius: ſic dulcis amicis Occurrã:hoc quidam
non belle:nũquid ego illi Imprudens olim faciam ſimile? hæc
ego mecũ Compreſſis agito labris,&c. ⸿ Quo p̃tergreſſus.) Ve/
nerabile verbũ,& multa ſanctitate fœcundũ:quod tametſi ali/
quibus,forte prolixitate odioſus fiam: ſiccis pedibus trãſire nõ
poſſum. Sapiens (inquit) non ſolũ conſyderabit prætergreſſus
metas recti ne ſit, verũetiam animo cõplectetur.quo p̃tergreſ/
ſus,ſit.i.in quãtã culpã ceciderit. In qua re ſatius,ac humanius
ſentit,q̃; ipſi Stoici,qui (vt in paradoxis etiam Cicero mõſtrare
cõtendit) peccata omnia paria eſſe cẽſent:nihil referre: parũne
an multũ tranſgrediaris,ſi modo trãſgreſſus fueris? Nam auri
nauem euertat gubernator,an paleæ,in re aliquantũ:in guber/
natoris inſcitia,nihil intereſſe aiũt. Quam rem vrbane damnat
Flaccus.j.ſermonum,dicẽs,Quis paria eſſe fere placuit peccata
laborant,Cum ventũ ad verum eſt,ſenſus,moresq́; repugnãt.
Atq; ipſa vtilitas iuſti ꝓpe mater & æqui.reliqua vide Saty.iij.
Virgilius ergo vult nos attẽdere ad pondus peccatorũ,non ſo/
lum ad peccata. Nã (vt docet in.vj.& noto verſu dicitur.) q deli
quit grauius,grauioribus ille ſubijcitur pœnis. ⸿ Quid geſtũ in
tempore,quid non.) In tẽpore,hoc eſt tempeſtiue,& quo tem
pore oportuit:quæ res ad virtutẽ moralem plurimũ facit. Non
ergo ſimpliciter intelliges,quid.n.nõ ſit in tempore. ⸿ Cur iſti
facto decus affuit? aut ratio illi?) Diligẽter (inq̃t) diſquiret ope/
ra ſua,ne forte benefeciſſe exiſtimãs,peccauerit. Itaq; ad philo/
ſophiã moralẽ nos cohortatur. Principiũ enim recte faciendi,
eſt recte ſapere. Eorũ vero q̃ recte geruntur,quædã ſola conſue
tudine probantur: vt ſunt inſtituta,qualia lętũ conuiuã interdũ
agere:amicis arridere:& reliqua,q̃ tẽporis,loci, perſonarumq́;
decorum expetũt.de illis ergo dicit,Cur iſti facto decus affuit.
Alia vero immutabili ratione obſeruantur,qualia ſunt iuris p̃/
cępta:& apud nos mandata dei contra quę,ne mortis quidem
metu faciẽdũ eſt:talibus ergo quadrat, aut ratio illi. ⸿ Cur hæc
ſententia ſedit? Quã melius mutare fuit.) Diceres forte virum
bonũ & ſapientẽ,nõ poſſe peccare:quia ſi bonus eſt, volet be/
ne operari: ſi ſapiens: ſciet quomodo bene operandũ eſt. Scienti
autem,& volenti,nunq̃; deeſt virtus:nã non effectum: ſed affe
ctum:decus aſpicit. Ideoq́; non addunt ad ſcientiam & volun/
tatẽ,potentiã:quia licet illa deſit,virtus tñ non minus affuerit.
Ad hanc rem per antipophorã videtur poeta reſpõdere;nemi/
nem in hac mortalitate,oĩa ſcire: ſed paulatim per experientiã,
nũc hoc,nunc illud. Quapropter, vir bonus, vbi viderit q̃d bo/
nũ putaret eſſe cõtra vitæ decorum, diſquirit ſecum, Cur hæc
ſentẽtia quã melius mutare fuit. Sedit.i.placuit,& firmiter hæ/
ſit: vt in iiij. Ænei. Si mihi non animo fixũ, immotũq́; ſederet.
Eſt ergo plus ſententiam ſedere,q̃; placere:tunc enim ſedet,q̃n
fixa eſt:& ſuper ea quieſcimus. ⸿ Miſeratus egentem: Cur ali/ Sedere.
quẽ,&c.) Magni momẽti ſentẽtia,quã ne noſtræ religiõis ſan/
ctitati cõtrariã putes,altius exequar. Primũq́; poetæ noſtri ver
ba,ex fine.ij. Geor.repetã,vbi inquit,Felix qui potuit rerum co/
gnoſcere cauſas. Atq; metus omnis,& ineluctabile fatũ. Subie/
cit pedibus,ſtrepitũq́; Acherõtis auari: Fortunatus & ille deos
qui nouit agreſtes,Panaq́;,Syluanũq́; ſenem,nymphasq́; ſoro/
res: Illum non populi faſces,nõ purpura regum Flexit,& infi/
dos agitans diſcordia fratres,Aut coniurato deſcendens Dacus
ab Iſtro,Nõ res Romanę,pituraq́; regna:neq; ille Aut doluit,
miſerãs inopem:aut inuidit habenti,&c. Quibus ſupremis ver
bis,idẽ videtur dicere quod hic,Virum bonũ & ſapientem,mi/
ſeratorem eſſe nõ decere quo nihil remotius,a ſanctitate noſtra
abeſt. Sic & enim. IESVS CHRISTVS,nr̃æ vitæ author,&
decus,nos inſtituit vt ſupra,oĩa miſericordes ſimus. Quin &
ipſe poeta,i duriſſimo carcere occluſos,dicit. Pœnasq́; expecta/
re. Aut qui diuitijs ſoli incubuere repertis: Nec partem poſuere
ſuis,quæ maxima turba eſt. Ad hanc obiectionem ſic reſpõdet
Seruius in illud Geor. Cicero in Tuſculanarũ lib.v.hoc tractat
dicẽs,In quẽ cadit vna mentis perturbatio, poſſe in eum oẽs
cadere: ſicut poteſt omni virtute pollere,cui virtus vna contige
rit. Vnde nunc Virg. Noluit (inquit) dare ruſtico miſericordiam
ne ei daret etiã cæteras animi paſſiões:quas nouimus a bonis,
& a malis venire rebus. A bonis opinatis,duas:vnam,pręſentis
temporis:vt gaudium:vnam,futuri,vt ſpem. A malis,ſimiliter
duas:vnam,præſentis:vt dolorẽ:& vnã,futuri,vt metũ. Quas
paſſiones eſſe animi,non dubiũ eſt. Vnde & ipſe ait in.vj. Hinc
metuunt,cupiũtq́;,dolent,gaudentq́;. Salluſtius etiã in Catili/
næ bello,ait,Omnes homines qui de rebus dubijs cõſultant,ab
odio,amicitia,ira,atq; miſericordia,vacuos eſſe decet. Nã ani/
mus,haud facile veꝝ prouidet,vbi illa officiunt. Ergo,aut ſecun
dũ tractatũ Ciceronis hoc dicit:aut (quod abſolutius eſt) intel/
ligamus ideo ruſticũ paupertatẽ non dolere, ꝙ eam malũ eſſe
non credit: ſed munus deorũ. Lucanus de paupertate. Et mune/
ra nõdũ intellecta deũ. Hæc ibi Seruius. Poſſumus ad cõfirma
tionem poſterioris opinionis, qua dicitur ruſticũ paupertatẽ:
modeſte pati afferre: O fellũ Horatianũ, q ruſticus a ſuis agris
expulſus,poſtq̃; eos annua penſiõe a milite redemerat, ſic inq̃t,
Sæuiat,atq; nouos,moueat fortuna tumultus. Quantum hinc
imminuet,&c.& cõcludit. Quocirca viuite fortes,Fortiaq́; ad/
uerſis opponite pectora rebus. Sed Virgilius nũc de ruſtico nõ
loquitur,imo de viro ſapiente & bono. Sed ad hanc purgatio/
nem huiuſmodi ambagibus, minime opus eſt. Nõ enim poeta
vetat,virũ bonũ eſſe miſericordẽ: ſed ne ſic miſeretur,vt dolo
rẽ:aut fractæ mentis perturbationẽ inde ſentiat. Quam ob rem
dixit in illo Geor. Neq; ille aut doluit miſerans inopem:& hic
miſeratus egentẽ. ⸿ Cur aliquem,&c.) Cuius ordo eſt. Cur mi Pauper
ſeratus egentẽ perſenſi aliquem dolorem: fracta.i.effœminata tas.
mente:hoc eſt cur ſic miſeratus vt inde doleã. Nã de vera chari Miſe/
tate & humanitate, qua proximos miſericorditer ſuſcipimus, ror.
vir bonus dolere nõ põt. Dolet aũt,ſi vel propter turpem cau
ſam miſeratũ ſe ſentit,vel propter metũ futuræ egeſtatis: qũo
ipſum ſui,nõ eius cui dat,miſeret. Vt autẽ ad grãmaticen reſpi/
ciã,dicimus miſeror,miſeraris,cũ accuſatiuo: vt.iiij. Æneid. Nũ
lachrymas victus dedit,aut miſeratus amantem eſt? vbi ſignifi/
catur (quod nunc diximus) virum fortẽ, nõ miſerari ex turpi Miſere/
cauſa. Dicimus etiã,miſereor,miſereris,cum ſolo genitiuo,in/ or.
quit Seruius, vt in.ij. Ænei. Miſerere animi non digna ferentis.
& in.iiij. Miſerere domus labentis. Noſtri dicũt,miſerere nobis
quod eſt ignoſce,& da veniã. Dicimus præterea,miſeret,imper/
ſonale verbũ quod vtrũq; ſimul regit,& accuſatiuũ:& geniti/ Miſere/
uũ. vt in.v. Et te lapſoꝝ miſeret. Dicimus ad hoc,miſereſcit: q̃d ſcit.
imperſonaliter ſumptũ,a miſeret impſonali,deducitur:& eoſ/ Miſere/
dẽ caſus habet: vt, Inopis te miſereſcat mei. Perſonaliter vero a ſco.
miſereor,flecti videtur:& nõnunq̃; datiuũ regere: vt.ij. Æneid. Foret.
His lachrymis vitã damus,& miſereſcim⁹ vltro. ⸿ Quid volui? Fore.
quid nolle bonũ foret?) Certũ eſt quid dicat. Foret.i.certũ eſt:
& habet hic præteriti imperfecti ſignificationẽ:aliq̃n præſentis.
Fore aũt,ſemper futuri ſignificationẽ gerit,idemq́; eſt,quod fu
turum eſſe:quo circa nunquam participijs præcipue futuri tẽ/
poris:

poris:ſed ſemper nominibus iungitur, vt non dices, Spero te
amaturum fore:ſed vel amaturum eſſe:vel amatorem mei fo/
re. Nec dices,intellexi te iam ſanum fore:imo ſanum eſſe. ❡Vti
le honeſto. Cur malus ante tulit?) Sententia ſapiente viro di/
gna. Nam eſt in paradoxis, Quod honeſtum ſit, id ſolum bo/
num eſſe. Multa tamen multis videntur vtilia, quæ honeſta
non ſunt:vt,carni inſeruire,voluptatibus indulgere, per fas &
nefas diuitias accumulare. Pulchre ergo dicit, Cur malus an/
te tuli:hoc eſt,prætuli, quaſi dicat ſi bonus eſſem, bona dun/
taxat quærerem. Iucundum autem eſt,ſi aduerteris, ꝙ vir bo/
nus ſe malum dicat. Accipitur autem malum,tot modis, quot
bonum: contrariorum enim (vt aiunt) eadem eſt diſciplina.
Iuris p̃ ❡Num dicto,aut denique?&c.) Si legeris, quiſquam,iuſtum vi/
cępta. rum deſcribit. Iuſtitiæ enim præcępta,ſunt,honeſte viuere.vn/
de eſt,Vtile honeſto Cur malus ante tulit?Alteri,non nocere:
vt hic,Cur quiſquam eſt perſtrictus, ideſt male affectus, ver/
bo,aut vultu meo:hoc eſt,truculentia vultus. Item,ius ſuum
vnicuique tribuere: vnde ſequetur, Offenſus prauis, dat pal/
mam & præmia rectis. Videtur tamen melius cæteris quadra/
re, ſi legerimus, quidquam:vt ſit ſenſus, Cur ego perſtrictus
ſum quidquam,ideſt quouis modo:aut dicto:aut vultu. Itaq;
omneis parteis qbus peccare poſſet,exquirit. Peccamus enim,
facto:vt, Vtile honeſto Cur malus ante tulit? Verbo,& cogita/
tione. Cogitationis autem tacitę,index eſt vultus,qui a volen/
Vultus. do dicitur:pro duobus ergo poſterioribus dicitur. Num dicto,
aut denique vultu?&c. Vel refertur ad fortitudinem:vt ſit, Cur
malus non fortem animum omnibus obieci. ſed viſus ſum,
perſtrictus,arctatus, commotus dicto: hoc eſt obmurmuran/
do:aut denique: ſi tacui, vultu motum animi prodidi. ❡Cur
me natura magis q̃ diſciplina trahit?) Vt hoc quoque verbum,
cui equidem palmam tribuendam arbitror, altius exordiar,
ſciendum eſt, vulgarem fuiſſe opinionem, fatorum, aſtrorũq;
violenta neceſſitate,omnia in terris geri:atque vt quiſque op/
Fata. time natus fuerit, ita eum ſanctiſſimam vitam ducere oporte/
re. Vnde illud Satyricum, Diſtat enim quæ ſydera te excipiant,
modo primos incipientem edere vagitus,& adhuc a matre ru/
bentem. Si fortuna volet, fies de conſule rhetor: Si volet hæc ea/
dem, fies de rhetore conſul: Ventidius quid enim? quid Tullius?
an ne aliud quam Sydus,& occulti miranda potentia fati? Hæc
Iuuenalis.

Iuuenalis. Quia igitur multis mortalibus perſuaſum eſt, om/
nia ex neceſſitate contingere, incaſſum ſe eniti dicebant. quocir
ca multos excępit ignauia. Contra quem errorem, dicit aureus
poeta noſter. Naturam quidem, ideſt naſcendi rationem nos
trahere: ſed ſi velimus medicas manus adhibere, atque bonis
præcęptionibus acquieſcere, poſſumus diſciplinam ſequi,& na
turam comprimere. Sunt enim contra ſingula vitia, certa reme
dia. Vnde Horat. in epiſtolis, Laudis amore tumes: ſunt cer/
ta piacula quæ te Ter pure lecto poſſunt recreare libello, Inui/
dus:iracundus:iners:vinoſus amator. Nemo adeo ferus eſt, vt
non miteſcere poſſit, Si modo culturæ patientem commodet
anrem. Hæc ille. ❡Diſciplina.) Dicitur a diſcipulo: vna enim, Diſcipli
eademq; res: prout a doctore procedit, doctrina dicitur: quæ na.
quia a diſcipulo ſuſcipitur, diſciplina vocatur. ❡Sic dicta & fa/ Doctria
cta per omnia Ingrediens.) Hypermetrum verſum fecit, qui Hyper/
quoties ſit ſyllaba abundans apud Virgilium, quidem a ſequen/ metrũ.
ti vocali abijcitur, vt hic, a, per i. Et (ne quem lateat) hyperme/
trum dicimus, in quo ſyllaba vltima abundat: ὑπὲρ enim, eſt
ſuper:& μέτρον, menſura. ❡Ortoq; a veſpere.) Ideſt vt pri/
mum veſper oritur. De veſpere, iam diximus. Sunt qui hic ſen/
ſum putent, ab orto veſpere, ideſt a Lucifero. qui idem noctu ſę
pe veſper dicitur, ſed acquieſco priori. ❡Offenſus prauis.) Vti/
litatem huiuſmodi examinis, oſtendit eſſe conſummationem
pœnitentiæ. Quem enim vere pertęſum eſt peccati, pœnam ſi/
bi ſtatuit ne recidat:& pro bene geſtis, modeſte gaudet. Licitum
enim eſt etiam viro chriſtiano, quoties deum obſecrare vult,
aut deſperationis nebulas repellere, de bene actis lætari: & ea
recēſere. Offenſus dicitur, is qui a re quam offenderit, læſus eſt. Offen/
& idcirco illi ſuccēſet. Offendere enim, eſt citra ſpem inuenire: dere.
vt dum lapidē ingrediens, pedibus ignoranter impello, ipſum
offendere dicor:& ille item me offendit: hoc eſt lędit. Ob enim,
præpoſitio apta eſt rebus: quæ inſperate obueniunt. Offenſus
ergo prauis, dat palmam, ideſt laudem,& gloriam. Nam ſum/
mis victoribus: palma debetur: nō (vt opinatur Plynius) quod
ſemper vireat. id enim lauro: buxo: alijsq; pluribus datum eſt:
ſed quia lignum eius, ſemper contra pondus renitatur: atq; in/
curuetur: ſic vir fortis contra aduerſa, quoties ita factum decet
fortis, inuictusq; procedit: eoq; acrior, quo res quam aggredi/
tur difficilior eſt.



**ASCENSIVS.**

# P. VIRGILII MARONIS DE LVDO CONTRA AVARITIAM ET IRAM LEPIDVM EPIGRAMMA.

Perne lucrū. vexat mēteis inſana cupido.
Fraude carete graues, ignari cedite doctis.
Luſuri nummos animos quoq; ponere debent,
Pone malas, quoties ludendo vinceris, iras.
Ludite ſecure, quibus æs eſt ſemper in arca:
Siquis habet nummos, veniens exibit inanis.
Luſori cupido ſemper grauis exitus inſtat:
Sancta probis pax eſt: iraſci deſine victus.
Nullus vbiq; poteſt felici ludere dextra.
Initio furijs ego ſum tribus addita quarta.
Plecte truceis animos, vt vere ludere poſſis.
Ponite mat<u>ū</u>re bellum precor, iraq; ceſſet.

Auaritia.

Quoniā quidē reipublicæ incolumitati, in qua palmā nimirū Romani ſibi vendicant, nihil auaritia ipſa pniocioſius ortū eſt, creſcētibus ſiquidē diuitijs, oēm honeſtæ vitæ gloriā amiſere. Vnde Salluſtianū illud in Catilinario. Igitur primo, pecuniæ: deinde, imperij Cupido creuit, ea quaſi materies omniū malorū fuere. Nanq; auaritia, fidē, pbitatē, cæteraſq; arteis bonas ſubuertit. Pro his ſuperbiā, crudelitatem, deos negligere, omnia venalia habere, prauitas docuit. Et paulopoſt auaritia pecuniæ ſtudium habet, quā nemo ſapiens concupiuit: ea quaſi venenis malis imbuta, corpus animūq; virilem effœminat: ſemper infinita, ſemper inſatiabilis eſt: neq; copia, neq; inopia minuitur. & in Iugurthino, Cæterum mos partium popularium: & ſenatus factionū, ac deinde omnium malarum artiū, paucis ante annis Romæ ortus eſt: otio, atq; abundantia earum rerum, quæ prima mortales ducūt. Nā ante Carthaginem deletam, populus & ſenatus Romanus, placide, modeſteq; inter ſe rempubli. tractabant. Neq; gloriæ, neq; dominationis certamen inter ciues erat. Metus hoſtilis in bonis artibus ciuitatem retinebat: ſed vbi illa formido mentibus diſceſſit. ſ. ea quæ res ſecundæ amant, laſciuia, atq; ſuperbia inceſſere. ita qui in aduerſis rebus optauerunt otium, poſtq̄ adepti ſunt, aſperius, acerbiuſq; tulere. Nanq; cœpere nobilitas, dignitatem in ſuperbiā: populus libertatem in libidinem vertere. Ita omnia in duas parteis abſtracta ſunt, republica: quæ media fuerat dilacerata. Huic Salluſtianæ ſententiæ, correſpōdet illud Iuuenalis i. vj. Præſtabat caſtas humilis fortuna Latinas Quondam: nec vitijs contingi parua ſinebant Tecta, labor, ſomniq; breues, & vellere tuſco Vexatę. duræq; manus: ac proximus vrbi Annibal, & ſtantes collina in turre mariti: Nunc patimur longę pacis mala, ſæuior armis Luxuria incubuit, victumq; vlciſcitur orbem. Nullum crimē abeſt facinuſq; libidinis, ex quo Paupertas Romana perit, hinc fluxit ad hiſtros, Et ſybaris colles: hinc ad Rhodon & Miletos. Adq; coronatum petulans madidumq; Tarētū, Prima peregrinos obſcœna pecunia mores. Intulit, & turpi fregerūt ſæcula luxu Diuitię molles. Hęc ille. Qm̄ igitur inquā tam nociua auaritia Romano imperio fuit, Nihil dirius Romani poetæ (qui ſemper reipublicæ prodeſſe ſtuduerunt) execrati ſunt. Hinc illa exclamatio in. iij. Ænei. Quid non mortalia pectora cogis Auri ſacra fames? Hinc in. vj. apud tartarum dānatos, dicit, Aut qui diuitijs ſoli incubuere repertis. Nec partē poſuere ſuis: quæ maxima turba eſt. Et paulopoſt de ijs q auro iuſtitiam polluerūt, Diſcite iuſtitiā moniti, & non temnere diuos Vendidit hic auro patriam, dominumq; potentē Impoſuit, fixit leges pretio, atq; refixit. Hinc tota Horatij excādeſcentia, qui vbicunq; poteſt in auaritiam inſurgit: atq; inſaniſſimos auaros eſſe docet: & plurimæ purgationis (quam per Helleborum intelligit, cuius copia in Anticyra puenit) indigere. Vñ ait in ſermonibus nomine Stoicorum. Danda eſt Hellebori, multo pars maxima auaris. Neſcio an Anticyram ratio illis deſtinet oēm. hoc eſt neſcio an auaris omni belleboro opus ſit vt purgentur, omnis enim peccati ſpēs ex mala cupiditate (quæ auaritia generaliter dici poteſt) naſcitur. Sunt autem tria huius peſtis

Auarus

præcipua capita. Aut. n. mala cupidine ductus per fas & nefas acquirit: & proprie dicitur auarus, ab auendo. i. cupiendo: vnde & auidus dicitur. Aut res vtcūq; acquiſitas illiberaliter amat, ſemper ſecum ſeruat: & dicitur tenax. Aut nulli vſui expendit: & dicitur proprie ſordidus, ſicut contra, qui nitidum rerum ſuarum

Sordidꝰ
Lautus.

vſum habent, lautos vocamus. Vnde Iuuenalis, Atticus eximie ſi cœnat lautus habetur. Habet autem auarus hoc dementiæ quod (vt dicitur in primo Sermonum Hora.) Semper inuidia cruciatur. Vñ ait, Quodq; aliena capella gerat diſtentius vber Tabeſcat habet: & illud, Quod rebus partis neſcit vti. Vnde idē

ibidem,

ibidem, Congeſtis vndiq; ſaccis indormis inhiās, & tanq̄ parcere ſacris Cogeris. Adde quod auaritiæ vitium, tanto plus viriū habet, quanto nos imbecilliores efficimur. Eſt enim ſenibus cōmune vitiū, quod (vt inquit Comicus) omnes ad rē auidiores ſunt. Hinc illud Horatij in de arte poetica. Multa ſenem circunueniunt incōmoda, vel quod Quęrit & inuētis, miſer abſtinet, & timet vti, &c. habet & hoc mali, q̄ cætera vitia multo vſu diſplicēt qualis ſuperbia exterior: qualis luxuries: & reliquæ peſtes. Auaritia vero, nec copia, nec inopia minuitur. Vnde Iuuenalis, Creſcit amor nummi quantum ipſa pecunia creſcit. Eſt ad hoc execrabile malum, quod cætera vitia quandam apparentem dulcedinem inſipientibus pariunt. Auaris vero, tāto minus quietis, aut dulcis fruitionis, quāto magis rerū. vt. n. inquit Seneca. Tā deeſt auaro, quod habet, q̄ quod non habet. Eſt ad ſummū auarus odioſus omnibus: nemini amicus: non deo: non ſibi: non proximo. Non ſibi, quia parcit, & inuētis miſer abſtinet. Vnde in ſermonibus de homine auaro, Vix credere poſſis, quam ſibi non ſit amicus. Non deo, vnde eſt in eiſdem ſermoni. Dijs inimice ſenex cuſtodis, ne tibi deſit. Non deniq; proximis, quia multa, ſi poteſt, congerit. nec vlli impartitur quicquā. Quando igitur enim eſt auaritiæ malum, vt quod miſericordię maxime officit. ſeueriſſime a poeta noſtro nunc improbatur. Dices forte, nihil video ſeueritatis. Nempe hoc eſt maximum, quod ita auaritiam damnat: vt ne vitam noſtram polluat: etiam a ludo: qui recreandi animi gratia fieri ſolet: nobis abſtinendū dicat. Vtitur ergo argumento a veriſimiliori. Nam ſi ne ludere quidem lucri cauſa poſſumus: certum eſt a malis quæſtibus abſtinendum eſſe.

Illi duo verſus Iraſcimemini, &c. vſq; arca. legūtur alio mō
Pōe malas, quoties ludendo vinceris iras. Ludite ſecuri, qbus æs ē ſemp in arca.

**IDEM.**

Sperne lucrum.) Non dicit. Sperne ludum: quoniam nec verſus id pateretur, nec ſententia: non verſus, quia ludus primam longam habet: non ſententia, quia interdum ludendum eſt. Nam & ſacri ludi ſunt, vt Apollinares. Loquitur tamen de ludo aleæ, aut pilæ, aut alterius rei, vnde lucellum exquiritur. ¶ Vexat mēteis veſana libido.) Vexare, verbum eſt magnæ violentiæ, vt docet A. Gellius. Eſt enim frequentatiuum a veho: ſed qui vehitur alterius viribus impellitur. Qui vero vexatur, nunc huc, nunc illuc agitatur. Quando enim quis per idē ſpatium ſæpe violenter rapitur: atq; retrahitur, tunc proprie nō vehitur quod ſemel ſit, ſed vexatur. Veſana ergo libido, vexat menteis: hoc eſt impotentes viriū agitat, & cogit ſub alio ſole quærere merces. Hinc plurimi poetarum loci. Horatius in. j. carminum. Nequidquam deus abſcidit prudens oceano diſſociabili Terras: ſi tamen impie. Non tangenda rates tranſiliunt vada. Et multis alijs in locis. Veſana: ve, particula aliquando auget: vt, vehemens: aliquando minuit, vt veſtibulum, aliquando cōtrarium inducit, vt vecors, ſine corde & animo virili, vel certe praui cordis: ſic veſanus, maleſanus. Libido: vt plurimum in malam partem accipitur: ſemel apud Salluſtium in bonam. refertur autem ad ambitionem, vt eſt libido dominādi: & ad concupiſcentiam, vt eſt libido carnis. item ad quāuis malam cupiditatem: vnde nonnulli codices habent hoc loco, Vexat menteis veſana Cupido. ¶ Fraude carete graues: ignari credite doctis.) Tribus vitæ noſtræ partibus, poeta conſulit, primæ, quæ inſiens ætas dicitur, cum ait, Ignari credite doctis. Mediæ, cum dixerat, Sperne lucrum: ea enim ætate ludis incumbunt, ſupremæ autem dicēs, Fraude carete graues. Et ſunt ſane ſalubria præcępta. Quid & enim adoleſcentibus ſalubrius, q̄ vt diſcant. Oportet autem (inquit philoſophus) diſcentem credere: Neque tamen vult, vt nimium creduli ſimus ſed vt doctis, & expertis, duntaxat fidem habeamus: quæ res, ſi rite ſeruetur, nihil in republica vtilius contingeret. Quot & enim ignari ſumus, quoniā ab ignaris & indoctis doceri ſperabamus: & miſeri noſtri parentes, ſi doctos præcęptores nobis comparaſſent: non

Vexat.
Ve.
Libido.
Tria tribus ętatibus p̄cæpta.

nequitiæ

Officia adoleſcentis.

nequitiæ,ſed literis nunc incumberemus. Quid item adoleſcentiæ & virili ętati decētius cōueniret; q̄ȝ vt ludo,& libidine abſtineamus? Quid deniqȝ ſenectæ noſtræ iucundius,aut pulchrius cōtingat: q̄ȝ vt fides nobis habeatur,quod nō dubie fiat,ſi fraude vacaremus: Inqt ergo bn̄, Fraude carere graues,hoc eſt maturi ęui. Ignari credite doctis. de hac re ſic Cicero, vbi adoleſcētiæ officia pręſcribit. Eſt igitur adoleſcētis maiores natu vereri: ex hiſqȝ eligere optimos & probatiſſimos,quorū conſilio,atqȝ authoritate nitatur. Ineuntis enim ætatis,inſcitia ſenum conſtituenda & regenda,prudentia eſt. Maxime aūt hæc ætas libidinibus arcēda eſt: exercendaq́ȝ in labore,patiētiaq́ȝ, & animi & corporis: vt eorū,& imbecillis,& ciuilibus officiis vigeat induſtria. Atqȝ etiam cum relaxare animos & dare ſe iucunditati volunt,caueant intemperantiā,meminerint verecūdiæ: quod erit facilius,ſi eiuſmodi quoqȝ rebus,maiores natu intereſſe velint. Hæc ille. Et ſi (vt ſequēti capite docet) ſenū intereſt: vt amicos, & iuuentutē,& maxime rempublicam conſilio & prudentia q̄ȝ plurimū adiuuent,&c. ante omnia opus eſt,vt ſine fraude inueniantur. nā (vt iam dixi) nihil profecerimus docendo,ſi doctrinæ noſtræ propter fraudē in nobis compertā,fides deſit. quid enim ꝓfuit Caſſandræ proghoſticon: de qua ſic Virgilius, Tūc etiam fatis aperit Caſſandra futuris, Ora dei iuſſu non vnquā credita Teucris. ¶ Luſuri,&c.) Ordo eſt luſuri: quod eſt,qcunqȝ ludere parant,debēt ponere nummos: quoqȝ.i.etiam animos. hoc eſt tametſi amiſerint nūmos: non tamen iraſcentur. ¶ Iraſci memini victos.) Gerit præcæptoris partes. Quocirca vult ſibi credatur tanq̄ȝ experto. memini (inquit) hoc eſt memoria complector,ex iis q̄ vidi,victos iraſci. ¶ Placet optime frater,&c.) Facete loquitur. ſolēt enim qui moralia præcipiunt,ad liberos ſuos,vtpote ad chariſſima pignora, ſcribere. ſic Marcus Cicero ad Marcum filium,officia ſcribit: & opus illud morale. Cū animaduerterem etiā ad filium deſtinatur: debent enim præcæptores,vt meminit Iuuenalis,haberi parētis loco: ſed Virgili⁹ modeſtiæ gr̄a, optime frater,dixit: quomodo, & apoſtoli noſtri, ad ſuos ſcripſerunt. Dicitur autem frater: quaſi fere alter. ¶ Ludant ſecure.) Huius ſenſum potes dicere a cōtrario ſenſu eliciēdum eſſe: vt ſit,quia nulli ſemper ſatis æris in arca eſt. Nulli ludant. vel intelliges ſimpliciter ſic. Ludant prædiuites,ſiqui ſenſum,& theſaurū exhauſtum habēt. Tu vero optime frater,hoc eſt q meæ cōditionis es,æs a ludo abſtineas. Æs æris,ſpēs metalli eſt: ſed pro pecunia accipitur: nam primi nummi ærei,nō aurei,aut argentei fuere. Ouid. de faſtis. Æra dabāt olim,melius nunc omen in auro eſt, Victa'qȝ conceſſit priſca moneta nouæ. Hinc pecuniam debitam,æs alienū dicimus. Et ærarium,repoſitoriū publicæ pecuniæ. Seruius Tullus,primus fertur æs ſignaſſe: nam antea rudi vtebantur. Signatumq́ȝ aiunt nota pecudum: vnde pecunia dicta. Nam argēteus nummus,primum ſignatus eſt anno vrbis. CCCCCLXXXVI. Deinde. lxii. anno ſignatus eſt aureus. Alii aliā appellandæ pecuniæ rationē dant. Dicunt olim,omne commercium fuiſſe in cōmutandis pecudibus,in quibus præcipuas diuitias ſitas putabāt, quod vbi ære, & auro,argēto'qȝ fieri cœpit pecunia (ꝙ in pecudum locum ſucceſſit) appellata eſt. Sūt qui dicāt,extare nummos æreos ſignatos ſub Iano antiquiſſimo Italiæ rege,quorū alterius ꝑtis nota eſt nauis,qua Saturnus in Italiā vectus erat. Alterius Ianus biceps: propter rerum experientiam, & prudentiam. Certum autem eſt, æs accipi ſolitum pro pecunia. Vnde in Bucolicis, Non vnquam grauis ęre domum mihi dextra redibat. ¶ Arca.) Dicitur ab arcendo: quod arceat homines a rebus quas arcanas i. ſecretas & occultas eē volumus. ¶ Si quis habet nūmos &c.) Conformiter ad priorem ſententiā qua diximus: nullis ludendum,quia nullis æs ſemper in arca eſt. Nam ſiquis habet nummos veniēs,exibit inanis. Inanem dicimus,cui pecunia nō eſt propter inanem crumenam: ſiue ſacculos ærarios inanes. vnde & vacuus dicitur, Iuuenalis, Cantabit vacuus corā latrone viator. Numos,a numeris dictos putant: inuento enim numo, hoc eſt ſignato ære: orta eſt numeratio in ſatisfactiōe. Antea.n. æra pendebantur. Vnde hodie,pendere,ſatisfacere ſignificat: vt vi. Ænei. Tum pēdere penas Cecropidę iuſſi, Hinc etiā eſt quod hodie quoqȝ,talentum auri: libram auri & argenti dicimus: tametſi,non pondere: ſed numero ſatisfacimus. ¶ Luſori Cupido,&c.) Cā eſt,quod cæcus cupidine lucri: ludendi peritiā non habet. ¶ Exitus grauis.) At qui dictū eſt, Exibit inanis. Sed dic, grauis,ideſt moleſtus,& triſtis: vt apud Iuuena. Quo tondente grauis iuueni mihi barba cadebat. Non enim iuuenibus grauis. i. ponderoſa barba eſt: ſed moleſta. Exitus,eſt finis: vt, Exitus acta probat. & ii. Æneid. Hæc finis fatorum: hic exitus. Sed pulcherrime hic ponit: adludit enim ad exitum luſoris,a taberna luſoria.

Frater.

Æs.

Pecūia.

Inanis.

Numus

Pēdere

Exitus.

IDEM.

Sancta probis pax eſt.) Hactenus auaritiā criminatus eſt: nūc pulchro moderamine iram retinendā docet. Et veluti plena laus contrariorū, vituperationē habet: ita & vera vituperatio vnius cōtrariorū,laude cumulatur. Cōmendat igitur pacē,quā Chriſtiano viro author,& ſaluator humani generis,ſatis cōmendatā fecit: qn̄ eam vt rem pretioſiſſimam chariſſimis legauit. Omnibus vero mortalibus per ſe laudata eſſe poterit,qn̄ & fere in ſuo genere eam ſeruent. Nam de publica pace,quid boni habet,non dicto opus eſt vidētibus quot & quanta ſint belli mala. quod vero Iuuenalis ait, Nunc patimur lōgę pacis mala non pacem criminatur: ſed otium & deſidiam,quā ingrati,ignaui'qȝ animi ſubiere. dicit ergo, Sancta ꝓbis pax eſt. Quorum verborum ordo eſt, Pax ſancta. i. inuiolabilis eſt probis. i. probi habent pacē,quę ſancta eſt. Vel ſic, Pax eſt probis ſancta. i. pax eſt habita & eſtimata ſancta a probis. Vel ſic, Pax eſt ſancta,ideſt ſancita,& introducta a ꝓbis. Vnde eſt illud Horatianum in arte, Sylueſtres homines ſacer,interpres'qȝ deorū, Cędibus & victu fœdo deterruit Orpheus,&c. Vtrumutrum aūt dicatur,ſenſus erit,ꝙ magnę probitatis indiciū, eſt ſeruare pacē. Nihil enim moribus honeſtis,tam obeſt,q̄ȝ lites & iurgia, vnde notum verbū poetæ, Lis eſt de paupere regno. Sanctū dici volunt. de quo ſancitum eſt pœna ſanguinis,ne quis violet, vnde, Sancta ſepulchra,ſancta mœnia Romæ, &c. ¶ Iraſci deſine victus.) Vide q̄ȝ moderate ꝑcipiat. Quia enim ira,quæ ſubita ſanguinis inflāmatione,circa cor naſcitur,in noſtra poteſtate non eſt. Nec omnis ira mala eſt: vt enim docent peripatetici: ira multum ad fortitudinem facit: & in diuinis eloquiis dicitur, Iraſcimini,& nolite peccare. Idcirco poeta non dici. Noli iraſci: ſed, Iraſci deſine victus. & paulopoſt dicet, Ira'qȝ ceſſet: Irā qn̄ importat primū animi motum,in noſtra poteſtate non eſſe,docet Flaccus in ſermonibus,dicēs, Deniqȝ quatinus excidit penitus vitium iræ Cætera itē nequeunt ſtultis hærentia,&c. Et ꝓpterea idem in epiſtolis nō vult iram omnino expelli,ſed contineri: vbi (inquit) qui non moderabitur iræ Infectum volet eē dolor quod ſuaſerit: & mens Dū penas odio per vim feſtinat inulto. Ira,furor breuis eſt, animum rege: qui niſi paret. Imperat hunc frenis hunc tu compeſce catena. Nullus vbiqȝ poteſt felici ludere dextra. Prouerbium eſt,quod in re cōmuni multū gratiæ habent. Solent autem tali diuerbio qui victi ſunt ſe cōſolari. Nihil eſt ex omni parte beatū. cōmune enim malū intolerabilius eſt. ¶ Initio furiis,&c.) Ordo ſatis obſcurus eſt, ego ira ſum addita quarta furia,furiis initio tribus.i.q̄ ab initio nō niſi tres erant. Sunt tamen qui ſic legant, Initio furiis ita eſt tribus addita quarta: & ſic ordo facilis eſt: & meo iudicio magis quadrans. Furię apud inferos,tres dicūtur, Alecto, Megera,& Tiſiphone,quas Acherōtis filias eſſe dicūt ex nocte: nec ab re. Acheron.n. interpretatur,abſqȝ lætitia: nam α priuatiua eſt particula,& χάριϛ dicitur lætitia: & nox eſt cæcitas quædam,& priuatio luminis. Quādo ergo mens noſtra triſtitia afficitur ob iniuriam illatam,nec habet lumen rationis,quo refrenetur,ſtatim in furorem rapitur. Itaqȝ ira poteſt eſſe,quarta,furiarum. Quia ira,furor breuis. Heſiodus in Theogonia,aliud dicit: ſed nō oīa referre in vnum locū poſſumus. Hoc tamen nō prætcribo poetas ſolere: ad notum rerum numerum adiiciendum aliquid eē atteſtari. Sic quia duo Catones inſigni virtute fuerunt, Iuuenalis alluſit: habeat nunc iam Roma pudorem. Tertius e cœlo cecidit Cato. Sic Horatius ad ſeptem ſapiētes in Græcia nobiliſſimos reſpiciēs,inqt,in ſermonibus. Hæc mihi Stertinius ſapientum octauus amico Arma dedit. Sic Sappho decima Pieridum dicta eſt: Sic & hic ira quarta furiarū nuncupatur. Plecte truces animos vt vere ludere poſſis. Qui & enim ſpe lucri rapitur nō ludo,ſed ſollicita ſeria ducit. Plecte ergo,hoc eſt rigide flecte: & caſtiga truces,ideſt feroces & truculentos animos. Plectere,eſt afficere tormētis, vt in epiſtolis Horatii, Quidqd delirāt reges plectuntur Achiui. Ponas mature bellum præcor: Ponas.i. deponas mature.i. tempeſtiue. Nam id maturū dicitur,quod neqȝ ſerius: neque citius ſolis beneficio decoctum eſt. Inuitat ergo ad temperantiam. Nam certum eſt luſorem vbi amiſerit quouis mō iraſci. Vnde Horatius in epiſtolis, Ludus enim genuit trepidum certamē & irā. Ira,truces inimicitias & funebre bellum. Iraqȝ ceſſet: quia (vt dixi) fieri non pōt: vt vir acer,& ſtrenuus omnino ira vacet: id enim imbellis animi eſt idcirco dicit, ceſſet ira.i. placetur tempeſtiue.

Pax.

Acherō

# P. VIRG. MARONIS DE LIVORE, SEV INVIDIA, CARMEN HENDECASYLLABVM.

Liuor tabificum malis venenum
Intactis vorat oſſibus medullas.
Et totum bibit artubus cruorem.
Quod quiſquis furit: inuidetq́; ſortis
Vt debet, ſibi pœna ſemper ipſe eſt.
Teſtatur gemitu graueis dolores.
Suſpirat, fremit, incutitq́; denteis.
Sudat frigidus intuens, quod odit.
Effundit mala lingua virus atrum.
Pallor terribilis genas colorat.
Infelix macies renudat oſſa.
Non lux, non cibus eſt ſuauis illi:
Nec potus iuuat, aut ſapor lyæi:
Nec ſi pocula Iuppiter propinet:
Aut hæc porrigat, & miniſtret Hebe:
Aut tradat Ganymedes ipſe nectar.
Non ſomnum capit: aut quieſcit vnquam.
Torquet viſcera carnifex cruentus.
Veſanos tacite mouet furores
Intentans animo faces Erinnys.
Letalis, Tityiq́; vultur intus,
Qui ſemper lacerat, comeſtq́; mentem.
Viuit pectore ſub dolente vulnus:
Quod chironia nec manus leuarit,
Nec Phœbus, ſoboleſ́ue clara Phœbi.

## ASCENSIVS.

Liuor tabificum, &c.) Mõſtratũ eſt auaritiã, & irã infeſtiſſima eẽ vitia, Auaritiã q̃dẽ reipublicæ. Irã vero, ꝓximis. Auarus ſiquidẽ omnia venalia habet, vt pecuniã accumulet. iracundus, quo tẽpore ira percitus eſt ſanguinis, & vindictæ ſitiens debacchatur: nihilq; tã exoptat, q̃ quo inimicum vlciſcatur. Nunc aũt poeta noſter ingenioſiſſimus, oſtendit inuidiã pernicioſiſſimam eſſe illi cui ineſt. Efficit. n. ipſum liuidum, tabidũ, macilentum, atq; oĩs lętitię & boni, expertem. Vnde Horatius in epiſtolis, Inuidus alterius reb⁹ macreſcit opimis, Inuidia Siculi non inuenere tyranni, Maius tormentum, &c. Neq; vſque adeo mirum eſt, hanc tam diram eſſe peſtem. Nam ſi vti quiſq; ſummam charitatem habet, ita perfectiſſimus eſt: cõſequiẽ, vt qui maxima inuidia laboret, infeliciſſimus ſit. Nihil enim vſq; adeo, fraternæ charitati, atq; inuidia officit. nam inuidus is demũ dicitur, qui non põt bonis oculis videre ſalutẽ alterius, quã optimus quiſq;, non minus, ac ſuam deſiderat. Poſſumus ergo miſeros deſpicere, hoc eſt nolle aſpicere ex contemptu, ſed felicibus dũtaxat inuidemus. vñ Martialis, Omnibus inuideas. Liuide nemo tibi hoc & enim pacto, oẽs præter liuidũ felices forent. qui certe felicitate indignus eſt, quocirca dici ſolet, nihil iuſtius eſſe inuidia. Notus etiam eſt author: qui inuidos omnibus in locis habere, oculum deſyderauit. Credo equidem, vt tantis hominum bonis cruciatus aliquando (ſiquidem fieri poſſet) ipſum ſui miſereſcat. Peſtiferam autem inuidi mentẽ pulcherrime aperit Æſopus Phrygius, ille fabulator ingenioſiſſimus, in apologo, in quo oſtẽdit, Auaro atq; inuido, oblatã a deo conditionem: vt quãcunq; rem peterent, eam impetratã abducerent. Cum igitur inuido vt peteret, iuſſit auarus: ille renuit, timens auarũ poſſe aliquid accumulatius petiturum eſſe. Iuſſus autem auarus poſtulare: nõ immemor ſui: nec a natura diſcedens: petijt vt quãcunq; rem inuidus exoraret, eam geminatam haberet. Quod cum inuidus audiret, tabeſcens quod illi cumulatius & geminum bonum foret: oculum ſibi erui petijt: quo alteri vterq; obcæcaretur. Itaq; inuidus, non tam ſibi prodeſſe, q̃ alteri nocere conatur. Verũtamen, vt plurimum auaritia inuidiam generat, non ſemper autem. Nam nonnunq̃ alteri inuidemus, quod nos ipſi habere noluerimus. Sed de hac, nihil pulchrius q̃ poeta, adduci poteſt: quocirca ad ipſum accedam⁹. ¶ Liuor tabificum, &c.) Carmẽ hoc hendecaſyllabon. i. vndecim ſyllabarum, conſtat ſpondeo, dactylo, & tribus trocheis, quãuis in vltimo loco, propterea quod vltima ſyllaba indifferens eſt, etiam ſpondeus ponatur. Primus verſus ſic metitur. Liuor: ſpondeus: tabifi, dactylus: cum ma, trocheus: lis ve, trocheus: nenũ, trocheus. Pari mõ & reliqua ſcãdes. Liuor exiſtens tabificum. i. generatiuum tabis venenũ, vorat, deuorat, abglutit: medullas intactis. i. nõ tactis oſſibus. Liuor, eſt macula ſubnigra, quæ ex contactu & compreſſu corporum inducitur. Iuuena. Vuaq́; conſpecta liuorem ducit ab vua. & Tibullus. Tũ ſuccos herbasq́; dedi quis liuor abiret, Quẽ facit impreſſo mutua dente Venus. Et quoniã inuidia ſimilem maculã generat, & obſcœnum aſpectum efficit, a multis liuor vocatur, vt hic. Nã ſicut cãdidus dicitur, qui omnia bono oculo aſpicit, nulliq́; inuidet, aut detrahit: ſic econtrario Liuidus dicitur, qui vbi alterius dexteritatẽ videt, lenta tabe medullitus exeditur: & exhauſto, qui in candido homine eſt, naturali ſucco totus liueſcit. Vñ vocat liuorem, tabificum venenum. ¶ Venenũ.) Dicitur. n. quod veniat. i. fluat p venas & medullas. ¶ Tabes.) Diciẽ autem ſanguis exudante, puriore ſucco corruptus. talem autem liuor generat, vnde dicitur, Tabificũ venenũ. Additur autẽ notanter. ¶ Malis.) Non tam quod præcipue mali ſunt, q alterius bona videre non poſſunt: q̃ quod hoc venenum malis: hoc eſt inuidis dũtaxat nociuum eſt. Nã luxuria, luxurioſo delectationẽ affert: & colluxurioſo, labem. Superbia miſeris: quos faſtidimus, moleſta eſt, auaritia, omnib⁹ odioſa: ira offendẽdi damnoſa: gula, hæredibus iniqua. Accidia q̃uis deſidibus dulcis, bonis tamen operationibus: quas aut deo, aut ſanctis, aut parẽtibus, aut liberis, aut p̃riæ, aut reipublicæ debemus, ſummopere nociua eſt. Inuidia vero, inuidũ duntaxat cruciat. nã inuiſus, ſemper beatus eſt: aut talis ãu dicaẽ. Quia ergo inuidia exedit inuidũ, bene dixit Tabificũ malis: neq; vero erit tam ineptus interpres, q dicat tabificum. i. tabem faciens: malis, ideſt maxillis: tametſi liuor edax dicatur: quia oportet, vt ꝑor ſyllaba breuis ſit, quæ in dictiõe malis, ſemper niſi adiectiuum fuerit: producitur. Nec obijciendum eſt, ꝙ inuidus alijs ſæpe moleſtus eſt: quoniam ſibi dũtaxat per inuidiam nocet: alijs vero quia præter inuidiã alia quoq; peccata habet, ſunt enim multa familiaritate deuincta inter ſe. ¶ Et totũ bibit artubus cruorẽ.) Ex hac aũt re (vt dixi) fit liuor. ¶ Quod quiſq; furit, &c.) Ratio eſt quare cruorẽ ebibat. Quod. i. quia: qſquis. i. quicunq;: furit. i. inſanit, & iraſcitur, & inuidet ſorti alterius ipſe eſt ſemper ſibi pœna, hoc eſt ſeipſum crucians: vt debet: quia dicitur, Iuſtius, inuidia nihil eſt, quæ crimine nondum perfecto, amorem cruciat, pro enſe reflexo. ¶ Sors.) Dicitur quidquid ſortimur. i. accipimus ab aliquo, vt illi fœnus faciamus. Dicunt autem Iouẽ, vnicuiq; naſcenti dare partem boni, & partem mali: illud ergo quod a deo accæpimus, vt bene operemur, ſors dicitur. Illud etiã, quod a fortuna nobis obijcitur, ſors dicitur: vñ Hora. in principio ſermo. Qui fit Mecœnas, vt nemo quam ſibi ſortẽ, Seu ratio dederit, ſeu ſors obiecerit: illa Cõtentus viuat. Dicitur præterea ſors, pecuniæ illa quã vſurarius fœnerat, hoc eſt fœnori dat, quod a Iuriſperitis capitale dicitur. Fœnus autẽ, eſt lucrũ, quod præter ſortem rei redditur. Deniq; qdquid ſortimur. i. quadam ſorte obtinemus, id ſors dicitur. ¶ Sudat frigidus.) Pulchra compoſitio, qua oſtendit ſudorem non eſſe naturalem: qualis eſt, qui ex vehementi calore apertis poris generatur. ¶ Intuens quod odit.) Odit, præſentis temporis, ſignificationẽ habet, præteriti tamen eſt ſecundũ declinationem. Nam odio (licet ſemel in De oratore apud Ciceronẽ, odias, legeris) rariſſimum inuentu eſt: & ſi inueniatur, corriperet primã, ſicut odium, nomen: hic autem longa debet eſſe prior ſyllaba, quãta eſt e ꝑterito biſyllabo, paucis demptis. ¶ Effundit mala lingua virus atrũ.) Mala lingua, noĩatiui ſunt ſuppoſitales, illi verbo effundit. nam ſi legas Liuor effundit mala lingua. i. per malam linguam, vt ſeptimi caſus ſint, verſus non ſtaret. ¶ Virus.) Venenum: nunc tantum tres caſus habet. olim etiam viri, in genitiuo repertũ eſt. ¶ Pallor terribilis.) Hoc eſt obſcœnus aſpectu. ¶ Genas colorat.) Genæ ſunt quaſi veſtes, quibus oculus tegitur cum conniuit, ideſt aperitur, & clauditur: quæ (vt dicit Ply.) olim cilia dicebãtur. Pulchrum ergo eſt, quod inuidus in ea parte liueſcit, qua peccat. ¶ Infelix macies renudat oſſa.) Signate dicit, infelix macies, quia poteſt eſſe felix, vt eſt, quã ma

turo

Inuidia

Liuor.

cãdid⁹

Tabes.

Sudatq; alij Sudat.

Atq;, alij Aut.

Tacit⁹; alij tacite.

Iecur comeſtiq; alij comeſtiq; mentẽ.

Leuaret alij leuari.

Fœnus.

Odit.

Virus.

Genæ.

turo conſilio per abſtinentiam & ieiunium contraximus, ꝓ ſalute animę aut corporis. vtriq; eni officit crapula ¶ Renudat.) Hoc eſt aperit, & oſtẽtat oſſa, exhauſto ſanguine: cõſumptis carnibus, & euaporato ſucco naturali. ¶ Nõ lux, &c.) Nihil eſt ſanis iucundius luce. vñ de Didone inſaniente ex amore dicitur, Lucem'q; refugit. quod vicinæ mortis indiciũ eſt. ¶ Non cibus eſt ſuauis illi.) Exhauſto enim ſanguine, iminuta eſt virtus digeſtiua: qua ſine nullus cibus, ſuauis eſt: vt patet in ęgrotis. Suauis, hic triſyllabum eſt. Non potus iuuat.) Qui alias curas expellit. vnde eſt. Adſit lætitiæ Bacchus dator ¶ Nec ſapor Lyæi.) i. Bacchi, q Lyæus dicitur, eo ꝙ ſoluit hominem curis. λύω enim, eſt ſoluo: vnde mirãdũ eſt, ꝙ qui nos liberos & ſolutos omnibus curis reddere ſolet, non iuuet inuidum: mirabilius quod nec ſapor ipſe iucũdus ſit. Mirabilius multo, ꝙ potus ſuauiſſimus nõ iuuet, etiã ſi pocula Iuppiter ipſe propinet, abs quo quia hoſpitalitatis deus eſt, tute ſumi poſſent. Maxime autẽ mirandũ eſt, quod nec Hebe, deorum pincerna, & iuuenũ dea: nec Ganymedes, omnium mortalium pulcherrimus puer, non poſſet tam delicate pocula dulcia a Ioue propinata miniſtrare, vt inuidum iuuent. Notæ ſunt fabulæ. **Hebe.** Hebe, filia Iunonis, pincerna deorũ eſt: quæ dum incautior pocula miniſtraret: caſu pudenda renudauit: ob quã rem iratus Iuppiter, Ganymedem pulcherrimũ puerum, Trois Phrygum, regis filiũ, dum in Ida ſylua venatur rapuit: raptum'q; in Hebes locũ ſuffecit. Vnde eſt illud .j. Æneí. Et rapti Ganymedis honores. Quantum autem ad gratiam poculorum faciant mundiciæ pincernarum, oſtendit Iuue. vbi de miſera clientum cœnula cõqueritur, dicens, Tibi pocula curſor, Getulus dabit. aut nigri manus oſſea Mauri. & paulopoſt de rege conuiuij. Flos Aſiæ ante ipſum pretio maiore paratus. Quã fuit & Tulli cẽſus pugnacis & Anci. **Nectar.** ¶ Nectar.) Eſt potus deorũ: ſicut ambroſia, dapes ſignificat ipſorũ. Neq; vero dicitur a nectando: volũt enim dictum, nectar, quod linguam nectat: Græcum enim eſt, τὸ νέκταρ τοῦ νεκτάρος, &c. ¶ Non ſomnum capit.) Quod tamen munus deorum eſt: vt .ij. Æneid. Tempus erat quo prima quies mortalibus ægris Incipit, & dono diuũ gratiſſima ſerpit, Aut quieſcit vnquã. Plus eſt non quieſcere, q̃ non capere ſomnum: quia ſæpe animi quietem capimus, nec tamen dormimus. Vnde de Didone infeliciter amante. At nõ infelix animi Phœniſſa, nec vnquã Soluitur in ſomnos, oculiſve, aut pectore noctem Accipit. Quare vero nõ quieſcat, inuidus, eſt quia Torquet viſcera carnifex cruẽtus. Liuor cruentus .i. plenus cruoris, torquet viſcera: & ideo eſt carnifex. **Viſcus.** Viſcus, viſceris, ſm Seruium, ſignificat omnem carnem intra pellem cõtentam, Viſcum, autem ſecundæ declinationis: ſignificat illud quo aues viſcantur, gluten. Sunt qui in ſingulari ſolum ablatiuũ, viſcere, vſitatum dicant. Donatus ſuper illud in Andria, Vix ſum apud me: ita animus cõmotus eſt, metu, ſpe, gaudio. Duo (inquit) carnifices futurarum rerum ſunt, ſpes: & metus, &c. qbus verbis accipit carnifices, ſicut nũc Virgi. ¶ Veſanos tacitus, &c.) Hoc enim differt liuor, ab ira. quod ille tacitus, ad ꝑcordia incubat. ira vero, manifeſte in offenſorẽ inſurgit. **Tacitus** Tacitus, vtroq; modo accipitur, vt docet Valla. Nũc actiue, vt ſi velis hic, Liuor tacitus .i. tacẽs, mouet veſanos furores: quia in liuidum debacchatur quem dilacerat. Nunc paſſiue, vt apud Senecã, Quod tacitum eſſe vis nemini dixeris. & apud .vj. Æneí. Quis te magne Cato tacitum aut te Coſſe relinquat. ſic poteſt hic accipi, liuor tacitus .i. occultatus: & cõditus intra viſcera liuidi, mouet veſanos furores: quaſi diceret, inteſtinos. ¶ Intentans animo, &c.) Interpretatur quos furores moueat, eſt (inquit) intẽtans .i. intẽſiores faciens, vel augmentans animo faces .i. flãmas: Erynnis .i. contentioſi furoris. ἔρις, enim, contentio dicitur. ¶ Eſt talis.) i. ordo eſt: quia & talis vultur eſt intus .i. intra viſcera inuidi: qui i. qualis lacerat ſemp Tityi comeſti .i. exeſi, quoad iecoris fibras: vt ſit totũ pro parte: vel leges, comeſtũ. De Tityo ſic .vj. Æneí. **Tityus.** Necnõ & Tityon terræ omni parentis alumnum, Cernere erat, per tota nouem cui iugera corpus, Porrigitur, roſtro'q; immanis vultur adunco, Immortale iecur tondens. fœcũda'q; pœnis Viſcera rimatur'q; epulis, habitat'q; ſub alto Pectore, nec fibris requies datur vlla renatis, &c. Intelligitur aũt per Tityum luxurioſus. Amauit .n. latonam Apollinis & Dianæ matrem. ob quam rem confixus iaculis Phœbi, dãnatus eſt apud inferos, ea pœna vt viſcera eius, vultur immanis exedat: quæ tametſi continue abſumũtur, nunq̃ tamen deficiunt quia ſemper renaſcuntur. Quod ideo fingitur: quoniã credunt, morientium animas ea affectione, eo'q; mentis habitu permãſuras, qua corpora linquunt. Vnde de amantibus in eodem .vj. Curę non ipſa in morte relinquunt. Et paulopoſt de alijs ſtudijs, Quæ gratia curruũ, Armorum'q; fuit viuis, quæ cura nitentes Paſcere equos, eadẽ ſequitur tellure repoſtos. Quia itaq; amantes, nimijs curis agitantur, in vita bene fingitur Tityus, quem Horatius, incontinentem appellat: perpetuis gryphibus, ſeu vulturibus exedi. Simili autem modo tantiſper dum viuit, inuidus, torquetur: quaſi dicat ipſum hic infernales pœnas luere. Et non longe abeſt. nã ſicut in inferno ſemper cruciantur, neq; tamẽ culpa purgatur, aut offenſio remittitur: ſic inuidus continua pœna afficitur: nec tamen melior euadit. Vultur olim dicebatur hic vulturis, vñ Ennius, Vulturis in ſyluis miſerũ mãdebat homonẽ. ¶ Viuit pectore ſubdolente vulnus.) Viuit, ideſt ſemper recens eſt: ſicut aqua ſemper fluens, viua dicitur: vt .ij. Æneidos, Donec me flumine viuo abluero. Quod quidem vulnus manus Chironia .i. ipſe Chiron Phillyrides, iuſtiſſimus centaurorum, leuaret .i. curaret. Nec Phœbus leuaret, Nec clara ſoboles Phœbi, ideſt Æſculapius leuaret: hoc eſt habet incurabilẽ vulnus. **Chiron** Chiron (vt dixi) Phillyrides .i. Phillyræ nymphæ, & Neptuni, in equum conuerſi, filius fuit: pater Thetidis, & auus Achillis, qui plurima medicinæ adiumenta inuenit, quorum quædam adhuc extant. Maxime peritus fuit eius quam chirurgiam vocant: vt nõnulli putant, a Chirone denominatam. vel potius a manu, quæ χεὶρ dicitur. Docuit Achillem (vt dicit Statius in Achilleide) curationem vulnerum, vt de Telepho, nobilis recitatur leuatio: quem ferrugine eius ferri, quo ipſum vulnerauerat, ſanum reddidit. vnde eſt in Remedio amoris, Vulneris auxilium Pelias haſta tulit. **Phœb⁹.** ¶ Phœbus.) Phœbus autem (vt dixi) ſolis eſt peculiare epitheton. fingitur autem Phœbus, ſiue Apollo, medicinę peritus: quoniam omnes herbarum virtutes, ſolis radijs percoquũtur. Æſculapius autem, præter omneis mortaleis, in hac re doctus fuit: abs quo Virgilius Virbium, a morte reuocatũ, dicit. Et quia tantum in medicina potuit, Apollinis filius dicitur.

# P. VIR. MARONIS DE VENERE ET VINO CONTRA LVXVRIAM ET EBRIETATEM.

NEc Veneris, nec tu Vini tenearis amore.
  Vno nãq; modo Vina, Venuſq; nocent.
Vt Venus eneruat vires: ſic copia bacchi:
  Et tentat greſſus: debilitat q; pedes.
Multos cæcus amor cogit ſecreta fateri.
  Arcanum demens detegit ebrietas.
Bellum ſæpe parit ferus exitiale Cupido.
  Sæpe manus itidem Bacchus ad arma vocat.
Perdidit horrendo Troiam Venus improba bello.
  At Lapithas bello perdis Iacche graui.
Deniq; cum menteis hominum furiauit vterq;
  Et pudor, & probitas, & metus omnis abeſt.

ASCENSIVS.

NEc Veneris, &c.) Si penitioribus oculis Virgilianam dicẽdi formã cõſpexeris, nõ interrogato opus, eẽt, q̃ vitia magis fugienda ſint. Quã etenim ſuperbiã dãnaret, vidiſti quanta diligentia, nos ad miſeriæ humanæ memoriam vocitauit. Cum auaritiã pernitioſum illud monſtrum vilipenderet, vehementi verbo vſus eſt, dicens, Sperne lucrũ, &c. At de ira q ad acrimoniam facit, parcius inquit, Iraq; ceſſet. Cũm vero liuorem monſtrum, nulla virtute redemptum, ad parteis vocaret: q̃ſi excãdeſcens, inquit, Liuor tabificum malis venenum, &c. Nunc vero de Venere & vino loquuturus, quorũ abuſus, non vſus, malus eſt: inquit. Nec Veneris, nec tu vini capieris amore. Non & enim Venus mala, nec vinũ malũ: ſed amor & nimia indulgentia, vtriuſq; deteſtanda eſt. Non ergo dicit, Non tu capieris amore luxuriei. **Luxuria.** Omnis enim luxuries, damnãda eſt: non omnis autem Venus. **Venus.** Similiter non dicit, Non capieris amore, ebrieratis, omnis etenim ebrietas mala: nõ itidem omne vinũ. Tametſi aũt Venerem, pro concubitu, per metonymiam ponimus: vt, Sine Cerere & Baccho friget Venus: non tamen pro oĩ, ſed pro eo dũtaxat qui na




BIBLIOTECA UNIVERSITA

Compedibus Venerem, vinclis conſtringe Lyæum:
Ne te muneribus lædat vterq; ſuis.
Vina ſitum ſedent: natis Venus alma creandis
Seruiat. hoc fineis tranſilijſſe nocet.

turalis eſt, nec inceſtuoſus. nã
cæſtus, eſt zona Veneris: di-
ctus a caſtitate, qua legitime
nubentes cinguntur. Verũta-
Vene- men ponũt tres Veneres: vnã
res. ex Cœlo p̃re, & Die m̃re: na-
tam apud priſcos. Et hanc honeſtæ rei præeſſe volunt. Alteram,
ex viribus cœli, & ſpuma maris: & huic incõceſſos concubitus
imputãt. Tertiã, Iouis, & Diones filiã, ex qua Æneas natus dici
tur. Sciemus tamen, q̃uis multæ enumerentur Veneres, mul-
ti Ioues, multi Mercurij, &c. Poetæ tamẽ opera ſic cõfundunt,
vt omniũ vni addicãt: ſiue quod vnam cœleſtem naturam pu-
tent omnium effectuũ cauſam, tametſi per diuerſos fiant: ſiue
quod omnia in admirationem trahere volũt. Volunt aũt Vene
rem dictam, quod per eam omnia veniant, & oriantur. Et quia
generatio rerũ, non ſine virili ſemine fit: ideo Veneri vtriuſq; ſe-
xus participationem dedere. Nã (vt recitat Macrobius) in Cy-
pro eſt barbatę Veneris ſimulachrum. Quocirca Virgi. loquens
de Venere ait, Deſcendo ac ducente deo & Caluus, Pollẽtemq;
deũ Venerem. & Ariſtophanes philoſophus Aphroditon, gene-
re maſculino appellat. & Leuinus ait, Venerem igitur almũ ado
rans, ſiue fœmina, ſiue mas eſt, &c. De Veneris aũt virtute, ſic
Lucre. Æneadũ genitrix hominum, diuumq; voluptas, Alma
Venus cœli ſubter labẽtia ſigna. Quæ mare nauigerũ, quæ ter-
ras frugiferentes Concelebras: per te quoniam genus omne ani
mantum Concipitur: viſitq; exortũ lumina ſolis. Hęc ille. Pro-
pter hanc rem dicetur, Natis Venus alma creandis Seruijt. Certũ
eſt ergo pro conuerſatione humanæ, cæterorũq; animãtiũ natu
ræ Veneris vſu opus eſſe: qui ſi legitime fiat, iure matrimoniali
laudandus eſt. Econtrario nemini dubium eſt, quantum noceat
tranſiluiſſe finem: vſq; adeo vt nulla ſit labes, qua homo a diui-
na mentis contemplatione, ad corporis ſordes citius auocetur,
nulla propter quam plura bella fiant: nulla quã citius, & plures
in turpem egeſtatem ruant. Nam Plautus, paupertatẽ luxuriæ
filiam nuncupat: nulla itẽ quæ omni honeſto ſtudio magis ini-
mica ſit: nam hominem totum effetum reddit, ac deinde tardũ,
& ſegnem: vſq; adeo, vt ſæpe tardum pro luxurioſo, poetæ po
nant. Nocet igitur & animæ, & corpori, & vtriq; plurimum. De
vino quoq; nihil ignotũ dicam: nam omnes ſcimus ſi tempera
te ſumatur humano ingenio adiumento eſſe. Vnde illud Hora.
in epiſtolis, Priſco ſi credis Mecœnas docte Cratino: Nulla pla-
cere diu, nec viuere carmina poſſunt: Quæ ſcribuntur aq̃ poto-
ribus, vt male ſanos Adſcripſit liber ſatyris, faunisq; poetas: Vi-
na fere dulces oluerũt mane camœnæ Laudibus arguitur vini
Vinum vinoſus Homerus: Ennius ipſe pater nunq̃ niſi potus ad arma
Ebrie- Proſilijt dicenda. & reliqua quæ cõmẽtarij per irriſionem dicta
tas. putant. nemo tamen mihi inficias ibit, vinũ modice ſumptum,
acuere ingenium. At quantum ebrietas deteſtanda ſit, facillime
conſtabit, ſi hominem potum inſpexeris: qui iam omne id (lo-
quor de rõne & virtute) quo a belluis, feriſq; differimus, exuit:
& ſui immundo, q̃ homini ſimilior luto inuoluitur: facilis ad
iram: facilis ad ſeditionẽ: facilis ad luxuriam: facilis ad blaſphe-
miam, deorumq; contumeliam: facilis ad ſecreta reuelanda: ad
amicos prodendos: & ad omnia deniq; mala facienda. contra,
ad nullam virtutem paratus. Quocirca, ſi ita deceſſerit: iam de
eius ſalute actum eſſe dixeris: ſed redeo ad poetam ❡Nec Vene
Capere ris, nec tu vini capieris amore.) Capere, multa videtur ſignifica
re, ſecundum ꝙ varia ſunt quæ capiuntur. Aliquando enim eſt
in ſe cõtinere: vt, Atrium meum capit mille viros. Aliq̃n eſt in-
telligere: vt, Capio te. i. ſenſum tuũ. Aliquando auferre: vt, Q̃n
capimus rem: qua capta, quis ea perpetuum priuatur. vnde, ca-
ptus oculis, dicitur priuatus. Virgi. j. Georg. Aut oculis capti fo
dere cubilia talpæ. Sic caper dicitur, qui captus eſt coleis. i. geni-
talibus: vt docet A. Gel. Aliquãdo eſt, veſtalem ſuſcipere: cui rei
peculiare erat verbum. Aliquando eſt comprehendere, & in car
cerem conijcere: vnde captiui dicuntur. Aliquando eſt ineſcare,
fallere, aut decipere: vnde dicimus, Hominem captum amore,
captũ vino: vt hic, Nec capieris. i. non illaqueabaris amore Vene
ris: nec etiam amore vini. ratio eſt ❡Vno nãq; modo, vina Ve-
nuſq; nocent: Vt Venus eneruat vires, &c.) Eneruare, eſt diſſol
uere: neruis. n. cõſolidamur. vnde eſt, Oſſibus & neruis cõpegi-
Copia. ſti me. ❡Sic copia vini.) Copia, dicitur abũdãtia, & plenus vſus
rerũ: vt meretrix facit omnibus copiam ſui. ſic, copia vini, eſt
abũdantia vini. Non tamen dices de exemplari inſtrumento ꝙ
ſit copia: ſed poteris dicere, Fac mihi copiam iſtius inſtrumẽti:
hoc eſt, fac vt vſum eius habeam. In plurali autẽ copias, copio-
ſum

ſum exercitum vocamus, &
apud poetas, neceſſitudine
versus. Aliq̃n etiam in ſingu- Seruit ſi
lari numero idem ſignificat: ne horũ
vt. ij. Æneid. Reſpicio & q̃ ſit trãſiluiſ
me circũ copia luſtro, Et ten- ſe nocet
tat greſſus, &c. i. titubare facit: vt Cremes in Eunucho Teren. alij Ser-
Vicit me vinũ quod ego bibi. At dum accũbebã: q̃ videbar mihi uiat hos
eẽ pulchre ſobrius: poſtq̃ ſurrexi: neq; pes, neq; mens, ſatis ſuũ fineis
officiũ facit. In. ij. Geor. Virg. Tenuisq; Lageos Tentatura pedes trãſiluiſ
olim, vincturaq; linguam. Multos cęcus Amor cogit ſecreta fa ſe nocet
teri. Cuius rei Medea, & Ariadna, teſtes ſunt: & in ſanctis literis
Sanſon. ❡Cæcus Amor.) i. cęcos faciens. Pingitur tamẽ Amor, Cæcus.
ſeu Cupido, puer alatus, oculis velatis, habens in altera manu
iacula, in altera flãmas. Cæcũ aũt vocamus nunc quod non vi-
det, vt hominẽ cæcũ: nunc quod non videtur, vt ſaxa occulta,
cæca dicimus: nũc quod non ſinit nos videre, vt cæcã noctem,
cæcã auaritiam, cæcũ amorem, & reliqua q̃ nos aut mentis, aut
corporis lumine priuãt. ❡Arcanum demens detegit ebrietas.)
Hora. in epiſtolis, Quid nõ ebrietas deſignat? operta recludit Ebrie-
Spes iubet eſſe ratas, Ad p̃lia trudit inermem, Sollicitis animis tas.
onus eximit, &c. & in ſermonib. Condita cũ verax aperit p̃cor-
dia liber. Arcanũ, dicitur ab arca, qua arcetur. i. tegitur. Demẽs, Arcanũ
Bonum eſt adiectiuum ebrietatis. nam demẽs dicitur, non qui Demes.
ſine mẽte eſt (quia is amens vocatur) ſed qui peruerſam & de-
prauatam mentem habet, qualem ebrietas efficit. ❡Bellũ ſæpe Bellum
petit ferus exitiale Cupido.) Ponit exemplum de amore Pari-
dis in Helenam, pro qua deſtructa eſt Troia: exempla autẽ ſine
numero ſunt. vnde Hora. in ſermo. Nam fuit ante Helenã cun-
nus deterrima belli Cauſa: ſed ignotis perierunt mortibus. illi:
Quos Venerem incertam rapiẽtes more ferarũ Virib. editior ce-
debat, &c. Bellum: per antiphraſin. i. cõtrarium ſenſum, dici pu
tant: eo ꝙ nihil belli. i. boni, aut pulchri habeat. Alij, a belluis.
Exitiale dicitur, ꝙ ad exitum vitæ pertinet. Ferus Cupido: tem
porale epitheton. nam eſt etiam, placidus amor: vnde eſt in. iiij.
Placidone etiam pugnabis amori? Solent aũt amãtes infeliciter
Cupidinem feritatis arguere: vt in Buco. Nec lachrymis crude-
lis Amor, Nec gramina riuis, nec Cytiſo ſaturãtur apes. Et alio
loco, Sæuus amor docuit natorũ ſanguine matrẽ cõmaculare
manus. Et Tibullus, Semper vt inducat blãdos offers mihi vul
tus: Poſt tamẽ es miſero triſtis & aſper amor. Cupido, genere Cupido
maſculino, deũ amoris, ſignificat filiũ Veneris, Genere fœmini-
no, cupiditatem ipſam. ❡Venus improba.) Etiã temporale epi- Nomia
theton: quia dicturus eſt, Alma Venus, &c. ❡Sæpe manus itidẽ deoꝝ ꝓ
Bacchus ad armã vocat.) Dat exemplũ. Et Lapythas bello per- rebus.
dis Iacche graui. Itidem. i. eodem modo: Bacchus & Iacchus,
nomina ſunt Liberi patris, qui deus vini. Sed per metonymiã:
nomina deorũ, pro rebus quibus p̃ſunt, ponimus: tunc p̃cipue,
q̃n reb. actionem damus, vt perdere & mouere manus. De hac
re dicitur in Geor. Bacchus & ad culpã cauſas dedit: ille furen-
teis Cẽtauros leto domuit, Rhetũq;, Pholumq;. Et magno Hy
leũ Iapythis cratere minantem, &c. Lapythæ, populi ſunt Theſ Lapy-
ſalię, ex Lapytha (ſ̃m Iſidorũ) Apollinis filia, geniti. At Centau thæ.
ri, dicũtur eſſe Ixionis filij. Ixion. n. credens cũ Iunone cõcum Cẽtauri
bere, cũ eius ſimulachro ex nube facto, rem habuit, vnde nati
ſunt Centauri, quorum ſupernæ partes: humanæ, infernæ, equi
næ erãt: quæ res ficta eſt, quoniã (vt docet Ply.) primi pugnare
in equis inuenerunt. viſi ergo a lõge ſemihomines & ſemi equi
putati ſunt. hi ebrij effecti, & Martio furore perciti, Lapythas
occiderunt. ❡Deniq; cum mentes hominum, &c.) Deniq;, parti
cula eſt: qua vtimur, dũ quæ particulatim dicere incipiebamus,
generatim abſoluimus: vt hic, Deniq; (inquit) q̃n mentes homi- Deniq;.
num alterius furore percitæ ſunt, & pudor, & probitas, & me-
tus omnis abeſt: q̃bus trib. humana natura ne effera vagetur,
maxime reprimitur Pudore, q in mulierib. & adoleſcẽtib. maxi
me cõmendatur. Amiſſa nãq; pudicitia, nihil in muliere com-
mendandum eſt. Cicero in epiſtolis, Qui ſemel verecũdiæ fines
trãſierit: eum bene & grauiter oportet eſſe impudentẽ: quod Di
do, nondũ illecebris amorũ capta, ſentiẽs. ait, Sed mihi: vel tel-
lus optẽ prius ima dehiſcat, Vel pater oĩpotẽs adigat me fulmi
ne ad vmbras, Pallẽteis vmbras Erebi, noctemq; p̃fundã Ante
pudor, q̃ te violẽ, aut tua iura reſoluã. De adoleſcentib. Teren.
Erubuit: ſalua res eſt. Eſt. n. pudor, quo nos pudet turpis faſcino
ris: per quem viri magni, etiam ſæpe ad fortia facta inuitati
ſunt: vnde de Hectore dicit Homerus ꝙ veritus a Polydaman-
te culpari, multa auſus eſt. Probitas autem, eſt qua viri probi &
probati,

probati, ne infamiam incurrant, omnia quæ contra bonos mores & honeſtatem facere poſſent, euitāt: Metus vero, duplex eſt. Alter filialis: quo filius veretur patrem offendere: de eo timore dicitur, Initium ſapiētiæ timor domini: eo enim pacto optimi quiq; verentur peccare, ne offenſam dei incurrant. Eſt & ſeruilis timor: quo verbera, ſerui timēt, potius q̃; dominorum indignationem. & de illo dicit Hora. Oderunt peccare mali formidine pœnæ. Quando autem quis, aut Veneris amore captus: aut Bacchi furore tactus eſt, nullis vinculis cohibetur. ⸿ Compedib. Venerem, &c.) Affectate dictum. Nam Venus, a veniendo dicitur: recte ergo, ne nimium veniat, præcipit vt conſtringatur compedibus. Compedes enim ſunt, impedimētum pedū. ⸿ Lyæum.) Lyæus autē, dicitur (vt diximus) a ſoluendo: quia ſolutos nos facit, quam ob rem vinculis conſtringendus eſt. ⸿ Ne te muneri b. &c.) Non inficias it munera vtriuſq;: niſi abuſio fiat nobis vtilia eſſe: ſed cauendum eſſe ne nos lædat vterq;, quod nimirū fiet, niſi & legitime & temperate vtamur. Quæ autem munera ſint, declarat: quia. ⸿ Vina, ſitim ſedant.) Valent (inquit) vina ad reſtringendam ſitim. ⸿ Natis Venus alma creandis.) Venus ſeruit, ideſt vtilis eſt natis creādis, ideſt ad prolem procreandam: quæ res apprime, neceſſariæ ſunt. ⸿ Sed tranſiluiſſe finē horū.) Hoc eſt indulgere Veneri, ob nimium luxum: & vino vſq; ad ebrietatem: nocet. Alma dicitur Venus, ab alendo, quia eius p̄ſidio, alitur omnium animantium genus.

Alma.

## P. VIRG. MARONIS DE LITERA Y, CARMEN.

Litera Pythagoræ diſcrimine ſecta bicorni,
Humanæ vitæ ſpeciem præferre videtur.
Nam via virtutis dextrū petit ardua callē:
Difficileq́; aditū primū ſpectantibus offert:
Sed requiem præbet feſſis in vertice ſummo.
Molle oſtentat iter via lata: ſed vltima meta
Præcipitat captos: voluitq́; per ardua ſaxa.
Quiſquis enim duros caſus virtutis amore
Vicerit: ille ſibi laudemq́;, decuſq́; parabit.
At qui deſidiam, luxumq́; ſequetur inertem:
Dum fugit oppoſitos incauta mente labores:
Turpis, inopsq́; ſimul miſerabile tranſiget æuum.

ASCENSIVS.

Litera Pythagorę, &c.) Propulſauimus quanta maxima potuimus diligētia, ſex morbos, qui ſinguli, ſingulis virtutibus officiunt. Nunc exagitanda eſt peſtis, omni virtuti contraria: quā nunc deſidiam: nunc pigritiā: nunc ſegnitiē: nunc acidiā: nunc inertiā: nunc ignauiam: ad ſummā omiſſionē oīs boni vocare potes. Qua quidem ægritudine, quicūq; conficiūtur ingratitudinis vitio (quod ſane deteſtādū eſt) conuinci pn̄t. Si etenim cōſyderare voluerimus, quātum optimo maximo deo noſtro debeamus, qppe abs quo qdquid boni nobis eſt, aut erit, aut cepimus, aut ſuſcepturi ſumus, fatebimur quidem egregie: nullū eſſe deſidiæ locum, nihilq́; iacentibus animis eſſe damnoſius. Nam quādoquidem finis vniuſcuiuſq; rei eſt optima eius operatio, videbimur (niſi bona operemur) finē noſtrum attingere nolle. Enimuero turpe eſt homini animaliū facile principi deeſſe: quod in cæteris creaturis tam copioſe cōſpicimus: cœli enim cœlorūq; ornamēta (quas ſtellas, & ſydera vocamus) cōtinua volubilitate munera explere non ceſſant. Elementa rerū, mira cōmigratiōe temperamentum vt iuſſa ſunt, ſeruant. animantium quoq;, nullum præter hominē ſibi deeſſe videmus. Auiculæ. n. fragillimo corpore fretæ, feræ multa ſeuitia indomitæ. Beluæ marinæ indulgētia ad ignauiā inuitatę: ad generationem tn̄ & conſeruationem prolis, nunq̃; defatigatur, quin quaquidq; eorū maxime valeret arte pro ingenij, hoc eſt naturalis indolētiæ benignitate, ſemp in opere cōſpicitur. Adde ꝙ & ipſi homines ad iniqua agenda, multo vigilātiores ſunt quā ad bona. Quā rem Horatius ſic in epiſtolis conqueritur. Vt iugulent hoies ſurgunt de nocte latrones, Vt te ipſum ſerues, non expergiſceris, &c. Quia igitur nō ſatis eſt vitia fugitaſſe: niſi bene egeris ſcriptum. n. eſt a diuino poeta, Declina a malo, & fac bonū, ideo Maro volens deſidiā proſcribere: nos ad bene operandum pulcherrime adlicit. Nam ſi (vt Stoicorū eſt paradoxum) oēs mali ſtulti ſunt: ſtulti vero & inſipientes, profundiſſimæ Platonicorum doctrinæ minime capaces, operæpretium erat, indoctum, ſtolidumq; vulgus, rudi, ac anormi, Minerua, viam virtutis docere. Et quaſi ſignis illiteratos erudire: ad quam rem nihil accōmodatius eſt, quā litera Pythagoræ, in qua totam humanā vitā, & diuerſæ vitæ exitum videre licet: idcirco Virgilius eam inſtituto ſuo accōmodat: & dicit. ⸿ Litera Pythagoræ, &c.) Pythagoras, ex Samo inſula philoſophus, in Italiā venit: Tarquinij filio regnum obtinente, cui cognomentū Superbus fuit. Is multa doctrina & virtute claruit. primū, muſicæ ſtuduit, in qua egregiam laudem aſſequutus eſt: deinde, philoſophiæ naturali: mox & æthicæ. i. morali operā nauauit: & populū conatus ab inſolētia, ad cultiorem vitam vocare. Virtutis amorem, animis mortalibus inſtillare ſatagebat: quod quia philoſophicis rōnibus non potuit, ſignis & indicijs effecit: nouamq; viā cōmentus eſt. Sciuit. n. eſu carnium, multam feritatē in animis noſtris innaſci, multumq; nos ad libidinem impelli: quo circa præcæpit (vt meminit in transformatis, Ouidius.) vt ab omni carne, ſicut ab humana abſtineremus: turpe. n. putauit in viſcere, viſcera condi: aſſignans inauditam rationem: ꝙ animę noſtrę, quoniam immortales eēnt, e corporibus noſtris in alia corpora migrarent: neq; in humana ſolū, ſed etiā in ferina: itaq; fieri poſſe. vt recæptaculū auitæ aut paternæ animæ abſumeremus, ſi q̄uis carne veſcamur. Id aūt alij eū ſenſiſſe putant: alij ita p̄cæpiſſe, dūtaxat quo luxū carnis vetaret. Oui. xv. meta. inducit ipſum ſic loquētem, Parcite mortales dapib⁹ temerare nephādis. Corpus, ſunt fruges, ſunt deducētia ramos Pōdere poma, &c. Et iterū, Prodiga diuitias, alimentaq; mitia tellus Suggerit, atque epulas ſine cæde & ſanguine p̄bet. Carne ferę ſedant ieiunia. Et ruſum, Heu quantū ſcelus eſt in viſcere viſcera condi, Cōgeſtoq; auidū pingueſcere corpore corpus. Itē, Quiſquis fuit ille deorū, Corporeaſq; dapes auidam demerſit in aluū, Fecit iter ſceleri, &c. Idē apud eundē immortalitatē, & cōmigrationē animæ, in diuerſa corpora ſic docet, Morte carēt animæ, ſemperq; priore relicta: Sede, nouis domibus, viuunt, habitantq; recæptæ. Et paulopoſt. Omnia mutantur, nihil interit. errat & illinc, Huc venit, hinc. illuc, & quoſlibet occupat artus. Spiritus eq; feris humana in corpora tranſit, Inq; feras noſter, nec tempore, deperit vllo. Itē, Parcite vaticinor cognatas cæde nephanda. Exturbare animas, ne ſanguine ſanguis alatur. Cętez, vt ad virtutē nos adliceret, & a vitijs abſterreret: docuit virtutū quidē ſemitam videri, primū difficilē, ſed incredibilem animi quietē, atq; iucunditatem parere. Contra vitiorum latas vias, facile oibus patere: ſed in miſeros animi, remordēte conſcientia, cruciatus impellere: neq; quidquā p̄ter pœnitētiā ꝓducere. Et quo id rudibus oculis manifeſtius obijceret ὕψιλὸν hoc eſt, y tenue, ipſis ita figurari mōſtrauit, vt in ipſo oēm humanā vitā diſcere poſſent. Habet. n. talē figurā, vt baſis, ſeu fundamentum, quod ad diſcrimen bicorne ſeſe extēdit acta infantiæ nr̃æ q̄ neq; bona, neq; mala ſunt, ſignificet. Deinde, vbi ad biuium, peruenerimus, hoc eſt ad verum diſcrimen boni ac mali, dicebat nos libere, ex libero arbitrio noſtro, in vtrāuis partem voluerimus, progredi poſſe: ſiquidē in dexteram, quæ virtutis eſt tēdere voluerimus, ſummis opibus primū enitēdū eſſe: ſed ad amœna loca, nos peruentū ire. ſin, ad ſiniſtrā, q̄ vitiorū eſt, declarauimus, facilē quidem aditū eſſe, ſed duriſſimū inſtare exitū. Siqs verba ipſius Pythagoræ Græca lingua habere volet, qbus integritatē arbitrij cum fatorū neceſſitudine cōſiſtere docuit, petat A. Gel. lib. vj. ca. ij. Nos interpretationem Gellianā poſuiſſe ſatis putamus quæ hæc eſt. Noſces homines ſpontaneas haurire calamitates, cum detrimenta ſingulis a ſeipſis fiant: & ſuo impetu delinquant, & in incommoda ruant: ſua voluptate, atq; propoſito propterea negat oportere fieri: audire homines aut nequā, aut ignauos & nocētes, & audaces: qui cū culpa & maleficio reuicti ſunt, per fugiūt ad fati neceſſitatem, tāq; in aliquod phanū aſylū: & q̄ peſſime fecerūt ea, non ſuæ temeritati, ſed fato eſſe attribuēda dicūt. Hæc Gellius interpres. Et paulopoſt, Primus autem ſapientiſſimus & antiquitiſſimus poetarū dixit hoc tribus verſibus, quos illic ſubdit, quorūq; hęc per Gelliū interpretatio eſt, & loquunt vt intelligas, numina, ſeu dei ipſi. Hei mihi quid dānāt mortales numina cœli, Eſſe aiūt etenim per nos mala cū tn̄ ipſis Vecordi p̄ter fatū ſint mente dolores. Difficultatis autē

Lr̃a Pythagorę

quæ

quæ in dextero callẽ eſt, cauſam ita ex philoſophorũ documen-
tis habere poſſumus. nam licet Chriſtiani, nihil ambigimus: qui
ſcimus originalis criminis fomitem extinctum quidem eſſe in
fonte baptiſmatis: ſed incitamento tamen quiddam derelictum
eſſe, quo ad peccandum proni ſumus. quid hoc ad hunc locum
in quo Poeta non Chriſtianus loquitur. Neque tamen reſpuen-
da propterea eſt doctrina philoſophorum, ſi modo cum Chri-
ſtiana veritate conſentiat. Dicemus philoſophicas opiniones, ni
hil a fide ſanctiſſima degenerantes. dicunt itaq; Pythagoram,
& deinde Platonem ſequuti: animas a ſingulis elementis paſ-
ſionem cõtraxiſſe: ſimiliter & a ſingulis planetis. Planetarum
autem congeriem (vt memorauimus) ſyluam vocauerant ꝓ-
ptereaq; dicebant, difficile eſſe tenere dexterum callem, & veni
re ad aureum ramum: de quo Virgilius in ſexto: per quẽ aliud
non intelligit, q̃ ramum huius literæ dexterum, per quem vir
tus ſignificatur. quo circa Æneas, per quẽ omnis vir ſapiens ſi-
gnificatur, iuſſus quærere aureum ramum aſpectans, ſyluã im-
menſam, hoc eſt tot cœlorũ influentias, nos ad vitia trahentes,
ſic precatur. Si nunc ſe nobis ille aureus arbore ramus, Oſtẽdat
nemore in tanto &c. vbi ſignate dicitur, ſe oſtendat nobis, quia
putabant plurimi, niſi virtus nos ſponte ad ſe vocarit, difficilli-
me poſſe eam contingere: quo circa dixit Sybilla, Neminẽ au-
reum illum ramũ poſſe carpere, niſi fata ipſum vocent. Videtur
tamen admittere humanam diligentiam, quocirca id viſa eſt di
cere. Si nõ es prædeſtinatus, præcare vt prædeſtineris. ad quid
enim noſtra opus eſſet diligentia, ſi credidiſſent etiam philoſo-
phi (nam de theologis certum eſt, ꝙ rectius ſentiũt) omnia fato
rum neceſſitudine contingere? Verba Sybillæ ad Æneam in. vj.
ſunt hæc, Ergo alte veſtiga oculis: & rite repertũ Carpe manu,
nanq; ipſe volens, facilisq; ſequetur, Si te fata vocant aliter nõ
viribus vllis Vincere: nec duro poteris cõuellere ferro. Quibus
verbis cum dicit. Veſtiga alte oculis: videtur (vt dictum eſt)
nos inuitare ad diligentiam inquirendæ virtutis, quæ difficilli-
ma inuentu eſt, quocirca Æneas illum aureum ramũ non inue
nit propria inquiſitiõe, ſed maternis auibus mõſtrantibus: quo
non aliud ſignificatur, q̃ eos qui ad egregiam virtutem euadũt,
adiutos oportere benigniore naſcẽdi hora. Vnde & illud Iuue.
Plus etenim fati valet hora benigni. Quã ſi te Veneris cõmen-
det epiſtola Marti. Verum, vt ad rem redeamus, tametſi dexte-
rum illud iter, arduũ & difficile, ab alijs facilius petatur: vtpote
a bene natis, ab alijs difficilius vtpote ab infelicius natis. ab oĩ-
Litera. bus tamen ſine diſcrimine, virtus acquiri poteſt. Nã quanto ma
gis infirmus ad ſcandendum fuerit: tanto maior ſcandẽti gloria
contingit, neq; deerit, ſi vt Æneas deum precemur, qui conan-
ti aſcendere, manũ porriget. ſed ad rem. Litera, dicitur ſecundũ
plures, quaſi legitera, eo ꝙ legatur: vel quaſi litura: quia cum
olim in ceratis tabellis ſcriptitarent, ſæpe lita eſt. Itaq; volunt
vno t, debere ſcribi: ſed quia prima deberet corripi (tametſi, qui-
dam a præterito deducere moliũtur) cœpit tt duplici ſcribi, ſi-
cut quatuor. cum quater, & quaternus, & ſimilia quæ corripiũ-
tur, vno t ſcribãtur. Similiter quottidie, ſecundũ multos, tt du-
plici nõ alia rõne, q̃ vt ſignificetur prima lõga, ſcribitur, quo-
tus enim prima breui, vno t contentum eſt. Significat ergo lite
ra, elementũ lecturæ: hoc eſt minimum quod legi poteſt: vt a,
vel b: & hic litera Pythagoræ hoc eſt y, aliquãdo ſignificat ma-
num, ſeu formã ſcribentis. Vnde ad Atticum Cicero, Nam Ale-
xidis manũ amabam ꝙ tam prope accedebat ad ſimilitudinem
tuæ literæ. In plurali aũt, etiam ſignificat epiſtolam: ſed cũ epi-
ſtolam ſignificare volumus, addemus numeralia diſtributiua q̃
congrue adduntur carentibus ſingulari numero. Quando vero
elementa, hoc eſt ſingulas literas ſignificamus, addẽda ſunt car
dinalia. Vt ſi dicis, Vnam literam ad te dedi: ſignificas te dediſſe
vnum elementum, puta a, vel b, Si vero dicis, te dediſſe vnas
literas, idem eſt ac ſi diceres vnam epiſtolã: & ſi duas literas, p-
inde eſt, ac ſi diceres duo elemẽta, vt a, & b, vel alia q̃uis duo.
Sed ſi binas lras te miſiſſe, dicis, nõ aliud eſt q̃ ſi diceres duas
Pythagoras. epiſtolas miſi. Pythagoræ.) Non quã Pythagoras inuenit: ſed
qua vitã humanam figuratam docuit, vt ſupra oſtendimus: &
nunc per Virgilium videbimus. Erat (vt dixi) Pythagoras Sa-
mius, philoſophus, primusq; (vt perhibẽt) eo nomine nũcupa
tus. Nam cum antea ſophi: ideſt ſapientes, vocantur, percuncta-
tus an ſophus eſſet, dixit, ſe philoſophum: hoc eſt ſtudioſum &
amatorem ſapientię. Diſcrimine ſecta bicorni.) Ideſt diuiſa in
Diſcrimen. duo cornua: dexterũ, quod anterius eſt: & ſiniſtrum: quod idẽ
poſterius. Diſcrimen, dicitur a diſcernẽdo eſt enim diſcernere,
dignoſcere. vnde diſcreti, qui rem bene diſcernunt, ſciuntq; di-
uidere bonum a malo. Secta .i. diuiſa: participium eſt a ſecor, ſe-
caris, videtur autem a ſectare, vſus hoc loco. nam ſecare perti-
net ad itineris diſcrimen, vt in fine. vj. Æneí. Ille viam ſecat ad
naueis: & ſignificat, quaſi tenere. Inde ſecta philoſophorũ: qua
alij ab alijs diuidũtur: tenentes ſuam quiſq; opinionem. ſic hoc
loco, Alij ſecant dexterum iter, hoc eſt tenent melius eſſe virtu
tem per labores acquirere, q̃ voluptatibus molliter indulgere.
Bicorne, dicitur quod habet duo cornua: & declinat̃ hic & hæc Bicorne
bicornis: & hoc bicorne. habẽt aũt virgulæ huius litere, ſe quaſi
ſint cornua. Vnde dixit. Diſcrimine bicorni. Species.) Dicitur a Species
ſpeciendo, hoc eſt videndo: licet ſpecio, in ſimplici quidẽ in vſu
non ſit. Dicitur autem ſpecies, quidquid oculis conſpicitur, hoc
eſt forma, & diſpoſitio ipſa coloris. vnde ſpeciem aliquãdo ac-
cipimus pro pulchritudine: vnde ſpecioſus. Eſt ergo idẽ, quod
forma & imago. videtur itaq; litera Pythagoræ præferre. i. per
diſpoſitionem figuræ ſuæ indicare ſpeciem. i. imaginem huma
næ vitæ. Præferre.) Eſt quibuſdam ſignis, & indicijs, aliquid Præ ſe ferre.
certo ſignificare. Sic enim homo, cuius ſeuerus videtur vultus,
omnibus eum aſpicientibus: dicitur præ ſe ferre ſeueritatem.
Nam via virtutis, &c.) Ordo eſt. Nam via virtutis exiſtens ar
dua, petit dextrum callem, hoc eſt dexteram virgulam in ipſa li
tera: & offert ſpectantibus primum difficilem aditum. i. acceſ-
ſum, ſed præbet feſſis requiem. i. locum quietis: in ſummo ver-
tice. i. in altiſſimis faſtigijs. Via lata.) Quæ in ſiniſtram tendit.
Oſtentat Molle iter, &c.) Omnia faciliora ſunt, q̃ vt exponan
tur. Dicam tamen naturam vocabulorum, & ſubinde ſentẽtias
aliorum. Via, actus, & iter, apud iuridicos diſtinguuntur. Iter Iter.
enim, eſt ius eundi ambulantis hominis, non agendi iumen- Actus.
tum, vel vehiculum. Actus, eſt ius eundi ambulantis hominis, Via.
& agendi iumentum: non autem vehiculum. Via, eſt ius eun-
di, agendi iumentum, & ducendi vehiculum. qui ergo viam ha
bet, habet actum & iter. Qui actum, habet etiam iter, ſed non
viam habet. Qui vero iter habet, ſolum ius eũdi poſſidet: nam
iter, ab eundo dicitur: & eſt quaſi itio. Vnde, facere iter, non eſt
aliud q̃ ire quaſi facere itionem, ſeu profectionem. habere iter,
eſt debere ire, vt ſi ignarus vię, crederem Romam ire, quo mihi
eundum eſt: & Venetias eo, tunc vere poſſum dicere, habeo iter
Romam, non autem facio iter Romam: ediuerſo, facio iter Ve-
netias non autem habeo iter Venetias. Eſt ergo iter ipſa itio: ſed
via, eſt ſpatium, per quod itur: ita facere viã, eſt ipſam rem face-
re. Dicebatur antiquitus etiam, ita: vnde ſemita, quaſi ſemi. i. di- Semita.
midiata & parua ita. Callis vero, eſt locus callo pedum tritus, Callis.
Callus vero, eſt ille vortex, ſeu illa duricies in manibus & pedi Callus.
bus, quam ex frequenti agitatione contraximus. Vnde fit Call e- Calleo.
re, quod per tranſlationem ſignificat callide ſcire: nam in qua re
faciũda nobis induruit callus, eam iampridem experti ſumus.
Vnde illud in epiſtolis Flacci, Dicenda, tacendaq; calles. Inde
etiam Callidus: callida: callidum, ideſt vafer, & ex multo vſu
cautior factus. Difficilemq; aditum.) Facilis, & difficilis, com
munis ſignificationis ſunt. Nam facilis, is dicitur aliquãdo qui
cito facit quod volumus: ideſt exorabilis, vt faciles dei ſunt ex-
orabiles. Vnde in Buco. Virgi. Sed faciles nymphę riſere ſacello.
Hinc etiam dicimus, facultatem quaſi facilitatem faciundi. Faci Facile.
le etiam dicitur, quod cito fit: vt facilis doctrina, quæ cito com
prehenditur: facile opus, quod facile fit: ideſt ſine difficultate. Fa
ciles etiam mores dicimus, qui leues & inconſtantes ſunt, vt q
facile, ideſt ſine diſquiſitiõe faciant. Contra, difficiles, vocamus
inexorabiles & moroſos, qui nihil faciunt, niſi exacta ad vnguẽ
ratione, quales ſunt (ſecundum Ciceronẽ) ſenes. vocatur etiam Difficile
quid difficile, quod cum difficultate fit, vt difficilem aditũ, quo Aditus.
nõ facile eſt adire &c. Aditus, aditus, aditui, quartæ declinatio-
nis: & maſculini generis, verbale eſt, a verbo adeo, adis: & ſigni Adytũ.
ficat aditionẽ, ſiue acceſſum. Sed adytum, adyti, ſecundæ decli-
nationis: & neutri generis, contrarium ſonat: eſt enim locus ſe-
cretior, in quo res ſacras reponimus: nulli præter ſacerdotẽ ac-
ceſſibilis. Dictus ab α, priuatiua particula: & δύω, quod eſt ſub-
eo, quaſi ſine acceſſu. Spectãtibus, a verbo ſpecto, participium Specto.
eſt. Specto autem frequentatiuũ eſt, verbi inuſitati. ſpecio, quod
ſignificat video: vnde plurima compoſita, reſpicio, aſpicio, con
ſpicio, &c. ſignificat autem ſpecto, frequenter aſpicio. Inde ex-
pecto, quaſi extra ſpecto, ad illum qui memoratur, vel quẽ ob-
ſeruo. Optime autem vſus eſt hic frequentatiuo. quo pigritan-
tem animum depingit. Piger enim, dum quid laborioſum vi-
det ſibi faciendum, iterum atque iterum aſpicit, quod vir ſtren
nuus quãmprimum aggreditur. Spectantibus ergo animo lan-
guido, virtus, nimirum difficilis, & ardua videtur, quæ tamẽ ſi
ſcanderimus

ſcanderimus,pulchritudine,atq; dulcedine ſua , omnem labo/
rem leniret,ſcriptum enim eſt, Iugū meū ſuaue,& onus meum
leue. quod quidem verum ijs qui iampridem ipſum ſubeūt : nā
ſpectātibus primum etiam arduū videtur:oportet ergo vt rem
aggrediamur,& operemur,ſi deos auxiliatores habere volue/
rimus. vnde Marcus Porcius Cato,apud Salluſtium in oratio/
ne De bello Catilinario, Scilicet res aſpera eſt:ſed vos eam non
timetis. Imo vero maxime,ſed inertia,& mollicia animi,alius
alium expectantes cunctamini: velut Deis immortalibus conſi/
ſi,qui hanc rempublicam ſępe in maximis periculis ſeruauere.
Non votis,neq; ſupplicijs muliebribus auxilia Deorum paran/
tur, vigilando,agēdo,bene conſulendo,proſpere omnia cedūt.
Vbi ſecordiæ te atq; ignauiæ tradideris : nequidq; deos implo/
res,irati,infeſtiq; ſunt. Hæc ille . Horatius quoq; bene ſperanti
animo,rem adgrediendam,monet in epiſtolis, dicens, Nā cur,
quæ lædunt oculos feſtinas demere,ſi quod , Eſt animum dif/
fers curandi tempus in annum? Dimidiū facti , qui bene cœpit,
habet:ſapere aude, Incipe viuendi , qui recte prorogat annum,
Ruſticus expectat, dum defluat amnis,&c. Cur. (inquit) differs
curare quod eſt.i.conſumit animum,hoc eſt vitium animū ob/
tenebrans:cum tamē ſi incœperis,facile purgari poſſet. Vt enim
dicitur in principio Digeſtorum , Vniuſcuiuſq; rei ſumma pars,
eſt principium. Audendum ergo eſt, neque deſperandum pro/
pterea ꝙ difficile eſt ad ſummam virtutem peruenire. nam vt
in eadem.j.epiſtola Horatius dicit, Qui ad ſummam virtutem
peruenire nō poteſt:conari tamen debet, vt q̄ proxime poſſit,
accedat. vnde ait , Non poſſis oculo quantum contendere Lin/
ceus, Nō tamen idcirco contemnas lippus inungi. Nec quia de/
ſperes inuicti membra Glyconis: Nodoſa corpus nolis prohibe
re chiragra, Eſt quoddam prodire tenus:ſi non datur vltra . Of/
Ob. fert:tanq; improuidus,compoſita.n.ex ob,præpoſitione,deſer
uiunt venientibus,præter ſpem, vt obijcio,obuenio,offero,op
Vertex. pono,oblatro , occino,obtulo,&c. Vertex,dicitur a vertendo,
& eſt ſummum cuiuſlibet rei faſtigium,quod vbi attigerimus,
vertendum nobis eſt,ſi progredi volumus, vnde vertex,in capi
te, vnde pili vertuntur,dicitur:& vertex montis,eſt ſummitas
eius:neq; vero propter ſummitatē,vertex dicitur. Nā in aquis,
vbi propter profunditatem non profluunt:ſed in gyrum reuer
tuntur,vorticem dicimus: antiqui enim familiariter vtebantur
o,vbi nos e: vt, Dij bene vortant. vbi nos, Dij bene vertant . Vi/
deamus ergo quanti momenti, hæc vna dictio,hoc loco ſit. Di/
cit, Via virtutis præbet requiē in vertice. per quod expreſſe vult
perſeuerandum eſſe vſq; in finem:nam non prius verticem at/
tigeris. Deinde oſtēdit perfectionem dextri itineris:quia qui per
voluptatem & carnis delicias, viam lęuam calcauerit, vbi iam
in vertice eſt: niſi per amaritudinem animæ. & per laborem cor
poris reuerſus fuerit, præceps in æterna ſupplicia profecto dela
bitur. Qui vero per laborem, per ieiunium, per excubias, cæte
rasq; pœnitentiæ parteis virtutem cōſcēderit: neq; defatigatus
fuerit, dum verticē auidis manibus prenſitauerit, illic nimirum
coronabitur: neq; ipſi qua via venerit redeundum erit. vnde eſt
quod dicit, Feſſis requiē prębet in vertice ſummo. ( Molle oſtē
tat iter via lata.) Etiam in ſanctis literis dicitur, quod lata ſit via
quæ ducit ad perditionem. hæc autem oſtendit molle, ideſt faci/
le & delicatum iter: ſed vltima meta , hoc eſt extremum tēpus
vitæ , præcipitat.i. deijcit (vt ad euangelium accēdam) in tene/
bras exteriores, vbi eſt fletus & ſtridor dētium: & voluit per ar
dua ſua, per quam rem æternitatem pœnarum conſpicere poſſu
mus. ideo enim philoſophi , cœlum perpetuo motum iri dice/
bāt, ꝙ voluatur, hoc eſt circulari motu impellatur. ſi enim dire
cto motu ageretur: quando ſpatium infinitum non eſt aliquan/
do terminū contingeret. voluit ergo, hoc eſt circūuolutat. : neq;
ſatis eſt ſemel per ſaxa cecidiſſe. Hoc eſt diſcrimen dextræ & ſini
ſtræ , etiam in euangelio de extremo iudicio videre poſſumus:
ſęd quoniam recepi poetarum, & philoſophorum dicta adduce
re: totam hāc literæ Pythagoricę deſcriptionem: in ſexto Æenei.
videre poſſumus: vbi etiam apud inferos , hæ geminæ viæ di/
ſcernuntur. Nam poſtq; deſcripta ſunt loca, in quibus erant in/
fantes inſontes, ſenes, deliri, amantes monſtroſa omnia, & im/
perfecta: quorum opera per inſipientiam, aut furorem patrata,
neq; bona omnino, neq; mala cenſeri poſſunt: ideoq; in baſi hu
ius literæ locanda progreditur ad biuium . vnde ait. Hic locus
eſt parteis vbi ſe via findit in ambas Dextera, quæ ditis magni
ſub mœnia tendit , Hac iter Elyſium nobis . at læua malorum
Exercet pœnas, & ad impia tartara mittit, &c. De hoc malorum
carcere , ſic idem Cato, Bene & compoſite C. Cæſar pauloante
in hoc

in hoc ordine, de vita & morte, diſſeruit: credo falſa exiſtimans,
ea quæ de inferis memorantur diuerſo itinere malos a bonis, lo
ca tetra, inculta, feda, atq; formidoloſa habere, &c. Huius item Dextera
rei ſic meminit Perſ. Et tibi quæ Samios diduxit litera ramos
Surgentem dextro mōſtrauit limite callē, ( Quiſquis enim du/
ros caſus, &c.) Nunc poeta commendat virtutem & econtrario
vitia damnat . Vtitur autem ſimili fere verbo, eius quod apud
A. Gellium lib. xv. capitu. j. comperies. vbi ſic ait, Adoleſcentuli,
cum etiam tum in ſcholis eſſemus ἐνθυμημάτιον.i. commenta
tiunculam, hoc Græcum quod appoſui, dictum eſſe a Muſonio
philoſopho audiebamus. Et quoniam vere, atq; luculēter dictū
verbiſq; eſt breuibus, & rotūdis vinctū: ꝑ quālibēter memine/
ramus, ἄντι πράξῃσ καλὸν μετὰ πόνου, ὁ μὲν πόνοσ οἴχεται,
τὸ δὲ καλὸν μένει, ἀντὶ ποιήσῃσ αἰσχρὸν μετὰ ἡδονῆσ, τὸ
μὲν ἡδὺ οἴχεται, τὸ δὲ αἰσχρὸν μένει.i. Si per laborem honeſte
quippiam egeris labor abit : honeſtū manet. Si per voluptatem
turpe feceris quippiā, Quod ſuaue eſt, abit: quod turpe eſt, ma/
net. Poſtea (inquit) iſtam ipſam ſententiam in Catonis oratiōe,
quam dixit Numantiæ, apud equites poſitam legimus: quæ &
ſi laxioribus paulo longioribuſq; verbis comprehenſa eſt, præ
terq; illud Græcum , quod diximus quoniā tamen prior tem/
pore, antiquiorq; eſt venerabilior videri debet. verba ex orone
hæc ſunt, Cogitate cum animis veſtris, ſi quid vos per laborem
recte feceritis, labor ille a vobis cito recedet, benefactum a vo/
bis dum viuetis, non abſcedet. Sed ſiqua per voluptatem nequi
ter feceritis, voluptas cito abibit: nequiter factū illud apud vos
ſemper manebit. Hęc ille. Xenophon quoq; in eo libello quem
ſcripſit de dictis & factis Socratis, memoratu dignis, dicit, Her
culi in infantia ſuprema, voluptatem & virtutem, habitu mu/
liebri oblatas, qui cū vtriuſq; cohortationem audiuiſſet: virtu/
tiſq; arduū iter optatum recęptaculum habere didiciſſet : con/
traq; voluptatis aditum perquā facilem, ſed finem ſane amarū,
grauibus verbis, voluptatem & nequitiam aſpernatus : virtutē
per labores & ſudores, in dextram inſequutus eſt. De hac re ſic
dicit Cicero in. j. officiorum. Nāq; Herculem Prodicus dicit, vt
eſt apud Xenophontem : cum primum pubeſceret (quod tem/
pus a natura, ad deligendum quam quiſq; viam viuendi ſit in/
greſſurus, datum eſt.) exiſſe in ſolitudinem, atque ibi ſedentem
diu ſecum, multumq; dubitaſſe: cum duas cerneret vias: vnam
voluptatis, alteram virtutis: vtrā ingredi melius eſſet: Hæc Ci/
cero. Ariſtoteles autem dicebat ſtudiorū liberaliū, amaras eſſe
radices: fructus vero dulces: ſimile eſt de virtute, quod ſic dicit
Virgilius, Quiſquis enim, &c. Ordo eſt. Enim, pro quia: q̄ſquis: Virtutis
ideſt quicunq; vicerit amore virtutis: duros caſus, ideſt omnia amor.
aduerſa, lubenti animo perpeſſus fuerit, ille.i.is: parabit.i.com/
parabit ſibi laudem & decus. At.i. ſed is, ſupp. qui ſequitur deſi/
diam , & luxum inertem : dum fugit.i. fugere conatur, incauta
mēte, labores oppoſitos.i. obiectos ſibi: ipſe turpis, inopſq; ſi/
mul tranſigit æuum.i. vitam: miſerabile.i. miſeram & deteſtabi
lem . Dicit notanter virtutis amore: quia ſi ambitioſus, pro va/
na gloria & popularibus auris bene egeris, operam ludis. Vnde
Cice. de ſomnio Scipionis, Igitur alte ſpectare ſi voles: atq; hāc
ſedem & æternā domum contueri: neque te ſermonibus vulgi
dederis, nec in præmijs humanis ſpem poſueris rerum tuarum
ſuis te illecebris, oportet ipſa virtus trahat ad verū decus , &c.
De hac re eſt diuina illa Perſij, vbi cōtra deſides loquitur, ſenten
tia, Magne pater diuum ſęuos punire tyrannos : Haud alia ra/
tione velis, cum dira libido Mouerit ingenium feruenti tincta
veneno. Virtutem vt videāt, intabeſcantq; relicta: Anne magis
Siculi gemuerunt æra iuuenci, Et magis auratis pendēs laquea
ribus enſis, Purpureas ſubter ceruices terruit imus, Imus pręci
pites : quam ſi ſibi dicat & intus Palleat infelix quod proxima
neſciat vxor ? A. Gellius in noctibus Atticis cap. j. xvij. libri, re/
fert, Stoicos dicere, Malitiam ſatis eſſe ad ſummā miſeriā . Vir/
tutē e diuerſo ad ſummum bonum, peripateticos autem cōſen
tire, malitiam quidem ſummam miſeriam conficere: negare tū
ſummum bonū, virtute ſola perfici poſſe: niſi & naturæ & for/
tunæ bona acceſſerint. Idem ipſe Gellius li. xj. ſic inquit, Philo
ſophū nomine Peregrinū, virum grauē, cui poſtea cognomētū
Proteus factū eſt, audiuimus, qui virū quidē ſapientem, nō ꝑec
caturū eſſe dicebat: etiā ſi peccaſſe eum, dei, atque hoīes ignora
turi eſſent. non.n. pœnę metu non eſſe peccandū, ſed iuſti, hone
ſtiq; ſtudio , & officio , &c. Iuxta quod iam adduxi Horatij il/
lud, Oderūt peccare boni, virtutis amore, Oderunt peccare ma
li, formidine pœnæ . ( Duros caſus.) Caſus, dicitur a cadendo:
itaq;, quia in malum cadere dicimur, & in mortem: ſępe in ma
lam

lam partẽ accipitur: verũtamen pro euentu ponitur vſq; adeo: vt etiã in bonam partẽ accipiatur: quocirca dicit, Duros caſus .i. duros euẽtus: & duros labores. Sicut .j. Ænei. vbi hæc litera, allegoricos deſcribitur, cũ dicitur, Per varios caſus, per tot diſcrimina rerũ Tendimus in latiũ, ſedes vbi fata quietas, Oſtendunt illic fas regna reſurgere Troiæ, Durate & voſmet, rebus ſeruate ſecundis, &c. Quid .n. aliud eſt tendere in Latiũ, niſi in patriam promiſſionis: in quã nimirũ per dexterũ hunc callẽ tendimus: vt .n. monſtratum eſt ille, in vertice ſummo feſſis requiẽ ꝓbet: iuxta quod dicitur ſedes, vbi fata qetas, &c. Sed non niſi in ſummo vertice. vnde &, Durate & voſmet rebus ſeruate ſecundis.

Deſidia.

¶ At qui deſidiã.) Hic manifeſte deſidiã, vt omnium virtutũ hoſtẽ exagitat. Virtutis enim (inquit Cicero) laus omnis in actione cõſiſtit, &c. Otia vero, nos ad omnia mala concitant, præcipue ad luxuriã: vnde Oui. in De remedio amoris. Queritur Ægiſtus quare ſit factus adulter? In promptu cã eſt, deſidioſus erat. Et alibi, Otia ſi tollas periere cupidinis arcus. Et Iuue. Nũc patimur lõge pacis mala ſæuior armis Luxuria incubuit, &c. Dicit aũt bene, luxũ inertẽ: quia omnino, ſegnes & inertes .i. ſine arte, nos facit: priuatq; diuinarũ rerum contemplatione: quod ſignificatur .ij. Ænei. vbi Æneas, deos videre nõ potuit: tantiſper dum Venus adeſſet: quos ea abſente cõtinuo vidit. Sũmopere aũt priſci illi Romani, inertiã fugerunt. Vñ Salluſtius, Prudentiſſimus quiſq; maxime negotioſus erat, Ingeniũ nemo ſine corpore exercebat. Optimus quiſq; facere quã dicere. Sua ab alijs benefacta laudari: ꝙ ipſe aliorũ narrare malebat. Igitur domi militiæ boni mores colebantur, &c. Quia igitur boni & ſapientis viri, eſt, non modo ſapere, verũetiã agere. Affranius (vt recitat Gellius) egregie Sapientiã ſic deſcribit, vſus me genuit, mr̃ peperit Memoria, Sophiã vocant me Graij: vos ſapientiã. Pacuuius quoq; (eodem Gellio teſte) ad ſapientẽ, vt bene agat pertinere, ſic docet, Ego odi homines ignaua opera: & philoſopha ſententia. Nihil enim indignius fieri poſſe, neque intolerantius dicebat, quam ꝙ homines ignaui, ac deſides, operti barba, & pallio mores, & emolumenta philoſophiæ: in linguę verborumq; artes conuerterent: vt vitia facundiſſime accuſarent: intercutibus ipſi vitijs madentes. Hæc illi. Hinc Iuue. Vltra Sauromatas fugere hinc libet & glacialem Oceanum, quoties aliquid de moribus audent, Qui Curios ſimulant: & Bacchanalia viuunt, &c.

Sapia.

¶ Dum fugit, &c.) i. dum fugere tentat, non etenim euitat: ſed dum incautus requiem nanciſci ſperat: ſenex rebus paternis cõſumptis: & corpore omni indulgẽtia deprauato, miſer, inops, & turpis omnibus modis, laborat. Dicit notanter incauta mente: quia ſi ſapiens eſſet, nõ ita fugeret laborem. Eſt autem quod dicit in ſermonibus Hora. Dum vitant ſtulti, vitia in contraria currunt. & in De arte poetica, In vitium ducit culpæ fuga ſi caret arte. Affectate autem videtur Virgilius tempora diuerſa ponere: cum de bono dicit per verbum de futuro, laudemq;, decuſq; parabit. non enim bonus vir continuo laudatur: licet ſibi tacite gaudere poteſt, Nam ſæpe poſt fata, hoc eſt poſt corporis mortẽ: primum gloria datur. Vnde Propertius, At mihi quod viuo detraxerit inuida turba, Poſt obitum duplici fenore reddet honos.

# P. VIRGILII MARONIS COPA.

Copa ſyriſca caput graia redimita mitella
  Criſpum ſub crotalo docta mouere latus,
Ebria famoſa ſaltat laſciua taberna,
  Ad cubitum raucos excuciens calamos.
Quid iuuat æſtiuo defeſſum puluere abeſſe,
  Quàm potius bibulo decubuiſſe toro?
Sunt cuppæ, calices, cyathi, roſa, tibia, chordæ,
  Et trichila vmbriferis frigida arundinibus.
En & męnalio quæ garrit dulce ſub antro:
  Ruſtica paſtoris fiſtula in ore ſonat.
Eſt & vappa cado nuper diffuſa picato:
  Et ſtrepitans rauco murmure riuus aquæ.
Sunt etiam croceo violæ de flore corollæ:
  Sertaq; purpurea lutea miſta roſa:
Et quæ virgineo libata Achelois ab amne
  Lilia vimineis attulit in calathis.
Sunt & caſeoli, quos ſirpea fiſcina ſiccat:
  Sunt autumnalis cerea pruna deæ,
Caſteneæq; nuces, & ſuaue rubentia mala.
  Eſt hic munda ceres: eſt amor: eſt bromius.
Sunt & mora cruenta, & lentis vua racemis,
  Et pendens iunco cœruleus cucumis.
Eſt tuguri cuſtos armatus falce ſaligna,
  Sed non & vaſto eſt inguine terribilis.
Huc Alibida veni: feſſus iam ſudat aſellus:
  Parce illi: veſtrum delicium eſt aſinus.
Nunc cantu crebro rumpunt arbuſta cicadæ:
  Nunc etiam in gelida ſede lacerta latet.
Si ſapis æſtiuo recubans nunc proluc vitro,
  Seu vis cryſtallo ferre nouos calices,
Hic age pampinea feſſus requieſce ſub vmbra:
  Et grauidum roſeo necte caput ſtrophio.
Formoſum teneræ decerpent ora puellæ.
  Ah pereat cui ſunt criſpa ſupercilia.
Quid cineri ingrato ſeruas bene olentia ſerta?

DOMITIVS.

Copa Syriſca.) Omnis hui⁹ opuſculi ſumma, eſt, vt hortet̃ Mecœnatẽ & ſocios ad voluptatẽ: inſinuatiõe quadã vtens Copę Mecœnatis libertę: q̃ a loco ſic noiata. Græce apud Orchomenon, Boetię ſunt enim copæ, iuxta Cephiſum amnẽ, q lacũ facit, Copaidẽ nominatũ. ¶ Syriſca.) Quę venerat ex Syria. ¶ Graia mitella.) Fuit .n. mitra, ornamẽtũ capitis: primum, apud Mœonios: deinde Ægyptij & Syri vſi ſunt: teſte Hero. Vir. Mœonia mẽtũ mitra, crineſq; madẽte. ¶ Crotalo.) Crotalũ, inſtrm̃ muſicũ, quo Ægyptij in deoꝝ ceremonijs vtebant̃: & quidã a cruo, quod eſt pulſo, denoiarũt, Nõnulli Græcoꝝ, pro plauſtro reſonãte, poſuerũt, Alij, annulũ ex ære factũ, q ſecreto baculo percutiebat̃, ad ſonitũ red dẽdũ intellexerũt. ¶ Calamos.) Fiſtulas q̃s ipſa pulſabat. ¶ Raucos.) Sonoros. ¶ Ad cubitũ.) i. quietẽ. ¶ Bibulo.) Nã q dormiũt, vident̃ bibere, ſuſurrãdo i ſomno. ¶ Copæ.) Vaſa vinaria. ¶ Chorde.) Citharæ. ¶ Triclinia.) Lecti erãt: vel triclinia, i qb⁹ veteres comedebãt. ¶ Harũdinib⁹.) Quę ſolebãt apponi ad voluptates. ¶ Mœnalio.) Archadico .i. q̃les ſolent eẽ i mõte Archadiæ, vbi ſolebãt paſtores. Et ẽt põt referri ad Euãdrũ, q venerat ex Archadia, vbi erat Palãteũ & palatiũ cõdiderat. ¶ Vappa.) Vinũ aſperũ, & foetidũ: & vappa dr̃, vinũ euaporatũ .i. quod amiſit ſaporẽ. ¶ Picato.) Nigro: vel a pice. Lege Martia, ¶ Corollę.) Dicunt̃ a coro: & ſic a corona, Cecropio, apud Himetũ, mõtẽ Atheniẽſem, ſolẽt adeſſe apes. ¶ Lutea.) rubicũda: apud Buc. Mollia luteola. ¶ Achelois.) Nympha fuit Acheloi: filię .n. Acheloi: dicũt̃ ſyrenes: vt idẽ Virg. Alibi, Syrenũ cãtus varios Acheloia ꝑles. ¶ Fiſcina.) Caniſtrũ & calathus. ¶ Bromius.) Cognomẽ Bacchi: eſt a bromo, qđ eſt cõſumo: vino .n. moderate ſumpto, oẽs humores repellunt̃. ¶ Tuguri.) Caſa paſtoralis. ¶ Cuſtos.) Priapus. ¶ Saligna.) Ex ſalice factus. ¶ Alybida.) Priape ab Alybidibus, apud quos in venerationẽ eſt. ¶ Illi.) Aſello. ¶ Vr̃i.) i. quod hr̃ ex vobis. ¶ Vitro.) Cyato vitreo. ¶ Æſtiuo.) Optimo & apto tẽpore æſtatis. ¶ Strophiũ.) Coronã. ¶ Decerpes.) Capies. ¶ Priſca pereant.) Illi q ſeruãt grauitatẽ, vt priſci nr̃i habuere. ¶ Cineri ingrato.) Nihil ſentiẽti. alibi idẽ Virg. in .vj. Æneid. Flebãt & cineri ĩgrato ſuprema ferebãt, ſolebãt .n. ſepulchra, vnguẽtis, & floribus odoriferis, ſpargere antiq: quod teſtatur Tibullus, dicens, Illic q̃s mittit diues Pãchaia merces, Æoiq;, Arabes, diues, & Aſſyria. ¶ Pone.) Para, & funde vinum. ¶ Curat.) Qui ſeruat voluptatẽ ad diẽ craſtinum.

Crotalum.

Cruo.

Vappa.

Bromo

Alybida.

Autũnali, alij autũnalis.

Die, alij duæ.

ASCENSIVS.

Copa Syriſca.) Carmen hoc elegiacum, quod Virgilio ab omnibus adſcribitur, facile quidem eſt expoſitum: ſed non minus delicioſum, ꝙ quæ ab epigrammatiſtis, ac elegiacis ſcribi ſolet: vt ſciamus & elegiacum Maroni nõ fuiſſe penitus negatum. Inuitat autem

Sedet, alij latet

Eia, alij Hic.

An'ne coronato vis lapide iſta tegi?
Pone merum,& talos.pereat qui craſtina curat.
Mors aurem vellens,viuite ait,venio.

tem Mœcenatem ad voluptatem: ſic tamen: vt prudentes potius ab ea retrahat. Ná concluſurus opus ſic, Pone merum & talos, pereat qui craſtina curat. Addit, Mors auré vellens viuite (ait) venio. Pro quo, quidam mẽdoſe legunt, Mors autem veniens. Vellere vero aurem, accipi ſolet, pro eo quod eſt admonere: admonentes enim, id facere ſolebant: nam auris, Memoriæ dicata eſt: vt in Bucoli. Cynthius aurem vellit & admonuit. quia vero omnia manifeſtaria ſunt finem facio: hoc ſolum monuiſſe contentus.

## ROSA.

Er erat: & blando mordentia frigora ſenſu,
Spirabat croceo mane retecta dies:
Strictior eoos præceſſerat aura iugales,
Æſtiferum ſuadens anticipare diem.
Errabam riguis per quadra & compita in hortis,
Maturo cupiens me vegetare die.
Vidi conctetas per gramina flexa pruinas
Pendere: aut olerum ſtare cacuminibus:
Caulibus & patulis teretes colludere guttas,
Et cœleſtis aquæ pondere tunc grauidas.
Vidi pæſtano gaudere roſaria cultu
Exoriente nouo roſcida lucifero.
Rara pruinoſis canebat gemma frutetis
Ad primi radios interitura die.
Ambigeres, raperet'ne roſis aurora ruborem:
An daret: & flores tingeret orta dies.
Ros vnus: color vnus: & vnum mane duorum:
Syderis,& floris eſt domina vna Venus.
Forſan & vnus odor. ſed celſior ille per auras
Diſflatur: ſpirat proximus iſte magis.
Communis Paphie dea ſyderis,& dea floris
Præcipit vnius muricis eſſe habitum.
Momentum intererat, quo ſe naſcentia florum
Germina comparibus diuiderent ſpatijs.
Hęc viret anguſto foliorum tecta galero:
Hanc tenui folio purpura rubra notat.
Hęc aperit primi faſtigia celſa obeliſci
Mucronem abſoluens purpurei capitis.
Vertice collectos illa exinuabat amictus,
Iam meditans folijs ſe numerare ſuis.
Nec mora: ridentis calathi patefecit honorem,
Prodens incluſi ſemina denſa croci.
Hęc, modo quæ toto rutilauerat igne comarum:
Pallida collapſis deſeritur folijs.
Mirabar celerem fugitiua ætate rapinam:
Et dum naſcuntur, conſenuiſſe roſas.
Ecce & defluxit rutili coma punica floris:
Dum loquor: & tellus tecta rubore micat.
Tot ſpecies, tantoſq; ortus, varioſq; nouatus
Vna dies aperit: conficit vna dies.
Conquerimur natura breuis quod gratia florum eſt:
Oſtentata oculis ilico dona rapis.
Quàm longa vna dies: ætas tam longa roſarum:
Quas pubeſcenteis iuncta ſenecta premit.
Quam modo naſcentem rutilus conſpexit eous:
Hanc rediens ſero veſpere vidit anum.
Sed bene: quod paucis licet interitura diebus,
Succedens æuum prorogat ipſa ſuum.
Collige virgo roſas: dum flos nouus,& noua pubes.
Sed memor eſto æuum ſic properare tuum.

### DOMITIVS.

Ver erat.) Opuſculum Virgilij de Roſa: in quo virgines hortat ad voluptaté percipiendam: & pariter viros ĩtelligere poſſumus erudiri ad ætatis ſuæ commoda percipienda: ita.n. pulchritudo,& virginum decus præterit, & breue tẽpus ſortitæ ſunt, ſicut roſa q̃ mane aperta,& viuacitaté oſtendens, peracto die languida & fragilis vero rubore deperdito apparet. ¶ Ver.) Tẽpus veris, quo omnia florent. ¶ Reuecta) Reducta. ¶ Croceo.) Purpureo, propter Autorę ruborem. ¶ Strictior.) Quia noctes ſunt breuiores. ¶ Anticipare.) Añ cape. ¶ Quadrua.) Quadrata. ¶ Riguis.) Aſperſis. ¶ Vegetare.) Viuaciorem me eſſe. ¶ Pruinas.) Rores. ¶ Gramina.) Herbas. ¶ Guttas.) cõgelatas. ¶ Grauidas.) Caules oppſſos pruinis. ¶ Pęſtano.) Pęſtum, oppidum in Campania, abũdantiſſimum roſarum, vnde, Biferiq; roſaria Pæſti. ¶ Lucifero.) Stella matutina. ¶ Canebat.) Albeſcebat. ¶ Roſida.) Plena rore, ad primos radios: quia quando ſol oritur, roſa liqueſcit. ¶ Duorum.) Aurorę & floris, color vnus. ¶ Ille.) Color floris, dea Venꝰ, dea floris, & ſtellæ. ¶ Murex.) Conchile, quo tingit purpura hęc roſa. ¶ Galero.) Appellat galerum, illa folia, q̃bus veſtitur roſa. ¶ Obeliſcus.) Amianus Marcellinus dicit, obeliſcum, lapidem aſperrimum in figura metæ: cuiuſdam ſenſim a proceritate in celſum conſurgenté eſſe & vt radium imitetur paulatim gracileſcenté: ſpẽq; quadrata in verticem productũ anguſtũ, manuq; artificis leuigatũ, ad cuius ſimilitudiné roſæ ipſius tumorem: noſter hic poeta, obeliſcum appellat: roſa videt obeliſcus, anteq̃; aperiatur. ¶ Mucroné.) Cuſpidem. ¶ Illa.) Alia roſa. ¶ Exinuabat.) Explicabat. ¶ Amictus folijs.) Quæ ſunt tanq̃; amictus. ¶ Meditans.) Cogitans Roſa, q̃n eſt aperta, vt calathus. ¶ Ridés.) i. lætus. ¶ Rutilauerat.) Splenduerat: ſed facta eſt pallida. ¶ Punica.) Rubicunda. ¶ Rubore.) Roſaꝝ. ¶ Nouatus.) Nouationes. ¶ Iuncta.) Coniuncta & vicina. ¶ Æuũ.) Suũ, quia roſa viuit longo tpe: nomine, & fama, atq; gloria, Oui. in amoribus, Veturæ memores iam nunc eſtote ſenectæ, Sic nullum vobis tp̃s abibit iners.

Obeliſcꝰ

### ASCENSIVS.

Ver erat &c.) Hoc quoque carmine poeta (ſiue, vt vir doctiſſimus Hieronymus Aleander aſſerit Auſonius eſt) nos ad voluptaté inuitare videtur: ſed prudentes magis deterret ab eius illecebris. Nam ſi (vt Iob dicit) Homo, quaſi flos egreditur, & cõteritur, & fugit, velut vmbra: ſtultus erit quiſquis in hac tam fragili vita, qui beatitudiné ſuam conſtituerit, & voluptati inhiauerit: vnde poeta concludens opus his verbis, Collige virgo roſas, dũ flos nouus & noua pubes, Et memor eſto ęuũ ſic properare tuum. non tam ad voluptatem q̃; ad laudabilia opera faciẽda cohortatur. Cæterum cum omnia facilia ſint pauciſſima, præter Calderinum, elucidabimus. ¶ Blando morſu.) Quia ſunt frigora brumalia, quę lædãt. vnde in Bucolicis, Ah ne te frigora lędant: ſunt & æſtiua, quæ delectẽt: vt in eiſdẽ, Frigus captabis opacũ. ¶ Croceo mane.) i. matutino tempore. Plautus tñ declinauit, dicens, a mani ſm Seruiũ ¶ Iugales Eoos.) i. equos ſolis ab Oriẽte veniẽtes. ¶ Rara gẽma.) Groſſus ab euãgeliſta vocatur, in vite notus, vnde pampinus exit: ſic hic. vnde roſa, Venus eſt domina, quia Lucifer & Heſperus ſtella eſt Veneris. ¶ Forſan & vnus odos.) i. odor: vñ de Venere in .j. Æneid. Ambroſiæq; comæ diuinum vertice odorem. ¶ Spirauere, dea Paphię.) Paphos ciuitas Cypri, vbi Venus q̃ Paphia inde dicitur, præcipue colitur: vnde .j. Æneid. Ipſa Paphum ſublimis abit, ſedeſq; reuiſit Læta ſuas, &c. ¶ Conquerimur natura.) Ordo eſt. O natura nos conquerimur, q; gratia florũ eſt breuis, &c. ¶ Eous.) i. ſol. ¶ Anum.) Ideſt vetulam.

Herbis, alij hortis.

Eſt, alij nam.

Peperit alij apit

Ipſa, alij vna.

# DE ÆTATIBVS EST ET NON.

Est, & nõ cũcti monoſyllaba nota frequẽtãt.
His dẽptis, nihil ẽ hoim qđ ſermo volutet.
Omnia ĩ his, & ab his ſunt oĩa: ſiue negoti,
Siue otij quicq̃, ſeu turbæ, ſiue quietis,
Alterutro pariter nonnunquam, ſæpe ſeorſis.
Obſiſtunt ſtudijs, vt mores, ingeniumq́;,
Et faciles, vel difficiles, contentio nata eſt.
Si conſentitur, mora nulla interuenit, eſt, eſt.
Sin controuerſum, diſſenſio ſubiciet non.
Hinc fora diſſultant clamoribus: hinc furioſi
Iurgia ſunt Circi: cuneati hinc læta theatri
Seditio: & tales agitat quoq; curia lites.
Coniugia & nati cum patribus iſta quietis,
Verba ſerunt ſtudijs, ſalua pietate loquentes.
Hinc etiam placidis ſcola conſona diſciplinis,
Dogmaticas agitat placido certamine lites,
Hinc omnis certat Dialectica turba ſophorum.
Eſt lux: eſt́ne dies tergo non conuenit iſtuc.
Nam facibus multis, aut fulguribus quoties lux,
Eſt nocturna homini, non eſt lux iſta diei.
Eſt & non igitur, quoties lucem eſſe fatendum eſt:
Sed non eſſe diem. mille hinc certamina ſurgunt.
Hinc pauci & multi quoq; talia commeditantes
Murmure concluſo rabioſa ſilentia rodunt.
Qualis vita hominũ: duo quã monoſyllaba verſant.

DOMITIVS.

Eſt, & nõ.) Deridet dialecticos & ſophiſtas, quorũ omnis ſcientia nugax & vana eſt: nec aliud cõtinet q̃; eſt, & non. Fatemur hmõi diſputationibus, ingeniũ reddi acutius: ſed tamen barbarius fieri: in primis autem effectum eorum exponit. inde hypotethicum quendam ſyllogiſmum adducit. Cũcti.) Mortales. Illorũ.) Dialecticorũ hominum. Oti.) Quietis. Alterutro.) Vnum dicimus. Obſiſtunt.) Aduerſantur. Seorſis.) A ſe remotis & incognitis, vt mores ſunt illorum, ſic & diſputant. Si conſentitur.) Ab aduerſario. Subijciat.) Subiungat: & dicat aduerſarius non eſt verũ: ſubito fiunt cõtrouerſię. Cũneati.) Ad ſimilitudinem cunei facti. Coniugia.) Maritus & vxor agitant hęc: eſt, & non: ſic & nati faciunt cum patribus. Conſona.) Conueniens. Agitat.) Mouet lites. Dogmaticas.) Dogma ſignificat decretũ, & iudiciũ, atq; deliberationem. Sophoꝝ.) Sapientium. Eſt lux.) Exemplum ponit hypotheticorum ſyllogiſmorum, quorũ ſpẽs ſunt qnq; ſyllogiſmorũ: dialecticorũ, octo & decem traduntur: Eſt lux.) Fateris eẽ lucem: ergo, eſt dies. Non eſt lux.) Nõ eſt dies. Certamina.) Diſputatiões. Qualis vita.) Exclamatio poetæ, q miratur ꝙ ſemper vita hominum verſatur in his monoſyllabis, eſt, & non.

Scđm aliquos, icertiau thoris. Turbida, alij turbæ. Si diſſentit, alij ſin controuerſum. Lata, alij læta.

ASCENSIVS.

Eſt, & nõ.) Deridet (inqt Calderinus) dialecticos. Mihi quoq; deflere videtur, miſeram mortalium ſortem, ſub tanta ignoratione degentiũ: vt nihil certo ſciant, quod magni viri aſſeruiſſe leguntur. Eſt lux.) Argumentum ſophiſticum. Quandocũq; lux eſt, dies eſt; Noctu dum faces accẽdũtur, lux eſt, ergo dies eſt.

Fulguribus, alij fulgoribus.

# DE ÆTATIBVS ANIMALIVM.

Per binos, deciesq́; nouẽ ſupexit in annos
Iuſta ſeneſcẽtũ, quos implet vita virorũ.
Hos nouies ſupat viuẽdo garrula cornix.
Et q̃ter egredit Cornicis ſæcula Ceruus.
Alipedẽ Ceruũ ter vincit Coruus. at illũ
Multiplicat nouies Phœnix reparabilis ales.
Quem nos perpetuo decies præuertimus æuo,
Nymphæ Hamadryades: quarum lõgiſſima vita eſt,
Hæ cohibent fines viuacia fata animantum.
Cætera ſecreti nouit Deus arbiter æui.

ASCENSIVS.

Per binos.) Sũt qui hos verſiculos præponant Treis ãnos ſepes, & treis ſepes canis explet, Tresq; canes bñ viuit equus: ſed equos homo ternos. Per binos &c.) i. per nonaginta treis annos, hoc ẽ ꝑ treis curſus Saturninos viuit homo, ad iuſtã ſenectã ꝑtingens. Sunt enim qui quartum addũt: ſed meliore luto cõditi, aut regimine præditi. Hos nouies.) Scilicet viros. Phœnix reparabilis ales.) Dicitur. n. ſola auis eſſe: & ad vltimũ vitæ, ligna colligere: & odoribus, ac calore ſolis, flatu alarum adiuto incendere: incẽſaq; intrare: & ex cineribus, ac rore cœli, nouã renaſci. De ætatibus aũt cornicis, cerui, & corui, Plynium legito. Hamadryades.) Sunt nymphæ ſyluarũ, quas cum ſyluis oriri, & interire dicũt: vnde priſci, ſemideos diu quidem viuere, ſed aliquãdo mori dicebant.

Phœnix. Per, alij Ter. Et, alij at. Præuertimur, alij præuertim⁹

# XII. LABORES HERCVLIS.

Prima Cleonæi tolerata erumna Leonis.
Proxia Lernęã ferro & face cõtudit Hydrã.
Mox Erymantheũ vis tertia perculit aprũ.
Aeripedis q̃rto tulit aurea cornua Cerui.
Stymphalidas pepulit volucres diſcrimine quinto.
Threiciam ſexto ſpoliauit Amazona balteo.
Septima in Augeæ ſtabulis impenſa laboris.
Octaua expulſo numeratur Adorea Tauro.
In Diomedeis victoria nona quadrigis.
Geryone extincto decimam dat Iberia palmam.
Vndecimum mala Heſperidum diſtracta triumphũ.
Cerberus extremi ſuprema eſt meta laboris.

ASCENSIVS.

Prima &c.) Monoſtichis. i. ſingulis carminibus, dſcribit erũnas, atq; labores Herculis: quos varij, varie referũt: ſed & multi memorãtur hercules: vſq; adeo, vt omnes viros fortes, Hercules cœperint nũcupari. veꝝ poetę ſuo more aſcribũt, vni Iouis ex Alcmena, Amphitrioĩs cõiuge, filio, oĩa q̃ Hercules geſſiſſe dr facinora: quoꝝ Maro, binis epigrãmatis duodecim enumerat: ſed nõ eodẽ ordie vt ĩ explanatiõe videbim⁹, q̃ eũ ordie talis ẽ. Pria erũna. i. calamitas & pſequutio Euryſthei, Mycenaꝝ regis. (Nã. xlv. annos illic regnauit, & Herculẽ Iunonis iſtinctu, ad varia mõſtra domãda miſit: eo qdẽ aio, vt tãdẽ ſuccũbat. veꝝ glorioſior ide ſemꝑ emerſit, vñ hercules dict⁹ q̃ſi ἥρασ κλέοσ. i. Iunonis glia) tolerata. ſ. ab Hercule, eſt, ſup. leõis Cleonei. i. iuxta Cleonas, oppidũ ĩ ſylua Nemea iterfecti: vñ Stati⁹, Illi⁹ ĩ ſpẽm, q̃ Perteumeſia tẽpe. Amphitrioniades factũ iuuenilibus armis, Añ Cleonęi veſtit ꝑlia mõſtri. Hic leo (vt recitat Sipõtinus) ĩ cœlũ dr tráſlatus, a Ioue pr̃e, vt Herculis gloriæ cõſuleret, ꝙ eũ in erũnis occiderat: & ꝙ hæc pria Herculis adoleſcẽtis certatio fuerat. Eius ſimulacbrũ virgini ꝓximũ eſt. Nigidi⁹, hũc Leonẽ tradit a luna iuſſu Iunonis ĩ terra Archadicã, & regiõe Nemeę educatũ, & deinde in exitiũ Herculis dimiſſum, quẽ Hercules iuſſu Euryſthei, claua quã a Molorcho hoſpite accęperat, iter fecit. Itaq; poſtea, claua ꝓ gladio, pelle leõis ꝓ ſcuto, vſum Herculẽ fuiſſe: leonẽ vero a Iunone inter ſydera relatũ, q ad occaſum ſpectãs: ſupra caput hydrę cõſtitutus. Dict⁹ eſt & Neme⁹ leo, a nemea ſylua ĩter Cleonas, & Phliũtẽ: in q̃ Argiui, ob Herculis memoriã Nemea ſacra celebrare cõſueuerũt. Sũt ãt Cleonę, oppidũ in via ſitũ, q̃ ex Argo Corinthũ ducit: diſtatq; ab Argo, ſtadijs. cxx. a Corintho vero. lxxx. vñ hic, Cleonęi leõis: & apud Lucanũ, Ille Cleonęi ꝓiecit terga leõis. Proxia. ſ. erũna i. ſcđa, q̃ eſt ꝓxĩa a pria, hoc ẽ Hercules ĩ ſcđa erũna: cõtudit ferro, & face. i. igni: hydrã. ſ. ſerpẽtẽ aquatilẽ: Lernęã. i. in Lerna lacu verſari ſolitã: quã Hercules, cũ totã regionẽ deuaſtaret, prĩo claua percuſſit: ſed cũ amputato vno capite, cõtinuo bina renaſcerẽtur, congeſta lignoꝝ ſtrue: in cauernis abditã, igni excuſſit, atq; deleuit: vnde Maro noſter alibi, Quinquaginta atris immanis hiatibus hydra. & Seneca, Quid ſæua Lernæ mõſtra numeroſum malũ: Nũ igne demũ vicit, & docuit mori? hoc ideo fictũ quidã exiſtimant,

Leo. Herculis erũnæ. Argeis, alij Augeæ.

ſtimant, quia cum Lernæ palus, frequenter ſiccaretur, ac denuo
impleretur aquis, Hercules deprehendit venas terræ incendio
poſſe præcludi: atq; ideo poſtq; exhauſit eam, ignẽ adhibuit: &
ſiqua vnda prorumpebat, obſtruxit: hinc mõſtro hydræ, nomẽ
fabulæ impoſuerunt: quoniam ὕδωρ, aquam ſignificat. Mox. ſ.
paulopoſt: vis tertia ſ. Herculi: facta. i. violentia, aut vis. i. virtus
Hydra. tertia: perculit (a percello.) i. percuſſit: aprum. i. ſuem ſilueſtrẽ:
Erymantheũ. i. Archadicum, ab Erymantho, ſylua Archadiæ de/
nominatũ. Hercules enim aprum, miræ magnitudinis Archa/
dicum agrum vaſtantem occidit. vel (vt quidam volunt) viuũ
cæpit, & detulit Euryſtheo. Sene. Solitumq; denſis Hiſpidum
Eriman thus. Erymãthi iugis Archadica quærere enemora Menalium ſuem.
Dictus eſt hic aper: Menalius, a Menalio Archadiæ monte, quã/
Aper. uis & oppidũ ſit eiuſdem nominis, quod & Menala dicitur. Et,
Mena/lius. ſup. Hercules, tulit, ideſt abſtulit: quarto. ſ. loco: aut quarto labo
re, cornua aurea cerui aeripedis. i. aerios, hoc eſt veloces pedes
habentis, vt per apherеſim, aut ſynæreſim: æripedis, pro aeripe/
dis, dictum ſit: vt Æneі. vj. Fixerit Aeripeden ceruam licet aut
Erymanthi. Erat enim illic, dicit, cerua, vt hic, ceruus aureis cor
nibus, & pedibus (vt quidam dicunt) æreis, vt alij, aereis, ideſt
velociſſimis: quam vel quem, Hercules curſu ſuperauit in Me/
nalo, monte Archadiæ, & ſpoliauit. Et pepulit. ſ. a ſedibus ſuis:
volucres, ideſt aues aquaticas: Stymphalidas, ideſt in Stympha
lo, lacu Archadiæ immorantes: dicuntur autem fuiſſe tãtæ ma
Stym/phalus. gnitudinis, vt ſolis radios obumbrarent. omnẽ Archadiam de/
uaſtantes. Eſt aũt Stymphalus, Archadiæ lacus, ex quo Eraſinus
fluuius erũpit in Æginam terram, quondam vero exitum non
habebat: vrbs autem vicina, Stymphalum dicitur: pepulit, dico,
diſcrimine. ſ. periculo & labore quinto: & ſpoliauit Amazona
i. reginam Amazonum: Threiciã. i. iuxta Thraciam, & Scythas
regnantẽ, ſpoliauit, dico, baltheo. ſ. aureo, quẽ ad Euryſtheũ er/
Amazõ portauit. Sẽ. Non vicit illũm cælibis ſemper tori Regina gẽtis
Vidua Thermodontiæ. Dicitur autem Amazon, quaſi ſine mã/
milla: eo ꝙ alteram inurunt, vt alibi ſatis dictum eſt. ſploiauit
autem ſexto. ſ. diſcrimine, aut periculo. Septima impenſa labo/
ris,

ris, eſt, ſup. in ſtabulis Argeis, ideſt Argiuis, vbi ferocientem tau
rũ interfecit. Octaua Adorea. i. octaua laus bellica. Sic enim in/
terpretatur Adorea, ab Acrone: eo ꝙ victores adorẽtur a victis.
vnde & Feſtus, Adoreum laudem, dicebant gloriam, & glorio Adorea
ſum putabant eſſe, qui farris copia abundabat. Ply. autem, glo/
riam deniq; ipſam a farris honore, adoreum appellabant. Ergo
octaua adorea, ideſt laus, numeratur tauro expulſo: alij legunt,
numeratur octauo, vt ſit diſcrimine, aut labore. Et loqtur de tau
ro, Atticam regionem deuaſtante. Sene. Taurũq; centũ, non le/
uem populus metum. Victoria nona, ſup. numeratur: in quadri
gis. i. equis quadriiugalibus Diomedeis. i. quos humanis carni/
bus aluerat, Diomedes Biſtonius. i. Thracius. vnde Sipontinus, Diome des.
Præterea Hercules, Diomedẽ Thraciæ regem, dirũ, ac ſanguina
rium hominẽ, qui equos ſuos aduenarũ carne, in Tyrida, Thra/
ciæ oppido, paſcebat: occidit, eũq; iumentis ſuis epulandũ ap/
poſuit. Seneca, Quid ſtabula memorẽ diri Biſtonij regis. Nã Bi/ Biſtoni⁹
ſtonis, ſtagnũ, & regio Thraciæ, a Biſtone rege denominatur. Hi Geriões
beria i. Hiſpania, dat decimam palmam: Gerione. ſ. rege Hiſpa/
niorum tricorpore: extincto. i. interempto, cui & boues abſtu/
lit: e quibus Cacus, nõnullos furatus, in Italia ab eodem occi/
ſus eſt: vt Æneі. viij. late ſcribitur: dicitur aũt tricorpor, quia tri/
bus inſulis præfuit. Mala Heſperidum. i. Athlantidum puellaꝝ,
quæ aurea mala. i. poma, habuerunt diſtracta. ſ. per Herculẽ, oc
ciſo peruigili dracone, ſup. dant vndecimum triumphum: vnde
Lucanus, Abſtulit Arboribus pretium, nemoriq; laborẽ Alci/
des, paſſusq; inopes ſine pondere ramos, Pertulit Argolico ful
gentia poma tyranno. ſ. Euryſtheo, Sunt qui per poma, oues in/
telligant, quia Græce μῆλα & poma & oues ſignificant, & per
draconẽ, paſtorẽ earum cuſtodẽ. Cerberus, canis triceps, tripli Cerbe/rus.
cẽ Plutonis poteſtatẽ ſignificãs apud inferos: eſt ſuprema. i. vlti
ma meta extremi laboris. Nam cũ Perithous ad inferos detru/
ſus eſſet, acceſſit eo cũ Theſeo, & Cerberũ canem tricipitẽ ad ſu
peros traxit: e cuius vrina inter cotes ſparſa, Aconitũ natum fin
gitur. Sunt aũt plures alij labores Herculis, vt de Antheo, & Bu
ſiri, & Acheloo, & Caco: ſed nos quoq; his contenti ſumus.

## DE IISDEM.

COmpreſſit nemeæ primum virtute Leonẽ.
Ext ncta eſt anguis, quæ pullulat Hydra ſe/
cundo.
Tertius euictus Sus eſt erymãthius ingẽs.
Cornibus auratis Ceruum necat ordine quarto.
Deijcit horriſono quinto Stymphalidas arcu.
Abſtulit Hippolytæ ſexto ſua vincula victę.
Septimus Augeæ ſtabulum labo egerit vndis.
Octauo domuit magno luctamine Taurum.
Tum Diomedis equos, nono cum rege peremit.
Geryonem decimo triplici cum corpore vicit.
Vndecimo abſtractus vidit noua Cerberus aſtra.
Poſtremo Heſperidum victor tulit aurea mala.

ASCENSIVS.

COmpſſit, &c.) (Si mõ
idẽ eſt author) alijs ꝓ
ſequitur verbis: quo
circa, qa fabulas ſatis aperui/
mus: erimus ordine cõtenti,
qui talis eſt. Hercules, ſupple
cõpreſſit primũ leonem: Ne/
meæ. ſ. ſylue: virtute. ſ. ſua: ve
runtñ dicitur adhuc in cunis
poſitus: ſerpentes fraude Iu/
nonis immiſſos, ſtrãgulaſſe:
vñ nõ dicemus hunc primũ
laborẽ fuiſſe: ſed primũ narra
tũ: niſi dicamus additum eſſe
virtute, ad diſcretionẽ eoꝝ, q̃
geſſit non virtute, ſed diuino
auxilio adiutus. nõ enim ve/
roſimile eſt, infantẽ angues
potuiſſe necare, niſi Iuppiter
pr̃ auxilio fuiſſet: Hydra an-
guis, quæ pullulat qa amputatõ vno capite bina renaſcebatur.
Sus, i aper Erymanthius: ingẽs. i. valde magnus, euictus eſt ter/
tius. ſ. ordine. Et necat ordinę q̃rto ceruũ, auratis cornibus. i. ha
bentẽ cornua aurata. Et deijcit Stymphalidas. ſ. volucres, arcu
horriſono. i. horribiliter ſonãte: qnto. ſ. ordine. (Prius ſecundã
corripuit, dicẽs, Stymphalidas pepulit volucres. Eandẽ tñ hic
ꝓducit, ſicut & Martialis, dicẽs, Aeripeden ſyluis ceruã, Stym
phalidas vndis abſtulit. Itẽ in. vj. Geruam, cum Martiale po/
ſuit
ſuit hic, & ꝓus ceruũ: ſed cor
nua ceruo cõgruũt.) Abſtu/
lit. ſ. Hercules, Hippolytæ. ſ.
Amazonũ reginę victæ. ſ. a ſe
ſua vincula. i. balthea, quibus
vinciebat̃. Septim⁹ labor ege
rit vndis ſtabulũ, Argei. ſ. tyrã
ni. Et Hercules domuit octa
uo. ſ. diſcrimĩe aũt labore tau
rum. ſ. ferociẽtẽ, & Atticã re/
gionẽ deuaſtãtẽ: domuit (in/
qt) magno luctamine. Tũ. i.
deinde. ſ. nono, ſupp. labore.
aut luctamine, ſupp. domuit: Argei: alij Au/geæ.
equos Diomedis. ſ. Thracij: q
humanis carnib⁹ ab eo paſce/
bãtur: cum rege. ſ. Diomede, Perem/pto: alij peremit.
perempto. ſ. a ſe. Et vicit deci
mo. ſ. labore: Geryonẽ. ſ. regẽ
Hiſpaniarũ: cũ triplici corpo/
re, i. habentẽ triplex corpus:
& id poetice. aut cum triplici cor. i. cum triplici exercitu, ex tri/
bus inſulis collecto: Cerberus. i. canis infernalis: abſtractus. ſ. ab
inferis: vidit aſtra noua. i. quæ non prius viderat: (cum tñ apud
inferos aſtra, teſtetur in. vj. dicens, Solemq; ſuũ ſua ſydera no/
runt.) Vndecimo. ſ. labore: prius aũt dixit, vltimo: vñ nõ obſer
uat ordinẽ rei geſtæ. Et Hercules victor, tulit poſtremo. ſ. labo/
re. i. per poſtremum laborem, quem vndecimum prius poſuit:
mala. i. poma aurea: Heſperidum. ſ. puellarum, in Heſperia mi/
nore degentium.

## MVSARVM INVENTA.

CArmina Calliope libris Heroica mandat.
Liò geſta canens tranſactis tempora reddit.
Dulciloqs calamos Euterpe flatibus vrget.
Melpomene tragico ꝓclamat mœſta boatu.
Terpſicore affectus citharis mouet: imperat, auget.

ASCENSIVS.

CLio, hiſtorias iuenit:
Melpomene, tragœ/
dias: Thalia, comœdi
as: Euterpe, tibias: Terpſicoř,
pſalteriũ: Erato, geometriã:
Calliope, lr̃as: Vrania, aſtrolo
giam: Polymnia, rhetoricã.
Muſa. Clio geſta canẽs, &c.) Opu
ſculum hoc de Muſarum in/
uentis
uentis inſcribitur. Quo circa
de muſis q̃ collegimus, alias
paucis repetã Muſa (ſm nõ/
nullos) dicit̃ a μυεῖν, quod
eſt inſtruo, & in ſacris initio.
Heſiodus in theogonia ait. Reddit: alij re/dit.
Muſas, Iouis, & Mnemoſy/
nes filias, in Pierio monte, ex
eadem nouem noctibus geni
tas: quarũ nomina ſic ponit,
κλειὼ

Plectra gerens Erato ſaltat pede, carmine, vultu.
Signat cuncta manu, loquitur Polyhymnia geſtu.
Vranie Cœli motus ſcrutatur, & aſtra.
Comica laſciuo gaudet ſermone Thalia.
Mentis Apollineæ vis has mouet vndiq; Muſas.
In medio reſidens complectitur omnia Phœbus.

κλειώ τ' εὐτέρπη τε θάλειά τε μελπομένη τε τερψιχόρη τ' ἐρατώ τε πολύμνιά τ' οὐρανία καλλιόπη τε. Et legatur ſic, Clio te, Euterpe te, (ſed per colliſioné profert, p te euterpe, teuterpe: te aũt, eſt apud Græcos id qđ, q; apud nos.) Thalia te. Melpomene te, Terpſicore te, Erato te, Polyhymnia te, Vrania te, Calliope te quod ſic dices. Et Clio, & Euterpe, &c. Clio aũt dicit̃, qa κλέοσ gloria eſt. Et poetę ex laudibus, quas alijs tribuãt, & ſibi, & illis, maximã gloriã parant: hæc hic dicitur hiſtorias inueniſſe, vnde ordo eſt. Clio canẽs geſta. i. res geſtas, reddit tẽpora, trãſactis. ſ. rebus. i. reducit ad memoriã res tranſactas, memorãs qbus temporibus actæ ſunt, & paulopoſt, Clio hiſtorias inuenit Melpomene (vt ſequar ordinem poetæ) proclamat. i. porro exclamat: boatu tragico. i. quali tragici vtuntur, dũ tragœdias agunt: exiſtens mœſta. i. præ ſe ferens mœſtitiã, dum res mœſtas agit. Et paulopoſt. Melpomene tragœdias, ſupp. inuenit: dicitur aũt, a cantus ſuauitate. Nã Gręce μέλπομαι καὶ μέλπω. i. Melpome, & Melpo, dicitur canto: Thalia. ſ. Muſa: comica (qa Thalia comœdias, ſupple inuenit) gaudet ſermone laſciuo. i. amantibus, & paraſitis, ac ſeruis nequã apto. dicit̃ aũt ἀπὸ τοῦ θάλλειν. i. a thallim, quod eſt florere. Per eã enim, poetæ diu florent: Euterpe. ſ. muſa: vrget. i. inflat: calamos i. fiſtulas & tibias. flatibus dulciloquis: quia Euterpe, tibias ſup. inuenit. Euterpe vero, dicitur a iocunditate. nã εὐτερπὸσ dicitur iocũdus: Terpſicore, mouet affectus citharis, & imperat, ſ. affectibus: & auget. ſ. eos. Terpſicore, pſalteriũ, ſupple inuenit. Et dicitur a delectando: nã τέρπω ſignificat delecto: & τέρπομαι delector: & τέρψισ delectatio. Erato. ſ. muſa, aut vna e muſis: gerens plectra. i. inſtrũ muſica, q̃ plectũtur. i. feriũtur: ſaltat pede carmine vultu. Erato, ſupp. inuenit geometriã: & dictã volunt ab amore, quẽ ἐράτω vocãt Græci. Calliope. ſ. Muſa, mandat libris carmina heroica. Calliope, ſup. inuenit literas: dicta aũt eſt a pulchra voce. Vrania. ſ. Muſa, ſcrutatur motus poli i. cœli, & aſtra. ſ. cœleſtia. Vrania, ſupp. inuenit aſtrologiã: vñ a cœlo (nã græce οὐρανὸσ dicitur) nomen accæpit. Polyhymnia. ſ. Muſa ſignat. i. indicat cũcta manu: & loqtur geſtu. i. per geſtũ: vnde rhetoricã inuenit, q̃ docet cũ honeſto & decẽti geſtu orare. dicta aũt eſt a multa memoria, aut multa laude. Vis mentis Apollineæ. i. Apollinis. i ſolis, mouet vndiq; has Muſas: quia Phœbus. ſ. Apollo, reſidẽs in medio, complectitur omnia. ſ. Muſarũ inuenta, & conamina. Eſt. n. medius planetarum: ſed per Muſas philoſophi ſyrenas intelligunt: quas ſingulis orbibus, aut ſphæris cœleſtibus, præſidere ẽt Plato aſſerit: vnde mirabilem concentum in cœlis ponit: ſed ſatis, ſuperq; de his dictum putamus.

Clio. Melpomene. Thalia. Euterpe. Terpſicore. Calliope. Vrania. Polyhymnia

# DE CANTV SIRENVM.

Sirenes varios cantus Acheloia proles,
Et ſolitæ miſeros ore ciere modos.
Illarum uoces, illarum muſa mouebat
Oĩa, quæ Thymele carmina dulcis amat:
Quod tuba, quod litui, quod cornua rauca querũtur:
Quodq́; foraminibus tibia mille ſonat:
Quodq́; leues calami, quod ſuauis cantat Aedon:
Quod lyra, quod citharæ, quod moribũdus olor.
Illectos nautas dulci modulamine vocis,
Mergebant auidæ fluctibus Ionijs.
Sanguine Siſyphio generatus magnus Vlyſſes
Hac tutos ſola præſtitit arte ſuos.
Illeuit cera ſociorum callidus aureis:
Atq; ſuas vinclis præbuit ipſe manus.
Tranſiluit ſcopulos, & inhoſpita litora claſſis.
Illæ præcipites deſiluere freto.
Sic blandas vocisq́; notas, & carmina vicit.
Sic tandem exitio monſtra canora dedit.

ASCENSIVS.

Sirenes.) Quę reliq̃, ſũt Virgiliana opuſcula, tã facilia ſunt: vt explanatiõis non egeãt: ne tñ nihil dicã, interdũ vocabula explanabo. ¶ Syrenes.) Solis ex Acheloo amne filiæ: tres legũtur, Parthenope, a quo Neapolis olim dicta erat: Leucoſia, & Lygia: dictę ab eo qđ eſt: σύρειν. i. connectere, & retinere mutata aſpiratiõe in ſ, fuerũt (inqt Serui⁹) in pte virgines: in parte volucres Acheloi: & Calliopes muſæ filiæ: harum vna voce, altera tibijs: alia lyra canebat: & prio iuxta Pelorũ, poſt ĩ Capreis inſula habitarunt: q̃ illectos ſuo cantu, in naufragiũ deducebant. Secũdũ veritatẽ: meretrices fuerunt, q̃ tranſeuntes, qm̃ deducebant ad egeſtatẽ, his fictæ ſunt inferre naufragia. Has Vlyſſes contemnendo: deduxit ad mortẽ. hęc ille. Obſtruxit enim ſocioꝶ aures: & ſe alligari ad malũ p̃cepit, donec eas ptranſierat. Carminis earũ principiũ eſt apud Cice. O decus Argolicũ, qn puppim flectis Vlyſſe? Miſeros modos cãtus: ad miſeriã deducẽtes. Legendũ tñ putẽ, muros Thymele, dicit̃ pulpitũ & cęna, vnde fictũ eſt nomẽ vxoris, Mimi cuiuſdã Latini nomine: apud Iuuenalẽ Saty. j. ¶ Litui.) Sũt tubæ clariſonæ. ¶ Aedõ.) Muſici nomẽ. ¶ Moribũdus olor.) Mar. Cãtator cycnus funeris ipſe ſui. ¶ Sanguĩe Siſyphio.) Hoc illi apud Ouidiũ ĩproperatur: nã Siſyphus eius matrẽ, cũ ad Laertẽ duceretur, ſtupraſſe dicit̃, & Vlyſſem genuiſſe. ¶ Illeuit.) i. obſtruxit. ¶ Callidus.) ſ. Vlyſſes, nõ Circe. ¶ Prębuit manus vinculis.) Quia ſe ligari fecit, ne captus dulcedine cantus eas ſequeretur.

Solis, alij ſoſtæ. Habet, alij amat. Illi, alij Illæ. Vocis: alij vociſq;.

# DIES NATALIS.

Clarus inoffenſo procedat lumine Titan:
Lætificuſq́; dies eat omnibus æthere claro.
Voſq́; ſimul iuuenes aĩs, ac voce fauentes
Concelebrate diem votis felicibus almum.
Proſper vt is ſemper redeat, vatiq́; quotannis
Aſmenidæ referant alacres ſua munera nati.

ASCENSIVS.

Clar⁹ in offenſo.) Feſtiuã lucẽ patriæ ſuæ carmĩe celebrat. ¶ In offenſo.) Ideſt non offenſo. ¶ Titan.) Sol lætificus, lætos faciens animos. ¶ Et voce.) Alibi: Animis: linguiſq; fauete. ¶ Quotannis.) Singulis annis. ¶ Sua Mantua.) Alij, mœnia: alij: munera: legunt: vtcunque certum eſt corruptum eſſe.

Puro: alij claro. Ac: alij, &. Natiq;: alij vateſq;. Mãtua vati, alij Munera nati.

# DE FORTVNA.

O Fortuna potens, *
Tantum iuris atrox quæ tibi vendicas:
Euertiſq́; bonos: eligis improbos:
Nec ſeruare potes muneribus fidem.
Fortuna immeritos auget honoribus.
Fortuna innocuos cladibus afficit.
Iuſtos illa viros pauperie grauat.
Indignos eadem diuitijs beat.
Hæc aufert iuuenes; & retinet ſenes,

ASCENSIVS.

Fortuna omnipotens.) Hoc quoq; carmẽ mutilũ inuenimus: poteſt tñ ſic perfici, Fortuna omnipotens inſipientibus: quia, vt dicit Iuuena. Nullum numẽ abeſt, ſi ſit prudentia, ſed te: Nos facimus fortuna deam, cœloq; locamus. Genus carminis eſt lyricũ, aſclepiadeũ, conſtans ſpondeo dactylo: & cæſura, hoc eſt ſyllaba abundante, & duobus dactylis.

Iniuſto arbitrio tempora diuidens.
Quod dignis adimit,tranſit ad impios.
Nec diſcrimen habet:rectaq; iudicat.
Inconſtans,fragilis,perfida,lubrica.
Nec quos clarificat,perpetuo fouet.
Nec quos deſeruit,perpetuo premit.

## DE ORPHEO.

THreicius quondam vates fide creditur canora
Mouiſſe ſenſus acrium ferarum:
Atq; amnes tenuiſſe vagos, *
Et ſurda cantu concitaſſe ſaxa.
Suaui ſonosq; modos teſtudinis arbores ſecutæ
Vmbram feruntur præbuiſſe Vati.
Sed placidis hominum dictis fera corda mitigauit:
Doctaq; vitam voce temperauit.
Iuſtitiam docuit:cœtu quoq; congregauit vno:
Moresq; agreſteis expoliauit Orpheus.

ASCENSIVS. THreicius quōdam vates.) Fabula Orphei in.iiij.Geor.explicata eſt ſatis late,hanc autē interpretatur Hora.ſic, Syluestres homines ſacer, interpresq; deorū, Cædibus & victu fœdo deterruit Orpheus, Dictus ob hoc lenire tygres, rabidosq; leones.

## DE SEIPSO, AVT ALIVS EIVS NOMINE.

MEllifluum quiſquis Romanum neſcit Homerum,
Me legat,& lectum credat vtrunq; ſibi.
Illius immēſos miratur Græcia campos.
At minor eſt nobis,ſed bene cultus ager.
Non miles,paſtor,curuus,non deſit arator:
Hæc Graijs conſtant ſingula,trina mihi.

ASCENSIVS. MEllifluū quiſquis.) Aut de ſe loquitur poeta:aut q̄s alius noīe poetæ, videtur aūt phraſis eſſe Ouidiana. Comparat autem ſe Homero,cæterisq; Græcis:atq; id cum ſui prælatione, quod Virgilianæ modeſtiæ non quadrat:vnde in Culice, Culice vtq; araneoli tenuem formauimus orſum. ¶ Minor ager.) Ideſt librorum copia. ¶ Nō miles.) Vt Æneas. ¶ Paſtor.) Vt in Buco. ¶ Non arator,curuus.) Vt in Georgicis. ¶ Deſit.) i. deficit mihi. ¶ Hæc Graijs.) Cōſtāt ſingula. ¶ Miles.) Homero in Iliade, Paſtor Theocrito,& arator Heſiodo.

Nō miles,paſtor,curuus, nō deſit arator:alij. Nec tibi nec paſtor,nec curu⁹ de erit arator.

## INCERTI AVTHORIS IMAGO IN VNDA

REdditur effigies liquida ſpectātis in vnda:
Qualis i aduerſo ſpeculorū cernitur orbe.
Formas pura refert oculis ſpectātib⁹ vnda:
Obiecto quales ſpeculi fulgore videntur.
Fontis aquæ reddunt ſimulachra imitantia verum:
Qualia leue refert ſpeculi,cum cernimus,æquor.
Exprimit oppoſitas immobilis vnda figuras:
Leuati quales ſpeculi nitor ipſe remittit.
Apparet mendax illimi fonte figura:
Qualem reiectat ſpeculi nitidiſſimus orbis,
Vnda quieta refert alto de gurgite formas:
Ac veluti ſpeculum nitido ſplendore coruſcans.
Spectantis faciem mundiſſimus aſſimilat fons:
Sicut in oppoſito ſpeculi ſolet æquore cerni.
Forma repercuſſus liquidarum fingit aquarum.
Quales purifico ſpeculorum ex orbe reducit.
Fontibus in liquidis ſimplex generatur imago:
Vt ſolet à ſpeculo facies ſplendente referri.
Effigies liquido reſpondet ab æquore fontis:
Qualis & à ſpeculo ſimulatrix vmbra reſultat.
Effingit ſpecies puriſſimus humor aquarum:
Plana velut ſpeculi viuas imitantia formas.
Fonte repulſatur depicta tuentis imago:
Ceu leui in ſpeculo ſolet apparere figura.

ASCENSIVS. REdditur effigies.) Eādem rem varijs modis conſequitur,atq; exprimit, quo & ingenij ſui hubertatem,& in verſibus eſ fingendis experientiam demonſtrat. Summa autem hęc eſt: ita in aquis reddi effigiē, vt in ſpeculo ¶ Fōtis aquę.) Ordo eſt. Aquæ fontis referunt ſimulachra, ideſt effigies:imitantia,ideſt quæ imitantur & repræſentant:verū ideſt rem cuius ſunt,qualia: ſcilicet ſimulachra : refert.i. repræſentat : æquor leue, ideſt ſpatium planum, & non aſperum ſpeculi. Forma repercuſſus:ideſt reuerberationis. Ab Aequore,ideſt æqualitate & planitie fontis.ſ.trāquilli. Puriſſimus ardor:ideſt ſplendor aquarum. Binis vbiq; verſibus ſententiā concludit. Tuentis.i.inſpicientis imago.

## AMNIS GLACIE CONCRETVS.

QVa ratis egit iter, iuncto boue plauſtra trahuntur:
Poſtq̄ triſtis hyems frigore iūxit aquas.
Suſtinet vnda rotam,patulæ modo peruia puppi:

ASCENSIVS. QVa ratis egit iter.) Eadē facilitate,eodemq; artificio cō ſtrictionem aquaꝝ in glaciem, vt rotis curruum iter prębeant deſcribit, vndecim pedibus ſemper concludens. Eſt enim carmen elegia cum hexametro & pentametro conſtans. Qua ratis.i.nauis. Modo.i. pauloante: peruia.

uia.i.pertranſibilis. Inſtar, in formam & ſtatū, ſeu duriciē marmoris. Diriguere.i.congelatæ ſunt, & in glaciem cōcretæ. Nouo marmore.i.ſpecie marmoris.ſ.cryſtallini. Qua puppis vecta: ſunt qui legāt, auecta: ſed aueho: primā producit. Bruma.i.tēpeſtas breuiſſima, hoc eſt hyems, accipiendo tempus pro qualitate eius. Coegit.i.coagulauit, cōdenſauit, conſtrinxit, ſeu congelauit. Orbita.i.circunferentia rotæ: ſignat iter: q̄ alueus citus.i.fluentum rapidū: exit, pro exijt: modo.i.pauloante. Vt.i.poſtq̄, hyems glacialis ſtrinxit aquas tenuis.i.fluxibileis, & cito cōgelari ſe permittētes. Amnis iter plauſtro dat.ſ.modo. Duruit vt vētis i.poſtq̄ indurata eſt, Boreali preſertim frigore. Craſſus liquor.i.aqua cōmixta terreſtribus, quæ facilius congelatur. Vnda capax ratium.i.nauium, ſupp.pauloante: algida i.congelata: præbet iter plauſtris. Iners, amnis frigore pigro torpens. Obſtupefecit.i.torpore affecit aquas. Eſt aūt noue & artificioſe dictum: vnde Flaccus, Dixeris egregie Notum ſi callida verbum Reddiderit iunctura nouum. Vt.i.poſtq̄, Boreas frigidus: aut, Cum frigus Boreas, pro Boreæ, legendum eſt.

Vt concreta gelu marmoris inſtar habet.
Quas mō plauſtra premſit vndas, ratis ante ſecabat:
Poſtquam brumali diriguere gelu.
Vnda rotam patitur, celerem nunc paſſa carinam:
In glaciem ſolidam verſus vt amnis abit.
Quæ ſolita eſt ferre vnda rates, fit peruia plauſtris:
Vt ſtetit in glaciem marmore verſa nouo.
Semita fit plauſtro, qua puppis adunca cucurrit:
Poſtq̄ frigoribus bruma coegit aquas.
Orbita ſignat iter, modo qua cauus alueus exit:
Stringit aquas tenueis vt glacialis hyems.
Amnis iter Plauſtro dat, qui dedit ante carinæ:
Duruit vt ventis vnda, fit apta rotis.
Plauſtra boues ducunt, qua remis acta carina eſt:
Poſtquam diriguit craſſus in amne liquor.
Vnda capax ratium, plauſtris iter algida præbet:
Frigoribus ſæuis vt ſtetit amnis iners,
Plauſtra viam carpunt, qua puppes ire ſolebant:
Frigidus vt Boreas obſtupefecit aquas.

# IRIS.

ASCENSIVS.

Thaumantis proles.) Simili mō arcum cœleſtē.i.irim deſcribit, quę Thaumantis filia dicitur. Vnde Tortellius, Thaumantias, vocata eſt iris, ab θαῦμα, quod eſt miraculum, ſeu admirabile. Nā ſic quoq; apud mortaleis, is diuerſorū colorū aſpectus viſus eſt: & ideo Thaumantis.i.miraculi filia, dicta eſt, vñ Thaumantis deriuatum eſt Virg. Æneī.ix. Ad quem ſic roſeo Thaumantias ore loquuta eſt. Hæc ille. Verum ἀπὸ τοῦ θαύματοσ.i.a genitiuo Thaumatos, qui fit a nominatiuo Thauma, non fieret patronymicū Thaumātias: vnde videntur poetæ finxiſſe viri nomen, Thaumas, Thaumantis: nullum enim Græcum exit in ns, ſed multa in as, recipiunt n in obliquis, vt gigas, gigantis: calchas, calchantis. Thaumantis igitur ꝓles, ideſt iris: inſigni curuamine.i.arcu varijs coloribus inſignito: aduerſo lumen reſplēduit hymbri. Semper enim ex aduerſo ſolis, naſcitur iris: vnde idem Maro, Mille trahit varios aduerſo ſole colores. Nūcia Iunonis: vnde alibi, Irim de cœlo miſit Saturnia Iuno. Eſt enim Iuno, dea aeris, in quo iris apparet, & qui coloribus cā eſt: vnde & pauo, tutelæ Iunonis aſcribitur: ꝙ varietas coloꝝ eius: aeri obnoxia eſt: ſed iris etiam a Ioue miſſa legitur: humor pendulus, periphraſis nubis. Quam Gręcia nominat iris: alij legūt, irim: & id quidem magis elegāter, magisq; Latine: cū ſuperius magis grammatiee dicatur. Quā ſol hymbrifera fulgens de luce creauit, de hymbrifera luce, aut fulgēs, aut vtrūq; dicamus. Sol aquoſus, ideſt aquis intermedijs obtenebratus. Picta veſte decēs, & multicoloribus alis. nimium feſtiue, atq; lepide dictum, principio correſpondens, Varianti veſte figuras, Multicolor, &c.

Thaumantis proles varianti veſte figuras,
Multicolor picto ꝑnubila deuolat arcu:
Cū ſol ardenteis radios in nubila iecit,
Cum ſol horrifico nimbos fulgore repleuit:
Apparet varij radis diſtincta coloris
Iris: & inſigni decorat curuamine cœlum.
Clara ſub ætherijs fulget Thaumantia proles,
Nubibus: vt radijs pluuium ſol attigit imbrem:
Et picturato cœlum velamine cingit.
Diſcolor ætherijs apparet nubibus Iris:
Poſtquam flammiferi rapuerunt lumina ſolis:
Et cœlum varijs miranda coloribus ornat.
Imbriferas nubeis radijs vbi contigerit ſol:
Luce ſub aduerſa varios iacit vnda colores.
Dicitur hæc Iris picto ſpectantibus arcu.
Dum nubeis radijs tetigit fulgentibus atras
Phœbus: & aduerſo lumen reſplenduit imbri:
Tunc Iris vario circundat nubila cinctu:
Mirifico nubes ambit Thaumante creata:
Quas cum ex aduerſo tetigit rota fulgida ſolis:
Tunc iacit inſignes per nubila denſa colores.
Nuncia Iunonis vario decorata colore,
Æthera nubificum complectitur orbe decoro:
Cum Phœbus radios in nubem iecit aquoſam.
Nubila cum Phœbus perfudit lumine claro:
Tum fit vt humor aquæ ſuffulgeat: atq; colores
Sub varia ſpecie iaciat mirabilis arcus.
Cum radijs imbres, & aquarum pendulus humor
Tangitur: exiſtit, quam græcia nominat, Iris
Multorum inſignis vario ſplendore colorum.
Iris habet varios ſubiecta luce colores:
Quam ſol imbrifera fulgens de nube creauit:
Cum pepulit radijs obſtantia nubila claris.
Luce repentina cum Sol impleuit aquoſas
Aduerſus nubeis: effulget protinus Iris
Picta veſte decens, & multicoloribus alis.




## QVATVOR ANNI TEMPESTATES. OVIDII.

Verq; nouum ſtabat cinctum florēte corona:
Stabat nūda Aeſtas:& ſpicea ſerta gerebat.
Stabat & Autūnus calcatis ſordidus vuis:
Et glacialis Hyems canos hirſuta capillos.

## INCERTI AVTHORIS.

Vere ſinum tellus aperit:floresq; miniſtrat.
Tempore ſolis,ager meſſes fert pinguis opimas.
Fœcundos Autumne lacus de vitibus imples.
Vis hyemis glacie currenteis alligat vndas.
Frigoribus pulſis nitidum Ver æthera mulcet.
Scindit agros Aeſtas Phœbeis ignibus ardens.
Autumno dat Hyems miſtum vicina teporem.
Albenteis hæc durat aquas:& flumina nectit.
Ver pingit vario gemmantia prata colore.
Ignea veſtit agros culmis cerealibus Aeſtas.
Vitibus Autumnus turgentes detrahit vuas.
Frigore at hyberna eſt grauidus niue nubilus æther.
Vere Venus gaudet florentibus aurea ſertis.
Flaua Ceres æſtatis habet ſua tempore regna.
Vinifero Autumno ſumma eſt tibi Bacche poteſtas.
Imperium ſæuis hyberno tempore ventis.
Vere grauis fundit tellus cum floribus herbas.
Frugiferas aruis fert Aeſtas torrida meſſes.
Pomifer autumnus tenero dat palmite fructum.
Mox humus hybernis albeſcit operta pruinis.
Vere nouo lætis decorantur floribus arua.
At riget æſtiuis hirſutus campus ariſtis.

## ASCENSIVS.

[...]ecūdū [...]liquos [...]lli p̄mi [...]tuor [...]erſus [...]ūt Ou[...] [...]ij. reli[...] [...],autho[...] [...]is icer[...] [...]i.

VErq; nouum.) Eandem experientiā ſuā docet in temporibus anni deſcribendis: q̃ vt quatuor ſunt, q̃ternis canit verſibus:ſingula quidem ſingulis. videtur autē abundare q; in principio,cū dicitur, Verq; nouum ſtabat. vnde ſunt qui ſcriptum aſſerant, Ver muſtū ſtabat:ſicut Plautus, muſtā, ideſt recentem virginem, dixit. Florente corona,ideſt ex floribus facta:vnde ſunt plebei verſiculi, Ver præbet flores,ęſtas pro vomere fruges; Poma dat autumnus,frigore torquet hyems. Nuda æſtas quia nudos facit,vñ in Georgi. Nudus ara,ſere nudus, Serta ſpicea, ideſt ex ſpicis propter ſerta verna,quæ ex floribus ſunt. Calcatis corbibus, ideſt in corbibus vuis:ſunt q ſordibus legant, ſed minus diligenter. Canos capillos, propter niueis. Sinū aperit: vt in Georgi. Vere nouo gelidus canis cum montibus humor Liquitur, & putris Zephyro ſe glæba reſoluit. Opimas meſſeis,ideſt frugeis,accuſatiuus eſt:ſicut currēteis, cum dicitur, Currenteis alligat vndas. Phœbeis ignibus, ideſt ſolaribus. Teporem mixtum:quia eſt autumnus inter æſtatem & hyemen,vtriuſq; particeps. Albenteis,ſcilicet niue, gelu,& pruina. Omnia enim quę a frigore producuntur,albeſcunt:quæ a caumate,nigreſcunt. Nectit flumina,ideſt conſtringit gelu. Prata gemmantia,ideſt florū nodis exuberantia. Vuas turgenteis,ſcilicet vino. Æther, eſt,ſupple frigidus:hyberno, ſcilicet tempore:& grauidus niue: & nubilus, ideſt nubibus cinctus. Venus aurea,ideſt pulchra. Sua tempore. Ordo eſt. Ceres flaua habet ſua regna tempore æſtatis. Imperium, ſubaudi eſt. Mox humus,ideſt terra, albeſcit hybernis pruinis. Campus hirſutus, propter ſpicas hirſutas, ideſt aſperas & barbatas. Labra per autumnū. Labra ſunt vaſa magna, quibus vinum effunditur: vel labra,torcularium. Temporaq; autumno. Ordo eſt,O Bacche, autūnus cingit tua tēpora,ideſt coronā capitis tui, racemis. Gemmis ſtellantibus.i.floribus rutilantibus. Autumnali fœtu, ideſt vino. Male, ideſt cum malo & damno:quia tūc nudantur arbores, quando deberent veſtiri. Comanti,ideſt comas hoc eſt frondes & flores producenti. Bacche. Ordo eſt,O Bacche,tempus fluit liquore tuo,& autumni, ideſt vino. Vbi apte coniunctio,di

Labra.

uerſos caſus copulat. Vere oia rident: vnde in Buc. Núc rident ſyluæ, nunc formoſiſſimus annus. Decutit. Ordo eſt, Rigor hyemalis, decutit honorem ſyluis, ideſt frődes & flores.

Labra per Autumnum muſto ſpumantia feruent.
Deponunt frondes hyemali tempore ſyluæ.
  Ver placidum vario nectit de flore coronas.
Spicea ſerta gerit calidiſſima ſolibus Æſtas.
Temporaq; autumni cingunt tua Bacche racemis.
Triſtis hyems montes niueo velamine veſtit.
  Ver agrum gemmis nitidum ſtellantibus ornat.
At feruens æſtas pinguiſſima frugibus arua.
Mox autumnali redolet vindemia fœtu.
Frőde nemus male nudat hyems: amneiſq; rigeſcunt.
  Purpureos flores humus effert vere comanti.
At Cereris donis horreſcunt arua per æſtum.
Bacche tuo tempus fluit autumnale liquore.
Obtegitur tellus per frigora veſte niuali.
  Vere tepet picto zephyris ſpirantibus aer.
Decreſcunt celeres æſtiuis ignibus amnes.
Temperies autumne fluit tua nectare dulci.
Perq; hyemem lentus cœlo niuis aduolat Imber.
  Veris honos tepidi floret: vere omnia rident.
Arua ſub æſtiuis vndant horrentia flabris.
Vite coronatas autumnus degrauat vlmos.
Decutit ipſe rigor ſyluis hyemalis honorem.
  Flore ſolum vario depingit odoriferum ver.
Falciferamq; deam meſſes remorantur in æſtu.
Dat muſto grauidas autumnus pomifer vuas.
Scythonia glacialis Hyems niue cana ſeneſcit.

& flores. Scythonia. Ordo ẽ. hyems glacialis ſeneſcit, ideſt ſeniȷ̃ indicium prę ſe fert, exiſtẽs cana niue Scythonia, ideſt Thracia, quia iuxta Thraciam & Scythiam perpetuæ ſunt niues.



ASCENSIVS.

Aurora, &c.) Eãdẽ peritiã ſuã in ſolis ortu deſcribendo, variȷs modis eruditiſſim⁹ poeta oſtẽdit. Velamine croceo. i. luthei coloris. Biiugis equis: cũ ſol quadriiugis vehi fingat. Candidus orbis. i. globus ſolaris: candẽs, vbi paulo altius aſcẽderit: aut vbi in ortu ſudum eſt: vnde addit, Et clarũ emicuit ſole oriente iubar: qa pluuia impendẽte iubet orbis ſolis. Palantias, hic pro Aurora ponitur. roſida. i. rore pfuſa: amictu puniceo. i. roſeo. Promit ab æquoreis Tethyos ortus aquis. Sol ortus ab aquis æquoreis Tethyos. i. magnæ maris, Oceani vxoris. Qũo primã, & interdũ ſecundam noĩatiui pducit: vt in Geor. Teq́;

## SOLIS ORTVS.

Aurora oceanũ croceo velamine fulgens
  Liquerat: & bijugis vecta rubebat eqs.
Luce polũ nitida pfundit cãdidus orbis:
  Et clarum emicuit ſole oriente iubar.
Roſcida puniceo Pallãtias exit amictu,
  Aſtrigerum inficiens luce oriente polum.
Sol inſigne caput radiorum ardente corona
  Promit ab æquoreis Tethyos ortus aquis.
Extulit oceano caput aureus igniferum Sol:
  Fugerunt toto protinus aſtra polo.
Conceſſere Deo tenebræ: rebusq; colores
  Lux iterum cunctis reddidit alma ſuos.
Tithoni coniux roſeo ſub lumine terras
  Inficit, & cœlum lutea ſydereum:
Cum ſol igniferos currus è gurgite magno
  Suſtulit: & claris aſtra fugauit equis.

Teq́; ſibi generũ Tethys emat omnibus vndis. Tethys aũt, mr̃ Achillis, aliter ſcribitur: & vtranq; corripit. Sane poetę alludẽtes ad opinionẽ vulgi, dicunt ſolem in Oceanum occidere, & rurſus inde oriri: vt Æneid. j. Quid tantũ Oceano properẽt ſe tingere ſoles Hyberni, &c. Fugerũt, vel quantum ad apparẽtiam, quia maius lumẽ offuſcat minus: vel quantum ad opinionem vulgi, negãtis interdiu ſydera in cœlo noſtro eſſe. Rebusq́; colores: qa ſine luce, colores nõ diſcernũtur. Ipſe alibi, Et rebus nox abſtulit atra colorẽ. Terras: alii iubar. Tithoni cõiux. ſ. Aurora. Erat aũt Tithonus, frater Laomedőtis, qui ſenio in Cicadam mutatus fingitur: vnde Flaccus ĩ carminibus, Nihil eſt ab

omni

Nox abit aſtrifero velamine cincta micanti:
Et redigit ſtellas: exoriturq́; dies.
Emicat oceano Phœbi rota clara relicto:
Illuſtrata nitent lumine cuncta ſuo.
Aurea fulgebat roſeis aurora capillis:
Et matutino rore madebat humus:
Tethyos vndiuago cum proſilit æquore Titan,
Flammiferos vultus ore micante ferens.
Exoritur Phœbus perfundens luce nitenti
Et maria, & terras, ſtelliferumq́; polum.
Aſtraq́; ceſſerunt fulgentia crinibus aureis:
Et nox ſydereas occulit atra faces.
Sol oriens, curruſq́; ſuos è gurgite tollens
Oceano, claro reddidit orbe diem:
Flammiferumq́; iubar, terræq́;, poloq́; reduxit:
Et pepulit radijs aſtra repente ſuis.
Memnonis vt genitrix infecerat humida cœlum:
Et roſeis manibus ſydera diſpulerat.
Phœbus atlanteis è fluctibus aureus orbem
Suſtulit igniferum, luxq́;, dieſq́; redit.
Præuia flammiferi currus Aurora rubebat:
Extuleratq́; alto gurgite Phœbus equos.
Noctiuagoſq́; ſimul radius flagrantibus igneis
Depulerat cœlo reddideratq́; diem.
Vix Aurora ſuo rubefecerat æthera curru:
Summaq́; canebat roribus herba nouis.
Proſilit è medijs candens rota Tethyos vndis:
Et vaga ceſſerunt ſydera ſolis equis.
Surgit ab oceano Tithoni fulgida coniux:
Et veſte ambroſea ſubruit ipſa pedes.
Tum Phœbus radijs rutilum fulgentibus orbem
Depellit tenebras: noxq́; peracta fuit.

omni parte beatũ abſtulit cla rũ Cita mors Achillem. Lõga Tithonũ minuit ſenectus. De hac re Virgilius in Æneide ſic, Tithoni croceũ linquens Aurora cubile, &c. Sub lumine iubar: ſi vera eſt lectio ṗter morem, iubar, prima longa poſuit. Nam prius dixit, Sole

Iubar.

oriente iubar. Et alibi, Iam iubare exorto iam rebus luce repertis. Legi põt Phœbũ aut ſolẽ, aut mundũ, aut quid ſimile. Luthea, crocei coloris, a lutheo coloris genere. Velamine aſtrifero, micãti, diſtinguenda ſunt epitheta. Retegit ſtellas. i. iterũ tegit. Aut retegit i. aperit terras: legendum eſt, Tethyos vndiuago. Ordo eſt: cum. i. quando Titan. i. ſol: proſilit. i. porro exilit: æquore Tethyos, ideſt maris Oceani ęquis aquis vndiuago, ideſt vndis vagãte, &c. Eſt ergo legendum

legendum vna dictiõe, vndiuago. non vnda vago. Crinibus aureis: ſynæreſis, quã & alibi ſæpe facit. Et nox. ſ. atra: oculi faces ſydereas. Curſuſq́; ſuos: alij, curr⁹, legũt: & ṗ equis intelligũt. Loquitur aũt ſm opinionem vulgi: vt iam tetigimus. Nã credit vulgus ſolem in occaſu deſcendere ad mare oceanũ, vt illic refocilletur. Memnonis, vt genitrix. i. Aurora. Roſeis manibus. i. radijs ſuis: Atlanteis. i. Heſperijs, aut Mauritanicis, in quibus Atlas olim regnauerat. Et veſte ambroſea. i. ambroſei odoris: vt. j. Æneidos, Ambroſiæq́; comę diuinum vertice odorem Spirauere. Dicitur autem, cibus deorum ſicut nectar, potus. Tũ p[...]bus: bene commiſcet epitheta cum ſubſtantiuis, ſcilicet radijs fulgentibus, & orbem nitidum.

## XII. SIGNA COELESTIA.

PRim⁹ adeſt Aries, Tauruſq́; īſignib⁹ auro
Cornibus, & Frẽs, & Cãcer aq̃tile ſignũ,
Tum Leo terribilis Nemees, atq; innuba Virgo.
Libra ſubit, caudaq́; aĩal qđ dirigit ictũ,
Armatuſq; arcu Chiron, & Corniger Hircus.
Fuſor aquæ ſimul, & fulgenti lumine Piſces.
Proditor eſt Helles, & proditor Europæus,
Et Gemini iuuenes, & preſſus ab Hercule Cancer,
Horrenduſq́; Leo ſequitur cum Virgine ſancta,
Libraq́; lance pari, & violentus acumine caudæ,
Inde Sagittiferi facies ſenis, & Capricornus,
Et qui portat aquam puer vrniger, & duo Piſces.
Signorum princeps Aries, & Taurus, & vnà
Tyndaridæ iuuenes, & feruida brachia Cancri,
Herculeuſq́; Leo, Nemeæ pauor, almaq́; Virgo,
Libra iugo æquali pendens, & Scorpius ater,
Centauruſq́; ſenex Chiron, & Cornua Capri,
Et iuuenis geſtator aquæ, Piſceſq́; ſupremi.
Corniger aſtrorum ductor, Tauruſq́; ſecundus,
Tum ſydus geminum, & Cancri geminantis imago,
Truxq́; Leo, & Virgo, quæ ſpicea munera geſtat:
Et Libram qui Cæſar habet, Chelæq́; minaces,
Atq; arcu pollens, & ſalſi gurgitis Hircus,
Vrnaq́; nimbiferi, Piſceſq́;, nouiſſima forma.
Dux Aries, & frons Tauri metuenda minacis,
Et Ledæ ſoboles, & Cancri torridus ignis,

Virgi.

ASCENSIVS.

PRim⁹ adeſt aries.) Eadẽ varietate deſcribit duodecim Zodiaci ſigna, de quibus in Geor. Per duodena regit mundũ ſol aureus aſtra. Sunt aũt nominibus fere aĩaliũ deſignata, & eorũ figuras ſitu ſtellarũ repræſentantia, quorum inquit, Primus adeſt aries. Nunc aũt quidam, arietẽ, volunt eſſe illũ aureo vellere, in quo Phryxus tranſuectus eſt. Quidã, eum quẽ Bacchus in Lybia vidit, in arena fontẽ demonſtrantẽ cum ſiti cõficeretur: quẽ & Iouem patrẽ eſſe putauit: in cuius gr̃a tẽplũ Ammonis. i. Iouis arenarij illic extruxit, volẽs aũt vtrũq; confundere in principio, nõ dat illi epitheton: poſtea tñ manifeſte loquitur de Helleo, ſeu Phryxeo, dicens, Proditor eſt Helles. Itẽ. Velleris aurati fulget pecus aurea cœlũ. vbi pecus etiã de maſculo dicitur, quia de ariete. Tau-

Taurus

ruſq;. i. & taurus: cornib⁹ inſignibus. i. habẽs cornua inſignia, & īſignita auro: q̃ honeſta eſt loquutio: licet Ser. magis grãmatice dictum cẽſeat: Taurus inſigniũ cornuũ. Hũc qdã cenſent eũ, in quẽ Iuppiter, verſus Europã Agenoris filiã,

filiã, auexit. Alij, eũ quẽ Hercules domuit. Sed author hic manifeſte loquiť de Europes vectore, dicẽs, Et ṗditor Europe⁹. Aut & portitor eſt Europes. Itẽ, Europæ quoq; vector. Et fratres. ſ. gemini, Pollux, & Caſtor, quorũ alter ex Ioue, alter ex Tyndaro nat⁹ dicitur, vterq; autẽ ex Leda. Cũ vero Caſtor diẽ obierat, rogauit Pollux patrẽ, vt pro fratre alternis vicibus obiret: quod cõceſſit. vñ Ænei. vj. Si fratrẽ Pollux, alterna morte redemit, Itq;, reditq; viã toties, &c. Author tñ hic vtrũq; filiũ Iouis cẽſet, vbi dicit, Et proles duplex Iouis. Hoc autem fictũ volunt, quod tã latũ eſt geminorũ ſignũ: vt dum alter oritur, alter occidat. Et cancer. Hũc miræ magnitudinis a Iunone, dũ Hercules cũ hydra pugnaret, īmiſſum dicũt, q hydræ ſuppetias ferret. Hic pedẽ Herculis, mordicus apprehẽdit, cui⁹ vulneris dolore ṗmotus, Hercules cãcrũ interfecit: quẽ deinde Iuno in cœlũ tranſtuliſſe dicitur. Et cancer igitur, ſignũ aquatile, prius in aquis verſari ſolitũ, cũ ſole exiſtẽte in cãcro, torrida ſit æſtas. Tum leo terribilis veniens: de hoc in erũnis

Gemini Veniẽs alij Nemees.

Piſcis ī auro, alij lumine Piſces.

Cãcer. Acer, alij ater.

Repẽtis alij gẽmantis.

Leo.

Terribiliſq; Leo, ſpecies quoq; Virginis almæ,
Momentumq; ſequens, caudaq; timendus adunca.
Hinc tendens arcum, liquidi Caper æquoris inde,
Troianuſq; Puer, geminiq; ſub æthere Piſces.
Nubigenum iuuenum vector, Tauriq; trucis frons,
Et proles duplex Iouis, & Nepa torrida flammis,
Æſtifer inde Leo iuſta cum Virgine fulgens,
Quam ſequitur Libra, & violenta cuſpide ſæuus,
Semifer Arcipotens ſubit, & Capricornus aquoſus,
Et cui nomen aquæ faciunt, piſceſq; gemelli.
Corniger in primis Aries, & Corniger alter
Taurus, item Gemini, ſequitur quos Cancer aduſtus,
Terribiliſq; feræ ſpecies, & iuſta puella,
Libra ſimul, nigrumq; ferens in acumine virus,
Centauruſq; biformis adeſt, pelagiq; procella,
Atq; amnem fundens, & Piſces ſydus aquoſum.
Corrigeri ductor gregis, Europæ quoq; vector,
Et duo Tyndaridæ, tum Cancer Sole peruſtus,
Herculeaq; manu preſſus Leo, & optima Virgo,
Hinc trutinæ ſpecies venit, armatuſq; veneno
Scorpius, atq; Sagittifer, æquoreiq; Capri frons,
Quiq; vrnam gerit, & Piſces duo ſigna ſub vno.
Principium ſignis ouium ſator, inde Iuuencus,
Progenies duplex, & Aquarum Cancer alumnus,
Preſſa ſub Herculeis manibus fera, iuſtaq; Virgo,
Libra ſubeſt, caudaq; ferens letale venenum,
Tum geminus Chiron, & Corniger æquoris alti,
Dilectuſq; Ioui puer, & duo ſydera Piſces.
Dux gregis, & placidũ pandẽs ſubit ęthera Taurus,
Germaniq; pares, & Cancro iam comes æſtus,
Atq; Leo primus labor Herculis, & pia Virgo,
Libra comes ſequitur, minitans & Scorpius ictu,
Et qui tela gerit Centaurus, & æquoris Hircus,
Deucalionis aquæ, & piſces poſtrema figura.
Velleris aurati fulget pecus, aurea cœlo,
Zetus, & Amphion, Cancriq; figura calentis.
Inſequitur Leo ſæuus, & almæ virginis aſtrum,
Hinc ęquale iugum, caudaq; venenifer vnca,
Centauruſq; minax arcu, & Neptunia proles,
Quiq; refundit aquas, & piſces vltimus ordo.

MONOSTICHON VIRGILII.

Iuppiter in cœlis, Cæſar regit omnia terris.

DISTICHON.

Tarpeio quondam conſedit culmine cornix
Eſt bene, non potuit dicere: dixit, erit.

ALIVD.

Litera rem geſtam loquitur, res ipſa medullam
Verbi, quam viuax mens videt, intus habet.

MORS TRIVM ANIMALIVM.

Sus, iuuenis, ſerpens, caſum venere ſub vnum,
Sus iacet ex ictu, ſerpens pede, & ille veneno.

IDEM ALITER.

Anguis, aper, iuuenis, pereunt vi, vulnere morſu,
Hic fremit, ille gemit, ſibilat hic moriens.

IDEM ADHVC ALITER.

Sus, ſerpens, iuuenis, pariter periere viciſſim.
Dente perit iuuenis, ſerpens pede, porcus ab ictu.

FINIS SPECIMINIS, AC MIRÆ EXPERIENTIÆ VIRGILIANÆ, IN VERSIBVS COMPONENDIS.

Herculis dictũ eſt. Atq; virgo innuba: q̃ ad nuptias nõ puenit, vt Ærygone, Icari filia: de q̃ ad illud Buco. Iam redit & virgo. ſatis dictũ eſt. Libra ſubit. i. ſubſequit̃ inter ſigna. Et aı̃al, quod dirigit ictũ cauda. i. ſcorpius. Et Chiron. ſ. ſagittarius: iuſtiſſimus Cẽtaurorũ armatus arcu. Et hircus corniger. i. capricornus. & fuſor aquæ. i. aquarius ſimul: & piſcis in auro fulgenti. Creditor ẽ Helles, ſenis verſib⁹ eandem rẽ ꝓſequitur, Creditor eſt Helles. i. aries: q Hellẽ traſuehendã ſuſcæpit, ſed nõ retinuit: vñ creditor dictus eſt, Et ꝓditor Europeus. i. taurus in quẽ Iuppiter verſus Europã prodidit, ſpõdaicus eſt verſus, legẽdus ſic, Creditor Helles, & ꝓditor eſt Europes: ꝓ quo mẽdoſe legit̃ Cicropeus. ſed verior lectio eſt, Proditor eſt Helles, & ꝓditor Europe⁹: qa aries, Hellen: & taur⁹, Europẽ, traſuexit. Violent⁹ acumine caudę: ſcorpi⁹. Tyndaridæ iuuenes: gemini. Almaq; virgo, Ærygone. Chelaſq; minaces: q̃ brachia ſcorpij ſunt. Ledæ ſoboles: gemini. Spéſq; virginis: q;, cõis ẽ ſyllaba: ſic Æneidos. iij. Liminaq;, lauruſq; dei, totuſq; moueri. Troianuſq; puer, aq̃ri⁹. ſ. Ganymedes, Trois, Troianoꝝ regis filius, quẽ Iuppiter forma eius capt⁹ ab aqla, in cœlũ raptũ, miniſtrũ ſuum in loco Hebes fecit. Rapt⁹ aũt dicit̃ cũ vrna, qua aquã afferre parabat. Alij tñ Deucaliona putãt, propter diluuiũ ſub eo factũ. Alij Cecropẽ, q ante vini vſum regnauit, quo tpe aqua in ſacrificijs vtebantur. Momẽtumq; ſequẽs. i. libra amuſſim. Iuuenis vector: aries Phryxi. Proles Iouis: gemini. Nepa: cancer, hoc loco: multi tñ cõtẽdũt, ſcorpiũ Nepã dici. Violẽta cuſpide ſæuus: ſcorpius, in cauda venenũ geſtans. Semiuir Centaurus: ſemiequus Chiron, ſagittarius, Terribiliſq; feræ: leonis. Nigrũq; ferens in acumine virus. Scorpius. ſanę aı̃al, ſcorpius: flagelli ſpecies, ſcorpio, recte dicitur. Puella: virgo. Cornigeri, ductor gregis: aries, ouium. Europę vector: taurus. Trutinę: libræ. Iuuencus: taurus. Caudaq; ferẽs lethale. i. mortifeꝝ venenũ, ſcorpius. Tũ geminus Chiron biformis: qa partim homo, partim equus. Germani frẽs: gemini. Iam comes æſtus, quia olim in aqs erat. Deucalionis aquæ: nunc ſequitur ſecundã de aquario opinionẽ. Æquale iugũ. ſ. libræ. Neptunia ꝓles: hircus æquore⁹. Et piſces appoſitoriæ: vltimus ordo. Qđ verbũ, neſcio quo euẽtu, ẽt vltimo loco inter opuſcula Virgiliana, poſuimus. Nã q̃ ſequentur fragmenta, non ſapiunt Virgilianã phraſin: ṕter ꝑmũ fortaſſis monoſtichon, cui⁹ ſimile fecerat diſtichon, Nocte pluit tota, &c. Senex: ex his varietatib⁹ patet, quanta fuerit poetæ nr̃o in carminib⁹ faciẽdis dexteritas, quantaq; igenij hubertas, q vnã rẽ tot modis explicare valuit: atq; ita explicare, vt neſcias qs omniũ ſit optim⁹: nã maſus, nullus eſt. Quocirca eundũ mihi vr̃ in illorum ſententiã, qui poetã naſci dicunt, ſic tñ, vt (quod Hora. ſentit) ſtudiũ non defuerit: nam hmõi varietate vſus videtur, non tam ad oſtentandũ, q̃ ad periclitandum ingenium ſuum poeta. Sed finem facio.

Mixta, alij iuſta.
Semiuir arcu potens, alij Semifer Arcipotens.
Puella, alij procella.
Pendẽs ſup, alij pandẽs ſubit.
Extrema, alij poſtrema.
Zetus, alij Lætus.
Refudit alij refundit.

ASCENSIVS.

IVppiter, &c.) Verſiculi hi, cuiuſcunq; ſunt authoris, non multa egent explanatione. Primus ſenſum tenet, quem Donatus in vita authoris explicat, cum his, Nocte pluit tota, redeũt ſpectacula mane, Diuiſum imperiũ cum Ioue Cæſar habet.

ℭ Tarpeio quõdã.) Hoc Virgilianũ non eſſe docet Suetonius in Cæſarum vitis.

ℭ Litera rem geſtam.) Hæc autem phraſis ſe Virgilianam negat.

ℭ Sus, iuuenis, &c.) Sed ne hoc quidem Virgilianã venã ſapit, Argumẽtum aũt eſt, Iuuenis vidẽs ſuem ſylueſtrem ipſũm, cuſpide citus petijt: ſed inter inuadendũ ſerpentẽ pedibus offendit, ſimulq; aprũ percuſſit, & a ſerpente percuſſus eſt: atq; in ipſum cadens eũdem occidit: quocirca tres ſimul periere. Non puto tñ Virgilianum, ſicut nec Obſcœnum carmẽ Virgilianum eſt: vt in facie huius, Angeli Politiani atteſtantur erudítiſſima teſtimonia: nos itaq; his cõtẽti exoptatũ portũ intramus.

FINIS.

VENETIIS IN OFFICINA LVCAEANTONII
Iuntæ Florentini. Anno Domini.
M.D.XXXVI.Menſe Ianuario.

INDEX CARTHARVM

aa bb cc dd ee ff Omnes quaterniones.




UNIVERSITARIA
DE
GRANAD




BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

P. Virgilii

Opera

Nº Caja
A-23